

1343

1343
XX-4

2.450

EX PHYSIOLOGIA ARISTOTELIS, LIBRI DVODETRIGINTA.

Carolus de mutilloa 24 ℔ me emit

1	De auſcultatione naturali	octo,
2	De cœlo	quatuor,
5	De anima	tres,

Ioanne Argyropylo interprete.

3	De generatione & corruptione	duo,
4	Meteorologicorum	quatuor,
6	De ſenſu & ſenſili	vnus,
7	De memoria & reminiſcentia	vnus,
8	De ſomno & vigilia	vnus,
9	De inſomnijs	vnus,
10	De diuinatione in ſomno	vnus,
11	De longitudine & breuitate vitæ	vnus,
12	De iuuentute & ſenectute & vita & morte & reſpiratione	vnus,

Franciſco Vatablo interprete.

Quibus omnibus, antiqua tralatio tricenos libros continẽs, ad Græcum per eundem Vatablum recognita: columnatim reſpõdet.

CVM PRIVILEGIO

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA

D. castellanos

PRAEFATIO FRANCISCI VATABLI IN TRALATIONES PHYSIOLOGIAE ARISTOTELIS, AD R. P. D. GVILLERMVM BRICONNETVM EPISCOPVM MELDENSEM, PRAEFATIO.

REdeunti mihi Auenione Præsul optime, quo me ante pauculos annos ad cultū ingenij capessendum receperā, ratus literas Hebræas nostris, id est Christianis seu Latinis seu Græcis, non parū lucis & ornamenti adferre posse: doctissimus ille Faber tuus, Mecœnas & præceptor meus, antiquam tralationem Philosophiæ naturalis, quæ non ab vno tota, sed a diuersis, eisdemq; incertis, prodijt auctoribus, ad Græcum examinandam discutiendamq; & demum recognoscendam commisit, nonnihil forte sibi, vt est in discernēdis animis exercitatissimus, de meo ingenio pollicitus. quāq; mihi oppido q̄ mediocre contigit, vt cætera pleraq;. Quod vnū in causa fuit, vt aliquādiu hanc prouinciam recusarim, quam tandem volens nolens suscepi. Quid enim facias: siue auctoris dignitatem spectes, quē Plinius ipse, vt de cæteris taceam, summū in omni scientia virum appellat? Siue operis vtilitatem. quippe quod de rebus naturalibus tractet: quarum cognitionē atq; notitiam homini apprime vtilem esse, nemo nescit. Siue demādantis auctoritatē pariter & humanitatem. is enim est: cui, vt semel omnia complectar, me meaq; debeo. Susceptam itaq; prouinciam haud segniter aggressus: integrā veterem tralationē ad exemplar Græcanicū summa diligentia contuli, correxi, & infinitis prope mendis expunctis, e tenebris in lucem reuocare tētaui. Sed an effecerim quod quærebam, alij iudicent: ipsa certe quandam quasi nouam faciem præ se ferre videtur. ita tamen, vt pristinā non omnino exuerit. adeo vt illud periculum sit: ne lectores nisi boni cōsulant, mihi, q̄ quędam prætermiserim dissimulauerimve, vitio vertant. quandoquidem ad nonnulla conniuere malui: q̄ in alieno libro ingeniosus videri. quanquam isthæc quampaucissima sunt: & eiusmodi quæ lector vel mediocriter eruditus nullo negocio deprehendat. vt interim taceam: q̄ si quid perperam in alterutra columella dicatur, in altera recte dicitur. Præterea interpretationem Argyropyli, viri quidem Græci, cæterum in hoc munere scribendi laudatissimi, non minus fidelē, q̄ claram & elegantē, ab innumeris librariorum erratis quibus antehac differta & [illegible]enitus cōspurcata erat, vindicaui. Sedenim quāuis id haud par[illegible]re confecerim: dolui tamen vehementer, q̄ ex Physiologicis tui[illegible]modo ab eodem in latinum sermonē conuersa haberentur, in fr[illegible]nte libri enumerata sunt. Magno eorum pudore: qui vete-

rem illam traductionem, incultam etiamnum atq; mendosam, Argyropylo ascribere, & nomine Argyropyli circunferre, ausi sunt. Id quod: aut lucriones isti aginatoresq;, quos vulgo impressores ne dicam impostores nūcupant, cōmenti sunt. aut certe, quod magis crediderim, barbari Sophistę, qui hanc quoq; literaturæ partem iam sese exerentē obruere volebant. tanta siquidem est id genus hominū improbitas, ne quid deterius dicam: vt dum soli sapere videri cupiūt, nō modo puriores literas, sed etiam assecias earū opprimere conentur manibus pedibusq;, nō cōtenti: iampridē sua inepta & horrida barbarie, præclara aliquot ingenia, nationesq; pene integras, a Philosophiæ studio deterruisse, atq; adeo auocasse. Castigata igitur vtraq;, ac tandē negocio Formularijs delegato, cū iam ad calcē librorum de Cœlo ventū esset, neq; haberetur quicq̄ quod in libris de Generatione & corruptione, Meteorologicis, & Paruis, vt vocant, naturalibus veteri tralationi opponi posset: tum primum de vertendo toto eo quod ab Argyropylo erat omissum, quāuis difficillimum, cogitare cœpi. tum: vt res ipsa vbiq; sibi similis haberetur. tum: ne in adiuuandis promouendisq; bonis artibus & literis, prorsus immunis essem, ac plane supersessem. Exinde, aliquandiu cessatum ab opere est: tantisper videlicet, dum nouam hāc interpretationē cuderem. Quam, tantum abest vt iuxta præceptū Flacci, nonum presserim in annū: vt calentē etiam adhuc & ab incude venientem, Typographo, eam enim quotidianis pene conuitijs efflagitabat, informandam tradiderim. satius enim esse duxi: interea studiosos hoc veluti specimine, seu potius vestigio & vmbra exactioris operis, vtcūq; mihi promererer. Quod, spero, facile exibit: cū paulo plus otij & librorum nactus fuero. nam ad alia incommoda hoc quoq; accessit: nempe exemplaris Græcanici, quod tunc vnicum habui, deprauatio. quæ me nonnunq̄ adeo torsit, vt plane nescirem quo me verterem. ita vt plus in castigādo codice, q̄ auctore vertēdo, sudauerim. erat enim corruptissimus. id quod ne ipse quidē Aldus, vir alioqui de literis tam Græcis q̄ Latinis optime meritus, quāq̄ eundem suis excusum formis publicarit, inficiatus est: immo præfatus in ea epistola quā Auscultationi naturali præfixit, vnde id acciderit satis superq; explicans. Adde etiā: q̄ sicut commentaria Græca nulla habui, sic nihil iuuari ab ijs potui qui Aristotelem fœde ac barbare cōmenti sunt. Vtcunq; tamen hasce difficultates superaui: & ita superaui, vt affirmare queam, Aristotelem Latinum a Latinis facilius intelligi posse, q̄ Græcum a suis. Sed non sine auxilio, vt obiter fatear per quos profecerim: primū, Ioānis Argyropyli, Theodori Gazæ, & Hermolai Barbari, trium insignium virorum, qui suis tralationibus felicissimis Philosophiā Latinam illustrauere. Deinde Apollinis, sic enim Fabrum meum appellito: quē, cum domi haberem, quoties dignus vindice nodus inciderat, consulebam.

Atq; ſic tandem effectum eſt: vt per ſingulos libros tralatio noua antí-
quæ reſpondeat. Quam maiuſculis characteribus ideo exarādam cu-
rauí: q; antiquitati nōnihil eſſe deferendum exiſtimem, q; q; ſimplicius
ea, Philoſophi verba repr̨ſentet. reliqua prætereo: ne putes me reſpō-
dere velle, vanis iſtis blateronibus, qui, cum ipſi nihil agant, aliena om-
nia carpunt. Cæterum, vtriq; numeros adieci. antiquæ: quibus ei Para-
phraſin Phyſicā Fabri noſtri cōciliauí, quæ propediem vt caſtigatior,
ita aliquot aucta libris, aſpirāte DEO Optimo Maximo emittetur,
q; vice commentariorum eſſe poſſit. nouæ: quibus eos ad Cōmentato-
rem ablego, qui inuentis frugibus, glande veſci malunt. Item paragra-
phos. vt ſi quid in alterutra ſit, quod lectorem aut offendat aut remo-
retur: in altera facile inueniri poſſit. Hæc autem omnia, veterem inquā
tralationem et nouam, primum ingenij mei fœtum: tibi ſacerrime An-
tiſtes, egregio quidem literarum patrono & cultori, dedico. ſimul: vt
meam in te obſeruantiam, qui domi tuæ exigo, agnoſcas. ſimul: vt cæte
ri, tui nominis præfatione commoniti, partim literas literatoſq; tueán-
tur, foueant, prouehant. partim relictis aut ſaltem intermiſſis prioribus
ſtudijs, ſiue Sophiſticis ſiue etiā Poeticis aut Oratorijs: ad elegantem
Philoſophian Ariſtotelis viri, vt inquit ille, immenſæ ſubtilitatis, ſeſe
conferant. Vale. Ex Cœnobio diui Germani. Menſe Auguſto.
M. D. XVIII.

notandum eſt quod confuſa in ſi loco dicuntur eaque continent
aliqua inſe ꝑ indiſtincte cognoſcere aliquid indiſtincte eſt medium inter
quiam potentiam ꝑ actum ꝑfectum ideo intellectus noſter procedit de
potencia in actum. primo omnia ſibi confuſum q; diſtinctum. ſed mens eſt ſcientia
perfecta in actu quod ad deueniatur per reſolucionem ad diſtinctam cogni-
cionem principiorum ꝑ elementorum ꝑ ideo dicit ſcio quare confuſa
ſunt nobis magis nota quia diſtincta

PHYSICORVM I

¶ Primus Physicorũ Aristotelis ad Petrũ Medicen: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

¶ Trallatio vetus primi de physico auditu Aristotelis ex græco recognita ad R. P. D. Guillermũ Bricõnetũ epm Meldẽsẽ.

CAP. I.

CVm circa omnes doctrinas quatũ sũt principia / vel causæ / vel elementa / ex horũ perceptione cognitio fiat atq; scientia (tunc enim vnãquamq; rẽ scire putamus: cũ causas primas principiaq; prima / & vsq; ad elemẽta cognoscimus) patet & ea quę ad principia naturalis scientiæ pertinent / enitendũ esse prius determinare. ¶ Hęc autẽ insita natura nobis est via: vt notioribus nobis magisq; manifestis / ad notiora naturæ magisq; manifesta proficiscamur. nõ enim sunt eadem: nobis / atq; simpliciter nota. Quapropter hoc modo ex hisce quæ naturæ quidem minus sunt manifesta / nobis autem notiora: ad ea quæ dilucidiora sũt magisq; nota naturæ ꝓficiscamur necesse est. At cõfusa: primo nota nobis sunt magis / ac manifesta. Elemẽta vero principiaq; posteriusex hisce nota per ipsorũ diuisionem fieri solent. Iccirco: ex vniuersalibus ad singularia ꝓficiscamur. oportet. ipsum namq; totum: sensu notius est. vniuersale vero: totum est quoddam. quippe cũ: multa complectatur vt partes. Sic etiam: & nomina quodammodo sese habent ad diffinitionem. Totum enim quoddã indistinctũq; significant: ceu circulus. at ipsius diffinitio: in partes singulas diuidit. Pueri quoq; primum quidem viros omnes / patres: mulieres quasuis / matres appellãt. posterius autem: horum vtrumq; discernere / distinguereq; videntur. Cap. II.

VOniam intelligere ac scire contingit circa omnes scientias quaedam earum sunt principia / causę vel elementa / ex horũ cognitione (tunc enim putamus cognoscere vuũquodq; : cũ causas primas cognouerimus / et principia prima / et vsq; ad elementa) manifestum est ꝙ et ea quę circa principia sciẽtiæ quæ de natura est / primũ determinare tentandũ est.

¶ Innata autẽ est ex notioribus nobis et manifestioribus / via: ad manifestiora natura / et notiora. nõ enĩ sunt eadẽ: et nobis nota / & simpliciter. Quapropter necesse est ad hũc modũ procedere ex ĩmanifestioribus natura quidẽ / nobis autẽ manifestioribus: ad manifestiora natura et notiora. sunt autem primũ nobis dilucida ac manifesta: confusa magis. posterius autẽ: ex his nota fiunt elemẽta et principia / ijs qui diuidũt ipsa. Quapropter: ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet. Totũ enim: secundũ sensum notius est. vniuersale autem: totum quoddam est. multa enĩ comprẽhendit vt partes: vniuersale. Patiuntur autẽ: hoc idem quodã modo et nomina ad rationẽ. totum enim qdd̃ã / et indistincte significãt: vt circulus. at diffinitio autẽ ipsius: diuidit in singula. Ac pueri / primũ quidẽ ones viros / patres appellant: et matres / fœminas. posterius autẽ: determinãt horũ vtrũq;. Cap. II.

NEcesse est autem: aut vnũ esse principiũ / aut plura. et si sit vnũ / aut immobile vt Parmenides Melissusq; dicit: aut mobile oportet vt Naturales cẽsere vidẽt / quidã aerẽ / quidã aquã primi aerem asserentes / alij vero aquam / pri-

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

mum esse principiũ.si vero plura: aut fi-
nita/aut infinita. ¶Et si finita/plura au-
tẽ vno:aut duo/aut tria/aut quatuor/aut
secundũ aliũ quẽpiã numerũ. Et si infini
tã:aut sic est vt Democritus/genere qui-
dẽ vnũ/figura vero vel specie differẽtia/
aut etiã cõtraria. Similiter autẽ quærũt:
& quærẽtes quot sũt/ea quæ sũt.ex qui-
bus enĩ sunt/ea quæ sunt:quærũt primũ
vtrũ hæc vnũ/an multa sint. et si multa:
finita/an infinita. quare principiũ ac ele-
mentũ quærũt:vtrũ sit vnum an multa.
¶Itaq; si vnũ atq; immobile sit/id quod
est/cõsiderare:nõ est de natura/speculari.
Vt enim Geometræ nõ ãplius est ratio/
ad eum qui destruit principia/sed aut al-
terius est scientiæ/aut omnium cõmunis:
sic neq; cuipiam de principijs.Nõ enim
amplius/principiũ est:si vnũ solũ/& ita
vnum est. Aut enim principiũ: cuiusdã/
aut aliquorum est. Simile igitur est con-
siderare an sic vnũ est: & ad aliam quãli
bet positionẽ sermonis gratia dictã dis-
putare vt Heraclitẽ/aut si quis dicat ho
minem vnũ/id quod est esse. ¶Aut sol-
uere litigiosam rationem . quod vtræq;
quidẽ habẽt rationes: & Melissi & Par-
menidis. Etenim:falsa accipiũt/& nõ syl-
logizantes sunt. Magis autẽ Melissi one
rosa est/& non habens dubitationẽ. sed
vno inconuenienti dato:alia contingunt.
hoc autem:nichil difficile est.Nobis au-
tem supponatur:ea quæ sunt natura/aut
omnia/aut quædam moueri.manifestum
est autem ex inductione. Simul autem
neq; conuenit omnia soluere : sed quæ-
cunq; ex principijs aliquis demonstrãs/
mentitur. quæcunq; vero non:minime.
vt tetragonismum:eum quidem qui per
sectiones Geometrici est dissoluere. il-
lum autem/qui Antiphontis:non Geo-
metrici est. ¶Sed quoniam/de natura
quidẽ/nõ autẽ naturales dubitationes cõ
tingit dicere ipsos:forsitan quidẽ bene se
habet aliquantulum disputare de ipsis.

mũ principiũ esse dicẽtes.Si plura
sint:aut finita/aut infinita esse ne
cesse est. ¶Et si finita sint/pluraq;
vno:duo/vel tria/vel quatuor/vel
in alio quodã numero esse opor-
tet.Si infinita:aut genere quidem
vnũ/figura vero vel forma diuer-
sa/perinde atq; Democritus asse-
rebat/aut contraria etiam necesse
est esse.Pari modo quærere vidẽ-
tur:& ij qui quærunt quotnã sint
ea quæ sunt.Nam ea primũ quæ-
rũt:ex quibus cõstãt ea quæ sunt
vtrũ vnũ an plura sint.et si sint plu-
ra:vtrũ sint finita an infinita.qua
re principiũ quærũt ac elementũ:
vtrũ sit vnũ an plura. ¶Cõsidera
re igit̃ si id quod est/ vnũ sit/atq;
imobile: nõ ad naturalẽ philoso-
phũ pertinet.Nã vt Geometrę nõ
est ad eũ ratio qui Geometrię prĩ
cipia tollit/sed aut ad aliã sciẽtiã
attinet/aut ad cõmunẽ omniũ fa-
cultatẽ:sic & illi nulla est ad eum
ratio qui principia tollit. Non est
enim principiũ:si vnũ est tãtum/
atq; vnũ hoc modo. Principium
enĩ:alicuius/aut aliquorũ princi-
piũ esse constat.Simile est itaq;:si 9
hoc modo sit vnũ cõsiderare/& de
alia quauis positiõe disserere/quę
sermonis causa dicitur/qualis est
Heracliti/vel si quispiã id qđ est/
vnũ hominem esse dixerit. ¶Aut 10
cõtentiosã soluere rationẽ. qđ qui-
dẽ abæ rationes habẽt:& Parme-
nidis & Melissi.Nã falsa sumũt:et
forma sunt viciosæ.Inepta autem
magis est ratio ipsius Melissi:nec
dubitationẽ habet.sed vno absur-
do dato:cętera accidũt.Hoc vero
nullã habet difficultatẽ. At nobis 11
ea quæ natura cõstãt:aut õnia/aut
aliqua moueri subijciatur.qđ qui-
dẽ patet inductione.Et insuper nec
õnia sũt soluẽda:sed ea tantũ quę
quispiã ex pricipijs ostẽdit falsa.
quæ vero hanc cõditionẽ egrediũ-
tur: non sunt soluenda. veluti
quadrationem eam quidem quæ
per partes extruitur: ad Geome-
tram dissoluere pertinet. Anti-
phontis autem : non ad Geome
trã redarguere spectat. ¶Verũ cũ 12
nõ de natura quidẽ/naturales au-
tẽ dubitationes/ ipsos accidat di-
cere: bene res sese habebit fortas-
se/ si parũ de ipsis disseruerimus.

Melissus. Parmenides.

Antiphon.

8

Argyropylus.

Hæc enim conſideratio: philoſophiam nimirum habet. ¶Atq; (vt a principio/omniũ accõmodatiſſime noſtra hæc proficiſcatur oratio) cũ id quod eſt/ pluribus modis dicatur: quonã modo dicunt vnũ omnia eſſe? Vtrũ vt ſuſtantiã: cuncta? an vt quãtitatẽ/ an qualitatẽ? Et rurſus vtrum ſubſtantiã quidẽ vnã autẽ, eſſe cuncta: velut hominẽ vnũ/ aut equũ vnum/ aut animã vnã? An qualitatem/ & hanc identidem vnam: vt albedinem/ aut caliditatem/ aut aliquid tale? Hæc enim omnia inter ſe nimiũ differunt: vt dici non poſſint. Nã ſi eſt ſubſtantia & qualitas atq; quãtitas/ ſiue ſeparata ſeiunctaq; ſint ea quæ ſunt: non vnum/ ſed plura profecto ſũt. Sin vero qualitas ſint vniuerſa/ vel quantitas ſiue ſit ſubſtantia ſiue non ſit: abſurdũ eſt ſane/ ſi id quod eſſe non poteſt/ abſurdum oporteat appellare. Nichil enim cæterorum/ præter ſubſtantiam: ſeparatum eſſe poteſt. vniuerſa enim hęc: de ſubiecto dicuntur/ de ſubſtantia quidẽ ipſa. Atqui Meliſſus: id quod eſt/ infinitum aſſerit eſſe. Id ergo quod eſt: quantitas eſt quædam, infinitũ enim: in quantitate nimirũ eſt. Subſtantia autem infinita: aut qualitas/ aut affectus infinitus eſſe non poteſt/ niſi per accidens/ ſi ſimul & quanta ſint quædã. infiniti namq; ratio: quãtitate vtitur/ nõ ſubſtantia/ nõ qualitate. Si igitur & ſubſtãtia ſit & quantitas: id quod eſt/ non vnũ ſed duo eſſe videntur. ſin vero ſit ſolum ſubſtantia: infinitũ ſane non eſt/ neq; magnitudinẽ vllã habebit. erit enim quãtitas quædã. Præterea cũ multipliciter/ & ipſum vnũ ſicut & id quod eſt dici ſoleat: conſiderandũ eſt quonã modo ipſũ vniuerſũ/ vnũ aſſerunt eſſe. Atq; vnũ dicitur: partim cõtinuũ ipſũ/ partim indiuiſibile/ partim ea quorũ eadem atq; vna eſt ratio. vt temetũ ac vinũ. Si igitur eſt cõtinuũ ipſũ vnũ multa profecto eſt. cõtinuũ enim: in infinitũ eſt diuiſibile. ¶Exiſtit autem dubitatio de parte ac toto: non ad ſermonẽ fortaſſis accõmodata/ ſed per ipſam cõſideranda/ vtrũ vnũ an plura/ ſint partes atq;

Tral. ve. ex græ. recog. 4

Habet enim philoſophiam: hæc conſideratio. ¶Principium autem: maxime omnium proprium. Cum multipliciter dicatur id quod eſt: quomodo dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiã/ omnia: an quãtitatẽ aut qualitatem? & iterũ vtrũ ſubſtantiã vnã/ omnia: vt hominem vnum/ aut equum vnum/ aut animã vnã? an qualitatẽ/ vnam autem hãc: vt album/ aut calidum/ aut aliquid taliũm? hæc enim omnia differũt multum: & ſunt impoſſibilia dictu. ſi enim erunt/ & ſubſtantia/ & quale/ & quantum/ & hæc ſiue ſeparata adinuicem/ ſiue non: multa ſunt/ quæ ſunt. Si vero omnia/ aut quãtum ſunt/ aut quale/ ſiue cum ſit ſubſtantia/ ſiue cũ non ſit: inconueniens eſt/ ſi oportet incõuenicns dicere/ quod impoſſibile. nullũ enim aliorum: ſeparabile eſt/ præter ſubſtantiam. omnia nãq; de ſubiecta dicuntur ſubſtãtia. Meliſſus autẽ: quod eſt/ infinitum eſſe dicit. quantum itaq; aliquid eſt: quod eſt. infinitũ enim: in quantitate eſt. ſubſtantiam autem infinitam: aut qualitatem/ aut paſſionẽ eſſe non contingit/ niſi ſecundũ accidens/ ſi ſimul & quantitates aliquæ ſint. Infiniti enim ratio quãtitate vtitur: ſed nõ ſubſtantia/ neq; qualitate. Si igitur & ſubſtantia eſt & quantum: duo & non vnũ eſt/ quod eſt. ſi vero ſubſtantia ſolum ſit: non infinitum eſt/ neq; magnitudinẽ habebit vllam. quãtum enim quoddã/ erit. Amplius. quoniã & ipſum vnũ multipliciter dicitur/ quẽadmodũ et quod eſt: cõſiderandũ eſt quo modo dicunt vnũ eſſe/ õne. dicitur enim vnũ: aut continuũ/ aut indiuiſibile/ aut quorũ ratio eadẽ & vna eſt ipſius quod quid erat eſſe. quẽadmodũ merum & vinũ. Si igitur cõtinuũ eſt: multa eſt id quod eſt. in infinitũ enĩ diuiſibile: eſt cõtinuũ. ¶Habet autẽ dubitationẽ: de parte & toto. fortaſſis autẽ: nichil ad orationem: ſed ipſam ſecundum ſeipſam/ vtrũ vnũ an plura ſint pars et

accidens ſiue ſubſtantia eſſe nonnullos Meliſſus

10 notandum eſt quod hęc quęſtio nonnullos mouit propter multitudinem partium tum toto ſed etiam propter diuerſitatem earum

Tral. ve. ex. græ. recog.

2 totũ? Et quomodo vnum: aut plura? et
3 si plura: quomodo plura? Et de partibus non continuis: eadem est ratio. Et si toti vnum / vtraq; est velut indiuisibile: quoniã & ipsæ sibiipsis. At vero si velut indiuisibile: nullũ erit quantũ / neq; quale. Neq; itaq; infinitum est / id quod est: sicut Melissus dicit. neq; finitũ: sicut Parmenides. Terminus enim: indiuisibilis est / neq; finitus est. At vero si omnia quę sunt / ratione vnũ sunt / vt indumẽtum et tunica: Heraclíti oratione cõtingit ipsos dicere. Idẽ enim erit esse et bono & malo: et nõ bono & bono. quare idem erit: bonum & non bonũ / & homo & equus. & non / de eo q̃ vnum sunt quæ sunt / ratio erit: sed de eo q̃ nichil sunt. & tali esse & tanto: idem. ¶ Cõturbabantur autẽ et posteriores / quẽadmodũ et antiqui: ne forte accidat ipsis / idem simul vnum esse & multa. Quapropter & alij quidẽ: ipsum est auferebant / quemadmodũ Lycophron. alij autem: mutabant dictionem. quoniam homo / non albus est: sed albatur. neq; ambulans est: sed ambulat. vt ne ipsum est adijcientes: multa faciant esse vnum / tanq̃ singulariter dicto / vno / aut ente. Sed multa sunt / quæ sunt: aut ratione / vt aliud est albo esse & musico (idem vero: vtraq;. multa itaq;: vnũ) aut diuisione / quemadmodum totum / et partes. Hic autem iam dubitabant: & confitebãtur vnum / multa esse. tanq̃ non cõtingeret: idem / vnum & multa esse / nõ autem opposita. est enim vnum: & potentia / & actu. Hoc igitur modo dicentibus: impossibile videtur quæ sunt / vnum esse.

Melissus. Parmenides. Heraclitus Lycophron

11

12

CAPVT III.

ET ex quibus ostẽdũt: soluere nõ difficile est. vtriq; enim contentiose syllogizant: & Melissus & Parmenides. Nã & falsa ac-

Argyropylus

totũ? et quo pacto: sint vnũ vel plura? & si sint plura: quonam modo sint plura? Et de partibus non cõtinuis: eadem sunt quærẽda. Et si vtraq; pars & ipsũ totũ sint vnũ perinde atq; indiuisibile: et ipsæ profecto partes / vnum identidem erũt. Atqui si vnum est vt indiuisibile: nulla sane quantitas / nulla qualitas erit. Neq; igitur infinitũ est id quod est: vt dicit Melissus. neq; finitum: vt Parmenides asserit. Ipse namq; finis: est (vt patet) indiuisibile / non ipsum finitum. At vero si omnia quæ sunt / ratione sunt vnum vt vestimentum ac tunica: fit vt Heraclíti sentẽtiam dicant. Eadẽ enim erit boni maliq; ratio: & nõ boni ac boni. quare idem erit: bonũ atq; non bonũ / et homo ac equus idẽ. At sermo ipsorũ nõ vnum ea quæ sunt / sed nichil asserit esse: & eadẽ insuper ratio qualitatis ac quãtitatis erit. ¶ At enim posteri quoq; perinde atq; veteres turbabantur: ne ipsis eueniat / vt res eædẽ simul sint vnũ et plura. Quapropter alij: est ipsum auferebãt vti Lycophron. alij: dictionem transformabãt. hominem non album esse dicentes: sed albere. neq; ãbulantẽ esse: sed ãbulare. ne ipsum est adiũgẽtes: id quod est vnum / esse multa asserãt / quasi id quod est vnũ / aut id quod est / vnice diceretur. Multa vero sunt / ea quæ sunt: aut ratione. nam aliud est albũ: aliud musicum / ratione. idem autem est: vtrumq;. ipsum igitur vnum: plura nimirum est. aut diuisione: vt totum ac partes. Sed hoc loco iam hæsitabãt: atq; ipsum vnũ / multa esse iã fatebãtur. perinde quasi nõ posset idẽ: vnum ac plura esse / nõ tamẽ ea quę opponũtur. Est enim ipsum vnum: & potentia & etiam actu. Hoc igitur modo nobis aduersus hanc sententiam proferentibus: ea quæ sunt / non posse vnũ esse / videntur.

18 19 20 21 22

CAP. III.

AT qui neq; difficile est ea soluere: quibus illi homines hãc suam sententiam ostẽdebant. Vterq; enim cõtendendo ratiocinatur: & Parmenides & Melissus. nam falsa su

Argyropylus

munt: & rationes forma vicioſas efficiunt. Meliſſi tamen ratio magis eſt inepta: neq; vllam dubitationē habet profecto. ſed vno abſurdo dato: cætera accidunt. quod quidē: nullā habet difficultatem.

24 Patet itaq; vicioſe Meliſſum argumentari. putat enim ſumpſiſſe/ ſi omne quod factum eſt/ principium habet: id quod factum non eſt/ principium nō habere. Deinde hoc etiam eſt abſurdū: cuiuſlibet eſſe principium rei/ & non temporis/ & generationis nō ſimplicis / ſed etiam alterationis/ quaſi nō fieret vlla mutatio ſimul. Præterea cur ſi eſt vnū: immobile eſt/ Cur enim: & vniuerſum nō perinde atq; pars quę quidem eſt vnū/ hæc inquam aqua: in eodem loco mouetur? Deinde: cur alteratio nō erit? At vero neq; ſpecie vnū eſſe poteſt: niſi eo ex quo fit ortus. hoc autem pacto: nōnulli etiā naturales/ vnū eſſe omnia/ dicūt. Sed iſto modo: eſſe nō poteſt. homo namq;: ſpecie differt ab equo. & contraria: inter ſeſe ſimili modo. ¶Idem & ad Parmenidē modus eſt rationū: & ſi qui alij proprij ſunt. Atq; ſolutio eſt: partim ex eo quia falſa ſumit/ partim ex eo quia non concludit. Nam falſa quidē ſumit: quia id quod eſt/ pluribus magis dicit. ipſe vero: ſimpliciter illud accipit dici. Nō concludit autem: quia ſi ſola alba ſumantur/ ipſo albo vnum ſignificāte/ non minus alba plura erunt & nō vnum. nam album ipſum: nec cōtinuatione erit vnum/ nec ratione. Alia nāq; ratio erit albi: alia eius quod album ſuſcepit. atq; nō erit præter album ipſum: ſeparabile quicq̄. non enim hoc rationē propriā habet/ quo ſeparabile eſt: ſed albi ratio & eius in quo eſt/ nō eſt eadem/ ſed diuerſa. At Parmenides: nondum idipſum vide-

26 bat. ¶Neceſſe eſt igitur eos ſumere/ qui id quod eſt/ vnū inquiunt eſſe: non ſolū vnū ſignificare id quod eſt de quo prædicabitur/ ſed etiam quod proprie eſt ens/ et quod proprie vnum eſt. Accidens enim: de ſubiecto aliquo dicitur. quare illud cui id quod eſt accidit: non erit. eſt enim aliud ab eo

Tral.ve.ex græ.recog.

cipiunt: & non ſyllogizantes ſunt. Eſt autem Meliſſi magis onerosa ratio: & non habens dubitationem. ſed vno inconuenienti admiſſo: alia contingunt. hoc autem: nichil difficile eſt. Q igitur paralogizat Meliſſus: manifeſtum eſt. opinatur enim accipere/ ſi quod factū eſt omne/ habet principium: q & id quod non factum eſt/ non habet. Poſtea & hoc inconueniens: omnis eſſe principium rei/ & non temporis/ & generationis non ſimplicis/ ſed alterationis/ tanq̄ nō momētanee facta mutatione. Deinde propter quid eſt immobile: ſi vnū eſt? ſicut enim & pars vna cum ſit/ hæc aqua/ mouetur in ſeipſa: quare nō et totū? Poſtea: alteratio propter quid non erit? At vero: nec ſpecie poſſibile eſt/ vnum eſſe/ niſi eo ex quo. Sic autem: & Phyſicorum quidam dicunt vnum. illo enim modo: non. homo nāq;: ab equo alterum eſt ſpecie. & contraria: abinuicem. ¶Et ad Parmenidē autē idē modus rationū eſt: & ſi aliqui alij ſūt proprij. Et ſolutio eſt: partim quidem quia mēdax eſt/ partim autē quia non cōcludit. mēdax quidē: quia quod eſt/ accipit ſimpliciter dici/ cum multipliciter dicatur. Non concludit autem: quia ſi ſola alba capiantur/ ſignificante vnum albo/ nichilo minus multa alba ſunt/ & non vnum. non enim/ continuatione erit albū vnum: neq; ratione. Aliud enim erit eſſe albo: & ſuſcipienti. & non erit præter album: aliquid ſeparabile. non enim quatenus ſeparabile eſt: ſed eſſe/ alterum eſt albo/ & ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nōdum videbat. ¶Neceſ 14
ſe eſt igitur accipere iſs qui dicūt quod eſt/ vnum eſſe: non ſolum vnum ſignificare quod eſt de quo vtiq; prædicetur/ ſed & quod vere eſt/ & quod vere vnum eſt. Accidens enim: de ſubiecto quodam dicitur. quare cui accidit quod eſt: non erit. alterum enim eſt: ab eo

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

quod eſt.erit itaq; aliquid:quod nō eſt. non itaq; erit alii inexiſtens: quod vere eſt.non enim erit enti ipſi/ eſſe: niſi multa/ quod eſt/ ſignificet/ ſic vt ſit aliquid/ vnumquodq;.ſed ſupponitur quod eſt: ſignificare vnum . Si igitur quod vere eſt/ nulli accidit/ ſed illi aliquid: magis quod vere eſt / ſignificat quod eſt q̄ qđ non eſt.Si enim erit quod vere eſt/idem et albū/ albo autem eſſe nō eſt/ quod vere eſt(neq; enī accidere ipſi poſſibile eſt: quod eſt.nichil enim quod eſt/eſt:quod non vere ſit) non ergo quod eſt: album eſt. non ſic autem / vt aliquid non ſit/ ſed omnino non ſit:erit.quod vere itaq; eſt:nō eſt.verum enim eſt dicere: quod vere eſt/album eſſe.hoc autē:non quod eſt/ſignificabat. quare ſi et album ſignificat/quod vere eſt: multa ergo ſignificat/ quod eſt.Neq; igitur magnitudinē habebit qđ eſt:ſi quidē quod vere eſt/ eſt/quod eſt.vtriq; enim partium: aliud eſt eſſe . q̄ autem diuiditur quod vere eſt/in quod vere eſt aliquid aliud:etiam ratione manifeſtum eſt. vt homo/ ſi eſt quod vere eſt aliquid: neceſſe eſt & animal/quod vere aliquid eſt eſſe/et bipes.

¶Si enim non quod vere eſt/eſt:accidē tia erūt. aut igitur homini:aut alicui alii ſubiecto.ſed impoſſibile eſt. accidens etenim dicitur hoc: aut quod contingit eſſe & non eſſe/ aut cuius eſt in ratione hoc cui accidit. vt ſedere quidem: velut ſeparabile.in ſimo autem:eſt ratio naris cui dicimus accidere ſimum. Amplius quæcūq; in diffinitiua ratione inſūt/aut ex quibus ſunt:in ratione horum/nō ineſt ratio totius.vt in bipede/ ratio hominis: aut in albo/ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc ſe habent modo / et homini accidit bipes: neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare cōtinget vtiq; non bipedem eſſe hominem: aut in ratione bipedis/inerit hominis ratio.ſed impoſſibile eſt. Illud enim:in illius ratione in-

Argyropylus.

quod eſt. Erit ergo quippiā:quod non eſt. nō ergo id quod proprie eſt ens:alij inerit.non enī rationē entis ſubibit:niſi id quod eſt/ plura ſignificet hoc pacto/vt quodq; quippiam ſit.at id quod eſt: vnū ſignificare ſupponitur.Si igiur id quod proprie eſt ens/ non accidit cuiquā/ ſed aliquid illi aliud accidit:cur id qđ eſt ens proprie/ ens ſignificat potiꝰ q̄ nō ens? Nā ſi id 27.
quod proprie eſt ens/ erit etiā albū/ albū autē non eſt proprie ens (neq; enī id quod eſt: ipſi accidere poteſt. nichil eſt enī ens:quod nō eſt proprie ens)albū ergo non eſt ens. atq; non hoc quidē pacto vt quippiā nō ſit:ſed vt ōnino nō ſit.Si igitur (vt diximus)id quod eſt proprie ens/ erit etiā albū:fit vt id nō ſit ēs/ quod eſt proprie ens. vere enim dicemus: ſi illud albū eſſe dixerimus. At hoc:nō ens(vti ſupponebatur) ſignificabat.quare ſi albū/ etiā proprie ens ſignificat: nō vnū id quod eſt/ſed plura ſane ſignificat. Neq; igitur magnitudi 28
nē habebit id quod eſt:ſi id ſit qđ eſt/ proprie ens. ratio nāq; partis vtriuſq;: diuerſa nimirū eſt. Diuidi autē id quod eſt proprie ens/ in aliquid aliud proprie ens: ex ratione etiā patet. veluti ſi homo ens proprie quippiā eſt: & animal neceſſe eſt proprie quid eſſe/ et itidē bipes. ¶Nā ſi ita nō ſit:accidētia erūt profecto, aut igitur homini aut alij ſubiecto cuipiā accidunt. at neutrū eſſe poteſt. Accidēs enī: aut id dicitur quod ineſſe poteſt ac nō ineſſe/aut id cuius in ratione id cui accidit ſumit. ceu ſeſſio quidē:eſt vt illud quod ſeparatur. ſimitas autē: id cuius in ratione ſumitur naſus/ cui ſimitatē dicimus accidiſſe. Preterea in eorū ra 29
tione quę in diffinitiua ratione cuiuſpiā inſunt/ aut eorū ex quibus quippiam conſtat: nunq̄ ipſius totius ratio ineſt.ceu in bipede/ ratio hominis:aut in albo/ratio hominis albi. ſi hæc igitur ita ſunt/ atq; homini bipes accidit: ſeparabile ipſum eſſe neceſſe eſt.quare fieri poteſt/ vt homo bipes non ſit: vel in ratione bipedis/inerit ipſius hominis ratio. at fieri nequit. Illud enim in ratione hominis in-

Argyropylus

est. Qz si bipes ac animal alij cui-
piam accidunt/ et neutrũ est quod
proprie ens: homo quoq; ex iis
30 erit profecto/ quæ alij accidũt. At
quod proprie est: nulli fit accidẽs.
Et de quo ãbo dicũtur: atq; vtrũq;
dicatur/ & id quod ex illis cõponi-
tur. ¶ Ipsum igitur vniuersum: ex
indiuisibilibus constat. Quidã au
tẽ: vtrisq; rationibus cõsenserũt.
Ei quidẽ quæ omnia vnũ esse con
cludit: si id quod est/ vnũ signifi-
cat/ id quod haud est esse dicẽtes.
Ei vero quæ ex partitione proce-
dit: indiuiduas magnitudines fa-
31 ciẽtes. Patet autẽ et verũ nõ esse/
si id quod est vnũ significat/ & fie
ri nõ potest vt simul sit contradi-
ctio: non fore quicq̃ nõ ens. nichil
enim obstat: vt id quod nõ est/ nõ
sit absolute non ens/ sed non ens
quippiam sit. Dicere quoq;/ si nõ
quippiã aliud erit prẽter idipsum
quod est/ vnũ omnia fore: perab-
surdũ est sane. Quis enim ipsum
quod est/ aliud quicq̃ esse intelli-
git: q̃ id quod est proprie ens? Qđ
& si ita est: nichil tamen prohibet
multa esse ea quę sũt/ vt diximus.
Patet igitur impossibile esse: vt id
quod est/ hoc modo sit vnum.

CAPVT IIII.

32 VT naturales autem
dicũt: duo sunt mo-
di. quidam enim id
quod est/ vnũ subie
ctũ corpus fecerũt:
aut trium vnum/ aut aliud quod
igne quidem spissius/ aere vero
subtilius est. Cætera autem gene-
rari dicũt densitate raritate q̃: mul
ta faciẽtes. hæc autẽ: sunt cõtra-
ria. Et vniuersaliter excessus atq;
defectus: quemadmodum Plato
magnum dicit & paruum. Verum
hic quidem hæc/ materiam facit:
ipsum autem vnum/ formam. Il-
li vero: vnum quidem/ ipsum in-
quam subiectum/ materiam. con-
traria vero: differentias atq; for-
mas. Quidam autem: ex ipso vno
cõtrarietates quæ quidem in ipso
sũt/ sequestrari dicũt/ vt Anaximã
der. et qui vnum & plura princi-
pia inquiunt esse: vt Empedocles
ac Anaxagoras. Ex ipsa nãq; con
gerie: cætera segregant. ¶ Diffe-

Tral. ve. ex græ. recog.

est. Si autẽ alij accidunt bipes & animal/
& nõ est vtrumq; quod vere est aliquid:
& homo vtiq; erit accidentium alteri.
Sed quod vere aliquid est: sit accidẽs nul
li. Et de quo ambo: & vtrumq;/ & quod
est ex his/ dicatur. ¶ Ex indiuisibilibus
itaq;: est omne. Quidam autem: rationi-
bus vtrisq; acquieuerunt. huic quidem:
q̃ omnia vnum sunt/ si quod est vnum
significat/ q̃ id est etiam quod non est. Ei
autem quæ dissectione: indiuiduas faciẽ
tes magnitudines. manifestum autem est
q̃ nõ verũ est/ q̃ si vnum significat quod
est/ & non possibile est simul cõtradictio-
nem esse: nichil erit quod non est. nichil
enim prohibet: nõ simpliciter esse/ sed nõ
ens aliquid esse/ quod non est. Dicere igi
tur q̃ nisi præter ipsum quod est/ aliquid
erit aliud/ vnum omnia fore: inconueniẽs
est. Quis enim nouit: ipsum quod est/ nisi
quod vere est/ aliquid esse? Si autem hoc:
nichil sic prohibet multa/ quod est esse/ si-
cut dictum est. Qz igitur sic vnum esse
quod est/ impossibile sit: manifestum est.

CAPVT IIII.

17 VT autem Physici dicũt:
duo modi sunt. Hi enim
vnum facientes quod est
corpus subiectũ/ aut triũ
aliquid/ aut aliud quod
est igne quidem densius/
aere vero subtilius: alia generant densita-
te & raritate/ multa faciẽtes. hæc autem:
sunt contraria. Vniuersaliter autem ex-
cessus/ & defectus: sicut magnum dicit
Plato/ & paruum. nisi q̃ hic quidem: hęc
facit materiam. vnum autem: speciẽ. Alij
vero: vnum quidem/ subiectum/ materiã.
contraria autem: differentias & species.
Quidam autem ex vno: inexistentes con-
trarietates segregant/ quẽadmodũ Ana-
ximander dicit. Et quicunq; etiam vnũ
et multa dicunt esse quæ sunt/ sicut Em-
pedocles/ & Anaxagoras. Ex commisti-
one namq;: & hi segregãt alia. ¶ Diffe-
18

Plato.

Anaxima-

Empedo-
cles.

Anaxago-
ras.

Tral.ve.ex.græ.recog.

runt autem abinuicem: eo ꝙ ille circulationem facit horum. hic autem: semel. & hic quidem: infinita/ & similes partes habentia/ & contraria. Ille vero: vocata elemẽta solum. ¶ Videtur autẽ Anaxagoras sic infinita opinari: quoniam putabat communem opinionem Physicorum esse veram/ ꝙ nichil fit ex eo quod nõ est. propter hoc enim/ sic dicunt: erant simul omnia. & fieri huiusmodi: statuerunt alterari. Alij autem: congregationem/ et segregationẽ. Amplius aũt: ex eo ꝙ fiũt ex alterutris contraria. inerãt ergo. Si enim omne quod fit/ necesse est fieri aut ex ijs quæ sunt/ aut ex ijs quæ non sunt/ horũ autem id quod est/ ex ijs quæ non sunt fieri: impossibile est (de hac enim conuenit opinione: omnes qui de natura) reliquum iam contingere ex necessitate putauerunt/ ex ijs quidem quæ sunt & insunt/ fieri. sed propter paruitatẽ magnitudinũ: ex insensibilibus nobis. Vnde/ dicũt omne in omni misceri: propterea ꝙ omne ex omni videbãt fieri. apparere autem differentia/ & appellari altera ab inuicem: ex eo quod maxime superabundat/ propter multitudinem in mistura infinitorum. syncære enim: totum albũ/ aut nigrum/ aut carnem/ aut os non esse. sed cuius plurimũ vnũquodq; habet: hoc videri esse naturã rei. ¶ Si igitur infinitũ secundũ ꝙ ĩfinitũ/ ignotũ est: secũdũ multitudinẽ aut magnitudinẽ infinitũ/ ignotũ quantũ quoddam est. secundũ speciem autem infinitũ: ignotũ quale quoddam est. principijs autem existẽtibus infinitis secundum multitudinem & secundũ speciẽ: impossibile est ea quæ sũt ex his/ cognoscere. sic enim cognoscere/ compositum arbitramur: cũ cognoscimus ex quibus/ & quot sit. ¶ Amplius autẽ/ si ne cesse est cuius partem contingit quantulãcũq; esse secundũ magnitudinẽ et paruitatẽ/ & ipsũ cõtingere (dico autẽ taliũ alij quã partiũ: in quã cũ insit diuiditur totũ)

Argyropylus

runt tamen, alter enim conuersionem horum: alter semel segregationis principiũ facit. Et alter infinita ea quæ sunt similium partiũ atq; contraria: alter ea quæ vocantur elementa/ tantũmodo sumit. ¶ Videtur autem Anaxagoras sic 33
infinita esse putasse: quia communem illam opinionem Naturaliũ veram esse existimabat/ nichil inquam ex eo quod nõ est/ fieri atq; oriri. quapropter hoc dicunt modo: erant omnia simul. Et generationem: alterationem inquiũt esse. quidam vero: congregationem ac segregationem. Insuper: ex eo 34
quia contraria ex sese mutuo fiunt. inerãt ergo. Nã si omne quidem quod fit/ aut ex entibus/ aut ex nõ entibus fieri necesse est atq; oriri/ ex nõ entibus autem nichil fieri potest (de hac enim opinione: Naturales omnes consentiũt) reliquum iam accidere necessario putauerunt/ ex entibus quidẽ atq; ex hisce quæ insunt/ fieri quodq; atq; oriri. ex insensibilibus vero nobis: ob paruitatem molis/ vt dicũt. Quapropter inquiũt/ quodq; in quolibet esse mistum: quia qđlibet ex quouis oriri videbant. visum vero deri vero atq; dici diuersa: ex eo 35
plane quod in mistione infinitorum maxime ob multitudinẽ suam excedit. nam totum album/ aut nigrum/ aut dulce/ aut os/ aut carnem/ syncære non esse quicq̃: sed cuius plurimũ habet quodq;/ id ipsius rei videri naturam esse dicebant. ¶ Si infinitum igitur quo infinitum est/ eo est ignotũ: infinitũ quidem multitudine aut magnitudine/ quãtum quoddam ignotum erit. Infinitum autẽ forma: quale quoddam ignotum. Cũ igitur principia rerum tam multitudine q̃ specie sint infinita: fieri profecto nequit/ vt ea quæ ex hisce constant/ sciantur. Nondum enim cõpositum scire putamus: cũ ex quibus & quot ipsum constat/ haud cognoscimus. ¶ Præterea si necesse est ipsũ mole quãtumuis esse posse/ cuius pars magnitudine paruitateq; quantauis esse potest (dico autem aliquam talium partium quæ insunt: & in quas totum ipsum diuiditur) 36

esse vero nō potest planta vel animal dicto modo quātūuis mole: patet neq; partium vllā identidē mole quantāuis esse posse. erit enī & totum: quantumuis simili modo. At os & caro & istiusmodi cætera/ partes sūt aialiū: & fructus/ plātarū. Patet igitur: neq; os/ neq; carnē/ neq; aliud quicquā/ eo modo quem diximus/ mole quantū-
37 uis esse. Preterea/ si talia omnia in cūctis insūt/ neq; generatur quicq̄ sed inest ac segregatur/ atq; appellatur ab eo qđ in ipso magis abūdat/ ex quouis deniq; fit quodlibet segregatione/ velut aqua ex carne/ & caro ex aqua: cū ōne corpus finitū ablatione finiti corporis consumatur atq; tollatur/ cōstat nō posse in vnoquoq; quodq; inesse. Ablata enī ex aqua carne/ rursusq; alia ex aqua reliqua segregata: etsi sēper minor ea q̄ secernitur erit/ nō tamen omni magnitudine minor euadet. Quare si segregatio stabit: non in quolibet quoduis erit. in reliqua enim aqua: nihil inerit carnis. Sin vero nullus segregationis exitus erit/ sed semper sequestratio fiet: finita in magnitudine sane æqualia finita erunt/ multitudine infinita. quod quidē: est im-
38 possibile. ¶ Præterea si corpus omne/ parte aliqua ab eo sublata/ fieri se minus necesse est/ carnis autem quantitas definita est ad molem utranq; : patet minima ex carne nullum omnino corpus secerni posse. alioquin: minima minor erit. Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita/ sanguis/ cerebrumq; inesset: vnumquodq; tamen esset ab alijs separatum/ & nihilominus infinitum. hoc au-
39 tem: metas egreditur rationis. Id vero quod asseritur/ nunq̄ segregata omnia fore: non scienter quidē dicitur/ recte tamē. affectus enim: inseparabiles sunt. Cum igitur colores atq; habitus misti sint: si fuerint segregati/ erit quippiam album aut sanū profecto/ quod non aliud quicq̄ erit/ nec in subiecto. Quare ipsa mens absurda est sane ea querens quæ fieri nequeūt: si separata quidem reddere vult/

si autē impossibile est animal aut plātā quātancūq; esse secundū magnitudinē & paruitatē: manifestū est ꝙ neq; partiū quālibet. erit enī totū: similiter. Caro autē & os & huiusmodi/ partes sūt animalis: & fructus/ plantarū. Manifestum est igitur: ꝙ impossibile est carnē/ aut os/ aut aliquid aliud/ quātuncunq; esse magnitudine aut in maius aut in minus. Amplius/ si omnia insūt quidē huiusmodi in inuicē/ & nō fiūt sed segregātur cū insint/ dicūtur autē a pluri/ fit autē ex quolibet quodlibet/ vt ex carne aqua/ segregatū/ & caro ex aqua/ ōne autē corpus finitū cōsumitur a corpore finito: manifestū est ꝙ nō cōtingit in vnoquoq; vnūquodq; esse. Remota enī ex aqua carne/ & iterū alia facta ex reliqua/ segregatione: q̄uis sēper minor erit segregata/ attamē nō excedit magnitudinē paruitate. Quare si quidē stabit segregatio: nō ōne in ōni inerit. in reliqua enī aqua: nō inerit caro. Si vero nō stabit/ sed habebit sēper remotionē: infinita magnitudine/ æqualia finita inerūt/ infinita secūdū multitudinē. hoc autē: impossibile est. ¶ Ad hæc autē/ si omne quidē corpus remoto quodā/ minus necesse est fieri/ carnis autē determinata est quātitas et magnitudine et paruitate: manifestū est ꝙ ex minima carne nullū segregabitur corpus. erit enī minus: minima. Amplius autē in infinitis corporibus inesset vtiq; iam caro infinita/ & sāguis/ & cerebrū: separata tamē ab inuicē/ nihil autē minus entia et infinitū vnūquodq;. hoc autē: irrationabile est. Nūq̄ autē segregatū iri: non sciēter quidē dicitur/ recte autē dicitur. passiones enī: inseparabiles sūt. Si igitur misti sūt colores & habitus: si segregentur/ erit aliquid albū vel sanū/ nō alterū aliquid existēs/ neq; de subiecto. Quare incōueniēs est/ impossibilia quęrēs intellectus: si velit quidē segregare/

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

5 hoc autē facere ſit impoſſibile/ & ſecū-
dū quātitatē/ & ſecūdū qualitatē. Secū-
dū quātitatē q̄dē: quia non eſt minima
magnitudo. ſecundū qualitatē autem:
quia inſeparabiles ſūt paſſiones. ¶ Nō
23 recte autē: neq; generationē accípit eo-
rū q̄ ſunt ſimiliū partiū. eſt enī/ vt lutū
in luta díuiditur: eſt autē/ vt nō. Et nō
idē modus eſt/ vt lateres ex domo/ et do
mus ex lateribus: ſic autem aqua & aer
24 ex alterutris & ſūt & fiūt. ¶ Melius au
tē eſt: pauciora & finita recípere/ quod
quidē facit Empedocles. CAP. V.

OMnes igitur cōtraria/ principia faciūt: & q̄ di
cūt q̄ ſit vnū ōne et im-
mobile (etenī Parmení
des: calidū & frígidū/
principia facit. hęc au-
tē: appellat ignē & terrā) & qui rarū &
dēſū. Et Democritus/ ſolidū & inane:
quorū aliud quidem vt quod eſt/ aliud
autē vt q̄d nō eſt/ eſſe dícit. Adhuc: po-
ſitione/ figura/ & ordíne. hæc autē: ge-
nera cōtrariorū ſūt. Poſitione/ ſurſū &
deorſum/ ante et retro: figura/ angulare
inangulare/ rectum rotundū. Q̄ igí-
tur cōtraría quodāmodo oēs faciūt prī
cípia: manifeſtū eſt. Et hoc: rationabilí
ter. Oportet enī prīcípia: neq; ex alteru
tris eſſe/ neq; ex alijs/ et ex his oīa. con-
trarijs autē primis: inſūt hęc. ob íd quí
dē q̄ prima ſūt/ nō ſunt ex alijs: ob íd
vero q̄ ſūt cōtraria/ nō ſūt ex alterutris.
Sed oportet hoc & ī ratione cōſydera-
re: qualiter cōtíngat. Accípiēdū igitur
eſt primū: q̄ ōniū q̄ ſunt/ nihíl neq; fa-
cere natū eſt neq; pati cōtingēs a cōtín
gētí. neq; fit quodlibet ex quolíbet: níſi
quis accipíat ſecūdū accidēs. qualiter enī
fiet albū ex muſico: níſi accidens ſit al-
bo aut nígro/ muſicū? Sed albū q̄dē: fit
ex nō albo. & hoc nō ex ōní: ſed ex ní-
gro/ aut medíjs. Et muſicū: ex non mu-
ſico. ſed non ex omní: ſed ex ímmuſi-

hoc autē efficere nequit/ tā quāti-
tatis/ q̄ qualitatis etiam ratione.
Quātitatis quidē: quia nō eſt mí-
nima magnitudo. qualitatis autē:
quia affectus inſeparabiles ſunt.
¶ Neq; etiā recte: generationē eo- 40
rū q̄ partiū ſunt cōformiū/ capit.
lutū nāq;: tū in luta/ tū nō in luta
díuiditur. Nec vt lateres ex domo/
& domus ex lateribus fit: ſic aqua
& aer exſeſe mutuo ſunt & fiunt.
¶ Melius autē eſt: pauciora prín- 41
cipia finitaq; ſumere/ quod quidē
Empedocles facit. CAP. V.

OMnes ígitur contra-
ría/ principia faciūt:
& q̄ vnīuerſū/ vnū eſ
ſe atq; īmobile dicūt
(Parmenides enim:
calidū frigidūq; prīcipia facit. atq;
hæc: ignē terrāq; appellat) & qui
rarū & denſū/ principia inquiunt
eſſe. Democritus quoq;/ plenū ip-
ſa atq; vacuū aſſerit eſſe: quorū al-
terū vt ens/ alterū vt non ens/ eſſe
dícit. Inſuper & haſce differētias
affert: poſitionē inquā/ figurā/ ac
ordínem. hæc autem: contrario-
rum genera ſūt. Poſitionis enim/
ſupra & infra/ ante & retrō: figuræ
vero/ angulis conſtans atq; non
conſtans/ rectum & circunflexum
ſpecíes ſunt. Patet igitur: omnes 42
contraría quodāmodo principia
facere rerum. Idq; non ſine ratio-
ne. Principia nanq;: neq; ex ſeſe
mutuo/ neq; ex alijs/ & ex ipſis om
nia eſſe oportet. contratijs autem
primis: hæc inſunt. quia nanq; ſūt
prima: ideo non ex alijs ſunt. quia
vero contraria ſunt: ideo non ex
ſeſe mutuo ſunt. Verum idipſum
quo pacto fit: & ratione conſyde- 43
remus oportet. Sumēdum eſt ígí-
tur primum: non quíduis eorum
quæ ſunt in quoduis agere/ neq;
quoduis pati a quouis aptū eſſe/
neq; ex quibuſcūq; quiduis fierí/
níſi quis per accídens ſumpſerit.
quo nanq; pacto fiet album vel
nigrū ex muſico: níſi albo vel ní-
gro ſit accidens muſicū? Sed albū
quidē: fit e nō albo. atq; ex hoc nō
quouis: ſed e nígro/ vel aliquo me-
diorū. Muſicū autē: e non muſico.
atq; ex hoc nō quouis: ſed ex īmu

Argyropylus

sico/ vel e medio si aliquid inter
44 ipsa mediũ est. Neq; rursus in
quoduis primũ: vnũquodq; cor
rũpitur. velut albũ: non in mu=
sicũ/ nisi idipsum nonnunq̃ acci
dat/ sed in non albũ corrũpitur.
atq; in hoc nõ qd̃uis: sed in ni=
grũ/ aut in mediũ. Eodẽ modo
musicũ etiam in nõ musicum.
atq; in hoc nõ quoduis: sed in
ĩmusicũ/ vel in medium si quid
inter ipsa mediũ sit/ corrũpitur.
45 Similiter fit: & in cæteris. Nã &
ea q̃ non simplicia sed cõposita
sũt: eãdẽ subeũt rationẽ. sed la=
tet idipsũ ex eo: quia dispositio=
nes oppositę nominibus carẽt.
etenĩ õne cõstructũ ex incõstru
cto/ atq; incõstructũ e cõstructo
fiat: necesse est. cõstructũ etiã in
incõstructũ/ & in ipsũ nõ qd̃uis
sed in oppositũ/ necesse est cor=
46 rũpatur. Nihil autẽ interest: siue
in cõstructione/ siue in ordine/
siue in cõpositione/ hęc ipsa dí=
cãtur. patet enĩ: eãdẽ rationẽ in
cũctis esse. Atq; domũ/ statuã/ et
qd̃uis aliud: similiter fieri. do=
mus enim/ ex non compositis
sed hoc mõdo diuisis: & statua
figuratorumq; quoduis/ e nõ sic
figurato confici fieriq; videtur.
atq; hæc: partim ordine/ par=
47 tim compositione constant. Si
igitur hæc vera sunt: omne qd̃
fit/ e contrario profecto/ aut e
medio fit. & omne qd̃ corrũpi=
tur: in cõtrariũ corrũpitur/ vel
in mediũ. media vero: sũt ex cõ
trarijs. ceu cõlores: ex albo & ni
gro. Quare oĩa q̃ natura fiũt: aut
48 cõtraria/ aut ex cõtrarijs sũt. Plu
rimi igitur & cæterorũ hucusq;
profecti/ pene cõsentiũt: quẽad
modũ diximus antea. Nã oẽs
elemẽta/ & ea q̃ ab ipsis princi=
pia nũcupãtur: q̃q̃ sine ratione/
tamẽ cõtraria põnunt/ quasi ab
ipsa veritate cõpulsi. Differunt
tamẽ: quia quidã priora/ quidã
posteriora/ & alij ratione/ alij sẽ
su notiora/ accipiũt. Quidã enĩ/
calidũ frigidũq;: quidã humidũ
atq; siccũ. Alij: par & ĩpar. Nõ
nulli: concordiã discordiãve cau=
sas generationis esse dixerunt.

Tral.ve. ex græ. recog.

co/ aut si aliq̃d ipsis est mediũ. Neq; igi=
tur: corrũpitur ĩ cõtingẽs primũ. vt albũ:
nõ in musicũ/ nisi forte secundũ accidẽs:
sed in nõ albũ. & nõ in contingẽs: sed in
nigrũ/ aut mediũ. Similiter autẽ & musi=
cũ: in nõ musicũ. & hoc/ nõ in cõtingẽs:
sed in ĩmusicũ / aut si ipsis aliq̃d mediũ
est. Similiter autẽ his: et in alijs. Quoniã
& nõ simplicia eorũ quæ sunt sed cõpo=
sita: secundũ eandẽ se habẽt rationẽ. sed
propterea q̃ oppositæ dispositiones non
denominatæ sunt: latet/ hoc contingens.
necesse est enim: omne consonans ex in=
consonanti fieri/ & inconsonans ex con=
sonanti. & corrumpi: consonans in incõ=
sonantiã/ & hanc non contingentem/ sed
in oppositam. Differt autẽ nihil: in con=
sonantia dicere/ aut ordine/ aut composi
tione. manifestũ enim est: q̃ eadẽ sit ra=
tio. At vero & domus/ & statua/ & qd̃li=
bet aliud: fit similiter. domus enim fit:
ex eo q̃ non composita sed diuisa sunt
hæc sic. & statua & figuratum aliquid:
ex infigurato. & vnumquodq; horum:
secundum alia quidem ordo/ secundum
alia vero compositio quædam est. Si er=
go hoc verũ est: õne quod fit fiat/ & cor=
rũpatur quod corrũpitur/ aut ex contra=
rijs aut in contraria & horũ media. me=
dia autẽ: ex contrarijs sunt. vt colores: ex
albo & nigro. Quare omnia vtiq; erunt
quę natura fiunt: aut cõtraria/ aut ex cõ=
trarijs. Hucusq; igitur fere secuti sunt &
aliorum plurimi: quemadmodum dixi=
mus prius. Omnes enim elementa/ &
ab ipsis vocata principia: quamuis si=
ne ratione ponentes/ tamen contraria
dicunt/ tanquam ab ipsa veritate coacti.
Differunt autẽ ab inuicem: ex eo q̃ alij
quidẽ priora/ alij posteriora accipiunt.
& q̃ hi quidẽ/ notiora secũdum rationẽ:
illi autẽ/ secundũ sensum. Hi enim/ cali=
dũ & frigidũ: illi autẽ/ humidũ & siccũ.
Alij autẽ: impar & par. Quidã autẽ: litẽ
& amicitiã causas ponunt generationis.

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

Hæc autem: ab inuicem differunt secundum dictum modum. Quare: est eadem dicere quodammodo & altera ab inuicem, altera quidē: quemadmodū & videtur plurimis. eadē autē: secūdū analogiā. accipiūt enī: ex eadē coordinatione, hæc enī cōtinent/ alia autē cōtinētur: cōtrariorū. Sic igitur: similiter dicūt & aliter/ & peius & melius. Et hi quidem notiora secūdum rationem/ sicut dictū est prius: illi autē/ secundū sensū. vniuersale enī/ secundum rationē notū est: singulare autē/ secundum sensum. ratio enim/ vniuersalis est: sensus autem/ particularis. vt magnum & paruum/ secundum rationem: rarum autē & densum/ secundū sensum. Q̄ igitur contraria oportet esse principia: manifestum est.

CAP. VI.

26 Consequens autem erit dicere: vtrum duo/ aut tria/ aut plura sint. vnū enim/ impossibile est: quoniam non vnum/ contraria.

27 ¶ Infinita autem non: quoniam neq; scibile/ quod est/ erit. Et vna contrarietas: in omni genere vno. substantia autem: vnum quoddam genus est. Et quia contingit ex finitis: melius autē ex finitis quēadmodū Empedocles/ q̄ ex infinitis. omnia nāq; assignare opinatur: quēadmodū Anaxagoras ex infinitis. Amplius: sūt alia alijs priora/ contraria. & fiunt altera ex alijs vt dulce & amarū/ & albū & nigrū: principia autē/ sēp oportet manere. Q̄ igitur neq; vnū/ neq; infinita sint: manifestum est ex his.

28 ¶ Quoniā autē finita: nō facere duo tantū/ habet quandā rationē. Dubitabit enī aliquis: qualiter densitas raritatē facere apta natura sit/ aut hæc densitatē. Similiter autem: & alia quæcunq; contrarietas. nō enim cōcordia/ discordiā congregat/ & facit aliquid ex ipsa: neq; discordia/ ex illa. sed vtraq;: alterum quiddam tertium. Quidā autē & plura recipiunt:

Empedocles

Anaxagoras

Hęc autē: inter sese dicto differūt modo. Quare: eadem quodammodo diuersaq; dicunt. diuersa quidē: sicut & plurimis videtur. eadē autē: similitudine rationis. ex eadē nāq; serie sumūt. cōtrariorū enī: alia cōtinēt/ alia cōtinētur. Hoc igitur pacto: eodē modo diuersoq; / & deterius ac melius dicūt. Et qdā ratione/ qdā sēsu notiora sumūt: vt antea diximus. etenim vniuersale quidē/ notius est ratione: singulare autē/ sensu. ratio nāq;/ ipsius est vniuersalis: sensus vero/ particularis. veluti magnū qdē & paruū/ ratione: rarū autē & dēsum/ sensu sūt notiora. Patet igitur: oportere contraria principia rerum esse.

CAP. VI.

Deinceps vero cōsyderādum est: vtrū duo/ an tria/ an plura principia sint. vnū enī principiū esse nō potest: quia nō sunt ipsa cōtraria/ vnū. ¶ Nec etiā infinita: qa id qd est/ sub sciētiā sane nō cadet. Vna quoq; cōtrarietas: est in ōni genere vno. substantia vero: genus est quoddā vnū. Et qa generatio ex finitis fieri potest: atq; pręstabilius est ex finitis vt opinatur Empedocles/ q̄ ex infinitis fieri generationem existimare. cuncta enim q̄ ad generādas res pertinēt: ex finitis/ perīde atq; Anaxagoras ex infinitis/ reddere putat. Preterea: alijs alia priora/ cōtraria sunt. & ex alijs alia fiunt/ ceu dulce & amarū/ & album & nigrū: principia vero/ manere sēper oportet. Ex his igitur: neq; vnū/ neq; infinita prīcipia esse/ cōstat. ¶ Cū autē sint finita: nō facere duo solū/ rationē aliquā habet. Dubitauerit enī nō incōgrue q̄spiā: quonā pacto dēsitas apta est facere raritatē aut raritas dēsitatē. Et alia q̄uis cōtrarietas: simili modo. nō enī cōcordia discordiā: neq; cōtra discordia cōcordiā cōgregat/ & aliqd facit ex ipsa. sed aliud qd tertiū: ābe. Atqui sunt q̄ plura etiā sumūt:

Argyropylus.

ex quibus eorũ quæ ſunt/ naturã conficiũt. ¶ Inſuper et id quiſpiã dubitauerit: niſi quiſpiã aliã quãdã cõtrariꝭ naturã ſubiecerit. nullius enĩ eorũ quę ſũt/ ſubſtãtiã: cõtrariã eſſe videmus. Principiũ autẽ: de nullo ſubiecto dicaĩ oportet; alioquin: principij pricipiũ erit ſubiectũ enĩ: principium/ & prius predicato eſſe videt. Pręterea. ſubſtãtiã nõ eſſe cõtrariã ſubſtãtiæ dicimus. Quonã igitur pacto ſubſtãtia ex nõ ſubſtãtijs: aut nõ ſubſtãtia/ ſubſtãtia prius erit? Quaobrẽ neceſſe eſt eũ qui priorẽ atq; hanc rationẽ verã eſſe exiſtimauerit: ſi ãbas ſeruare voluerit/ tertiũ aliqđ cõtrarijs ipſis ſubijcere. quẽadmodũ dicũt ij: qui ſolã vnã quandã naturã/ vniuerſũ aſſerũt eſſe. vt aquã/ aut ignẽ: aut medĩũ quod inter hęc collocarũt. Atq; videtur: ipſũ mediũ magis. nã ignis/ terra/ aer/ et aqua: cũ cõtrarietatibus ſũt annexa. Iccirco nõ ſine ratione agũt: qui ſubiectũ ipſum aliud ab his faciũt. Cæterorũ autẽ: quidam aerẽ ponũt. aer enĩ: minime reſpectu cæterorũ/ differẽtias ſenſibiles habet. atq; hũc ſequitur aqua. Verũ enĩ ões: hoc vnum in figuras cõtrarijs vertũt/ dẽſitate inquã raritateq;/ et itẽſione remiſſioneve. quæ quidẽ/ excẽſus omnino defectuſq; ſũt: vt antea diximus. Hęc etiã opinio vetus quædã eſſe videtur: vnũ inquã/ et excẽſũ atq; defectũ/ principia rerũ eſſe. attamẽ non eodem modo. ſed priſci: duo quidẽ agere/ vnum autẽ pati/ dicebãt. At poſteriorum quidã/ cõtra: vnũ quidẽ agere/ duo vero pati/ potius aſſerũt. ¶ Tria igitur elemẽta rerum eſſe putare: ex his et iſtiuſmodi alijs animaduerſis/ videbitur aliquã rationẽ habere/ ſicut ãtea diximus. ſed tribus ponere plura: nullã. Ad patiẽdũ enim: ſufficiens eſt vnũ ipſum. Si vero quatuor cõtrarijs ſũptis/ duæ cõtrarietates ponantur: vtriſq; ſeorſum alia quædam natura media ſubijciatur oportet. Qz ſi ex ſeſe viciſſim generare poſſũt: ſuperuacanea nimirum altera contrarietas erit. Et inſuper fieri nequit: vt

Tral.ve.ex græ.recog.

ex quibus cõcinnãt eorũ quę ſũt/ naturã. ¶ Ad hæc autem/ adhuc et hoc aliquis dubitauerit: niſi quis aliam ſuppoſuerit cõtrarijs naturã. Nullius enim videmus eorũ quæ ſunt/ ſubſtantiæ: contraria. Principiũ autẽ: nõ de ſubiecto oportet dici aliquo. erit enĩ: principiũ/ principij. ſubiectũ enim: principiũ/ & prius videtur eſſe/ predicato. Amplius: nõ eſſe dicimus ſubſtãtiã cõtrariã ſubſtãtię. Quo modo igit ex nõ ſubſtãtijs: ſubſtãtia vtiq; erit? aut quo modo prius: nõ ſubſtãtia q̃ ſubſtãtia erit? Quocirca ſi quis et priorẽ verã putabit eſſe rationẽ/ et hãc: neceſſariũ eſt/ ſi debet ſaluare vtraſq; rationes/ ſubijcere qđã tertiũ. quẽadmodũ dicũt/ vnã quãdã naturã dicẽtes eſſe vniuerſũ: vt aquã/ aut ignẽ/ aut mediũ horũ. videtur autẽ: mediũ magis. ignis enĩ/ & terra/ et aer/ & aqua: cõtrarietatibus cõnexa ſũt. Ideo nõ irrationabiliter faciũt: ſubiectũ/ alterũ ex his/ facientes. aliorũ autẽ: quidã/ aerẽ. aer enĩ: minime aliorũ/ habet differẽtias ſenſibiles. cõſequẽs autẽ eſt: aqua. Sed ões: vnũ hoc cõtrarijs figurãt/ vt dẽſitate & raritate/ & eo quod magis et minus. hęc autẽ: ões non ſũt ſuperabũdãtia videlicet et defectus/ ſicut dictũ eſt prius. Et videtur ãtiqua eſſe etiã hæc opinio: q̃ vnũ/ et ſuperabũdãtia et defectus/ principia entiũ ſint. verũ: nõ eodẽ modo. ſed ãtiqui/ duo quidẽ/ agere: vnũ autẽ/ pati. poſteriorũ autẽ quidã/ ecõtrario: vnũ quidẽ agere/ duo autẽ pati/ dicunt magis. ¶ Tria igitur dicere elemẽta eſſe: et ex his/ et ex huiuſmodi alijs/ cõſiderãtibus videbitur vtiq; habere quãdã rationẽ/ ſicut prędiximus. plura autẽ tribus: nõ amplius. ad patiendũ enim: ſufficiens eſt vnum. Si autem/ quatuor exiſtẽtibus/ duæ erũt contrarietates: oportebit ſeorſũ ab vtraq;/ eſſe alterã quandã naturã mediã. Si autẽ ex ſeinuicẽ poſſint generare: ocioſa vtiq; altera contrarietatũ erit. ſimul autẽ & impoſſibile eſt: plures eſſe

Cap. 6 7

Tral.ve.ex græ.recog.

cõtrarietates primas. Substãtia enĩ: vnũ qđdã genus est entis.quare eo quod prius et posterius different solum abinuicẽ principia:sed non genere.semper enim in vno genere: contrarietas vna est. omnes autẽ contrarietates : reduci videntur ad vnã.Qz igitur neqꝫ vnũ sit elemẽtũ/neqꝫ plura duobus vel tribus:manifestum est. Horũ autẽ/ vtrũ: quẽadmodũ diximus/ dubitationẽ habẽt multã. CAP.VII .

31 SIc igitur nos dicamus primũ:de omni generatione aggrediẽtes. Est enim secundum naturam/ cõmunia primũ dicẽtes:sic/circa vnumquodqꝫ propria speculari. Dicimus enim fieri ex alio aliud/& ex altero alterum:aut simplicia dicentes/aut cõposita. dico autem hoc: sic. est enim: fieri hominẽ musicũ. est autẽ et nõ musicũ quippiã/ fieri musicũ: aut nõ musicum hominẽ/ hominẽ musicũ. Simplex igitur dico qđ factũ est: hominẽ/& nõ musicũ/et quod fit simplex/musicũ.cõpositũ autẽ/& quod fit/et qđ factum est: cũ nõ musicũ hominẽ/dicimus fieri musicũ hominẽ.

32 ¶Horũ autẽ: hoc quidẽ nõ solũ dicitur hoc aliquid fieri/ sed etiã ex hoc/ vt ex nõ musico/musicus.hoc autẽ nõ dicitur in õnibus.nõ enĩ ex homine factus est musicus:sed homo factus est musicus . Eorum autem quæ vt simplicia dicimus fieri/aliud quidem permanẽs fit: aliud vero/nõ permanens.homo enĩ:permanet factus musicus homo.nõ musicũ autẽ & immusicum:neqꝫ simplex neqꝫ cõ-

33 positũ permanet. ¶Determinatis autẽ his/ex õnibus quæ fiũt/hoc licet accipere si aliquis ispexerit sicut dicimus:qꝫ oportet sẽper aliquid subijci qđ fit.et hoc/ etsi numero est vnũ:at specie quidẽ non vnũ. specie enĩ dico et ratione : idẽ. nõ enĩ idẽ est homini et ĩmusico: esse.et illud quidẽ/ permanet: hoc vero/nõ ꝑmanet. Etenim

Argyropylus

primæ contrarietates sint plures. substantia namqꝫ: vnum quoddã est genus eius quod est/ vt patet. quare non genere/ sed antecedendo sequendove dũtaxat : inter se se principia different. semper enĩ vna est cõtrarietas; ĩ genere vno. atqꝫ omnes cõtrarietates:ad vnũ reduci videntur. Patet igitur:neqꝫ 57
vnum elemẽtum/ neqꝫ plura duobus vel tribus/ esse. Horum autem vtrum sit asserendum:magnã dubitationem nimirum habet.

CAP. VII.

58 HOc igitur modo nos dicimus primo : de õni generatione simpliciter pertractãtes. Est enim naturæ accommodatum/ primum communia dicere:deinde ea quę circa vnũquodqꝫ sunt propria contemplari. Nam quippiam e quopia/ ac aliud ex alio fieri dicimus:aut simplicia dicentes aut composita. Dico autem:hoc pacto. fit enĩ homo:musicus.& nõ musicus/musicus:aut non musicus homo/ musicus homo. Simplex itaqꝫ dico ipsum fiens/ hominẽ inquã/ & nõ musicum:& id etiã quod fit/ id est musicũ.Cõpositũ vero/ et id quod fit/ et ipsum fiens etiã:cũ non musicũ hominẽ/ musicũ hominem fieri dicimus. ¶Horũ autem alterum:nõ solum hoc aliquid/ sed etiam ex hoc fieri dicitur/ceu e nõ musico musicus.alterum:non hoc in omnibus dicitur modo.Nõ enĩ ex homine musicus/ sed homo fit musicus:dicitur.At vero eorũ quę 59
vt simplicia fieri dicimus: alterũ permanens fit/ alterũ non permanens.Nam homo quidem:permanet/ cũ fit musicus homo.Nõ musicũ autem & immusicũ: neqꝫ simplex neqꝫ cõpositũ ꝑmanet. ¶Quę 60
cũ ita sint/ hoc est ex õnibus quæ fiunt accipiendum/ si quis inspexerit/ vti diximus:aliquid semper subijci oportere/ ipsum inquam fiens. Quod/ etsi numero vnum est: non tamen est specie vnum. atqꝫ pro eodẽ accipio:specie rationeqꝫ differre. nõ enim est eadẽ:hois et immusici ratio.atqꝫ alterũ permanet:alterũ nõ ꝑmanet.Id enim qđ

Argyropylus.

non opponitur: permanet. homo namq; permanet. muſicū autem et immuſicū non permanet: neq; id quod ex vtriſq; cōponitur/ velut
61 immuſicus homo. At vero quippiā e quopiam/ et nō hoc fieri: in ijſce magis dicitur quæ nō permanēt. ceu ex immuſico: fieri muſicū dicitur. ex homine vero: nō dicitur. Verū & in ijſce quę pmanēt: interdū eodē dicitur modo. ex ære nāq; ſtatuā: nō ęs ſtatuā fieri dicimus. In eo tamē quod opponitur/ et nō permanet: vtroq; dicitur modo. et ex hoc fieri hoc/ vt ex īmuſico muſicus:& hoc fieri hoc/ velut īmuſicus muſicus. Iccirco:& in cōpoſito ſimiliter dicitur. ex immuſico nāq; homine/ atq; īmuſicus homo: muſicus homo fieri dicīt. Cū
62 autē fieri multis modis dicatur/ et quædā nō abſolute fieri ſed hoc aliquid fieri/ quędā ſimpliciter fieri dicātur/ quod quidē ſolis ſubſtātijs cōpetit: in cæteris quidē patet aliquid (ipſū inquā fieṡ) neceſſario ſubijci. nā et quantū/ et quale/ et ad aliquid/ et quādo/ et vbi/ fit aliqua re ſubiecta: propterea q; ſubſtātia ſola de nullo ſubiecto dicitur alio/ cætera autē vniuerſa de ſubſtātia ipſa dicūtur. At ſubſtantiā etiā et quæcunq; alia ſimpliciter fīūt/ ex ſubiecto fieri aliquo/ patefiet ſane diligēter cōſiderāti. ſemper enī eſt aliquid quod ſubijcīt: ex quo generatur id quod fit. Plātę nāq; et animalia: ex ſemine fiunt. Eorū autē quæ fīūt ſimpliciter: quædā trāſfiguratione fīūt/ vt ſtatua. quędā additione: vt ea quę incremēta ſuſcipiūt. quædā ablatione: vt e lapide Mecurius. quędā cōpoſitione: vt domus. quędā alteratione: vt ea quę vertūtur materia. Atq; patet: ex ſubiectis omnia fieri/ quę hoc pacto fīūt. Quare patet ex dictis: omne quod fit/ ſemper cōpoſitū eſſe/ atq; eſt quidē aliquid: qđ fit. eſt autē aliquid: qđ iſtud fit. et hoc eſt duplex. Eſt enī: aut ſubiectū aut oppoſitū. atq; opponi quidem immuſicum: ſubijci autem hominem/ dico. Et vacuitatē quidem figurę/ et informitatē/ vel inordinationē/ oppoſitū:
63 æs autē/ lapidē/ aurūq;/ ſubiectū.

nō oppoſitū permanet. homo enī: permanet. muſicū autē et īmuſicū/ nō permanet: neq; ex ābobus cōpoſitū/ vt īmuſicus homo. Sed ex aliquo fieri aliq d/ et nō hoc fieri: magis quidē dicīt in nō pmanētibus. vt ex immuſico: muſicū fieri. ex homine autē: nō. At vero: & in permanētibus/ aliquādo dicitur ſimiliter. ex ere enī/ ſtatua dicimus fieri: nō æs/ ſtatua. Hoc tamē/ ex oppoſito & nō permanēte: vtroq; modo dicīt. & ex hoc/ hoc: & hoc/ hoc. nāq; ex īmuſico/ et īmuſicus: fit muſicus. Quocirca: et in cōpoſito ſimiliter. eteni ex īmuſico homine/ & īmuſicus homo: fieri dicīt muſicus. Multipliciter autē cū dicatur fieri/ et horū quidē non ſimpliciter fieri/ ſed hoc aliquid fieri/ ſimpliciter autem fieri/ ſubſtātiarū ſolū ſit: manifeſtū eſt q; ex alia quidē neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit. eteni quantū/ & quale/ et ad alterū/ & quando/ & vbi: fīūt ſubiecto aliquo/ propterea q; ſola ſubſtātia de nullo alio dicitur ſubiecto/ ſed alia ōnia de ſubſtātia. Qz autē ſubſtātia/ et quęcūq; alia ſimpliciter entia ex ſubiecto quodā fiāt: cōſiderāti fiet vtiq; manifeſtū. ſemper enī eſt aliquid/ qđ ſubijcitur: ex quo fit/ qđ fit. vt plātę/ et animalia: ex ſemine. fīūt autem/ quę fīūt ſimpliciter: alia quidē trāſfiguratione/ vt ſtatua/ ex ære. Alia vero/ appoſitione: vt quæ augmētātur. alia vero/ ſubſtractione: vt ex lapide/ Mercurio. Cōpoſitione aūt alia: vt domus. Alia vero alteratione: vt quę vertūtur ſecūdū materiā. omnia autē quæ ſic fīūt: manifeſtū eſt q; ex ſubiectis fīūt. Quare manifeſtū eſt ex dictis: q; ōne qđ fit/ ſemper cōpoſitū eſt. & eſt quidē aliquid quod fit: eſt autē aliquid/ quod hoc fit. et hoc: duplex eſt. aut eni ſubiectū/ aut oppoſitū. Dico autē oppoſitū eſſe/ īmuſicum: eſſe autem ſubiectū/ hominē. et īfigurationē quidē/ et informitatem vel inordinationē/ oppoſitū: æs autē/ vel lapidē/ vel aurum/ ſubiectū.

Tral.ve.ex græ.recog.

34 ¶Manifeſtū igitur/ ꝙ ſi quidē ſunt cauſæ & principia eorū quæ natura ſunt/ ex quibus primis ſunt/& facta ſunt non ſecundū accidēs/ſed vnūquodq; quod dicit ſecūdū ſubſtātiā: ꝙ ōne & ex ſubiecto et forma fit. cōponitur enī muſicus homo: ex homine & muſico quodāmodo. reſolues enī rationes: in rationes eorū. manifeſtū igitur eſt: ꝙ quę fiunt/ fiēt ex his. eſt autē ſubiectū: numero quidē vnū/ ſpecie vero duo. homo enī/et aurū/et ōnino materia: numerabilis. nā hoc aliquid magis: et quod fit nō ſecūdū accidēs/ex ipſo fit.

35 ¶Priuatio autē & cōtrarietas: accidens. vnū autē/ſpecies: vt ordinatio/aut muſica

36 aut aliorū aliq̄d ſic prędicātiū. ¶Quocirca eſt quidē vt duo dicēda ſint principia: eſt autē/vt tria. et eſt quidē/ vt contraria. vt ſi aliquis dicat muſicū et īmuſicū/ aut calidū et frigidum/ aut cōgruens & incōgruens. Eſt autē: vt nō. A ſeinuicē enim contraria pati: impoſſibile. Soluitur autē et hoc: propterea ꝙ aliud eſt ſubiectum. hoc enim: nō eſt cōtrarium. Quare/ neq; plura contrarijs principia quodā modo: ſed duo (vt ſic dicā) numero. Neq; iterū penitus duo/ propterea ꝙ alterum eſt eſſe ipſis: ſed tria. alterum enim eſt homini/ et non muſico/ eſſe: et infigurato/ & æri. Quot igitur principia ſint/rerū naturaliū quę circa generationē/et quomodo tot: dictū eſt. Et manifeſtū eſt: ꝙ oportet ſubijci aliquid cōtrarijs/et cōtraria duo eſſe. quodā autē modo alio: non neceſſarium eſt. Sufficiēs enim erit/ alterū cōtrariorū: abſentia et præſentia/facere mutationē.

37 ¶Subiecta autē natura: ſcibilis eſt ſecundū analogiā. vt enim ad ſtatuā ęs/aut ad lectū lignū/ aut ad aliud aliquid habentiū formam/materia et informe ſe habet priuſq̄ accipiat formam: ſic hæc ad ſubſtantiam et hoc aliquid/et quod eſt/ſe ha-

38 bet. ¶Vnum igitur principium/ hęc: non ſic vnū exiſtēs/neq; ſic ens/vt hoc aliquid.

Argyropylus

¶Si igitur eorū quæ natura conſtāt/ cauſæ atq; principia ſunt ex 65
quibus primis cōſtāt/ ac facta ſunt nō per accidēs/ſed vnūquodq; id quod per ſubſtantiā dicitur: patet omnia fieri ex ſubiecto ac forma. muſicus enim homo: ex homine quodāmodo muſicove cōponitur. rationes enim: in illorū rationes diſſolues. Vniuerſa igitur quæ fi- 66
unt: ex hiſce porro fieri patet. atqui ſubiectū ipſū: numero quidē eſt vnū/ ratione autē duo. Homo nāq;/& aurū/ac ōnino materia: numerabile eſt. eſt enim hoc aliquid magis: atq; id quod fit/nō per accidēs ex ipſo gignitur. ¶At priuatio/ipſū inq̄ oppoſitū: accidēs eſt. forma autē/eſt vnum: vt ordo vel muſica/ vel eorū aliquid quę ſimili modo dicunt. ¶Quapro- 67
pter ipſa principia: tū duo/tū tria dicenda ſunt. & tū cōtraria. veluti ſi quiſpiā dicat muſicum & immuſicū/aut calidum et frigidum/ aut conſtructum & incōſtructum. tū nō cōtraria. fieri enī nō poteſt: vt mutuo cōtraria patiātur. Soluit autē et hoc: quia aliud eſt ipſum ſubiectū. hoc enī: nō eſt (vt patet) cōtrariū. quare principia/ neq; plura cōtrarijs quodammodo ſūt: ſed duo (vt ita dicā) numero. neq; rurſus penitus duo/ quia ipſorū ratio eſt diuerſa: ſed tria. diuerſa enim eſt hominis ratio/ et īmuſici: & vacātis figura/ et ęris. Quot igit̄ prin- 68
cipia ſūt naturalium rerū quibus generatio cōpetit/ et quonā modo ſūt tot: ſatis iā explicauimus. Atq; patet: aliquid ipſis cōtrarijs ſubijci oportere/ et contraria duo eſſe. modo autē quodā alio: nō neceſſariū eſſe. erit enī ſufficiēs cōtrariorum alterum: ad faciēdum abſentia præſentiaq; ſui/mutationem.

¶Natura autē ea quæ ſubijcitur: 69
ſimilitudine rationis/ſub ſcientiā cadit. Nā vt ad ſtatuā ęs/aut ad lectīcā lignū/ aut ad aliquid aliud eorū quæ formā habent/ materies atq; informe ſeſe habet ātēq̄ ſuſcipiat formā: ſic ad ſubſtātiā/ & hoc aliquid/atq; id qđ eſt/hæc ſeſe habere videt. ¶Vnū igitur hęc principium eſt: non tamen eſt vnum/ neq; ens/ pinde atq; hoc aliquid.

Argyropylus.

Vnum etiam principiũ: est ratio. & insuper id/ quod est cõtrarium
70 huic: ipsa inquam priuatio. Hæc autem quonã pacto duo sunt/ atq; plura: paulo antea diximus. Primum igitur dictum est/ contraria solum principia esse: deinde necessariũ esse/ quoddã etiã aliud subijci/ triaq; esse. Ex hisce vero quæ nunc diximus/ patet: quænam est differentia contrariorũ/ & quomodo principia se habẽt/ et quid est ipsum subiectum. Sed vtrum forma substantia sit/ an subiectũ: nõdum emersit. patet tamẽ: tria principia rerum esse/ & quonã pacto/ atq; quis ipsorũ sit modus. Quot igitur & quæ sint principia rerũ: ex hisce quę diximus sit ꝑspectũ.

CAP. VIII.

71 Post hæc autẽ: et dubitationẽ veterũ/ vnice hoc pacto solui dicam9. Primi nãq; Philosophi veritatẽ atq; naturã eorũ quæ sunt/ querentes: exorbitarũt/ quasi ad aliã viã quandam a ruditate depulsi. Atq; asserunt/ neq; fieri quicq̃ eorũ quę sunt/ neq; corrumpi: propterea ꝙ necesse est quidem omne quod fit aut ex ente/ aut e nõ ente fieri generariq;. neutrum autem/ esse potest. neq; enim fit: id quod est. iã enim est. & ex non ente: nichil fieri potest. Aliquid enim subijciatur oportet. Atq; hoc pacto id qđ deinceps accidit/ augentes: neq; multa inquiunt esse/ sed solũ ipsũ quod est. Illi igitur: ob ea quæ dicta sunt/ hanc habuerunt opinio-
73 nem. ¶ Nos autem vno quidem modo // nichil inter hæc dicimus interesse: ex ente inquã aut ex nõ ente fieri/ & id quod non est aut quod est agere quippiam aut pati/ aut quoduis hoc fieri: & medicum agere quippiam aut pati/ aut e medico aliquid esse aut ori-
74 ri. Quare cum id dicatur dupliciter: patet et ex ente fieri/ aut id quod est/ agere aut pati/ duobus modis identidem dici. Aedificat igitur medicus: non vt est medicus/ sed vt ędificator. et albus fit:

Tral. ve. ex græ. recog.

Vnũ autẽ: secũdũ ꝙ ratio. amplius autẽ: contrariũ huic/ priuatio. Hæc autẽ quomodo duo/ et quomodo plura: dictũ est in præcedẽtibus. Primum igitur dictum est/ ꝙ cõtraria solũ principia sũt: posterius autẽ/ ꝙ necesse est/ & aliud quippiam subijci/ & esse tria. Ex ijs autẽ quæ nunc: manifestũ est quę sit differẽtia contrariorum/ et quomodo se habent principia ad inuicem/ & quid subiectum. Vtrum autẽ substantia species aut subiectũ sit: nõdũ manifestũ est. sed ꝙ principia tria sint/ et quomodo tria/ et quis modus eorum: manifestum est. Quot igitur & quæ sint principia: ex his consideretur.

CAP. VIII.

Quod autẽ vnico modo sic 39
soluitur & ãtiquorũ dubitatio: dicamus post hæc. quęrentes enĩ Philosophi primi veritatẽ/ & naturã entiũ: cõuersi sũt/ veluti in viã quãdã aliã depulsi ob inexperientiã. dicũtq;/ neq; fieri eorũ quę sũt vllũ/ neq; corrũpi: propterea ꝙ necessarium est/ fieri qđ fit aut ex eo qđ est/ aut ex eo quod nõ est. ex his autẽ vtrisq;: ĩpossibile esse. neq; enĩ quod est: fieri. esse enĩ: iam. & ex eo quod non est: nichil vtiq; fieri. subijci enĩ quippiã oportet. & sic itaq; quod cõsequẽter accidit augẽtes: neq; esse multa dicũt/ sed tantũ ipsũ quod est. Illi ergo: talẽ acceperũt opinionẽ/ propter ea quæ dicta sũt. ¶ Nos autẽ dicimus/ ꝙ ex eo qđ 40
est/ aut ex eo quod nõ est/ fieri/ aut quod non est/ aut quod est/ facere aliquid aut pati/ aut quodcunq; hoc fieri: vno quidẽ modo nichil differt/ aut medicũ facere aliquid/ aut pati/ aut ex medico esse/ aut fieri. Quare cũ hoc dupliciter dicatur: manifestũ est ꝙ et ex eo qđ est/ et id qđ est aut facere aliquid/ aut pati. ædificat igitur medicus: non secundum ꝙ medicus/ sed secundum ꝙ ædificator. & albus fit:

Tral.ve.ex græ.recog.

non quatenus medicus/ ſed quatenus niger. Medicatur autem/& nō medicus fit: quatenus eſt medicus. Cum autē maxime proprie dicamus medicum facere aliquid/aut pati/aut fieri ex medico/ſi ſecūdū q̄ medicus hęc patiatur aut faciat: manifeſtum q̄ ex non ente fieri & hoc ſignificat/ quatenus non eſt. Quod illi quidem nō partiētes: aberrauerūt.& propter hāc ignorantiā tantū inſuper ignorauerūt: q̄ nichil aliorū opinati ſūt fieri/aut eſſe/ſed
14. auferebāt omnē generationē. ¶Nos autē & ipſi dicimus fieri quidē nichil ſimpliciter ex eo quod nō eſt: ſed tamē fieri ex eo quod nō eſt/vt ſecundum accidēs. ex priuatione enī/ quæ eſt per ſe nō ens/ nō ex eo q̄d eſt: fit. Mirabile autē eſt hoc & impoſſibile ſic videtur: fieri aliquid ex eo quod nō eſt. Similiter autē/neq; ex eo quod eſt/neq; id q̄d eſt fieri: niſi ſecundū accidens. ſic autē et hoc fieri eodē modo: vt ſi ex animali/ animal vtiq; fiat/ et ex quodam animali/quoddam animal. vt ſi canis: ex equo fiat. fiet enim: non ſolum ex quodam animali canis: ſed etiam ex animali/ at non quatenus eſt animal. eſt enim iam hoc. Si autē aliquid debet fieri animal/non ſecundū accidēs: non ex animali erit. et ſi aliquid ſit: non ex eo quod eſt/neq; ex eo quod non eſt. quod enī ex eo quod nō eſt: dictū eſt nobis/quid ſignificet/q̄ quatenus non eſt. Amplius autē et eſſe omne/aut nō eſſe: nō remouemus. vnus igitur modus: hic eſt. Alius autē: q̄ contingit eadē dicere ſecundū potentiā/ & actū. hoc autē: in alijs determinatū eſt cum diligētia magis. Quare/quod quidē dicebamus/ dubitationes ſoluūtur: propter quas coacti/remouēt dictorū quędā. propter hoc enī: tantū auerſi ſunt priores a via in generationem/& corruptionē/ et omnino mutationē. Hæc enim viſa natura: omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiam.

CAP. VIIII.

Argyropylus

nō hoc ſane quo medicus eſt/ ſed quo niger. medeť autē & medicinā amittit: quo medicus eſt. Atq; cum maxime ipſum medicū agere quippiā/aut pati dicamus/ vel e medico fieri/ſi illud agat vel patiatur vt medicus: patet & hoc/e nō ente inquā fieri/ id ſignificare vt nō ens eſt. Quod quidem cum non diſtinxiſſent illi: longe a veritate ſemoti ſunt.& ob ignorationem hanc/adeo inſuper ignorarunt: vt nichil fieri prorſus/ neq; cæterorū quicq̄ eſſe arbitrarentur/ ſed omnem tollerēt generationē.
¶Nos autem et ipſi dicimus ni- 75
chil quidē fieri ſimpliciter ex non ente: tamen ex non ente per accidens fieri. ex priuatione enī quæ eſt per ſe non ens/ & quæ non ineſt: fieri dicimus. Afficitur itaq; id admiratione / ac impoſſibile eſſe videtur: ex non ente fieri. Simili- 76
ter autem neq; ex eo quod eſt/ neq; id quod eſt fieri: niſi per accidēs. Sic autē et hoc fieri dicimus eodem modo: ceu ſi animal ex animali fieret / & aliquod animal ex quopiam animali. vt ſi canis: ex equo fieret. etenim canis: non ſolum ex animali quodam/ ſed ex animali etiam fiet/ ſed non vt eſt animal. iam enim idipſum eſt. Si vero quippiam emerſurum eſt animal/non per accidens: non erit ex animali. Et ſi quid ens orietur: 77
non ex ente/ neq; e non ente/fiet. Dictum eſt enim: quid ſignificat/ e non ente fieri. eo namq; pacto: quo eſt non ens. Inſuper neq; hoc eſſe inquam omne aut nō eſſe: tollimus. Is igiť: vnus eſt modus ſo- 78
lutionis. Alius autem: eſt per potentiā atq; actū. Dici autē hęc poſſunt: potentia atq; actu. hoc autē: alijs in locis exacte magis determinauimus. Quare vt dicebamus dubitatiōes illæ ſoluunt: ob quas quædā eorū quæ dicta ſunt cōpulſi tollunt antiqui. ob hoc enim: tātum exorbitarunt ab ea via/ qua ad generationem corruptionēve atq; omnino mutationem accedi tur. Hæc enim natura ſi viſa fuiſſet: omnem hanc ipſorum ignorationem vtiq; diſſoluiſſet.

CAP. VIIII.

Argyropylus.

Ipſam igitur & alij quidam: ſed non ſufficienter vtiq; tetigere. Primum enim ex non ente ſimpliciter aliqd fieri atq; oriri fatentur: ea ſane ratione qua Parmenidem recte dicere arbitrantur. ¶Deinde ſi eſt vna numero: & vna ſolū potentia/ipſis eſſe videtur. Hoc autem: plurimum ſane differt. Nos enim materiam priuationēve: diuerſa dicimus eſſe. atq; materiam quidem / non ens eſſe per accidens: priuationem vero per ſe/cenſemus. Et illam quidem prope atq; quodāmodo ſubſtantiam: priuationem vero ſubſtantiam nullo modo eſſe aſſerimus. ¶At illi/id quod nō eſt/magnum paruumq; ſimiliter inquiunt eſſe: aut vtrumq; ſimul/aut vtrumq; ſeorſum. Quare modus hic trinitatis: diuerſus ab illo penitus eſt. hucuſq; naq; progreſſi ſūt: vt aliquā naturā oporteré ſubijci dicant. hanc tamen: vnam faciunt. Nam & ſi quidam dualitatē facit/magnum & paruum ipſam appellans: nichilominus tamen idem facit. alterā enim deſpexit. etenim materies quidem permanens: vna cum forma cauſa eſt eorū quæ fiūt/perinde ac mater. At contrarietatis altera pars: nec eſſe omnino perſepe ei videbitur/ qui mente ipſius maleficium intuetur. ¶Nam cūm ſit quoddā diuinum & bonū ac appetibile: alterum ipſi cōtrarium eſſe dicimus. alterū: ſuapte natura affectat/atq; appetit ipſum. Illis autem euenit: vt contrarium/interitum appetat ſuum. & tamen fieri nequit vt aut forma ſeipſā appetat (quippe cū non indigeat ſui) aut contrarium/ cum contraria mutuo ſeipſa corrūpant. ſed hoc/eſt materia perinde appetens illud: atq; ſi fœmina mas rem/ & turpe appetat pulchrum. Verum non eſt per ſe: ſed per accidens turpe. nec per ſe fœmina: ſed per accidens. ¶At vero tū corrūpitur atq; gignitur: tū neq; fit neq; corrumpitur. Nam vt eſt quidem id in quo: per ſe corrūpitur.

Tral.ve. ex græ.recog.

Angētes igitur et alij quidam fuerūt ipſam: ſed nō ſufficienter. primum enim confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod non eſt: quatenus Parmenidem recte dicere. ¶Poſtea videtur ipſis ſiquidem eſt numero vna: et potentia tātum eſſe. Hoc autem: differt plurimum. Nos enim materiam et priuationem: alterum eſſe dicimus. et horum: materiam quidem non ens eſſe ſecundum accidens. priuationem autem: per ſe. & materiam quidem prope & quodammodo ſubſtantiam: priuationem autem/ nequaquam. ¶Quidā autē quod nō eſt/ magnum et paruū ſimiliter: aut ſimul vtrūq;/ aut ſeorſū vtrūq;. Quare penitus alter eſt modus hic trinitatis: et ille. hucuſq; enī proceſſerunt: ꝙ oportet quandam ſupponi naturam. hanc tamen: ynā faciūt. etenim ſi aliquis dualitatē facit/ dicēs magnū & paruum ipſam: non minus idem facit. alterā enī deſpexit/priuationē. permanens enī: cū forma cauſa eſt eorū quę fiūt/ſicut mater. altera vero pars cōtrarietatis: ſępe per imaginationē videbitur ad maleficiū ipſius intēdēti itellectū/neq; eſſe penitus. ¶Exiſtente enim quodam diuino/& bono/& appetibili: aliud quidē/ cōtrariū ipſi dicimus eſſe. aliud autē: quod natura aptū eſt appetere/& deſiderare ipſū ſecūdū ſuā ipſius naturā. Quibuſdā autē accidit: cōtrariū appetere ſuā ipſius corruptionē. attamē neq; ipſū ſuāipſius poſſibile eſt appetere ſpeciē (ꝙpterea ꝙ nō eſt indigēs) neq; cōtrariū. corruptiua enī ſūt ſuiinuicē: cōtraria. ſed hoc eſt materia: ſicut ſi fœmina maſculū/& turpe pulchrū. verū non per ſe/turpe: ſed ſecūdum accidens. neq; fœmina: ſed ſecundū accidēs. ¶Corrumpitur autem: & fit. Eſt quidē vt ſic: eſt autem/vt non. Quatenus enim eſt/ id in quo: ſecundum ſe corrumpitur.

Tral.ve.ex græ.recog.

quod enim corrumpitur: in hoc est/priuatio. quatenus autem secundum potentiam: non per se/ sed incorruptibilem/ et ingenitam/necesse est ipsam esse. Si enim fiat: subijci aliquid oportet primum/ ex quo inexistente fiat. hoc autem: est ipsius natura. quare: erit anteq̃ fiat. Dico enim materiam: primũ subiectũ vniuscuiusq;/ ex quo fit aliquid/cum insit non secundũ accidẽs/& si corrumpitur aliquid/in hoc abibit vltimum. quare: corrupta erit/ anteq̃ corrũpatur. De principio autẽ secundum speciem/ vtrum vnum an plura/ & quod/aut quæ sunt: cum diligentia / primæ Philosophiæ opus est determinare. quapropter: in illud tẽpus reponatur. De physicis autem/et corruptibilibus speciebus: in posterius demõstrandis dicemus. Q; igitur sint principia/ & quæ/& quot numero: determinatũ sic a nobis sit. Rursus autem: aliud principium capientes/dicamus.

¶Trallationis veteris de Physico auditu Aristotelis/ ex græco recognitæ primi libri finis.

hic secundus liber diuiditur in duas partes in quarum prima aristoteles ostendit de quibus sit consideratio rei naturalis in secunda parte ostendit de quibus causis demonstrat scientia naturalis

¶Trallatio vetus secundi de Physico auditu Aristotelis ex græco recognita ad R.P.D. Guillermũ Briconnetum Episcopum Meldensem.

CAP.I. 1



Orum quæ sũt: alia quidẽ sunt natura/ alia vero/propter alias causas. Natura quidem sunt: & animalia/& partes ipsorum/ & plantæ / & simplicia corpora/vt terra/& ignis/& aer/ & aqua. hæc enim/ & huiusmodi: natura

Argyropylus

Id enim quod corrũpitur: in hoc est/ipsa inquam priuatio. at suapte potentia: non per se. sed nec occidat nec oriatur: necesse est. nã si gignitur: subijciatur aliquid primum oportet / ex quo hoc pacto nascetur/ vt insit in ipsa. hoc autẽ: est ipsius natura. quare fit: vt sit antea q̃ sit orta. Etenim materiã id dico: quod primum est vniuscuiusq; subiectũ e quo quippiam eo fit pacto/ vt non per accidens insit. si corrũpitur: ad hoc vltimũ sane proficiscetur. quare: erit corrupta anteq̃ sit corrupta. De principio vero formali/ vtrum vnum sit an plura/& quodnam sit/ aut quæ sint: primæ Philosophiæ diligenter exquisiteq; officium est determinare ac pertractare. quare hęc contemplatio: illo in tempore reseruetur. De naturalibus vero formis quæ oriuntur ac occidunt: in hisce quæ posterius ostendentur/ dicemus ac pertractabimus. Hoc igitur pacto sint hæc a nobis determinata: prĩcipia inquam esse/ et quænam/ et quot numero sint. Rursus autem: alio principio sumpto/ dicamus. S3

¶Primi Physicorum Aristotelis interprete Ioanne Argyropylo libri finis.

¶Secundus Physicorum Aristotelis ad Petrum Medicen: interprete Ioanne Argyropylo Bizantio.



Orũ quę sũt: quædam sũt natura / quędam ob alias causas. Natura quidem sunt: animalia partesq; ipsorũ/& plantæ/ & simplicia corpora. vt terra/ ignis/aer/ & aqua. hæc enim & huiuscemodi res: na- 1

videlicet ab arte vel a casu s. electione

Argyropylus

tura dicimus esse. ¶Omnia autē quæ dicta sunt: ab hisce quæ nō natura cōstāt / differre videntur. nā ea quidē quæ natura cōstant: principiū in seipsis vniuersa motus statusve/ partī eius qui loco accōmodat/ partī accretionis decretionisve/ partī alterationis habere videtur. At lectica/ vestis/ & quicquid sit aliud similis generis quo quidē huiusmodi nominib⁹ appellātur atq; ab arte sunt: hoc nullū principiū mutationis insitum habēt. Quo vero ipsis accidit/ vt sint lapidea/ vel terrea/ vel ex his mista: eo motus quietisve principiū habēt. ¶Quæ cum ita sint: patet naturam principiū esse quoddam & causam/ vt id moueatur atq; quiescat/ in quo primo per se/ & non per accidēs inest. Dico autem/ nō per accidēs: quia sibiipsi quispiam medicus sanitatis causa fieri potest. attamen nō quo sanatur/ eo medicinam habet: sed accidit vt idem/ sit medicus subiensq; sanationē. quapropter. & separantur nonnunq;. Similiter sese habet: & vnumquodq; cæterorum/ quæ per artem efficiuntur. nichil enim ipsorum/ effectionis in se principium habet: sed quædam in alijs atq; extrinsecus habent. vt domus/ et vnumquodq; eorum quę manu conficiuntur. Quedam in seipsis quidem id habent/ nō tamen per se: quæcunq; causæ per accidens sibi fieri possunt. Id igitur est natura: quod dictum est.

4 ¶Naturam autem habent/ quæcunq; tale principiū habent: atq; hæc omnia/ substantiæ sunt. subiectum enim quoddam/ et in subiecto est semper: natura.

5 ¶Secūdum vero naturā sunt et hæc ipsa: et etiam ea quæ hisce per se competunt. vt igni: ferri sursum. hoc enim: natura quidem non est/ neq; habet naturam/ sed competit et est natura atq; secūdum

6 naturam. Dictum est igitur quid est natura: & quid id quod natura atq; secundum naturam est. ¶Eniti autem naturā esse ostendere: ridiculum est. Patet enim: tales esse rerum complures. ostē-

Tral.ve.ex græ.recog.

esse dicimus. ¶Omnia autē quæ dicta sunt: videtur differētia ab ijs/ quæ nō natura existūt. quæ enim natura sunt ōnia: videntur habere in seipsis principiū motus & status. hæc quidem/ secundum locum: illa vero/ secundum augmentum & decrementum. quædam autem: secundū alterationem. Lectus autem/ et indumentum/ & si quid huiusmodi aliud genus est: secundum q̄ quidē sortitum est prædicationem vnamquāq;/ & quatenus est ab arte/ ne vnum quidem habet impetū mutationis innatum. quatenus autē accidit ipsis/ lapidea/ aut terrea esse/ aut mista ex his: eatenus habent. ¶Tanq̄ natura sit principium aliquod & causa moueri/ & quiescēdi: ei in quo est primum/ per se/ & non secūdum accidens. Dico autem/ non secundum accidens: quoniā fiet vtiq; sibi ipsi aliquis causa sanitatis/ cum sit medicus. attamen non quatenus sanatur/ medicinam habet: sed accidit eundem/ medicum esse & sanari. quapropter & separantur aliquando abinuicem. Similiter autem: & aliorum quæ fiūt/ vnūquodq;. nullum enim ipsorum habet in seipso actionis principium: sed alia quidem in alijs & ab exteriori/ vt domus/ & aliorum manufactorum vnūquodq;. alia autem in seipsis quidem/ sed non secūdū seipsa: quæcunq; secundum accidens causæ sunt ipsis. Est igitur natura: quod dictum est. ¶Naturam autem habēt/ quęcunq; huiusmodi habent principium: et sunt hæc omnia/ substantia. Subiectum enim quoddam/ & in subiecto est: natura semper. ¶Secundum autem naturam sunt: et hæc/ et quecunq; his insunt secūdum se. vt igni: ferri sursum. hoc enim: natura quidē non est/ neq; habet naturā/ sed a natura/ et secundū naturā est. Quid igitur est natura/ dictū est: et quid/ qđ a natura et secūdū naturā. ¶Qz autē sit natura/ tētare demōstrare: ridiculūest. Ma-

2

4

6

Cap. 1 2

Tral.ve.ex.græ.recog.

nifestū enim est: ꝙ huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autē manifesta per imanifesta: nō potētis iudicare est quod per se ipsū/& nō per seipsū notū est. Qz autē cōtingat hoc pati: nō immanifestū est, syllogizare enī quis possit de coloribus: cū a natiuitate sit cęcus. Quare necesse est talibus: de nominibus esse sermonē/ nichil autē itelligere. ¶ Videt autē nōnullis/natura et substantia eorū quę natura sunt: esse qđ primū subiectū est vnicuiq; nō formatū per seipsū. vt lecti natura/ligni: statuæ autē/æs. signū autē dicit Antiphon: quoniā si aliquis defoderit lectū & accipiat potentiam putredo vt sit germen/non vtiq; fieri lectū sed lignum/ tanquam quod secundum accidens est/ esse dispositionē secundum legem & artem. substantiam autem: esse illam/quę etiam permanet/hæc patiens continue. Si autē & horum vnumquodq; ad aliud aliquid idem hoc patitur (vt æs quidem & aurum/ ad aquam: ossa autem & ligna/ ad terram/ similiter autem & aliorū quodlibet)illa/est naturam esse substātiam ipsorū. Quocirca sane/ hi quidem terram alij vero ignem/alij aerem dicūt: quidam autem aquam/ quidam vero quædā horū/quidā autē ōnia hęc/naturam esse eorum quæ sunt. Quod enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi/ siue vnum/ siue plura: hoc & tot dicit esse omnem substātiam. alia autem omnia: passiones istorum/habitus/& dispositiones. Et horum quidem: quodlibet esse perpetuum. Non enim esse mutationem ipsis ex seipsis: alia autē fieri & corrūpi infinities. Vno igitur modo: natura sic dicitur/prima vnicuiq; subiecta materia habētiū in seipsis motus principiū & mutationis.

8 ¶ Alio autē modo: forma & species/quę secūdū rationē. Vt enī ars dicitur/ quod secūdū artē/et artificiale: sic et natura/qđ secūdū naturā dicit/et qđ naturale. Neq;

Argyropylus

dere vero ea quę manifesta sunt/ per ea quæ non sunt manifesta: hominis est profecto qui nequit id quod est per se notū/ & id qđ non est per se notum/ discernere. atq; id fieri posse: non est obscurū. Ratiocinabitur enī de coloribus: quispiā ortus cæcus. quare necesse est tales homines de nominibus loqui: nichil autē intelligere. ¶ Natura autē substātiaq; 7 eorū quæ sūt natura: id quibusdā esse videtur quod primū cuilibet ineſt/ informe per se. Veluti lectī quidem natura/ligni: statuæ autem/æs. cuius hoc signum: Antiphon esse dicebat. Nam si quispiam lecticam obruerit humo/ vimq; putredo acceperit vt germen emittat: non lectica/ sed lignum inde emerget atq; pullulabit. propterea ꝙ dispositio quidē quæ lege atq; arte conficitur: per accidens est. substantia vero est illa: quæ & continue dispositiones hasce suscipiēs permanet. Qz si cuilibet eorū istorū ad aliud 8 quippiam hoc idem accidit (vt æri quidem auroq; ad aquā: ossibus autem atq; lignis ad terram/cæteris q; similiter) patet illa naturam ipsorum atq; substātiam esse. Quapropter/ quidam 9 terram/quidam aquam/ quidam horum aliqua: quidam hæc omnia eorum quæ sunt: naturam esse dixerūt. Quod enim quisq; tale esse putauit siue vnū/siue plura: id totq; vniuersam substantiam esse dicit. cætera vero cuncta: affectus horum habitus ac dispositiones. Et horū quidem: 10 quoduis perpetuum esse. Non enim ex sese mutationem ipsis cōpetere: cætera autem infinities fieri atq; corrūpi. Vno igitur modo: natura sic dicitur. prima cuiq; subiecta materies eorū: quæ motus in se mutationisq; principium habent. ¶ Alio vero modo: 11 ipsa forma et species/quæ rationi accōmodatur. Nam vt ars dicitur/quod secundum artem extructum est/ atq; artificiosum: sic & natura dicitur quod secūdum naturam/ & naturale. Atq; neq;

Argyropylus

illud habere quicq̃ ſecundū artē: vt artē eſſe dicimus ſi lectica potentia tantum eſt/nondum autem habet formam lecticę.neq; eſſe ſecundum artem:neq; in hiſce quæ conſtāt natura.Quod enim eſt potentia caro vel os:id nondū habet ſuā naturā anteq̃ accipiat formā quæ ad rationē accōmodatur.quā aſſignantes: quid eſt os dicimus/ aut caro.neq; conſtat natura.Quare alio modo/natura:forma et ſpecies eſt eorum/ quæ in ſeipſis motus principium habent.quæ quidem nō eſt ſeparabilis: niſi ratione dumtaxat. Id autem quod ex his eſt cōpoſitum:natura quidem non eſt/ ſed eſt et conſtat natura/ vt homo. Atq; natura magis hæc eſt:q̃ materies. Vnūquodq; enim tum magis dicitur:cum eſt actu/q̃ cum potentia.Præterea/ex homine naſcitur homo: ſed nō e lectica/lectica. Quapropter & inquiunt non figuram eſſe naturam:ſed lignum.quia fiet ſi pullulabit: nō lectica/ ſed lignum. q; ſi ita eſt:& ipſa forma eſt profecto natura. fit enim: ex homine/homo.Inſuper/ ea natura quæ vt generatio dicitur:via eſt ad naturam.non enim vt medicatio/non ad medicinam ſed ad ſanitatem dicitur via(medicationem enim:a medicina/nō ad medicinam eſſe neceſſe eſt) ſic ad naturā ſeſe habet natura. Sed id quod naſcitur : ex quodam ad quoddā/ vt naſcitur/proficiſcitur. ad quod igitur proficiſcendo naſcitur? nempe non ad id ex quo ſed ad id ad qđ fit profectio.Forma igitur:eſt natura.forma autem atq; natura: dupliciter dicitur.Ipſa nāq; priuatio:forma quodā modo eſt. Si vero ſit priuatio/et contrariū aliquod circa ſimplicem generationē necne: poſterius conſiderare oportet. CAP. II.

Vm autē determinatum ſit quot modis natura dicitur: poſt hac contemplandū eſt/ quo Mathematicus a naturali Philoſopho differt. nā corpora naturalia ſuperficies habent/ſolida/lōgitudines/atq; puncta:de quibus

autem illud adhuc dicimus habere ſecūdum artem aliquid : ſi potentia tantum eſt lectus/nondum autem habet ſpeciem lecti.neq; eſſe arte:neq; in iſs quæ natura ſubſiſtunt.Potētia enim caro aut os:neq; habet adhuc ſuiipſius naturā/priuſq̃ accipiat ſpeciē quę ſecūdum rationē/ quam diffinientes dicimus quid eſt caro/aut os. neq; natura eſt . Quare: alio modo natura vtiq; erit habentium in ſeipſis motus principium/ forma & ſpecies non ſeparabilis exiſtens/ niſi ſecundum rationem.Quod autem eſt ex his:natura quidem non eſt/ ſed a natura/ vt homo. Et magis natura hæc eſt:q̃ materia. Vnumquodq; enim tūc dicitur:cum entelechia ſit/magis q̃ cum potētia.Amplius/fit ex homine homo: ſed non lectus ex lecto. Quapropter etiā dicūt figurā non eſſe naturam:ſed lignum.quoniā fiet vtiq; ſi germinabit: nō lectus/ſed lignum.ſi ergo hoc eſt ars:et forma eſt natura . fit enī:ex homine/homo. Amplius autem: natura dicta vt generatio/via eſt ad naturā. Nō enim vt medicatio dicitur non ad medicinam via/ſed ad ſanitatem(neceſſe enim eſt: a medicina nō ad medicinā/ eſſe medicationē)ſic natura ſe habet ad naturā. ſed quod naſcitur : ex quodā in quiddā venit/ quatenus naſcitur.Ad quod igitur naſcitur:nō ad id ex quo:ſed ad qđ.Forma itaq;: natura eſt.ſed forma & natura dupliciter dicitur. Et enim priuatio: ſpecies quodam modo eſt. ſi autē eſt priuatio et cōtrariū aliquod circa ſimplicē generationē/aut nō eſt: poſterius cōſiderandum eſt.

Cap.II.

Voniā autē determinatū eſt quot modis natura dicitur:poſt hoc ſpeculādū eſt / quo differt Mathematicus a Phyſico.etenī: plana / et ſolida / habent phyſica corpora/et lōgitudines/et pūcta

Tral.ve.ex græ.recog.

de quibus cõsiderat Mathematicus. Amplius autẽ si Astrologia/ alia est: an pars Physicæ. si enim Physici est quid sit sol/ aut luna scire/ accidentiũ autem per se nullũ: incõueniẽs est. et præsertim cũ videantur dicere/ qui circa naturam versantur: et de figura solis/ et lunæ. et vtrum sphærica sit terra/ & mundus: an non. ¶ De his igitur negociatur & Mathematicus: sed non quatenus physici corporis terminus est vnumquodq; neq; accidẽtia speculatur: quatenus talibus existentibus accidũt. Quapropter: et abstrahit. abstracta enim sunt intellectu a motu: & nichil refert. Neq; fit mendacium: cum abstrahunt. Latent autem qui hoc faciunt: & qui ideas dicunt. Physica enim abstrahunt: cum minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem hoc manifestum: si aliquis vtrorumq; tẽtauerit dicere terminos/ & ipsorũ et accidẽtium. impar enim erit & par/ et rectum & curuum/ adhuc autem & numerus/ & linea/ et figura: sine motu. caro autẽ/ & os/ et homo: non amplius. sed hæc/ sicut naris sima/ sed non sicut curuũ: dicũtur. Demonstrãt autẽ: & quæ ex mathematicis magis physica sũt/ vt Perspectiua/ & Harmonica/ & Astrologia. econtrario enim: quodam modo se habent ad Geometriam. Geometria enim: de physica linea considerat/ sed nõ quatenus est physica. Perspectiua autem: mathematicam quidem lineam/ sed non quatenus mathematica/ sed quatenus physica est. Cum autem natura duplex sit/ et species & materia: vt si de simitate quid sit cõsideremus/ sic contemplãdũ est. Quare neq; sine materia/ neq; secũdum materiam: quæ huiusmodi sunt. ¶ Etenim iã et de hoc dupliciter dubitabit quis: cũ duæ naturę sint/ de vtra est Physici/ an de eo quod est ex vtriusq;? sed si de eo quod est ex vtriusq;: & vtraq;. Vtrum igitur: eiusdem aut alius/ vtramq; cogno-

Argyropylus

cõsiderat Mathematicus. Et insuper si Astrologia/ diuersa sit facultas: an pars sciẽtiæ naturalis. Etenim si ad naturalẽ philosophũ spectet/ quidnã sit sol/ aut quid luna scire/ nullũ autẽ eorũ affectuũ qui per se illis cõpetit/ ad eundẽ scire pertineat: absurdũ est sane. Prętera videtur ij qui de natura loquũtur: et de solis ac lunæ figura dicere/ & vtrũ terra mũduſve rotũdus sit an nõ sit/ cõsiderare ac pertractare. ¶ De his igitur & ipse Mathematicꝰ tractat: sed nõ vt est quodq; naturalis corporis finis. nec hoc accidẽtia contẽplatur: quo talibus accidũt. quapropter: & separat. mẽte nãq; a motu separabilia sũt: nichilq; interest. neq; cũ separãt: efficitur fallum. Latet autẽ id agẽtes: & ij qui dicũt ideas esse. naturales enim separant formas: quæ minus separabiles sunt/ q̃ mathematicæ formæ. Quod quidẽ ita esse patebit: si quispiã vtrorũq; diffinitiones/ ipsarũ inquã formarũ naturaliũ & accidẽtiũ dicere enitatur. etenim par quidem & impar/ rectũ et curuũ/ numerus insup/ linea/ atq; figura: sine motu nimirũ diffinientur. at carnis/ ossis/ ac hominis diffinitio: sine ipso non erit. sed hæc perinde atq; nasus simus: sed non vt curuum concauumq; dicũtur. Hoc idem indicant: & mathematicarum facultatu eæ quæ magis sunt naturales/ vt Perspectiua Musica/ & Astrologia. nã contra quodã modo sese habent: atq; Geometria. Geometria namq;: de naturali quidem linea cõtemplatur: sed nõ vt est naturalis. perspectiua vero: mathematicã quidẽ cõsiderat lineã. at nõ vt est mathematica: sed vt est naturalis. Cũ autẽ natura sit duplex/ materia atq; forma res naturales peride contẽplemur oportet/ atq; si de simitate quidnã sit consideremus. Quare neq; sine materia/ neq; sine rationẽ matẽriæ: res huiuscemodi considerãdæ esse vidẽtur. ¶ Nã & de hoc ipso quispiã dubitauerit: cũ duæ sint naturæ/ de vtra cõsiderare ad naturalẽ philosophũ pertinet/ an de eo qđ ex vtriusq; cõponitur? Q; si de ipso: et de vtraq; cõtemplari/ ad

17 18 19 20 21

Argyropylus

22 eundem vtiq; ſpectat. Vtrum igi-
tur eiuſdem ſit facultatis/an diuer-
ſarū: vtramq; cognoſcere? ¶Nam
reſpicienti quidem ad veteres:ma
teriei cognitio ad ipſum videbitur
pertinere. perparum enim Empe-
docles & Democritus:formā quidi
tatemq; tetigerunt. At ſi ars imi-
tatur naturam/ eiuſdem autem ſci-
entiæ eſt formam atq; materiā vſq;
ad terminum quēdam cognoſce-
re/ veluti medici ſanitatē & bilem
atq; pituitā in quibus eſt ſanitas/et
ædificatoris ſimiliter formā ipſius
domus atq; materiā/lateres inquā
ac ligna/et cæterorū eodem modo:
naturalis etiam facultatis erit pro-
fecto vtraſq; naturas cognoſcere.
23 Prēterea/facultatis eiuſdem eſt:id
gratia cuius finemq; et ea quę ho-
rū gratia ſūt/cognoſcere. At nātūrā:
finis eſt/et id cuius gratiā. Quorū
nāq; motionis ſi ſit continua/ finis
aliquis eſt:eorū is vltimū eſt/et id
cuius gratia. Quapropter & Poeta:
ridicule cōpulſus eſt ad hāc ſenten
»» tiā affer endā. Extremū ob quod na
»» tus erat: latūq; periit. nō enī quod-
uis vltimū finis eſt:ſed id quod eſt
24 optimū. Artes præterea:materiam
faciūt.quædā ſimpliciter: quędam
aptam idoneamq; ad opus.et vti-
mur:quia omnia ſunt gratia noſtri.
ſumus enim et nos: quodammodo
finis. Id enim cuius gratia cætera
ſunt:dupliciter dicitur/ vt in Philo
ſophia diſtinximus. Duæ igitur do
25 minæ ſunt materiei/cognoſcenteſq;
artes:ea quæ vtitur/et ea quæ prę-
eſt faciendorū operū facultati/ipſa
inquam architectura. quapropter
et ea quæ vtitur: architectura quo-
dāmodo eſt. ſed hoc intereſt, alte-
ra nāq; formam cognoſcit: altera/
materiā facit. Nā gubernator qui-
dem:qualis eſt forma claui/ cogno-
ſcit/ ac iubet.at architectus extru-
endæ nauis:quali ex ligno/et qua-
libus ex motibus erit. In ijs igitur
quæ per artem conficiuntur: nos
operis extruendi cauſa materiam
facimus. In naturalibus autem: eſt.
26 ¶Inſuper materies: eſt eorum quæ
ſunt ad aliquid. alia enim: ad ali-
am eſt formā accōmodata. At quo-
vſq;: naturalē philoſophum formā
et ipſum quid eſt / ſcire oportet?

Tral.ve.ex græ .recog.

ſcere? ¶Ad antiquos enim aſpicienti: 12
videbitur vtiq; eſſe materiæ. ad exiguā
enim partem quandam/ Empedocles &
Democritus ſpeciem et quod quid erat
eſſe:tetigerunt. ſi autem ars imitatur na
turam/eiuſdem autem eſt ſciētiæ cogno
ſcere ſpeciem & materiam vſq; ad ali-
quid(vt medici ſanitatem/& cholerā/&
phlegma:in quibus eſt ſanitas. ſimiliter
autem & ædificatoris: ſpeciem domus/
& materiā/lateres ſcilicet & ligna. ſimi-
liter autem:& in alijs)et Phyſicæ vtiq;
erit cognoſcere vtraſq; naturas. Inſuper
eiuſdē eſt: id cuius gratia et finē/et quę-
cunq; ſunt horum gratia. natura autem:
finis eſt/et id cuius cauſa. quorum enim
cōtinuo motu exiſtente/ eſt aliquis finis
ipſius motus: hic vltimū eſt / et id cuius
cauſa. Quocirca et Poeta:deriſorie addu
ctus eſt vt diceret. Habet finē/cuius qui-
dē cauſa factus eſt. Vult enī:nō omne vl
timum eſſe finem/ſed optimum. Quoni
am et faciunt artes materiā: aliæ quidē
ſimpliciter/alię vero operi accōmodā.&
vtimur/tāq; propter nos:ōnibus quę ſūt.
ſumus enī:quodāmodo & nos/finis. du-
pliciter enim eſt:id cuius cauſa. dictū eſt
autē:in eo qui de Philoſophia. duæ igit
ſūt artes quę dominātur ipſi materiæ/et
quę ſūt cognoſcētes: ea quę vtitur/& fa-
ctiuę quę architectonica eſt. quapropter
et q̄ vtitur:carhitectonica quodāmodo
eſt. differt autē quaten⁹ hæc quidē q̄ ſpe
ciē cognoſcit/ architectonica eſt:alia au-
tē/ vt effectrix materię. Gubernator enī
qualis ſit ſpecies aliqua temonis cogno-
ſcit/et prēcipit. Alius autē:ex quo ligno/
& quibus ex motibus eſt. In ijs igit quę
ſunt ſecundum artem: nos facimus ma-
teriā/ propter opus. ſed in phyſicis: eſt.
Amplius:eorum quæ ad aliquid/mate-
ria eſt. ad aliam enim ſpeciem:alia ma-
teria. Quouſq; ergo:Phyſicum oportet.
cognoſcere ſpeciem / & ipſum quid eſt?

Empedo-
cles.
Democrit⁹.

Tral.ve.ex græ.recog.

an quemadmodum medicum/ neruum: aut fabrū/ æs/vſq; ad aliquid? Alicuius enim gratia: vnūquodq;.et circa ea quæ ſunt ſeparabilia quidē ſpecie: in materia autem. homo enim/ hominem generat: et ſol. Quomodo autē ſe habeat hæc ſeparabilis/ & quid ſit: Philoſophiæ primæ eſt officiū determinare. Cap. III.

DEterminatis autē his: cōſiderandum eſt de cauſis/ & quæ & quot numero ſunt. Cum enim ſciendi gratia hoc negocium ſit/ ſcire autem nō prius opinamur vnumquodq;/q̄ vtiq; ceperimus propter quid circa vnūquodq;/ hoc autem eſt accipere primam cauſam: manifeſtum q; et nobis hoc faciendū eſt/et de generatione/et corruptione/et de omni phyſica mutatione. vt ſcientes ipſorum principia: reducere ad ipſa/ tentemus quæſitorum vnumquodq;. ¶Vno igitur modo cauſa dicitur: ex quo fit aliquid cū inſit. vt æs ſtatuę/& argentum phialę: & horum genera. Alio autē modo: ſpecies & exemplum. hęc autem/eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe: et huius genera. vt ipſius dia paſon: duo ad vnum/et omnino numerus/& partes quæ in ratione. Amplius: vnde pricipiū mutationis primū/aut quietis. vt cōſultor cauſa/et pater filij: & omnino faciēs facti/et tranſmutās trāſmutati. Pręterea: vt finis. hic autem eſt: id cuius gratia/ vt ambulandi / ſanitas. propter quid enī ābulat? dicimus/ vt ſanus ſit: et ita locuti/opinamur aſſignaſſe cauſā. Et quęcūq; iā mouēte alio: intermedia fiūt ipſius finis. vt ſanitatis: macies/aut purgatio/aut medicamēta/aut organa. ōnia nāq; hęc/ finis gratia ſūt: differūt tamē abinuicē. quia alia quidē/ſūt opera: alia vero/organa. Cauſę igitur: fere tot modis dicuntur. ¶Accidit autē cū multipliciter dicātur cauſę: et mul

Argyropylus

an vt medicū/ neruū: aut fabrum æs/vſq; ad quendā terminū cōſiderare oportet? Alicuius nāq; gratia: eſt vnaquæq;. et circa eas verſari: quę ſeparabiles quidem ſunt ratione/ in materia autem ſunt. Homo namq; generat hominem: atq; ſol. Quo vero modo ſeſe habeat ſeparabilis forma/ et quidnam ſit: Philoſophię primæ officium eſt determinare/ ac pertractare. CAP. III.

DEterminatis autē his- 27
ce: cōſiderandū eſt de cauſis / quales & quot ſint numero. Nam cū hæc pertractatio ſciēdi ſit cauſa/ ſcire autem vnūquodq; non prius putemus/ q̄ circa vnumquodq; propter quid eſt capiamus/ id autem ſit/ primam accipere cauſam: patet & a nobis hoc eſſe agendum/ & de generatione corruptioneve/ et de omni naturali mutatione. vt ipſarum perceptis principijs: ad ipſa/ quodq; eorū quę quærimus/ reducere enitamur. ¶Vno 28
ītaq; modo/ cauſa dicitur id: ex quo quippiā fit eo pacto vt inſit/ vt æs ſtatuæ/ argētumq; pateræ/ & horū genera. Alio modo: forma atq; exēplar. hæc autē eſt ratio quiditatis: & huius genera. velut eius concentus qui ſonos omnes complectitur: ipſa duorum ad vnum ratio / atq; omnino numerus/ partes item quę in ratione ſumuntur. Præterea: id 29
vnde primū principium eſt mutationis aut quietis. qualis eſt cauſa is qui conſuluit/ & pater filii: atq; omnino quod efficit eius quod efficitur/ & quod mutat eius quod mutatur. Inſuper: vt finis. hic autem: eſt cuius gratia omnia fiunt. veluti deambulādi: ſanitas. cur enim deambulat/ interrogati: quo valeat/ reſpondemus. atq; ſi hoc pacto dixerimus: reddidiſſe cauſam arbitramur. Et quæcumq; alio mouēte/ inter ipſum et finē fiunt: vt inter medicum ſanitatēq; macies/ aut purgatio/ aut medicamēta/ aut inſtrumenta. vniuerſa enim hæc/ ipſius finis gratia ſunt: inter ſeſe autem differūt. alia nāq; ſunt opera: alia inſtrumenta. Cauſæ igitur: tot fere 30
modis dicuntur. Fit autem vt cum multipliciter cauſæ dicantur: mul-

Argyropylus

tæ etiam eiuſdem ſint non per acci
dens cauſæ.ceu ſtatuæ:& ſtatuaria
ars/& æs/ non per aliud quicq̃/ ſed
vt ſtatua eſt. at non eodem modo.
ſed æs quidem/ vt materia:ars au-
tem/ vt id a quo motio proficiſci-
tur.Sũt præterea:quæ ſibi ſunt mu-
tuo cauſę.vt exercitium/bonę habi
tudinis:& hæc exercitij.at non eo-
dem modo.ſed hæc/vt finis:illud/
vt principiũ motus. ¶Idẽ inſuper:
cõtrariorum eſt cauſa. Quod enim
præſens/cauſa cuiuſpiam eſt: id et
abſens nonnunq̃ cauſam eſſe con-
trarij dicimus.Vt gubernatoris ab-
ſentiam ſubuerſionis nauis:cuius
31 præſentia/ cauſa erat ſalutis. ¶Vni
uerſæ autẽ nũc dictæ cauſæ:quatu-
or in genera manifeſtiſſima cadũt.
Elementa nãq; ſyllabarũ/materies
cõficiendorũ operum arte/ ignis &
talia corporum/ partes totius/ ſup-
poſitiones.deniq; cõcluſionis:vt id
ex quo ſit aliquid/ cauſæ ſunt. Atq;
horum:quædam ſunt vt ſubiectum
veluti partes/ quædã vt quiditas/
totum inquam cõpoſitio atq; for-
ma. At ſemẽ/ medicus/ quicq; conſu
luit/& omnino efficiẽs:omnia ſunt
cauſæ vnde eſt mutationis princi-
pium vel quietis vel motus. Quæ-
dam autem cauſæ ſunt:vt finis bo-
numq; cæterorum. Id enim gratia
cuius cætera fiunt:optimum eſſe ſo
let ac finis illorum. Interſit autem
nichil: bonum ipſum an apparens
bonum dicatur. Tales igitur atq;
32 tot:cauſę ſpecie eſſe videnť. ¶ Mo
di autem cauſarum: numero qui-
dem ſunt multi. ſi in capita vero
redigantur: & ipſi pauciores eua-
dunt. dicuntur enim cauſæ multi-
pliciter: & ipſarum quæ ſunt eiuſ-
dẽ generis alia prior alia & poſte-
rior, vt ſanitatis medicus atq; ar-
tifex: & concentus eius qui omnes
ſonos cõplectitur/ duplum atq; nu-
merus/ & ſemper ee que continent
33 ad eas quę ſunt ſingulares. ¶ Præ-
terea: vt accidens & huius genera:
vt ſtatuæ: alio modo Polycletus/
alio ſtatuarius. accidit enim ſta-
tuario: vt ſit Polycletus. Et ea etiã
quę continent accidens: veluti
ſi homo ſit cauſa ſtatuę/ aut omni-
no animal. Sunt autẽ & accidentiũ

Tral.ve.ex græ. recog.

tas eiuſdem cauſas eſſe/non ſecundum ac
cidens.vt ſtatuæ et ars ſtatuaria et æs/nõ
ſecundũ alterũ quid/ſed quatenus eſt ſta-
tua.ſed nõ eodẽ modo.ſed hoc quidẽ/ vt
materia: illud autem/ vt vnde eſt motus.
¶ Sunt autem quædam: & adinuicem
cauſæ.vt laborare:cauſa eſt bonæ habitu
dinis. & hæc /laborandi: ſed non eodem
modo. ſed hoc quidẽ/ vt finis:illud autẽ/
vt principiũ motus. ¶Amplius autẽ:ea- 17
dem cauſa cõtrariorum eſt. Quod enim
preſens/cauſa huius eſt: hoc et abſens fa-
cimus aliquando/cauſam cõtrarij.vt ab-
ſentiã gubernatoris/ nauis ſubuerſionis:
cuius erat præſentia cauſa ſalutis. ¶Om 18
nes autẽ nunc dictę cauſę:in quatuor ca-
dunt modos manifeſtiſſimos. Elementa
enim ſyllabarũ/& materia factibilium/&
ignis & huiuſmodi corporũ/& partes to
tius/et ſuppoſitiones cõcluſionis:vt id ex
quo/cauſę ſunt. Harum autem: alię qui-
dem ſunt vt ſubiectũ/ vt partes. alię au-
tẽ/ vt quod quid erat eſſe:& totũ et com-
poſitio & ſpecies. ſemen autem/et medi-
cus/& conſultor/& omnino ipſum faciẽs:
omnia ſunt vnde principiũ mutationis/
aut ſtatus/aut motus. Alię autẽ: vt finis/
et bonũ aliorũ.Id enim cuius gratia: opti
mum & finis aliorũ cõſueuit eſſe. Diffe-
rat autem nichil:idem dicere bonum/ vel
apparẽs bonum. Cauſę igitur:tales/et tot
ſunt ſpecie. ¶Modi autem cauſarũ/ nu- 19
mero quidem sũt multi:in capita vero cõ
tracti/& hi pauciores.dicuntur enim cau-
ſę multipliciter:& ipſarũ quę ſimiliũ ſpe-
cierum ſunt/prior ac poſterior alia/alia.vt
ſanitate/ medicus & artifex: et ipſo dia
paſon/ duplũ & numerus. et ſemper quæ
cõtinẽt:ad ſingulares. ¶Amplius autẽ
vt accidens/& horũ genera:vt ſtatuę/ali-
ter Polycletus/& aliter ſtatuarius.quoniã
accidit ſtatuario:Polycletũ eſſe.et cõtinẽ-
tes etiã accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſta-
tuę/aut õnino animal.Sũt autẽ accidẽtiũ

Cap. 3 4

Tral.ve.ex græ.recog.

alia alijs remotius & propinquius: vt ſi albus & muſicus/ cauſa dicantur ſtatuæ.

21 ¶ Præter omnes autē & proprie dictas & ſecūdum accidens: aliæ quidem vt potentes dicuntur / aliæ vero vt operantes. veluti ædificandę domus / ędificator: aut ędificans ędificator. Perinde autē dicetur et in ijs quorū cauſę ſūt ipſę cauſę: atq; in ijs quę dicta ſunt. vt huius ſtatuę/ aut ſtatuę/ aut etiā omnino imaginis: & æris huius/ aut æris/ aut omnino materię/ & in accidētibus ſimiliter. Amplius autē: cōnexę & hę & illę dicētur. vt nō Polycletus neq; ſtatuarius: ſed Polycletus ſtatuarius. attamē ōnes hæ/ ſunt multitudine quidē ſex: dictæ autē dupliciter. Aut enim vt ſingulare/ aut vt genus/ aut vt quod ſecundū accidēs/ aut vt accidētis genus/ aut vt cōnexæ hę/ aut vt ſimpliciter dictæ: ōnes autē aut actu exiſtētes/ aut ſecundū potentiā.

22 ¶ Differūt autē tantū: q̄ actu quidē exiſtētes et ſingulares/ et ea quorū ſunt cauſę/ ſimul ſunt et nō ſunt. vt hic medens cū hoc qui ſanat: et hic ędificator cū hoc qđ ędificatur. Quę autē ſūt ſecundū potētiā: non ſemper. corrūpitur enī nō ſimul: domus/ & ædificator. ¶ Oportet autē ſemper cauſam vniuſcuiuſq; ſummā quęrere: vt & in alijs. vt homo ędificat/ quoniā ędificator eſt. ędificator autē: eſt ſecundū ędificādi artē. hęc igitur prior cauſa eſt: et ſic

24 in omnibus. ¶ Amplius / aliæ quidem genera ſunt generū: aliæ autē/ ſingularia ſingulariū. vt ſtatuarius quidē/ ſtatuę: hic autē/ huiuſce. Et potētię quidē/ poſſibiliū: actu aūt exiſtētes/ ad actu exiſtētia. Quot igit cauſę/ & quomodo cauſę ſunt: ſint nobis determinata ſufficiēter. Cap. IIII.

25 DIcūtur autem & fortuna/ et caſus: de numero cauſarum eſſe. et multa: et eſſe et fieri/ propter fortunā et caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna et caſus/ et vtrum

Argyropylus

alia remotiora alijs atq; propīquiora: ceu ſi albus ac muſicus/ cauſa ſtatuæ dicerentur. ¶ Præter autem 34
omnes quæ accōmmodate dicuntur & quæ per accidens: aliæ vt potentes/ aliæ vt operantes dicuntur. velut vt extruatur domus/ ædificator cauſa dicitur/ aut ædificans ędificator. Similiter & in hiſce dicetur quorum cauſę ſunt ipſæ cauſæ/ vt huius ſtatuæ/ aut ſtatuæ/ aut omnino imaginis: & æris huiuſcę/ aut æris/ aut omnino materiæ / et in accidentibus ſimili modo. Prętera: & hæc coniuncta ac illa dicentur. veluti nō Poclycletus neq; ſtatuarius: ſed ſtatuarius Polycletus. attamen hęc omnia / multitudine quidem ſunt ſex: dupliciter autem dicūtur. Nā aut vt ſingulare: aut vt genus/ aut vt quod per accidēs eſt/ aut vt genus accidētis/ aut vt cōiuncta hęc/ aut ſeiuncta dicūtur: & inſuper omnia aut potentia aut actu.

¶ Intereſt autē tantū. Cauſę enim 37
actu & ſingulares/ & ea quorū ſunt cauſę: ſimul ſunt & non ſunt. vt hic qui medetur/ cum hoc qui ſanatur: et hic qui ędificat/ cum hoc quod ędificatur. Sed quę ſunt potentia: non ſemper. nō enim ſimul: domus et ędificator corrūpitur. ¶ Oportet 38
autē ſemper cauſam quęrere ſummam: quemadmodum in cęteris. velut/ homo ędificat: quia eſt ędificator. at ędificator: eſt per artem ędificandi. hęc igitur prior eſt cauſa: in & ōnibus ſimili modo. ¶ Prętera generum quidem genera/ ſingularium vero ſingularia: dicenda ſunt cauſę. ceu ſtatuarius quidem/ ſtatuę: hic autem/ huius. Et potētia quidem cauſæ/ effectuum potentia: actu autem/ effectuum actu. Quot 39
igitur ſint cauſę/ & quomodo ſunt cauſę: ſatis ſit a nobis determinatum. Cap. IIII.

EOrtuna etiam et caſus/ de numero cauſarū eſſe dicūtur: multaq; eſſe et fieri ob fortunā et caſum. Cōſiderandū eſt igitur: quomodo ſunt in his cauſis fortuna et caſus/ et vtrum

Argyropylus.

idē ſint an diuerſa/atq; ōnino quid
40 nā ſit fortuna & caſus. ¶Quidam
enim:& ſi ſint nec ſie/dubitant. Ni
chil enim a fortuna fieri dicunt: ſed
omniū definitā quandā cauſam eſſe
quæ fieri dicimus a caſu/aut fortu
na. ceu profectionis a fortuna cuiuſ
piā ad forū/inuētioniſq; ei⁹ quē vo
lebat quidē/ nō putabat autē inue
nire: cauſā hoc aiūt eſſe/ illū inquā
profectū illuc emere quippiā velle.
Similiter & in cæteris quæ a fortu
na prouenire dicuntur: ſemper cau
ſam quandā inquiūt eſſe/quā ſume
41 re licet/ ſed nō fortunā. Q; ſi quip
piā eſſet fortuna: abſurdum ſane
videbitur et dubitabit non iniuria
q̄ſpiā: cum ā ſapientū antiquorum
nemo cauſas generatiōis corrupti
oniſve dicēs/ de fortuna quicq̄ de
terminauit. Sed vt videtur: nec illi/
42 quicq̄ eſſe a fortuna putabāt. Verū
& hoc mirabile eſt. Multa nāq; ſunt
et fiunt a fortuna & caſu/ quorum
quodq; non ignorantes reduci poſ
ſe ad aliquā cauſam (vt ille ſermo
antiquus dixit: qui fortunā extermi
nat) illorū tamē ōnes alia a fortuna/
43 alia nō a fortuna fieri dicūt. Qua
propter & mētionē aliquā ipſius: il
los facere oportebat. At vero neq;
quicq̄ illorū/ vt cōcordiā/aut diſcor
diā/aut ignē/aut mētē/ aut aliquid
aliud huiuſcemodi: fortunā eſſe ar
bitrabant. Abſurdū igit̄ eſt: ſiue nō
eſſe putauerūt ſiue putātes eſſe omi
ſerūt/ p̄ſertim cū interdū vtātur. Vt
Empedocles nō ſemp aerē ſupra ī
quiens ſegregari: ſed vt forte acci
dit. Dicit enī cū de mūdi loquit̄ ex
tructione: ſic tūc huic currēti fortu
ito cōtigit/ ſepe aūt alio modo. par
tes quoq; animaliū plurimas: ortas
44 fortuna fuiſſe dicit. ¶Sunt etiā qui
& huiuſce cœli cæterorūq; cœlorū
ōniū: caſū eſſe cauſā aſſerūt. nā a ca
ſu/ cōuerſionē motionēve fieri di
cūt: quæ quidē diſtinxit/& in hunc
ordinē redegit atq; cōſtituit vniuer
45 ſum. Hoc etiā ipſū: valde dignū eſt
admiratione. Nā animalia quidē et
plantas/neq; eſſe/ neq; fieri a fortu
na dicunt: ſed aut naturā/aut mētē
aut aliquid aliud tale/ cauſam ip
ſorū aſſerūt eſſe. non enī ex cuiuſq;
ſemine quoduis naſcitur/ſed ex ta
li quidem/olea: ex tali autē/homo.

Tral.ve.ex græ.recog.

idē ſint fortuna & caſus/aut diuerſū/& om
nino quid ſit fortuna & caſus: cōſiderandū
eſt. ¶Quidā enī/& ſi ſint an nō: dubitant. 26
nichil enī fieri a fortuna dicūt: ſed omniū eſ
ſe aliquā cauſā determinatā/ quæcūq; dici
mus a caſu fieri/ aut a fortuna. vt veniendi
a fortuna in forū/ & reperiēdi quē volebat
quidē/nō autē putabat: cauſa eſt/velle cū ve
nerit emere. ſimiliter autē & in alijs quæ a
fortuna/dicūtur: ſemper aliquā eſſe accipe
re cauſā/ſed nō fortunā. Quoniā ſi aliq̄d eſ
ſet fortuna: incōueniēs vtiq; perq̄ vere vide
bitur. et dubitabit vtiq; aliquis/propter q̄d
nullus ātiquorū ſapiētū cauſas de genera
tione et corruptione dicēs: de fortuna quic
q̄ determinauit. ſed (vt videtur) nichil opi
nabant̄ illi eſſe a fortuna. Sed & hoc mira
bile. multa enī & fiūt & ſūt a fortuna & ca
ſu: quæ nō ignorantes q̄ licet referre ad ali
quā cauſā vnumq̄q; eorū quę fiūt vt anti
quus ſermo dixit deſtruens fortunā/ horū
tamē alia quidē eſſe dicūt ōnes a fortuna/
alia vero nō a fortuna. Quocirca & quodā
modo erat faciēda ipſis mētio. at vero neq;
illorū quidē aliq̄d opinabātur eſſe fortunā/
vt amicitiā/aut litē/aut ignē/ aut intellectū/
aut aliquid aliud taliū. Incōueniens eſt igi
tur: ſiue nō putauerunt eſſe/ſiue putātes re
liquerūt/p̄ſertim aliquādo vtētes. vt Em Empedo
pedocles: nō ſemper aerē ſegregari ſuperius cles.
dicit/ſed vt accidit. dicit enī in Coſmopœia
id eſt mūdi fabrica. Sępe alias aliter/ſed tūc
ſic forte cucurrit. Et partes animaliū a for
tuna fieri plurimas: ait. ¶Sūt autē quidā q̄
& cœli huius/ & mūdanorū omniū cauſā
eſſe ponūt caſū. a caſu enī fieri dicunt reuo
lutionem/ & motum qui diſcreuit & conſti
tuit in hunc ordinē/vniuerſū. Et valde hoc
ipſum admiratione dignum eſt/q̄ dicant/
ipſa quidem animalia ac plantas a fortuna
nec eſſe nec fieri: ſed aut naturam aut intel
lectū aut quippiam tale aliud eſſe cauſam.
non enī quoduis: ex ſemine vnoquoq; fit.
ſed ex tali quidē/ olea: ex tali autē/ homo.

Cap. 4 5

Tral.ve. ex græ. recog.

Cœlū autē/et diuiniora ſenſibiliū: a caſu fieri. talem autem cauſam nullam eſſe: qualem animaliū/et plātarum. Atqui ſi ſic ſe habeat hoc ipſum: dignū eſt vt inſiſtamus. et bene ſeſe habet: dici aliquid de hoc ipſo. Nā præterq̄ qđ et alioqui abſurdū eſt qđ dicit̄: adhuc abſurdius eſt dicere hæc/cū videāt in cœlo nichil a caſu factū. in ijs autē q̄ nō a fortuna: multa cōtingere a fortuna.
28 attamē par erat: cōtrariū fieri. ¶Sūt autē quidā/quibus fortuna videtur quidem eſſe cauſa: immanifeſta autē humano ītellectui/ tanq̄ diuinū q.ddā exiſtēs et felicius. Quare cōſiderandū eſt: et quid ſit vtrūq;/et ſi idē an aliud et caſus & fortuna/et quomodo in determinatas cauſas incidūt. CAP. V.

29 RImū igitur cum videamus alia quidē ſemp ſimiliter fieri/ alia autem frequēter: manifeſtū eſt q; neutri horum/ cauſa fortuna dicitur. Id enī qđ a fortuna: neq; eius eſt qđ ex neceſſitate & ſemper/neq; eius quod eſt frequēter. ſed quoniā quædā fiūt & pręter hęc/& omnes hæc dicunt eſſe a fortuna: manifeſtū q; aliquid eſt/fortuna & caſus. Talia enim/a fortuna: & quæ a fortuna/ talia eſſe ſcimus.
30 ¶Eorū autē quæ fiunt: alia quidē propter
31 aliquid fiūt/alia vero nō. ¶Horū autē: alia quidē ſecundū propoſitū/alia vero nō ſecūdū propoſitū. ambo autem: ſunt in ijs quę
32 propter aliquid. ¶Quare manifeſtū eſt: q; & in ijs quæ ſūt præter neceſſariū & quod frequēter/ſunt quædam circa quæ cōtingit eſſe id quod eſt propter aliquid. Sūt autem propter aliquid: & quæcūnq; ab intellectu vtiq; agūtur/& quæcūq; a natura. Huiuſcemodi igitur/cū ſecūdū accidēs fiūt: a fortuna dicimus eſſe. vt enī et qđ eſt/aliud quidē per ſeipſū eſt/aliud autē ſecūdū accidēs: ſic et cauſam contingit eſſe. vt ipſius domus/ per ſe quidē cauſa eſt ædificatiuū: ſecūdum accidens autem/album aut muſicum. Itaq; per ſe cauſa/definita eſt: quæ vero ſecundū

Argyropylus

Cœlum vero & diuiniſſima ſenſibilium: caſu orta fuiſſe aſſerunt. nullāq; ipſorum talem cauſam eſſe: qualem animalium/atq; plātarum/ inquiūt eſſe. Atq; hoc ipſū ſi ita ſe- 46
ſe habeat: cōſideratione eſt dignū. beneq; ſeſe habet: ſi aliquid de hoc ipſo dicatur. Et alio namq; modo abſurdum eſt id quod dicitur: & inſuper abſurdius eſt hæc illos dicere/in cœlo quidem nichil a caſu fieri. in ijs autem e quibus fortunā exterminant: multa ab ipſa prouenire videntes. quod tamen cōtra fieri: conueniens erat. ¶Sunt autem 47
quidam/quibus fortuna cauſa quidem eſſe: obſcura tamen humanæ menti videtur/ vt diuinum quoddā atq; excellens. Quare quidnam vtrūq; ſit/ fortuna inquā & caſus/& ſi idem ſint an diuerſa/ & quomodo in eas cauſas quas definiuimus cadāt: conſideremus oportet.

CAP. V.

RImum itaq; cum vi 48
dem⁹ alia ſemper eodem fieri modo/ alia plerumq;: patet horū neutri fortunam cauſam dici. Neq; id quod a fortuna proficiſcitur: aut ex ijs eſſe quæ neceſſario ſempq;/aut ex hiſce quę plerūq; ſæpeq; fiūt. ſed cum quędā etiam præter hæc fiant/ atq; hæc omnes a fortuna proficiſci dicāt: perſpicuum eſt fortunā atq; caſum aliquid eſſe. Nam & ea quę talia ſunt/ a fortuna eſſe: et ea quæ a fortuna ſunt/ talia eſſe ſcimus. ¶Eorum au 49
tem quæ fiunt: alia fiunt/ alia nō fiunt/ gratia alicuius. ¶Et horū: alia per electionem fiunt/ alia non per electionē. Ambo autē in hiſce ſunt: quæ alicuius gratia fiunt. ¶Quare patet: & in hiſce quæ nō neceſſario neq; plerūq; fiunt/ eſſe aliqua circa quæ poteſt id eſſe qđ alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia: quæ a mēte agi poſſunt/& quę a natura. Talia igitur cū per accidēs fi- 50
unt: a fortuna dicimus eſſe. Nam vt ens aliud per ſe/aliud per accidens eſt: ſic et cauſa eſſe poteſt. vt dom⁹/ per ſe quidē cauſa eſt ædificatiuū: per accidens autem/ muſicum/ aut album. Ea igitur cauſa quæ eſt per ſe/ definita eſt: ea vero quæ eſt per

Argyropylus.

accidens indefinita.vni nãq; infinita accidere poſſũt. ¶Vt igitur dictum eſt/cum in hiſce quæ alicuius gratia fiũt/id fit:tunc dicitur a caſu
51 fieri atq; fortuna. Horũ autẽ ipſorũ quã habẽt inter ſe differentiã:poſterius aſſignabimus. nunc hoc pateat:ambo inquam in ijs eſſe/quę alicuius gratia ſũt. Ceu argẽti recipiẽdi gratia veniſſet: accepturus illud ſi ſciuiſſet. venit autem nõ huiuſce cauſa:ſed accidit veniſſe/idq; feciſſe recipiendi gratia/ neq; plerumq; neq; neceſſario proficiſcentẽ ad locũ.finis vero/ ipſa inquã acceptio: nõ eſt ex ijs cauſis quæ ſunt in ipſo/ſed ex hiſce quæ ſunt eligibilia atq; a mẽte.& dicitur tũc a fortuna veniſſe.Qz ſi venerit electione prę miſſa & huius gratia/aut ſemp frequentãs/aut plerũq; recipiẽs:nõ di
52 citur a fortuna veniſſe. ¶Patet ergo:fortunã cauſã eſſe per accidens/ in hiſce quæ per electionẽ/alicuius gratia fiũt. ¶Quapropter:circa idẽ mẽs fortunaq; verſat. electio nãq;:
53 abſq; mẽte nõ eſt. ¶Indefinitas igitur cauſas eas eſſe neceſſe eſt:a quibus id fiet/qđ proficiſcitur a fortuna. ¶Vnde fortuna: idefiniti cauſa eſſe videt/ & immanifeſta homini. ¶Atq; aliquo modo:nichil a fortuna videbit proficiſci. Hęc enĩ õnia recte dicũtur: quia rationi cõſentanea ſũt. nã aliqua quidẽ ex parte/ fit aliquid a fortuna.fit enĩ per acci
54 dẽs. Atq; vt accidẽs/ fortuna cauſa eſt:abſolute autẽ nichil.Velut ędifi/ cator quidẽ eſt cauſa:per accidẽs autẽ/modulator. Et vt profectꝰ argentũ recipiat nõ huiuſce gratia ꝓfectus:infinitę cauſæ multitudine
55 eſſe poſſunt.Nã & videre aliquẽ volẽs/& pſequẽs/& ſpectaturus ludos/ et fugiẽs. ¶Recte etiã:fortuna/prę ter rationẽ qđ eſſe/dicit.ratio nãq;: aut eorũ eſt quę ſũt ſemper/aut eorũ quæ ſunt plerũq;. At fortuna: in ijs eſt quæ p̃ter hęc fiũt.quare cũ idefinita ſint ea q̃ hoc pacto ſũt cauſę:fortuna etiã idefinita nimirũ eſt. ¶In quibuſdã tamen quiſpiam dubitauerit:ſi quæuis eius quod a fortuna fit/cauſę fuerit/necne:vt ſanitatis: aut ſpiritus/ aut eſtus/ſed nõ capillorũ remotio. cauſarũ enĩ ꝑ accidẽs:aliæ propinquiores alijs ſũt.

Tral.ve.ex græ.recog.

accidẽs/indefinita.infinita enim: vni accidẽt. ¶Sicut igitur dictũ eſt/ cũ in ijs quæ 33
propter aliquid fiũt/ hoc fiat:tunc dicitur a caſu & a fortuna. ipſa autẽ/adinuicẽ horũ differentia:poſterius determinãda eſt. nũc vero hoc ſit manifeſtũ: ꝙ vtraq; ſunt in ijs quæ propter aliquid ſunt. Vt cauſa recipiendi argentũ/ veniſſet: reportaturus pecuniã/ſi ſciuiſſet.venit autẽ/nõ huius gratia:ſed accidit veniſſe/et feciſſe hoc/reportã di gratia.hoc autẽ: neq; frequẽter veniẽtẽ ad locũ/neq; ex neceſſitate. Eſt autẽ finis/ reportatio:non cauſarũ quę in ipſo/ſed eligibiliũ/et ab intellectu.et dicitur tũc a fortuna quidẽ veniſſe.Si autẽ proponẽs/et huius gratia/aut ſemper veniẽs/aut frequẽter reportãs:nõ a fortuna. ¶Manifeſtũ itaq; 34
ꝙ fortuna cauſa eſt ſecundũ accidẽs/in ijs quæ ſecundũ propoſitũ eorũ quę propter aliquid ſũt. ¶Quapropter:circa idẽ/et itel 35
lectus et fortuna eſt. propoſitũ enĩ:nõ ſine intellectu eſt. ¶Indefinitas igit cauſas/ 36
neceſſe eſt eſſe:a quibus fiat quod eſt a fortuna. ¶Vnde videtur fortuna: indefiniti 37
eſſe/ & imanifeſta homini. ¶Et eſt: vt ni 38
chil a fortuna videatur vtiq; fieri. omnia enĩ hæc: recte dicũtur/ quoniã rationabiliter.eſt enĩ:vt fiat a fortuna. ſecũdũ accidẽs enĩ:fit.et eſt cauſa/vt accidẽs:fortuna. vt autẽ ſimpliciter/nullius.vt domus/ ędificator quidẽ cauſa eſt:ſecundũ accidẽs autẽ/tibicen. & vt veniẽs referat argentũ/nõ huius cauſa veniens: ifinitę ſũt multitudine. Eteni videre aliquẽ volẽs/et perſequẽs/ & viſurus/& fugiẽs. ¶Et dicere eſſe aliq̃d 39
prę ter rationẽ fortunã: recte eſt. ratio enĩ eſt:aut eorũ quę ſemper ſũt/aut eorũ q̃ frequẽter.fortuna autẽ:eſt in ijs quę fiũt p̃ter hęc.Quare/cũ idefinitę ſint q̃ ſic ſũt cauſę: et fortuna indefinita eſt. ¶Attamẽ etiã in 40
q̃buſdã dubitabit vtiq; aliquis:nũq̃d quę uis ſint fortunæ vt ſanitatis / aut ſpiritus/ aut calor/ſed nõ detõderi?ſũt enĩ alię alijs ꝓximiores:earũ q̃ ſecũdũ accidẽs cauſarũ,

Tral.ve.ex græ.recog.

41 ¶Fortuna autē/bona quidē dicitur:cū bo
nū aliquid euenit.Mala autē:cū malū ali
qd. Fors fortuna vero et īfortuniū:cū ma
gnitudinē habēt hæc.Quocirca/ & cū pa-
rū abest vt quis malū aut bonū capiat ma
gnū:est vel infortunatū esse vel bene fortu
natū.quoniā tāq̄ existeret:dicit ītellectus.
Quod enī parū abest:tanq̄ nichil distare
videtur.Amplius autē:incerta est fors for
tuna rationabiliter. fortuna enim: incerta
est.neq; enim semper/neq; frequēter:pos-
sibile est esse/ eorum quæ sunt a fortuna
quicq̄.Sunt igitur ambo/causę (quēadmo
dū dictum est)secundū accidēs et fortuna
& casus:in ijs quę possunt fieri nō simpli-
citer neq; frequēter.et horū:quęcūq; vtiq;
fiēt in ijs quę propter aliquid. CAP.VI.

42 Differūt autē:quoniā casus in
plus est.quod enī est a fortu
na:est & a casu.hoc autē nō
43 ōne:a fortuna est. ¶Fortu-
na enī/et qđ a fortuna est:ijs
īest/qbus et fortunatos esse/
inerit/& ōnino actio.Quocirca & necesse
est:circa agēda esse fortunā.signū autē est:
quoniā videt̄ vel idē esse cū felicitate fors
fortuna / aut prope. felicitas autē : actio
44 quędā est.est enī bona actio. ¶Quare q-
buscūq; nō cōtingit/agere:ijs neq; a fortu
na aliquid facere cōtiget.ob idq;/ neq; in-
animatū quippiā/neq; bestia/neq; pueru-
lus/quicq̄ facit a fortuna:quoniā nō habēt
ꝓpositū.neq; fors fortuna/neq; īfortuniū/
his īest:nisi scđm similitudinē.vt dixit Pro
tarchus/fortunatos esse lapides ex quibus
sūt arę/ꝙ honorētur:copulati autē cū his/
cōculcētur.Pati autē a fortuna/īest quodā
modo & his:cū agēs aliquid circa hæc/a-
45 gat a fortuna.aliter autē:nō est. ¶Sed ca-
sus:et alijs animalibus/et īanimatorū mul
tis.vt equus casu (dicimus) venit: quoniā
saluatus quidē est veniēs/ non salutis autē
gratia venit.Et tripoda casu cecidit.stetit
enī sedēdi causa:sed nō sedēdi causa cecidit

Protarchus

Argyropylus

¶Fortuna autē dicitur bona/cū bo 56
nū aliquid:mala/cum aduersi quid
euenit.Prosperitas vero fortunę/ac
infortuniū:cū illa sūt magna.Qua-
propter & cū parū defuit/ vt malū
quispiā magnū/aut bonū accipiat:
infortunatū tū illū aut fortunatū di
cimus esse.propterea ꝙ mēs ꝑinde
dicit de illo:atq; si esset. qđ enī pa-
rū deest:id quasi minime distare vi
det̄.Iusup/ fortunę prosperitas: īcer
ta nō sine ratione dicit̄ esse.Nā ip-
sa fortuna:incerta est. īpossibile est
enī:aut semꝑ aut plerūq; quicq̄ eo-
rū esse/q̄ a fortuna proueniūt.Sunt 57
igitur ābo/casus inquam atq; fortu
na/per accidēs(vti diximus)causę:
in hisce quę nō simpliciter neq; ple
rūq; fieri possūt.atq; horū:in hisce/
quę alicuius gratia fiūt. CAP.VI.

Interest autē:inter for-
tunā & casū.nā casus:
ad plura sese extēdit.
etenim quod a fortu-
na proficiscitur:a casu
etiā fit.hoc autē non ōne: prouenit
a fortuna. ¶Fortuna nāq;/ atq; id
cuius est effectrix fortuna: in ijs est
quæ fortunata possunt euadere/ &
ōnino quibus actio cōpetit. Qua- 58
propter & necesse est:circa ea fortu
nā esse/quæ in actionē veniūt. Cu-
ius hoc indiciū est.nā aut idē quod
felicitas/ aut prope: esse videtur.fe
licitas autē:actio quædā est. est enī
actio bona. ¶Quare quæ agere ne-
queūt:ea nec a fortuna quicq̄ effice
re possunt.Et propterea neq; inani- 59
matum vllū/neq; belua/ neq; puer/
quicq̄ efficit a fortuna: quoniā ele-
ctionem nō habēt.neq; prosperitas
hisce fortunæ/aut infortuniū cōpe-
tit:nisi similitudine quadā.quemad
modū Protarchꝰ fortunatos eos la-
pides dixit ex quibus extructę sunt
arę:ꝙ honorātur/& ij qui sūt eiusdē
formę calcātur.Pati autē a fortuna/
& hisce quodāmodo inerit: cum is
qui agit aliquid circa ipsa/fortuito
aget. alio vero modo:non est. ¶At 60
casus:cæteris animalibus/& inani-
matis cōpetit.Dicimus enī/equum
casu venisse:propterea ꝙ euasit qui
dem profectus/non autem euaden-
di gratia venit.& tripoda etiā: ceci
disse casu.stetit enī hoc modo/ vt sit
sedes:sed nō huiusce gratia/cecidit.

Argyropylus.

61 Quare patet / cum eorum aliquid quæ ſimpliciter alicuius gratia fiunt / non eius quod euenit gratia factum eſt / cuius extra eſt cauſa: nos tunc caſu quippiã fieri dicere. horũ autẽ ea / fortuna fieri quæ caſu fiunt: in hiſce quæ eligibiliũ ha-
62 bẽt electionẽ. Signũ autẽ: eſt ipſum fruſtra. Tunc enim dicitur: cũ id qđ eſt alicuius gratia / nõ eſt factũ illius gratia. ceu ſi deãbulatio / egeſtionis eſt gratia: ſi non euenit ei qui deãbulauit / fruſtra dicimus illũ deãbulaſſe / fruſtraq; deãbulationẽ fuiſſe. Eſt enim id fruſtra: quod aptum eſt eſſe ob aliud / cũ non efficit illud gratia cuius erat / ac aptũ erat. Nã ſi quiſpiã lauiſſe ſe dixerit fruſtra / quia ſol non defecit: ridiculus vtiq; erit. nõ enim hoc: illius gratia erat.
63 Ita caſus / nomine ſuo tunc dicitur: cum quippiam ſit fruſtra. eſt enim & tale nomen ipſius: quod hiſce terminis conſtat / ipſum inquam & fruſtra. Cecidit enim non percutiendi gratia: lapis. caſu igitur ac fruſtra cecidit ipſe: quia cadere & ab aliquo proijciente percutiendi cau
64 ſa poteſt. Maxime autem ſeparatur id quod a fortuna fit: in hiſce quæ natura fiunt. cum enim quippiam eſt effectũ præter naturã: tum non a fortuna illud / ſed a caſu potius effectum fiuſſe dicimus. Eſt autem et
65 hoc: aliud. illius enim / externa: huius / iterna cauſa eſt. Quid igitur eſt caſus / & quid fortuna / atq; quo pacto inter ſeſe differũt: ſatis iam diximus. ¶ Vtrumq; autem ipſorum / ad modũ eius reducitur cauſæ: vnde eſt principiũ motus. etenim eorũ aliquid quæ aut natura / aut mente agũtur: ſemper eſt cauſa. ſed horum
66 multitudo: indefinita eſt. ¶ Quoniam autem caſus atq; fortuna cauſę ſunt eorũ quorũ aut mẽs aut natura fieri cauſę poſſũt / cũ per accidẽs quippiã horũ ipſorũ fuerit cauſa / atq; nichil eorũ quæ ſũt per accidens / prius eſt hiſce quæ ſunt per ſe / quare neq; per accidẽs cauſa: per ſe cauſam antecedit:
67 caſus nimirum atq; fortuna / poſterior & mente eſt & natura. Quare ſi q̃maxime cœli / caſus eſt cauſa: neceſſe eſt priorẽ mentem atq; naturã / & aliorũ multorũ et huius vniuerſi cautã eſſe. CAP. VII.

Tral.ve.ex græ.recog.

Quare manifeſtũ eſt / q; in ijs quę ſimpliciter propter aliquid fiũt / cũ nõ eius qđ euenit gratia fiũt / cui⁹ extra eſt cauſa: tũc a caſu dicimus. A fortuna autẽ / horũ quęcũq; a caſu fiũt: eligibiliũ habẽtibus propoſitũ. ſignũ autẽ eſt: ipſum fruſtra. quoniã dicitur: cũ nõ fiat quod propter aliud eſt / illius gratia. vt ambulare: purgationis gratia eſt. ſi vero nõ facta fuit ãbulanti: fruſtra dicimus ãbulaſſe / & q; ãbulatio fruſtra fuit. tanq̃ hoc ſit fruſtra / quod natũ eſt alterius gratia cum nõ perficiat illud / cuius gratia erat natũq; fuerat. quoniã ſi aliquis ſe lotũ dicat fruſtra / quia non defecit ſol: ridiculus vtiq; erit. non enim erat hoc: illius gratia. ſic igitur caſus iuxta nomen eſt: cum ipſum fruſtra fit. decidit enim / nõ percutiẽdi gratia: lapis. a caſu igitur decidit lapis: quoniã cecidiſſe potuit vtiq; a quodã / & percutiendi gratia. Maxime autẽ eſt ſeparatũ quod a fortuna eſt: in ijs quæ natura fiunt. Nã cũ fit aliquid præter naturam: tũ nõ a fortuna / ſed magis a caſu factũ eſſe dicimus. Eſt autem & hoc: alterũ. huius enĩ / extra eſt cauſa: illius vero / intra. Quid igit̃ ſit caſus / et quid fortuna: dictũ eſt / & quo a ſeiuicẽ differãt. ¶ At de modis cau 46
ſarũ / in quibus eſt vnde principiũ motus: vtrũq; ipſorũ eſt. aut enim eorũ quæ ſunt natura / aut ab intellectu: cauſa ſemper eſt. ſed horum multitudo: indeterminata eſt.
¶ Quoniam autẽ caſus atq; fortuna / cau 47
ſę ſũt eorũ quorũ aut intellectus cauſa ſit / aut natura / cũ ſecundum accidẽs cauſa aliqua fit horũ ipſorũ / nichil autem ſecundũ accidens ſit prius ijs quæ per ſe ſunt: manifeſtum eſt / q; neq; cauſa per accidẽs prior eſt / ea quæ eſt per ſe. Poſterior itaq; caſus eſt / atq; fortuna: et intellectu et natura. ¶ Quare ſi q̃maxime cœli cauſa eſt / 48
caſus: neceſſe eſt prius intellectũ & naturam eſſe / et aliorum multorũ / & huius vniuerſi cauſam.

C A P V T. VII.

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

VOd autē ſint cauſę/et q̄ tot numero quot dicimus: manifeſtū eſt.tot enī numero: ipſū propter quid cōpręhēdit.aut enī ad ipſū quid eſt reducitur ipſū ꝓpter quid vltimū in imobilibus vt i mathematicis.ad diffinitionē enī recti/aut commenſurabilis/aut alius cuiuſ piā:reducitur vltimum. aut ad mouēs primū.vt/propter quid certauerūt? quoniam furati ſunt.aut cuius gratia? vt dominentur. aut in iįs quę fiūt: ad materiam. Q; igitur cauſæ hæ/et tot ſint: manifeſtū eſt.

50 ¶Cū autē cauſæ quatuor ſint:de ōnibus eſt Phyſici cognoſcere. & ad omnes reducens ipſū propter quid:aſſignabit phyſice materiā/ſpeciē/ipſū mouēs/& id cuius gratia. Veniūt autē tres:in vnā plerūq;.Ipſū enī quid eſt/& id cuius gratia: vna eſt.Ipſum vero vnde motus primū:ſpecie/ eadē eſt his.homo enim: hominē generat. atq; ōnino:quęcūq; mota mouēt.quęcūq; autē nō:nō āplius Phyſicę ſūt.nō enī in ſeipſis habētia motū/aut principiū motus/mouēt: ſed īmobilia ſūt.Quā obrē tria ſunt negocia.hoc quidē:circa īmobile.illud vero: circa mobile q̄dē/ſed īcorruptibile.aliud autē:circa corruptibilia. Quare ipſū propter quid:et ad materiā reducēti/redditur/ & ad ipſū q̄d eſt/ et primū mouēs.de generatione enī:maxime hoc modo cauſas conſiderāt.quid poſt q̄d fiat/et quid primū fecit/ aut quid paſſū eſt: et ſic ſemp q̄d deiceps eſt.Duplicia autē ſunt principia mouētia phyſice:quorū alterū nō phyſicū eſt.nō enī habet:motus principiū in ſeipſo.Tale autē eſt/ſi aliquid mouet q̄d nō mouetur:vt id q̄d penitus eſt īmobile/et q̄d omniū primū eſt.Et ipſū quid eſt/et forma.finis enī eſt/ et cuius gratia. Quare cū natura propter aliquid ſit:et hanc cognoſcere oportet/& penitus reddendū eſt ipſū propter quid. vt ꝓ ex hoc/ neceſſe eſt hoc fieri: hoc autē ex hoc aut ſimpliciter/aut frequēter.et ſi

ESſe autē cauſas/& tot eſſe numero quot dicimus:patet.Tot enī quęſtio propter quid: ſane cōplectitur. Nam ipſū ꝓpter quid: aut ad ipſū quid eſt reducitur vltimū in īmobilibus/ ceu in mathematicis. Ad recti enī/ aut cōmēſurabilis/ aut ad cæterorū ſimiliū alicuiꝰ vltimo diffinitionē: reducitur. Aut ad id q̄d primū mouit. veluti ꝓpter q̄d bellū geſſerūt? quia templū ſpoliarunt, aut gratia cuius? vt imperiū cōſequātur. Aut materiā: in hiſce quę fiūt. Perſpicuū igit eſt:has/et tot cauſas eſſe. ¶Cū autē quatuor cauſæ ſint: de ōnibus ſcire/nimirū ad naturalem Philoſophū ꝑtinet.atq; ad ōnes ipſū ꝓpter quid redigēs ipſe:materiā/ formā/ id q̄d mouit/et id gratia cuius natu raliter reddet ac aſſignabit. Tres autē:in vnū plerūq; accedūt. Ipſū enī q̄d eſt/et id gratia cuius: vnū ſūt. ea vero/ vnde primū effluit motus: ſpecie cū hiſce cōcurrit. homo nāq;: hominē generat. et ōnino: quęcūq; mōtū ſubeūtes mouēt. q̄ vero tales nō ſūt: eæ naturalis cōſiderationis nō ſūt. nō enī in ſeipſis habētes motū/ aut principiū motus/mouēt: ſed immobiles mouent. Quapropter: tres ſūt tractationes. Vna: circa īmmobile. Alia: circa id q̄d mouetur quidē/ eſt autē expers corruptionis. tertia: circa ea quę corruptibilia ſūt. Quare ipſū propter quid: a naturali Philoſopho & ad materiā/ & formā/ & ad id q̄d primo mouit reducēte ipſū/aſſignatur ac redditur. de generatione enī: maxime cauſas hoc modo cōſiderant. quid poſt quid fit/ & quid primū fecit/ aut quid paſſum eſt: & ſic ſemper quod eſt deinceps. Principia autē ea quæ naturaliter mouent/ duplicia ſunt: quorū alterū naturale nō eſt/ quippe cū nō habeat in ſe principiū motus. Atq; tale eſt/ſi quid moueat & nō moueatur: vt id quod eſt immobile penitus/et quod eſt omnium primū. Et ipſum quid eſt/et forma. eſt enim: finis/& id gratia cuiꝰ cętera fiūt. Quare cū alicuius gratia/natura faciat: et hāc ſcire oportet/& ipſum propter quid ōnino reddendum eſt. velut/ ex hoc neceſſe eſſe hoc fieri: ex hoc autem/ aut ſimpliciter/aut plerūq;.et ſi hoc

Argyropylus.

eſt emerſurũ: vt ex propoſitionibus ipſa cõcluſio. et quia hoc erat: quiditas ipſa. et quia melius eſt hoc modo/non ſimpliciter: ſed ad ſubſtãtiã vniuſcuiuſq;. Cap. VIII.

75 DIcendũ eſt igitur: primo quidẽ naturam ex ijs eſſe cauſis/quę ali cuius gratia faciunt. deinde de neceſſario: quomodo ſeſe habet in naturalibus rebus. In hãc enĩ cauſam: omnes omnia redigũt. Nã (vt inquiunt) cũ calidũ et frigidũ/ et vnũquodq; taliũ/ ſuapte natura ſit tale: hæc neceſſario ſunt/& fiunt/ ac apta ſũt. Etenĩ ſi aliã cauſã dixerint/hic cõcordiã & diſcordiã/ille mentẽ: tãgũt illa quidẽ/ deinde 76 valere ſinũt. Exiſtit autẽ dubitatio: quidnã prohibet naturam nõ alicuius gratia facere/ neq; quia ſic eſt melius/ ſed perĩde atq; Iuppiter/ non vt frumentũ augeat ſed neceſſario pluit. Quod enĩ eſt eleuatũ/ id frigefiat oportet: & quod frigefactũ eſt/ id aquã iã factũ/ deſcendat neceſſe eſt. accidit autem hoc pacto: frumentũ incrementa ſuſcipere. Similiter et ſi cuiuſpiã frumentũ pereat cũ eſt in area: nõ huiuſce gratia pluit vt illud pereat/ ſed id accidit. Quare quid prohibet: partes etiam in natura ſic ſe habere/ veluti dẽtes anteriores quidẽ/ acutos aptoſq; ad diuidendum: geminos autẽ/ latos atq; vtiles ad cibũ terendũ/ neceſſario ortos fuiſſe. nã nõ huiuſce cauſa tales ſunt orti: ſed accidit. Eadem et de cęteris putanda ſunt partibus: quæ alicuius gratia conſtare videtur. In quibus igitur accidit vt õnes perĩde ſunt ortæ/ atq; ſi alicuius cauſa fierent: ea conſeruata ſunt/ a caſu congrue conſtituta. In quibus autẽ id nõ accidit: ea perire ac pereunt/ vt Empedocles dicit animantiũ ea quæ ex hominis 77 partibus bouiſq; conſtabant. Atq; ratio quidẽ qua quiſpiã dubitauerit: hęc eſt/ et ſi qua ſit alia ſimilis. ipoſſibile autẽ eſt: hęc ita ſeſe habere. ¶ Hæc enĩ/& õnia quę natura cõſtãt: aut ſemp/ aut plerũq; ſic fiũt. at nichil eorum hoc pacto fit: quę a fortuna caſuq; proficiſcũtur.

Tral. ve. ex græ. recog.

debet hoc fieri: vt ex propoſitionibus cõcluſio. et quia hoc erat: quod quid erat eſſe. et quia melius eſt ſic/nõ ſimpliciter: ſed ad vniuſcuiuſq; ſubſtãtiã. Cap. VIII.

DIcendũ igitur: primũ quidẽ/q; natura earũ cauſarũ eſt/ quæ ſunt propter aliquid/poſtea de neceſſario/ quomodo ſe habet in phyſicis. Ad hãc enim cauſã reducunt õnes: quia cũ calidũ tale natura ſit/et frigidũ/et vnũquodq; taliũ: hęc ex neceſſitate ſũt/& fiũt/& apta natura ſunt. Etenĩ etiã ſi aliam cauſam dicãt: ſolũ tãgentes valere ſinunt. hic quidem/litem & amicitiam: ille vero/ intellectum. Habet autem dubitationẽ: quid prohibeat naturã nõ propter aliquid/facere/neq; quod melius eſt/ſed ſi cut pluit Iuppiter/ nõ vt frumẽtũ augeat ſed/ex neceſſitate. Quod enĩ ſurſum latũ eſt/ frigefieri oportet: & qđ frigefactũ eſt aquã factũ/deorſum venire .augeri autẽ cũ hoc fiat: accidit frumentũ. Similiter autẽ et ſi cuipiã perit frumentũ in area: nõ huius gratia pluit vt pereat/ſed hoc accidit. Quare quid prohibet: ſic & partes ſe habere in natura? vt dẽtes ex neceſſitate oriri: ãteriores quidẽ acutos/aptos ad diuidendũ. maxillares autẽ/ latos & vtiles ad terendũ cibũ: cũ nõ propter hoc facti ſint/ſed acciderit. Similiter autẽ eſt & de alijs partibus: in qbus videtur ineſſe ipſũ propter aliquid. Vbi igit õnia acciderit: perĩde atq; ſi propter aliquid facta forẽt/ ea quidẽ ſeruata ſũt/a caſu cõſiſtẽtia apte. Quæcũq; vero nõ ſic: periere/pereuntq;. quemadmodũ Empedocles dicit ea quę Prima hominẽ referunt/& taurum parte ſecunda. ratio igitur qua dubitauerit aliquis: hæc eſt/ et ſi qua talis alia eſt. Sed impoſſibile eſt: iſta hoc ſe habere modo. ¶ Hęc enim/et õnia quę natura ſunt: aut ſemper ſic fiunt/ aut frequenter. ſed eorum quæ fiunt a fortuna/ & caſu: nichil.

51

52

Empedocles.

Tral.ve.ex græ.recog.

Neq; enī a fortuna/neq; a caſu videť:plue re ſępe hyeme/ſed ſi ſub cane.neq; cauma ta ſub cane:ſed ſi hyeme.Si igitur aut a ca ſu videtur aut propter aliquid eſſe: ſi nō poſſibile eſt eſſe hæc aut a fortuna aut a caſu/propter aliquid vtiq; erūt.At vero: natura ſūt huiuſmodi ōnia.quēadmodū & ipſi dixerint:qui hęc dicunt. Eſt itaq; ipſū propter aliquid: in ijs quæ natura fiūt et ſunt. Amplius in quibuſcūq; finis aliquis eſt: huius gratia agitur quod pri us/ quodq; cōſequens eſt.ergo:vt agitur/ ſic aptum natura eſt. & vt aptum natu ra eſt:ſic agitur vnūquodq;/niſi quid im pediat.agitur autem:propter aliquid.Et aptum itaq; natura eſt:huius gratia.vt ſi domus/eorum quę natura fiunt eſſet: ſic vtiq; facta eſſet/vt nunc ab arte. Si autē quæ natura/non ſolum natura/ſed & ar te fierent:ſimiliter vtiq; fierēt/vt apta na tura ſunt.propter ergo alterum/alterum. Et omnino ars:alia quidem perficit quę natura non poteſt efficere/ alia vero imi tatur.ſi ergo quæ ſecundum artem ſunt/ propter aliquid fiāt:manifeſtū q; & quæ ſecundum naturam.Similiter enim ſe ha bent inter ſeſe/in ijs quę ſecundum artē atq; in ijs quæ ſecūdum naturam:poſte riora ad priora. Maxime autem manife ſtum eſt/in cęteris animalibus: quæ neq; arte/ neq; inquirendo/neq; deliberando/ faciunt. Quapropter dubitant quidam/ vtrum intellectu/ aut quodam alio ope rentur:et aranei / & formicę/et huiuſmo di. paulatim autem ſic procedenti: & in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem / vt folia propter fructus cooperimentum . Quare ſi & natura/ & propter aliquid/hirundo nidum facit/& araneus telam/& plantæ folia gratia fru ctuum/& radices nō ſurſum ſed deorſū/ gratia nutrimenti: manifeſtum q; eſt cau ſa talis in ijs quæ natura fiunt/ & ſunt. Et quoniam natura duplex eſt:alia quí-

Argyropylus

Neq; enī hyeme crebro pluere/ for tuito caſuq; videtur: ſed ſi id fiat cū ſol eſt ſub cane. neq; ęſtus/ cū ſol eſt ſub cane:ſed ſi in hyeme fi at. Q; ſi ea quæ fiunt/ aut a caſu aut alicuius gratia fiūt:ſi impoſſi bile eſt hæc aut a fortuna eſſe aut a caſu/alicuius ꝓfecto gratia erūt. At vniuerſa/talia natura ſunt: & vt ipſi dixerint/ qui hæc dicunt. Eſt igitur in hiſce quæ natura fi unt et ſūt:id quod alicuius gratia fit. Pręterea in quibus eſt aliquis 78 finis:in ijs et id qđ prius/& id qđ deiceps agiť/huiuſce gratia agiť. vt igiť agitur: ita eſt aptū agi. & vt eſt aptū agi:ſic vnūquodq;/niſi qđ obſtet/agitur. at alicuius gra tia agitur.Et aptum eſt igitur illi us gratia agi. veluti ſi domus ex ijs eſſet quæ natura fiūt:ſic vtiq; fieret/ vt nunc ab arte conficitur. Q; ſi ea quæ natura fiunt non ſo lum natura ſed etiam arte fierent: eodē conficerētur modo/quo apta ſunt cōfici. Alterū igitur:alterius cōficitur gratia. Atq; ars omnino 79 alia perficit/quę natura nequit ꝑ ficere: alia/imitando naturam fa cit.ſi igitur ea quę ab arte cōficiū tur alicuius cauſa fiunt:et ea pro fecto quę natura fiūt/alicuius gra tia fieri cōſtat.priora nāq; poſteri orave ſimiliter iter ſe ſe habēt:in hiſce quæ arte/et in hiſce quæ na tura conficiuntur.Maxime autem 80 idipſum in animalibus rationis expertibus patet: quæ neq; arte/ neq; diſcurſione/neq; deliberatio ne faciūt. Quapropter et ſunt qui dubitant:vtrū mēte aut alio quo dā principio aranei/ formicę/ cęte raq; iſtiuſmodi animalia operen tur.procedenti etiā vlterius:et in plātis ea quę cōferant ad finē fie ri hoc pacto videtur.veluti fron des ob fructus tegēdos. Quare ſi natura gratiaq; alicuius/ hirundo nidulū extruit/araneus araneā te xit/plantæ deniq; frondes gratia tegendorum fructuum explicant/ radiceſq; non ſurſum ſed deorſum emittūt ſumendi cauſa nutrimen ti:patet eſſe cauſam talem in hiſ ce quæ natura fiunt et conſtant. Atq; cū natura ſit duplex:altera q- 81

Argyropylus

dem vt materies/altera autem vt forma/et hęc ſit finis/ gratia vero finis cętera fiant:hęc ea eſt profecto cauſa/cuius gratia cætera fiũt.

82 Fit autē & in hiſce peccatum:quæ per artes cõficiuntur. Scripſit enī grãmaticus nõ recte:& potionem medicus nõ recte porrexit. Quare patet:et in hiſce fieri poſſe/quę natura cõficiũtur. Qz ſi aliqua ſunt in arte in quibus id quod recte fit alicuius efficitur gratia/in ijs autem quæ peccãtur gratia quidem alicuius ars aggreditur facere ſed non aſſequitur illud: ſimiliter & in naturalibus erit/& monſtra peccata erunt illius quod alicuius gratia facit. Et in primis igitur compoſitionibus ea quæ partim ex hominis partibus/ partim ex bouis conſtabãt/ſi non ad aliquē terminum finemve poterãt peruenire: aliquo ſane pricipio/perinde atq; nũc ſemĩe/labefactato corruptove

83 fiebãt. Præterea primo ſemen neceſſe eſt oriatur:ſed non animalia ſtatim. Atq; ipſum congeſtũ quod primũ oriebatur:ſemen nimirum erat. Præterea in plantis etiã ipſis id ineſt/quod alicuius eſt gratia: minus autem eſt diſtinctũ ac manifeſtum. fiebant ne igitur vt ex bouis partibus ac hominis/animalia:ſic & ex vitis oleæq; partibus plantæ/an nõ fiebãt? eſt enim abſurdum. at oportebat tamen:ſi in animalium genere illa fiebant.

84 Pręterea & in ſeminibus:quoduis ſine vllo diſcrimine fieri oporteret. Omnino autē quĩta dicit:tollit ea quę natura cõſtãt atq; naturã. Natura enī ea cõſtãt:quę a quodã prĩcipio qđ eſt i ipſis cõtinue mouẽtur/atq; ad quẽdã pueniũt finẽ. ab vnoquoq; aũt/nõ ad eũdẽ/neq; ad quẽuis:attamẽ ad eũdem ſemper/

85 niſi quid ipedierit. Atqui id cuius gratia/ & quod huius fit gratia: fieri a fortuna etiã poſſunt. veluti dicimus hoſpitẽ forte fortuna veniſſe/lotũq; abijſſe:cum id egerit/ quaſi gratia huiuſce profectus/nõ huiuſce autẽ gratia venerit. hoc autẽ eſt per accidens. fortuna nãq; cauſa per accidens eſt: vt antea diximus. ſed cũ hoc ſeper fit/aut plerũq;:non per accidẽs/nec a fortu-

Tral.ve.ex græ. recog.

dem vt materia/alia vero vt forma/ finis autẽ eſt hæc / propter finem autẽ cætera: hæc vtiq; erit cauſa cuius gratia. Peccatũ autem fit:& in ijs quę fiunt ſecundũ artẽ. ſcripſit enim nõ recte grãmaticus:et propinauit non recte medicus medicamentum. quare manifeſtũ eſt:q; cõtingit et in ijs quæ ſecundũ naturam fiunt. Si igitur ſunt quædam ſecundũ artem/in quibus quod recte fit propter aliquid fit/in ijs autem quæ peccantur/alicuius quidẽ gratia aggreditur/ſed fruſtratur: ſimiliter vtiq; ſe habet & in phyſicis/et mõſtra peccata ſunt illius quod propter aliquid agit. Et in ijs quę a principio vtiq; cõpoſitionibus bouigena/ſi non ad quendã terminum ac finẽ poterãt venire:corrupto vtiq; principio aliquo(vt nũc ſemine) fiebãt. Amplius neceſſe eſt ſemẽ fieri primũ:ſed nõ ſtatim animalia. Et ipſũ natura quidẽ molle: prius ſemẽ erat. Amplius et in plantis ineſt ipſũ propter aliquid:minus autẽ diſtinctũ eſt. Vtrum igitur & in plãtis fiebant vt bouigena viriprora/ſic vitigena oleoprora:an nõ? Incõueniens enim eſt. ſed tamẽ oportebat:ſi quidem et in animalibus. Amplius:oportebat & in ſeminibus fieri/ vt accidit. omnino autem deſtruit ſic dicens:tam quæ natura ſunt q̃ naturam. Natura enim ſunt:quæcũq; ab aliquo in ſeipſis principio continue mota peruenĩũt ad aliquem finem. Ab vnoquoq; autem nõ idem quibuſq; neq; quiuis:ſemper tamen ad eundem/niſi aliquid impedierit. Id autem cuius gratia/& quod huius gratia:fient vtiq; a fortuna. ſicuti dicimus q̃ a fortuna venit hoſpes/ lotuſq; abiuit: cũ tanquam gratia huius veniẽs egerit/nõ autẽ gratia huius venerit.& hoc/ſecundũ accidens. fortuna enim:eſt earum quę ſunt ſecundum accidẽs cauſarũ/quẽadmodũ et prius diximus. ſed cũ hoc ſemper/aut frequenter fiat:non ſecundum accidens/neq; a fortu-

βουγερῆ. ἀνδρόπρωρα. ἀμπελογερῆ. ἐλαιόπρωρα.

Tral.ve.ex græ.recog.

na eſt. In phyſicis autem ſemper ſic: niſi quid impedierit. Incõueniens autem eſt: non opinari propter aliquid fieri/ niſi videant ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiam ars non deliberat. namq; ſi eſſet in ligno/ nauis faciendæ ars: haud ſecus atq; natura/ faceret. Quare ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid: & in natura ineſt. maxime autẽ manifeſtum eſt: cũ quis medetur ipſe ſibijpſi. huic enim: ſimilis eſt natura. Q7 igitur cauſa ſit natura/atq; ita vt propter aliquid: manifeſtum eſt.

CAP. VIIII.

54

55

Argyropylus

na dicimus eſſe. At in naturalibus: ſic ſemper/ ſi nichil impedierit/ fiunt. Abſurdum autem eſt/ alicuius gratia fieri non putare: ſi id quod mouet / non viderint deliberatione premiſſa mouere. nã & ars: non deliberat. Etenim ſi in lignis/ extruendarũ nauium ars ineſſet: perinde atq; natura/ faceret nauim. Quare ſi id quod alicuius fit gratia/ ſit in arte: & in natura profecto ineſt. maxime autẽ hoc patet: cũ quiſpiã ſibijpſi medetur. huic enim: perſimilis eſt natura. Quæ cum ita ſint: patet naturam cauſam eſſe/ atq; adeo vt alicuius gratia faciat.

86

CAP. VIIII.

87

88

89

Vnc conſiderãdum eſt: vtrum neceſſarium ipſum ex ſuppoſitione/ an & ſimpliciter ſit in ipſis rebus naturæ. Nunc enim/ ipſum neceſſarium in generatione perinde eſſe arbitrantur: atq; ſi quiſpiam neceſſario domum extructam eſſe putaret/ quia grauia quidem deorſum / leuia vero ſurſum ſuapte natura feruntur. idcirco lapides quidem ac fundamenta: ſunt infra. terra autem/ ſupra: ſuam ob leuitatem. & ligna: maxime ſupra. quippe cum ſint leuiſſima.

¶ At quamq; non ſine his: non tamen propter hæc/ niſi vt ob materiam/ ſed celãdi quædam cõſeruãdiq; cauſa/ extructa eſt domus. Similiter & in cæteris vniuerſis/ in quibus eſt id quod alicuius gratia fit: non ſunt quidem ſine hiſce quæ neceſſariam habẽt naturam. non tamen ſunt ob hæc ipſa/ niſi vt ob materiam: ſed alicuius ſunt gratia. veluti propter quid: ſerra eſt talis? vt hoc: & huiuſce gratia ſit. hoc tamẽ gratia cuius eſt/ fieri non poteſt: ſi nõ ferrea ſit. neceſſe eſt ergo ferream eſſe: ſi ſerra/ atq; opus ipſius erit. eſt igitur neceſſariũ ipſum: ex ſuppoſitione. ¶ Sed non vt finis. Nam neceſſarium quidem/ in materia: id vero gratia cuius eſt/ in ratione cõſiſtit. Eſt autem ipſum neceſſarium: & in doctrinis / & in hiſce quæ fiunt ſecũdum naturam/ aliqua ex parte ſimili modo. Nam cum rectum

Quod autem ex neceſſitate eſt: vtrum ex cõditione ſit/ an et ſimpliciter? Nũc enim opinãtur: quod ex neceſſitate eſt/ eſſe in generatione. quemadmodum ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factum: quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt/ leuia autem ſuperne. quapropter lapides quidẽ deorſum ac fundamẽta: terra autem/ ſurſum propter leuitatem. ſupra autem maxime: ligna. leuiſſima enim ſunt. ¶ Attamen non ſine his quidem factus eſt: non tamen propter hæc/ niſi vt propter materiam/ ſed cauſa abſcondendi quædam & ſaluandi. Similiter vero & in alijs omnibus/ in quibuſcũq; ipſum propter aliquid eſt: non ſunt quidẽ ſine ijs quæ neceſſariã habẽt naturã. nõ tamẽ ſunt propter hæc/ niſi vt materia ſunt: ſed propter aliquid. vt propter quid: ſerra eſt talis? vt hoc/ & huius gratia ſit. hoc tamen cuius gratia/ non poteſt fieri: ſi nõ ferrea ſit. neceſſe eſt igit ferreã eſſe: ſi ſerra erit & opus ipſius. ex ſuppoſitione igit: neceſſariũ eſt. ¶ Sed non vt finis. Nam in materia: neceſſariũ eſt. Id autem cuius gratia fit: in ratione. Eſt autem neceſſarium: & in diſciplinis & in ijs quæ ſecundum naturam fiunt/ quodãmodo ſimiliter. Cũ enim rectum

Argyropylus

hoc ſit: neceſſe eſt triangulum tres angulos ęquales duobus rectis habere. Sed non/ſi hoc eſt: neceſſe eſt illud eſſe. ſed ſi hoc nō eſt: neq; rectum/hoc eſt. At in hiſce quæ alicuius gratia fiunt: contra. ſi finis erit/aut eſt: & id quod eſt ante/erit aut eſt. ſi vero hoc nō erit/aut non eſt: vt ibi ſi non eſt concluſio/principium non erit/ſic & hic finis/& id gratia cuius eſt/non erit aut nō eſt. Eſt enim & hoc principium: non actionis ſed cogitationis. ibi autem: eſt cogitationis. non enim
90 ſūt actiones. Quare ſi erit domus: hęc neceſſe eſt fieri vel eſſe vel etiam fore/aut omnino materiā quæ quidem alicuius eſt gratia. veluti lateres atq; lapides: ſi extruēda eſt domus. nō tamen eſt propter hęc/ipſe finis: niſi vt ob materiam. omnino tamen ſi non ſint: neq; domus fuerit/neq; ſerra. illa: ſi non ſint lapides. hæc: ſi ferrum non ſit. neq; enī ibi principia ſunt: ſi non triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales. ¶Patet igitur/ neceſſariū in rebus eſſe naturæ: quod vt materia dicitur et
91 huius etiam motiones. Atq; ambæ quidem: cauſæ dicendæ ſunt a naturali Philoſopho. magis autē ea: gratia cuius cętera fiūt. hęc eſt enim materiæ cauſa: ſed non hæc cauſa finis. ¶Atq; finis ipſe gratia cuius/quiq; principiū eſt: a diffinitione rationeq; ſumitur/ vt in hiſce patet quæ per artē conficiūtur. nā cū domus ſit tale: hæc fieri neceſſario & eſſe oportet. et cū ſanitas ſit hoc: hæc neceſſario fieri oportet ac eſſe. pari modo ſi homo eſt hoc: hæc fieri neceſſe eſt atq; eſſe. & ſi hæc ſint: ſint hæc neceſſa-
92 rio vel fiant oportet. Fortaſſe autem: neceſſarium ipſum in ratione etiam ineſt. Serrę nāq; ſi diffinieris opus: talem ipſam diuiſionē eſſe dicis. at hæc non erit: niſi ſerra tales habuerit dentes. & hi rurſus non erunt: niſi ferrea fuerit ipſa. Sunt enim & in ratione nōnullæ partes: vt materia rationis.

¶Secundi Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo libri finis.

Tral.ve.ex græ. recog.

hoc ſit: neceſſe eſt triangulum duobus rectis equales habere. ſed nō/ſi hoc eſt: illud eſt. ſed ſi hoc non eſt: neq; illud rectum eſt. In ijs autem quæ propter aliquid fiunt: econtrario. ſi finis erit/ aut eſt: et id quod eſt ante/erit aut eſt. ſi vero non: ſicut ibi ſi non ſit cōcluſio/principium non erit/ ſic & hic finis & id gratia cuius. principium enim & hoc eſt: non actionis/ſed cogitationis. ibi autem cogitationis. actiones enim: non ſunt. Quare ſi erit domus: hæc neceſſe eſt fieri/ aut exiſtere/ aut eſſe/ aut omnino materiam quæ propter aliquid eſt. vt lateres/ & lapides: ſi domus. non tamen propter hæc/ eſt finis/ niſi vt materiam. neq; erit propter hæc. omnino tamen ſi non ſint: neq; domus/neq; ſerra erit. illa quidem: ſi nō ſint lapides. hęc vero: ſi nō ſit ferrū. neq; enim ibi principia ſunt: ſi non triāgulum duobus rectis. ¶Manifeſtum eſt igitur: ꝙ ne 56
ceſſarium eſt in phyſicis quod vt materia dicitur/ & motiones eius. & vtræq; quidem: phyſico dicendæ ſunt cauſæ. magis autē: ea cuius gratia. cauſa enim hæc: materiæ eſt. ſed nō hæc: ipſius finis. ¶Et 57
finis is cuius gratia/ & qui principiū eſt: a diffinitione & ratione petitur/ ſicuti in ijs quæ ſecundum artem. quoniam ſi domus eſt tale: hæc oportet fieri & eſſe ex neceſſitate. & quoniā ſanitas/hoc eſt: hæc oportet fieri ex neceſſitate & eſſe. ſic/& ſi homo eſt hoc: hęc. ſi vero hęc: hæc. Fortaſſis autem: & in ratione/ eſt neceſſarium. determinanti enim opus ſerrę: ꝙ diuiſio huiuſmodi eſt. hęc autem non erit: niſi habeat dentes tales. hi vero non: niſi ferrea ſit. Sūt enim et in diffinitione/quędam partes: vt materia diffinitionis.

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ ſecūdi libri finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus tertij de Phyſico auditu Ariſtotelis/ex græco recognita: ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I. 1

QVoniam autem natura quidem eſt principiū motus & mutationis/ſcientia autē nobis de natura eſt:nō latere nos oportet quid ſit motus. neceſſarium enim eſt:ignorato ipſo/ignorari & naturam. Cum autem determinauerimus demotu: tentandum erit eodem aggredi modo de ijs quæ conſequenter ſunt.

¶Videtur autem motus: continuorum eſſe.infinitū autē: apparet primū in continuo.Quapropter & diffinientibus continuum / accidit vti ſæpenumero ratione infiniti / cum in infinitum diuiſibile/ continuum ſit. Adhæc autem :ſine loco/ & vacuo/ et tempore/impoſſibile eſt motū eſſe.Manifeſtū igitur eſt:ꝙ & propter hæc/& propterea ꝙ cūctis ſunt cōmunia & vniuerſalia hæc omnibus/ conſiderandum erit cū propoſuerimus/de vnoquoqꝫ iſtorū.poſterior enim eſt/de proprijs ſpeculatio:eā quæ de cōmunibus eſt.Primū autem/ſicuti diximus:de motu. ¶Eſt igitur eorum quæ ſunt: aliud quidem actu ſolum/aliud vero potentia. ¶Et eorum quæ ſunt actu: hoc quidē hoc aliquid/illud vero tantū/aliud autem tale.& in alijs entis prædicamētis:ſimiliter. ¶Eorū autē quæ ſunt ad aliquid:aliud quidē ſecundū ſuperabundantiā et defectum dicitur/ aliud autē ſecundū actiuū et paſſiuū/atqꝫ omnino motiuū et mobile.Motiuū enim: motiuū mobilis eſt.et mobile: a motiuo eſt mobile.non eſt autē motus:prꝫter res. ¶Mutatur enī ſemper id quod mutatur: aut ſecundū ſubſtantiā/aut ſecundū quā-

Argyropylus

¶Tertius Phyſicorum Ariſtotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Bizantio.

VM autem ipſa quidem natura/motus/mutationiſve principium ſit/noſtra autem doctrina ſit de natura:nō lateat nos oportet/ quidnam ſit motus . nam ſi ignoretur ipſe: naturam etiam ignorari neceſſe eſt. Poſt motus vero determinationem:enitendum eſt/de ijs etiam quæ deinceps ſequuntur/determinare. ¶Motus autem: de genere continuorum eſſe videtur . & infinitum : in ipſo continuo primum apparet . Quocirca fit/ vt qui continuum ipſum diffiniunt/ infiniti ratione ſæpe vtātur: continuum id eſſe dicentes / quod in infinitum eſt diuiſibile. Inſuper impoſſibile eſt: ſine loco/ vacuo/atqꝫ tempore/ motum eſſe. Patet igitur: partim ob hæc ipſa/ partim etiam quia cunctis hæc communia ſunt/ vniuerſiſqꝫ competūt/ vnumquodqꝫ iſtorum proponendum eſſe/ atqꝫ conſiderandum. Propriorum enim contemplatione : communium contemplatione poſterior eſt. Atqꝫ primum vt diximus : de motu conſideremus. ¶Eorum igitur quæ ſunt: quædam actu tātum/ quædam potentia ſunt atqꝫ actu. ¶Horum autem: aliud eſt hoc aliquid/ aliud tantum / aliud tale . & in cæteris ſimili modo: quæ prædicamenta eius quod eſt/appellantur. ¶Eorum prꝫterea quę ſunt ad aliquid: aliud exceſſione defectioneve dicitur / aliud actiui paſſiuiqꝫ/ atqꝫ omnino motiui ac mobilis ratione. motiuum namqꝫ/mobilis:& mobile/a motiuo mobile dicitur. Non eſt autem vllus motus:prꝫter res ipſas. ¶Id enim quod mutatur:aut in ſubſtātia/ aut in quā-

Argyropylus

titate/aut qualitate/ aut in loco ſemper mutatur. commune autem in his nichil accipere poſſumus/ vti diximus: quod quidem neq; hoc/ neq; quantū/ neq; quale/ neq; cæterorum quicq̄ ſit prædicamentorū. Quare neq; motus/ neq; mutatio cuiuſpiam præter ea quæ diximus erit: cū nichil ſit pręter ea
5 quę diximus. ¶Vnūquodq; autē: dupliciter cunctis ineſt/ vt hoc. aliud enim eſt ipſius forma: aliud eſt priuatio. Et quale, aliud enim eſt albū: aliud nigrum. Et quantum, aliud enim eſt perfectū: aliud imperfectum. Et in latione ſimili modo. aliud enim eſt ſupra/ aliud infra: aut aliud leue/ aliud graue. ¶Quare quot ſunt ipſius ſpecies quod eſt: tot motus mutationiſve ſpecies ſunt.

CAP. II.

6 Vm autem eorum quę in vnoquoq; genere collocātur/ aliud actu/ aliud potentia ſit: actus/ eius quod eſt potentia/ vt eſt tale/ motus nimirum eſt. velut alterabilis quidē/ vt alterabile: eſt alteratio. accreſcibilis autem atq; oppoſiti decreſcibilis (nullū eſt enim his: commune poſitum nomen) accretio ac decretio. generabilis item ac corruptibilis: generatio atq; corruptio. & eius quod fertur: la-
7 tio. Atq; hoc/ motū eſſe: inde perſpici poteſt. Nam cum ædificabile tale eſt: tum ipſum vt ædificatur/ actu dicimus eſſe. atq; hoc: eſt ædificatio. Similiter: & meditatio/ & volutio/ et ſaltatio/ & iſtiuſmodi cætera. Quoniam autem
8 aliqua/ potentia ſunt atq; actu/ at non ſimul/ aut non eodem/ ſed vt quippiam calidū quidem eſt potentia/ frigidum autem actu: cōplura iam vicißim agent ac patientur. Omne namq; ſimul actiuum erit atq; paſſiuum. Quare & id quod naturaliter mouet: mobile eſt. omne namq; tale: mouet ſubiens motum & ipſum. Atq; ſunt: quibus omne quod mouet moueri videtur. Verum de hoc

Tral.ve.ex græ. recog.

titatem/aut ſecundū qualitatē/aut ſecundū locum. cōmune vero in his/nichil eſt accipere/ſicuti diximus: quod neq; hoc neq; quātum/ neq; quale/ neq; aliorum prædicamentorū vllum ſit. Quare neq; motus/neq; mutatio/vllius erit pręter ea quę dicta ſunt: cū nichil ſit pręter ea quę dicta ſunt. ¶Vnūquodq; autem: dupliciter inęſt ōnibus/vt hoc. aliud enī eſt forma ipſius: aliud uero/priuatio. Et ſecundū qualitatē. hoc enī eſt albū: illud autē/nigrū. Et ſecundū quātitatē. aliud enī perfectū eſt: aliud vero/ imperfectū. Similiter autē: & ſecūdū loci mutationē. hoc enī ſurſum/illud vero deorſū: aut aliud quidē leue/aliud vero graue. ¶Quare motꝰ et mutationis ſpecies: tot ſunt/quot entis. CAP. II.

Duiſo autē ſecūdum vnūquodq; genus/ hoc quidē eſſe actu/aliud autem potentia: eius quod potentia exiſtit actus/ quatenus huiuſmodi/ motus eſt. vt alterabilis quidem/quatenus alterabile: eſt alteratio. Augmentabilis autem/ & oppoſiti decreſcibilis (nullū enim eſt: cōmune nomen in vtriſq; augmentum & decrementū. Generabilis autem & corruptibilis: generatio & corruptio. Loco mutabilis vero: loci mutatio. Qꝫ autem hoc ſit motus: hinc manifeſtum. Cum enim ædificabile/ quatenus tale ipſum dicimus eſſe/actu fuerit: ædificatur. & hoc: eſt ædificatio. Similiter autē & medicatio/& volutatio/ & ſaltatio/& adoleſcetia/ et ſeneſcētia. Quoniā autem quædam eadem et potētia & actu ſunt/at non ſimul/aut non ſecundū idem/ ſed vt calidū quidem potentia/ frigidum autem actu: multa iam agēt et patiētur a ſeinuicē. Omne enim: erit ſimul actiuū et paſſiuum. Quare et mouens phyſice: mobile eſt. omne enim huiuſmodi: mouet cū & ipſum mouetur. Videtur igitur quibuſdā: omne quod mouet/moueri. ſed de his

2
3

Tral.ve.ex græ.recog.

quidē:ex alijs erit manifeſtū/quomodo ſe habēt.eſt enī quoddā mouēs:et īmobile.

10 ¶Eius autē quod potētia exiſtit actus: cū actu exiſtens agit/ aut idem aut aliud quatenus mobile/ motus eſt. dico autem quatenus:ſic.eſt enim æs/ potētia ſtatua: attamē ęris actus quatenus ęs/motus nō

11 eſt. ¶Nō enim idem eſt ęri eſſe: et potētia quadā mobili. quoniā ſi idē eſſet ſimpliciter/et ſecundū rationē:eſſet vtiq; ęris quatenus ęs actus/motus.nō eſt aūt idē: quēadmodū dictū eſt.Manifeſtū eſt autē et in cōtrarijs.poſſe enī valere ac poſſe ægrotare:alterū eſt.nāq; ęgrotare quidē et valere:idē eſſet.ſubiectū autē et id qđ valet atq; ægrotat/ſiue humiditas ſiue ſanguis:vnū et idē eſt. Quoniā autē non eſt idē(quēadmodū neq; color idē/et viſibile)poſſibilis quatenus poſſibile actus:manifeſtum q̄ motus eſt. ¶Q̄z igitur eſt

12 hic/et q̄ accidit tunc moueri cū actus iſte eſt/et neq; prius neq; poſterius:clarū eſt. cōtingit enī:vnūquodq; quandoq; quidē operari/quādoq; autē nō.vt ædificabile quaten⁹ ædificabile:et ædificabilis actus quaten⁹ eſt ædificabile/ędificatio eſt.aut enim ędificatio/aut domus:actus eſt ędificabilis.ſed cum domus eſt: non amplius ędificabile eſt.ędificat aūt:ędificabile. neceſſe eſt ergo:ędificationē actū eſſe.ędificatio aūt:motus quidā eſt. At vero:eadē cōueniet ratio et in alijs motibus. Q̄z autē bene dictū ſit:manifeſtū & ex ijs quæ alij de ipſo dicūt/& ex eo q̄ nō facile eſt definire aliter ipſum. neq; enī motū atq; mutationē ponere in alio genere poterit vtiq; aliquis: neq; qui aliter dixerunt de ipſo/recte faciūt. ¶Manifeſtū autē eſt conſiderātibus: q̄ ponūt nōnulli ipſū/alteritatē/inæqualitatēq;/et quod nō eſt dicētes eſſe motū.quorū nullū neceſſariū eſt moueri: ſiue altera ſint/ſiue inæqualia/ſiue non exiſtentia. Sed neq; mutatio:aut ad hæc/aut ex his magis eſt/q̄ ex oppoſi-

Argyropylus

quomodo ſeſe habet: ex alijs ſane patebit.eſt enim quoddam mouentium: & immobile. ¶Actus 9
autem eius quod eſt potentia/ cum actu eſt/ ac non vt ipſum ſed vt mobile eſt operatur: motus nimirum eſt. Atq; vt mobile dico:hoc pacto. eſt enim æs/potentia ſtatua: attamen non æris actus/vt eſt æs/eſt motio. ¶Non eſt enī idē eſſe æris: & aliqua potentia mobilis.nam ſi eſſet idem ſimpliciter rationeve/ æris vt æs eſt/actus: motus nimirum eſſet. ac non eſt idem:vt diximus. Pa- 10
tet autem: in contrarijs. nam valere quidē poſſe/ac ægrotare poſſe: non eadem ſunt ſed diuerſa. eſſet enim idem:ægrotare atq; valere.Subiectum autem/& id quod valet atq; egrotat: vnum & idem eſt/ſiue humiditas ſit/ſiue ſāguis. Cum autem non ſit idem/ quēadmodū neq; color idem atq; viſibile:patet actū poſſibilis ea ratione qua poſſibile eſt/motū eſſe. ¶Hūc 11
igitur eſſe/atq; tūc rem moueri cū eſt iſte actus/& neq; prius neq; poſterius:patet. Fit enim: vt quodq; interdum operetur/interdum non operetur.ceu ædificabile/atq; ædificabilis actus/ vt ædificabile eſt: ædificatio nimirū eſt. nam actus ipſius: aut eſt ædificatio/ aut domus. At cum eſt domus: tum non eſt (ut patet) ædificabile. ædificabile vero : ædificatur. neceſſe eſt igitur : actum ipſius ædificationem eſſe. at ædificatio:motus eſt quidā. Eadem: & ad cæteros motus accommodabitur ratio. Atqui 12
patet nos de ipſo motu recte dixiſſe: & ex hiſce quæ cæteri de ipſo dixerunt/ & quia non eſt facile ipſum aliter diffinire. neq; enim motum mutationemq; quiſpiam alio in genere ponere poteſt: neq; qui aliter de ipſo dixere/recte dixiſſe videntur. ¶Id ita eſſe:ide cōtinuo ſane patebit.quidam enim diuerſitatē/& inæqualitatē/& id etiā quod haud eſt:motum eſſe dixerūt. At nichil prorſus ſiue ſit diuerſū/ſiue inæquale/ſiue nō ens:neceſſario moueri videtur. Et inſuper nō ad hęc/aut ex hiſce: magis ipſa mutatio/q̄ ex oppoſi-

Argyropylus

tis eſt. Ponēdi autē motū in hiſce cauſa fuit: motū indefinitū quoddā eſſe videri. Alterius vero principia ſeriei/ indefinita ſunt ſane: ex eo quia ſunt priuatiua. Nichil enim ipſorū: aut hoc aliquid/ aut tale/ aut cæterorum quicq̄ eſt prædicamētorum. At vt videatur motus/ indefinitū quoddam eſſe/ cauſa fuit: non poſſe ipſum aut in potētia rerum/ aut in actu poni, neq; enim id quod eſſe poteſt quatum/ neq; id quod eſt actu quantū: neceſſario mouetur. Et motus: actus quidem eſſe quidam videtur, imperfectus tamē: propterea quod ipſum poſſibile imperfectū eſt/ cuius motus eſt actus. ¶Et idcirco: difficile eſt accipere quidnam ſit motus. Neceſſe eſt enim ipſum: aut in priuatione/ aut in potentia/ aut in actu ſimplici ponere. at: nichil horum eſſe poſſe videtur. Reſtat igitur modus ille iam dictus: actum quidem ipſum aliquem eſſe. talem autem actum/ qualem antea diximus: qui difficilis quidem eſt cognitu/ poteſt autem eſſe.

¶Mouetur autem & omne mouens/ vt diximus: quod eſt potentia mobile/ & cuius immobilitas quies eſt. Nāq̄ hoc agere/ ratione qua tale eſt: mouere nimirū eſt. at: hoc facit tactu. quare ſimul etiā patitur. ¶Quocirca motus: actus eſt mobilis vt eſt mobile. Accidit autē hoc: ipſius motiui tactū. quare ſimul etiam patitur. Semper autem id quod mouet/ formam aliquam afferet/ aut hoc/ aut tale/ aut tantum: quæ quidem principium erit & cauſa motus cum mouet. Id enim quod actu eſt homo: facit hominem ex eo quod eſt potentia homo.

CAP. III.

Væ cum ita ſint: patet motiuū in ipſo mobili eſſe. id inq̄: quod mutatur. Eſt enī actus huius: ab ipſo motiuo. ¶Motiui quoq; actus: non alius quiſq; eſt. amborū nāq; actum eſſe oportet. Eſt enim hoc quidem motiuum/ quo poteſt: hoc autem mouens/ quo agit.

Tral.ve.ex græ. recog.

tis. Cauſa autē cur in his ponant illi: eſt/ quoniā indeterminatum quiddā videtur eſſe motus. Alterius autem coordinationis principia: ex eo quia ſunt priuatiua/ indeterminata ſunt. neq; enim hoc/ neq; tale/ vllum ipſorum eſt: quoniam neq; aliorum quicq̄ predicamentorum. Cur autē videatur indeterminatus eſſe motus: cauſa eſt/ q̄ neq; in potentia eorum quæ ſunt/ neq; in actu: licet ponere ipſum ſimpliciter. neq; enī id quod poteſt eſſe quantū mouetur ex neceſſitate/ neq; id quod actu quantū eſt. Et motus: actus quidem aliquis eſſe videtur/ imperfectus tamē. cauſa autē eſt: quoniam imperfectum eſt/ ipſum poſſibile cuius eſt actus/ motus. ¶Et ob hoc ergo: 14
difficile eſt accipere/ quid ipſū ſit. Aut enī in priuatione neceſſe eſt ponere: aut in potentia/ aut in actu ſimplici. horum autem nullum videtur eſſe poſſe. Relinquitur igitur dictus modus: actum quidem quēdam eſſe. talem tamen actum/ qualem diximus: difficilem quidem cognitu/ ſed qui eſſe poſſit. ¶Mouetur autem et mouens 15
(ſicut dictum eſt) omne: cum ſit potentia mobile/ et cuius immobilitas quies eſt. cui enim motus ineſt: huic immobilitas/ quies eſt. Nam ad hoc agere/ quatenus huiuſmodi: idipſū mouere eſt. hoc autē facit: tactu. quare: ſimul et patitur. ¶Iccirco motus: eſt 16
actus mobilis/ quatenus mobile exiſtit. accidit autem hoc: tactu motiui. quare: ſimul et patitur. Speciē aūt ſemper afferet aliquā/ id quod mouet/ aut hanc/ aut talē aut tantā: quæ principiū atq; cauſa motus erit/ cū mouet. vt actu homo: facit ex eo quod potentia exiſtit homo/ hominem.

CAP. III.

Vbitatum autē/ manifeſtū 17
eſt: q̄ motus eſt in ipſo mobili. actus enim eſt huius & ab ipſo motiuo. ¶Motiui 18
autem actus: non alius eſt. oportet enī: eſſe actū vtriuſq;. Motiuū enī eſt/ eo q̄ poteſt: mouens autem/ eo q̄ agit.

3
4

Tral.ve.ex græ.recog.

ſed eſt:actiuū ipſius mobilis. Quare ſimiliter vnus eſt amborū actus: ſicuti idē ſpacium eſt vnum ad duo/& duo ad vnum/& aſcendens & deſcēdens. Hæc enim/vnum quidem ſunt: ratio tamen non vna eſt. Similiter autem: & in mouente & in moto.

15 ¶Habet autem:dubitationem rationalē. neceſſe enim eſt fortaſſis: eſſe quendam actum alium actiui atq; paſſiui. illud enim/actio eſt:hoc vero/paſſio.opus autem & finis illius quidem/factum:huius autem/affectus.Cum igitur vtraq; ſint motus:ſi diuerſi quidē/in quo ſunt? Aut enim vtraq;: in patiēte ac moto ſunt/ aut actio quidem in agente/paſſio vero in patiente.ſi autem oportet & hanc actionem vocare:æquiuoca vtiq; erit. At vero ſi hoc eſt: motus in mouēte erit.eadem enim eſt ratio: in mouēte & in moto. Quare aut omne mouēs/mouebitur: aut habens motum/non mouebitur.Si autem vtraq; in moto ſūt & patiente/ actio inquam et paſſio:et doctio et diſciplina/quæ duo ſunt/in ipſo ſunt diſcēte.Primum quidem actus vniuſcuiuſq;:nō in vnoquoq; erit. Deinde inconueniens eſt:duobus motibus ſimul moueri. Quædam namq; erunt alterationes:duę vnius/et ad vnā ſpeciem.At impoſſibile eſt.Sed vnus erit actus? ¶At irrationabile eſt:duorum ſpecie diuerſorum vnum ac eundem eſſe actum. ¶Atq; erit:ſi quidē diſciplina & actio idē ſunt/paſſioq; & actio: docere idē quod diſcere/& agere quod pati.Quare omnē docentem/diſcere neceſſe erit: et
22 agentem pati. ¶An neq; alterius actum in altero eſſe:inconueniēs eſt? eſt enim doctio:actus docentis/in quodam tamen & non deciſus/ſed huius in hoc. Neq; enim vnum duobus/quicq̄ prohibet eūdem eſſe non vt eſt idem:ſed vt eſt id quod potētia eſt/ad id quod eſt actu.neq; neceſſe eſt docentem:diſcere.Atq;/ſi pati et agere idem eſt:non tamen vt ratio ſit vna quod quid erat eſſe dicens/ ſicut tunicæ & indumen-

Argyropylus

at ipſius mobilis eſt actiui.Quare perīde amborū vnus eſt actus: atq; vnius ad duo/ & duorum ad vnum idem eſt interuallum/& vt accliue atq; decliue. Hæc enim vnum quidem ſunt: at ratio non eſt vna.Similiter res ſeſe habet:& in hiſce quorū alterum mouet/alterū mouetur. ¶Exiſtit autē hoc 19
loco:dubitatio/differedi facultati accōmodata. neceſſe eſt enim ipſum:aut in priuatione/aut in potentia fortaſſe actum aliquem eſſe ipſius actiui/& etiā ipſius paſſiui. eſt enim actio quidem/illius:paſſio vero/huius. & opus finiſve illius/factū:huius/ affectus. Si igitur ambo ſint motus/ ſintq; diuerſi:in quonam ſunt? aut enim in patiēte & ēo quod mouetur/ſunt ambo:aut actio quidem eſt in agēte/paſſio vero in patiente. Quod ſi hāc etiā/actionē oporteat appellare:nomine ſolo cōueniēt. At vero ſi hoc eſt:nō ius pro facto in eo qđ mouet/erit. Eadem enim eſt:& in eo quod mouet/& in eo quod mouetur/ratio. Quare aut omne mouens mouebitur:aut aliquid motum habens haūd mouebitur. Qz ſi ambo/ actio inq̄ & paſſiō in eo ſunt quod mouetur ac patitur:& hęc duo doctio diſciplinave/ſunt in ipſo diſcente. Primū quidem actus:in vnoquoq; cuiuſq; nō erit. Deinde abſurdū eſt:duobus quippiā motibus ſimul moueri. erunt enim:alterationes quædam vnius duæ/atq; ad vna formā. At fieri nequit. At vnō ne actus erit? ¶Atrationis fines egredīt:diuerſorū ſpecie duorū vnū actū eundēq; eſſe. ¶Et ſi idē doctio diſciplinave/et actio atq; paſſio:docere etiam & diſcere idē erit/& agere atq; pati. Quare neceſſario diſcet ōnis qui docet:& patietur qui agit. ¶An neq; alicu 20
ius actū: in alio eſſe abſurdū eſt? Eſt enī doctio:docētis actus.in alio quo tamē eſt & nō incitus:ſed eſt huiuſce in hoc.Neq; quicq̄ prohibet vnū duorū eundē eſſe: non vt idē habeat eſſe/ ſed vt eſt id quod eſt potētia ad id qđ eſt actu.Neq; 21
neceſſe eſt docentē diſcere.& ſi pati atq; agere idē eſt:nō vt ea tamē quę rationis eiuſdē ſūt/vt veſtimē

Argyropylus

tum ac tunica: ſed vt via qua ex Thebis Athenæ/ & ex Athenis Thebæ petuntur/ vt & antea diximus. non enim eadem ijs omnia competunt quæ aliquo modo ſunt eadem: ſed hiſce duntaxat quorum eſt eadē ratio. At neq; ſi doctio & diſciplina ſint idē: idē erit & docere ac diſcere. quemadmodū neq; ſi iteruallū vnū ſit eorum quæ diſtant: vnū idemq; eſt ab hoc ad illud/ atq; ad hoc ab illo diſtare. Omnino autē neq; doctio proprie idem eſt quod diſciplina/ neq; actio idem quod paſſio: ſed motus cuius hæc inſunt. Nam huius in hoc/ & huius eſſe actum ab hoc: diuerſū eſt ratione. Quid igitur eſt motus: & vniuerſaliter/ & per partes etiam diximus. nō eſt enim obſcurum: quonā pacto quæq; ſpecies ipſius diffinietur. Alteratio enī: actus eſt alterabilis vt eſt alterabile. Eniuero notius hoc pacto etiam diffinietur: ſi potentia actiui atq; paſſiui vt tale eſt/ actus eſſe dicatur/ & ſimpliciter et per ſingulos/ vt ędificatio/ vel medicatio. Modo eodem: & de cæterorum motuum vnoquoq; dicetur.

Cap. IIII.

Vm autē ſcientia naturalis circa magnitudines/ motum/ tempuſq; verſetur/ quorum vnumquodq; finitum aut infinitū eſſe neceſſe eſt/ etſi non ōne quoduis neceſſe eſt aut infinitū eſſe aut finitū vt affectū ac punctū (taliū enim fortaſſe nullum: neceſſe eſt in horū altero collocari) ad Naturalē ſane Philoſophū de infinito ſi ſit necne/ et ſi ſit quidnā ſit/ contemplari pertinere videtur. Atq; ſcientiæ huiuſce contemplationem de ipſo propriam eſſe: hoc ſigno patet. Omnes enim qui digne talem Philoſophiam tetigiſſe putantur: de infinito ſermonem fecerunt. ac omnes: ipſum vt principium quoddam eorum quæ ſunt/ poſuerunt. ¶ Alij quidem per ſe/ vt ſubſtantiā: non vt rei cuiq; accidens/ vt Pythagorici atq; Plato. Verum Pythagorici quidem: in ſenſibilibus ipſum ponunt. non enim

Tral.ve.ex græ.recog.

to. ſed vt via a Thebis ad Athenas: & ab Athenis ad Thebas. quēadmodū dictū eſt et prius. nō enī eadē ōnia ijs inſunt quæ quolibet modo eadē ſunt: ſed ſolū quibus eſſe idē eſt. At vero neq; ſi doctio & diſciplina ſint idem: & diſcere & docere idē erūt. ſicuti neq; ſi ſpaciū vnū diſtātiū ſit: et diſtare hinc illuc/ & illinc huc/ vnū & idē eſt. Oīno vero dicere eſt: q̄ neq; doctio cū diſciplina: neq; actio cū paſſione idē proprie eſt. ſed cui inſūt hęc: motus. nā huius in hoc & huius ab hoc actū eſſe: ratione diuerſū eſt. Quid igit motus ſit: & vniuerſaliter/ et ſecūdū partē dictū eſt. nō enī immaniſeſtū eſt: quomodo diffinietur ſpecierū vnaquęq; ipſius. Alteratio enim: alterabilis quatenus eſt alterabile/ actus eſt. Amplius autē/ notius: eſt actus/ potētia actiui ac paſſiui/ quatenus huiuſmodi & ſimpliciter/ et rurſū ſecundū vnūquodq;/ vt ędificatio/ aut medicatio. eodē autē dicet modo: & de aliorū motuū vnoquoq;.

Cap. IIII

Voniam autem de natura ſcientia/ eſt circa magnitudines/ & motū/ & tēpus/ quorū vnūquodq; neceſſe eſt aut infinitum aut finitum eſſe/ etſi non omne eſt aut infinitū aut finitū vt affectus aut punctus (taliū enī: fortaſſe nullū neceſſe eſt in altero horum eſſe) cōueniēs vtiq; erit de natura pertractantē ſpeculari de infinito/ ſi eſt aut nō/ et ſi eſt quid eſt. Signū autē eſt: q̄ huius ſciētiæ/ propria ſit cōſideratio de ipſo. nā ōnes qui videntur pro dignitate tetigiſſe talē Philoſophiā: fecerunt ſermonē de infinito. atq; ōnes: tanq̄ principiū quoddā ponūt eorū quæ ſunt. ¶ Alij quidē/ quēadmodū Pythagorei atq; Plato: per ſe/ nō ſicuti accidēs alicui alteri/ ſed vt ſubſtantiam/ ipſum eſſe infinitum. verum Pythagorei quidem: in ſenſibilibus. neq; enim

Pythagorei.

Plato.

Tral.ve.ex græ.recog.

abſtractū faciūt numerum: elleq; quod extra cœlū eſt infinitū. Plato autē: extra quidē/nullū eſſe corpus/ neq; ideas. eo q̄ nuſq̄ ſunt ipſæ. tamen infinitū: & in ſenſibilibus/& in illis eſſe. Et hi quidē: infinitū eſſe par. hoc enim compræhenſum & ab impari terminatum: tribuit ijs quæ ſunt/infinitatē. ſignum autem huius: id eſſe quod contingit in numeris. circumpoſitis enim gnomonibus circa vnū & ſeorſum: aliquādo quidē aliā ſemper fieri ſpeciē/ aliquādo autem vnam. Plato autē: duo infinita/ magnū & paruū. Qui autē de natura diſſerūt: omnes ſemper ſubijciūt alterā quandā naturā dictorū elementorū infinito. vt aquā/aut aerē/aut medium horū. Eorū vero qui finita faciunt elementa: nullus infinitū facit. Quicunq; autē infinita faciūt elemēta/quemadmodū Anaxagoras & Democritus/ille quidē ex ijs quę ſunt ſimiliū partiū/hic autē ex omniſeminario figurarū: tactu continuum infinitū eſſe dicūt. atq; ille quidē quālibet partē: haud ſecus atq; totū/ eſſe miſtionē. ex eo quia videt qd̄libet ex quolibet fieri. hinc enī dicere videtur: & ſimul aliquādo omnes res fuiſſe. vt hæc caro/ & hoc os: & ſic quodlibet. & omnia itaq;/ & ſimul igitur. principiū enī diſgregationis: nō ſolū in vnoquoq;/ ſed & omnium eſt. Cum enim omne quod fit/ex tali fiat corpore/ omnium autem ſit generatio/verum non ſimul: etiā quoddā principium eſſe oportet generationis. hoc autem: eſt vnum/quem ille vocat intellectum. intellectus autem: a principio quodā operatur cum intellexit. quare: neceſſe eſt ſimul ōnia aliquando fuiſſe/& cœpiſſe aliquando moueri. Democritus autem/nullū aliud ex alio fieri/primorū dicit: ſed tamē ipſum cōmune corpus/omniū eſſe principiū/magnitudine ſecūdū partes/ figuraq; differēs.

Plato.

Anaxagoras. Democritꝰ

Argyropylus

ſeparabilē ipſum numerū faciūt: & id quod eſt extra cœlum/ infinitum eſſe dicebant. Plato autem/ extra quidem cœlum neq; corpus eſſe neq; ideas putabat: propterea q̄ neq; vſq̄ ſunt ipſæ. Infinitum tamē: & in ſenſibilibus & in illis eſſe cenſebat. Et illi quidem: par ipſum infinitum eſſe dicebāt. hoc enim compræhenſum atq; finitū ab impari: præbet hiſce quæ ſunt/ infinitionem. ſignumq; huius/ id eſſe: quod in numeris accidit. cū enim normæ circa vnū ſeorſumq; ponuntur: nūc alia ſemper fit ſpecies/ nunc vna. At Plato duo infinita facit: magnū inquam ac paruum. Naturales autem omnes: aliam quandam ſemper naturam eorum quæ elementa dicūtur/ ipſi infinito ſupponunt/ vt aquam vel aerem/ vel id quod inter hæc medium collocatur. Præterea: qui elementa finita fecerunt: nullus ipſorum infinitum facit. qui vero elemēta faciunt infinita/ vt Anaxagoras atq; Democritus: ij infinitum ipſum/ tactu continuum eſſe dicunt. Ille quidem/ ex hiſce quæ ſunt ſimilium partiū: hic autem/ex indiuiduis illis corpuſculis/quæ figuris differunt/fiūtq; generandarū ſemina rerum. Atq; ille quidē quāuis congeriei partē/ congeſtam eſſe perinde atq; totū dicebat: quia videbat quoduis ex quouis oriri. hinc enim: & omnes res olim ſimul fuiſſe dixiſſe videtur. vt hanc carnem/& hoc os: & quoduis ſimili modo. igitur & vniuerſa & ſimul ergo. non ſolum enim in vnoquoq;/ principiū eſt ſegregationis: ſed in ipſo etiam vniuerſo. Nā cum omne quod fit ex tali corpore fiat/ omniumq; ſit generatio non ſimul tamen/ atq; aliquod principium generationis eſſe oporteat/& id ſit vnum quod ille mentē appellat/menſq; a principio quodam operetur cum intellexit: neceſſe eſt olim omnia ſimul fuiſſe moueriq; olim cœpiſſe. Democritus autē/non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit: ipſū tamē cōmune corpus/omniū eſt principiū/magnitudine partiū differēs atq; figura.

Argyropylus

30 Patet igit ex hiſce quæ diximus: infiniti contemplationem ad Naturales Philoſophos pertinere. ¶ Principium autem: omnes ipſum ponunt cum ratione. Impoſſibile eſt enim aut ipſum in ratione rerum eſſe fruſtra: aut aliā vlam ipſi præter principij vim ineſſe. Omne enim quod eſt: aut eſt principium/aut eſt ex principio. At principium: infiniti non eſt. eſſet enim ipſius finis. Præterea ingenitum ipſum eſſe corruptioneq; vacare cēſent: quippe cum ſit principium quoddam. Nam & quod naſcitur/id habeat finē neceſſe eſt: & ōnis corruptionis eſt finis. Qua propter/vt dicimus/huiuſce non eſt principiū: ſed hoc/principiū cæterorum eſſe videtur. Et continere etiam ipſum omnia/gubernareq; dicunt: vt ij qui præter infinitum nullas alias cauſas faciunt/ vt mentem aut concordiam. & hoc eſſe ipſum diuinum. eſt enim immortale: nec vnquā perire poteſt/ vt Anaximander & Naturalium plurimi dicunt. 31 ¶ Eſſe autē infinitū in ratione rerū: ex hiſce quinq; maxime quiſpiā credet. Ex tēpore. eſt enim hoc: infinitū. Ex magnitudinū diuiſione. vtunt enim et Mathematici: infinito. Ex eo præterea/quia hoc pacto duntaxat generatio & corruptio nunq; deficiet: ſi infinitū ſit id/ex quo per ablationē id qđ naſcitur fit. Inſuper ex eo: quia finitū ad aliquid ſemper finitur. Quare neceſſe eſt nullū eſſe finem: ſi aliud ad aliud 32 ſemper finiri neceſſe eſt. Maxime vero propriſſimeq;: ex eo qđ vniuerſis cōmunem efficit dubitationem. nam quia mens non deficit in cogitando: & numerus/ & mathematicę magnitudines/et id qđ eſt extra cœlū/infinitū eſſe videtur. Qz ſi illud ſit infinitū: & corpus infinitū eſſe videtur/ infinitiq; mundi. Cur enim magis: hac parte/vacui/ q hac/moles eſt collocāda/ Quare ſi aliqua ſit in parte: & vbiq; neceſſe eſt eſſe. Et inſuper ſi ſit vacuū infinitumq; locus: & infinitū corpus eſſe neceſſe eſt. In ppetuis enī: nō differūt poſſe ac eſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

Qz igitur cōueniēs ſit Phyſicis hæc ſpeculatio: manifeſtum eſt ex his. ¶ Rationabiliter autē: & principiū/ ipſum ponūt omnes. Neq; enim fruſtra/ poſſibile ipſum eſſe/neq; aliam ipſi ineſſe potētiam: niſi vt principiū. Omnia enim: aut principiū ſunt/aut ex principio. infiniti autem: nō eſt principiū. eſſet enim ipſius vtiq; finis. Amplius autem & ingenitū & incorruptibile: principiū quoddā cū ſit. Quod enim fit: neceſſe eſt accipere finem. & finis: omnis eſt corruptionis. Quare/ſicuti dicimus/nō huius/principium: ſed hoc/aliorum videtur eſſe. & continere omnia/ & omnia gubernare: vt affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum/alias cauſas/ vt intellectū/ aut amicitiam. et hoc: eſſe diuinum. immortale enim eſt/perireq; non poteſt: vt affirmāt Anaximāder et plurimi Phyſiologorū. ¶ Eſſe autē aliquid/infinitū: 26 fides ex quinq; maxime cōtinget conſiderātibus. Ex tempore. hoc enim: infinitum. Et ex ea quæ eſt in magnitudinibus/diuiſione. vtūtur enim et Mathematici: infinito. Amplius ex eo: quia ſic ſolū non deficit generatio & corruptio: ſi infinitum ſit vnde auferatur id quod fit. Amplius ex eo/quia finitum: ſemper ad aliquid finitur. Quare neceſſe eſt nullū eſſe terminū: ſi ſemper terminari ſit neceſſe alterū ad alterū. Maxime autē & propriſſime: qđ cōmunē facit dubitationē ōnibus. ob id enī/ q illud quod in cogitatione eſt non deficit: & numerus videtur infinitus eſſe/& mathematicæ magnitudines/ & qđ eſt extra cœlū. Infinitū autē cū ſit qđ extra eſt: & corpus infinitū eſſe videt/& mūdi. Cur enī magis: vacui hic q̄ ibi (quare ſi vno in loco: et vbiq;) neceſſe eſt eſſe molē? ſimul autē ſi & vacuum eſt/& locus infinitus: et corpus infinitū neceſſe eſt eſſe. Poſſe enī: ab ipſo eſſe nichil differt in ppetuis.

Anaximā- 25
der.

Tral.ve.ex græ.recog.

Habet autem dubitationem: ipsa de infinito consideratio. Etenim non esse ponentibus/ multa impossibilia accidunt: & esse. Amplius autem vtro sit modo: vtrum vt subsłantia/an vt accidens per se alicui naturæ/ an neutro modo/ sed nichilominus sit ifinitū/& infinita multitudine? Maxime autē Physici est cōsiderare: si est magnitudo sensibilis infinita. 27 ¶Primum igitur/determinādum est: quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo: quod impossibile est trāsire/ex eo quia non est aptū natura trāsiri, vt vox: iuisibilis. Aliter autem: trāsitum habens incōsumabilem. Aut quod vix. Aut quod natura aptum est habere: non tamē habet transitum/ aut finē. Amplius/infinitū omne: aut est secūdū appositionē/aut secundū diuisionē/ aut vtroq; modo.

CAP. V.

28 Separabile igitur esse a sensibilibus infinitū/ipsum quid existens infinitum: nō est possibile. Si enī neq; magnitudo est/ neq; multitudo/sed substantia ipsum est infinitum & non accidens: īdiuisibile erit. diuisibile enim: aut magnitudo erit/aut multitudo. si autem indiuisibile: nō infinitum/ nisi sicut vox inuisibilis est. At neq; sic dicunt esse/affirmantes esse infinitum: neq; nos quęrimus/sed vt intransibile. Si vero secundum accidens est infinitum: non erit vtiq; elementum eorum quæ sunt/ vt infinitum. sicut neq; inuisibile/locutionis: q̄uis vox sit inuisibilis. Amplius/ quomodo continget aliquid esse ipsum infinitum: si non est & secundū numerum & magnitudinem/ quorum est per se passio quædam/infinitum? adhuc enim minus esse necesse est: q̄ numerum/aut magnitudinem. manifestum autem/ & ꝙ non contingit esse infinitum: vt actu

Argyropylus

Habet autem dubitationem: ipsa 33
contemplatio infiniti. Nam si ponatur esse: impossibilia multa sequuntur/& etiam si non esse ponatur. Præterea vtronam sit modo: vtrum vt subsłantia/ an vt accidens/alicui naturæ per se/an neutro modo/sed nichilominꝰ sit infinitum/ & multitudine infinita? Maxime autem ad Naturalē Phi 34
losophum pertinet: si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerū/cōsiderare. ¶Atq; primum determinandū est: quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicitur infinitum: quod impossibile est pertransire/ ex eo quia non est aptū vt per ipsum transitio fiat. perinde atq; vox: inuisibilis dici solet. Alio modo id dicitur infinitū: quod habet sine fine trāsactionē. Aut quod vix. Aut quod aptū est quidē habere: non habet tamē transactionem vel finem. Præterea infinitū ōne: aut in appositione/aut in diuisione/aut in vtrisq; consistit.

CAP. V.

35 Separabile igitur a sē sibilibus infinitū esse non potest: quod quidem ipsum sit infinitum. Nam si infinitū ipsum neq; magnitudo sit/ neq; multitudo/ sed subsłātia & nō accidēs: idiuisibile erit profecto. Diuisibile enim: aut magnitudinē/aut multitudinē esse cōstat. Si vero īdiuisibile sit: īfinitū nō erit/ nisi perinde atq; vox est inuisibilis. At neq; illi qui dicūt infinitum esse/ ipsum hoc pacto ponunt: neq; nos quærimus si sit idētidem ipsum/ sed vt habeat sine fine transactionem. Q7 si in- 36
finitū per accides sit: nō hoc elementū erit eorū quæ sunt/quo est infinitum. quemadmodū nec ipsum inuisibile/locutionis est elementum: & tamen vox est inuisibilis. Præterea quonā pacto quippiā ipsū infinitū esse potest: si neq; numerus neq; magnitudo per se esse potest/quorum per se affectus quidā ipsū est ifinitū? minꝰ enī ipsū p se/ q̄ magnitudinē aut numerū: esse necesse est. Perspicuū etiā 37
est/ifinitū sic esse nō posse: vt actu

Argyropylus

fit/ & vt ſubſtãtia/ principiũve. nã infinitũ/erit quicquid ipſius accipias:ſi habeat partes. Eſt enĩ idẽ eſſe infiniti ac infinitũ/ vt patet: ſi infinitũ ſubſtantia ſit/& non in ſubiecto. Quare fit: vt ipſum aut idiuiſibile ſit/aut in infinita ſit diuiſibile. At fieri nequit: vt idem/ multa ſit infinita. At vero vt pars aeris aer eſt:ſic & infinitum pars quæuis infiniti/ſi ſubſtãtia queda & principiũ ſit/ vti dicunt, vacat igit partibus:atq; indiuiſibile eſt. At eſſe non poteſt id/tale:quod actu eſt infinitũ . neceſſe eſt enim:
38 ipſum/quantũ quid eſſe. Per accidẽs igit:infinitũ ipſum eſſe videtur. Qz ſi ita ſit:dictũ iã eſt antea/ nõ poſſe ipſum principium dici/ ſed illud cui accidit/ vt aerem/aut par. Quare abſurde dicũt profecto qui tale illud eſſe cẽſent/ vt Pythagorici dicunt, nam ſubſtãtiam faciunt ipſum:& ſimul etiam partiuntur. Verum hæc quidem forſitan inquiſitio/ vniuerſalis eſt magis:ſi poſſit inquam infinitum & in mathematicis/& in intelligibilibus/et in hiſce quæ nullam habent magnitudinem/eſſe. ¶Nos autẽ/ ſi ſit in ſenſibilibus de quibus doctrinam facimus/ infinitum corpus incremento nec ne:
40 conſideremus ac perſcrutemur. Si igitur differendi modo conſiderabimus: ex hiſce videbitur/ infinitũ non eſſe. Nã ſi ratio corporis eſt/ ſuperficie terminatũ eſſe: non erit infinitũ vllũ/aut intelligibile
41 aut ſenſibile corpus. At vero neq; numerus ita:vt ſeparatus ac infinitus. numerus enĩ omnis/aut id quod numerũ habet: numerabile eſt. Si igitur fieri poteſt vt ipſum numerabile numeretur:& infinitũ
42 quiſpiã poterit pertranſire. Sed ſi magis naturaliter cõtẽplabimur: ex hiſce quæ deinceps dicentur/ nullũ infinitum corpus in ratione rerũ eſſe videbitur. nec enim compoſitum eſſe poteſt: nec ſimplex. Compoſitum igitur corpus nullum eſt infinitum:ſi elemẽta multitudine ſint finita. neceſſe eſt enim: & plura eſſe/& æqualitatem inter contraria ſemper eſſe/ & vnum ipſorum infinitum non eſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

exiſtens et vt ſubſtantiam ac principium. Erit enim quicquid ipſius accipiatur/ infinitum: ſi partibile eſt. Infinito enim eſſe/& infinitum: idem eſt/ſi ſubſtantia infinitum ſit/& nõ de ſubiecto. Quare:aut indiuiſibile eſt/ aut in infinita diuiſibile. multa autem infinita eſſe idem: impoſſibile eſt. At vero vt aeris/aer pars eſt:ſic et infinitum/infiniti/ſi quidem ſubſtãtia eſt & principium. Impartibile ergo: & indiuiſibile eſt. At eſſe tale nequit:quod actu eſt infinitum. quantum enim quid eſſe: neceſſe eſt. Secundum ergo accidens: eſt infinitum. Sed ſi ſic: dictum eſt q̃ non cõtingit ipſum/principium dicere/ ſed illud cui accidit/ vt aerem aut par. Quare abſurde enunciant dicentes/ſicuti Pythagorei dicunt. ſimul enim: ſubſtantiam faciunt infinitum/ & partiuntur. Sed fortaſſis hęc quidem eſt vniuerſalis quæſtio magis:ſi contĩgit infinitum & in mathematicis eſſe/& in intelligibilibus/ & in ijs quæ nullam habẽt magnitudinẽ. ¶Nos 29
autem conſideramus/ de ſenſibilibus/ ac de ijs quorum facimus ſcientiam:vtrum in illis eſt/an nõ eſt/ corpus infinitum in augmentũ. Rationabiliter igitur ſpeculãtibus:ex huiuſmodi videbitur vtiq; non eſſe. Si enĩ eſt corporis ratio/planicie terminatum:nõ vtiq; erit corpus vllum/aut intelligibile/aut ſenſibile/infinitũ. At vero:neq; numerus ſic/vt ſeparatus & infinitus. numerabile enim eſt: numerus/aut habens numerum . ſi ergo numerabile poteſt numerari:et pertrãſire vtiq; poſſibile erit/ infinitũ. Phyſice autem magis ſpeculãtibus ex hiſce:manifeſtũ erit. neq; enim compoſitum poteſt eſſe: neq; ſimplex. Compoſitum igitur non erit infinitum/ corpus:ſi finita multitudine elemẽta ſint. neceſſe eſt enĩ:plura eſſe & æquari ſemper cõtraria/et nõ eſſe vnũ eorũ infinitũ. etſi enĩ quomodocunq; ſuperatur quæ in vno corpore eſt potẽtia/ab altero

Tral.ve.ex græ.recog.

(vt ſi ignis finitus ſit: aer autem infinitus. ſit autem æqualis ignis: ad aerem æqualem/ potentia quantūlibet multiplicatus/ ſolum autē numerū aliquē habens) tamē manifeſtum eſt/ ꝙ infinitū excedet & corrumpet finitum. vnumquodq; autem infinitū eſſe: eſt impoſſibile. Corpus enim eſt: quod ōniquaq; dimēſionē habet. infinitū autē: qđ infinite extēſum eſt. Quare infinitū corpus: vndequaq; extenſum erit in infinitū. At vero/ neq; vnū ac ſimplex eſſe cōtingit infinitū corpus: neq; ſicut dicūt quidā/ id quod præter elementa eſt/ ex quo hæc generant/ neq; ſimpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciūt infinitum/ ſed non aerem/ aut aquā: ne cætera corrūpātur ab infinito. Habēt enim ad ſeinuicem: contrarietatem. vt aer quidē/ frigidus eſt: aqua vero humida/ ignis autē calidus. quorum ſi vnū eſſet infinitū: corrupta iam fuiſſent alia. Nunc autē dicunt aliud eſſe: id ex quo hæc ſunt. Impoſſibile autem eſt eſſe tale: nō quia infinitū (de hoc enim cōmune aliquid dicēdū eſt: de omni ſimiliter & aere/ & aqua/ & quolibet) ſed quia non eſt tale ſenſibile corpus/ præter vocata elementa. omne namq;: ex quo eſt/ etiā reſoluitur in hoc. quare eſſet vtiq; hic/ præter aerē et ignē/ & terram/ & aquam: aliud quippiam. videtur autem: nullum. Neq; igitur ignis/ neq; aliud elementorum quicquā: infinitum quid eſſe poteſt. Omnino enim/ & præter id ꝙ infinitum ſit aliquid ipſorum: impoſſibile eſt ipſum vniuerſum/ & ſi finitum ſit/ aut eſſe aut fieri vnum quid ipſorum/ ſicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignem. Eadem autē eſt ratio: & in ipſo vno/ quod faciūt præter elementa/ Phyſici. Omnia nāq; mutantur ex contrario/ in contrarium: vt ex calido/ in frigidum. oportet autem de omni & ex hiſce conſiderare: ſi poteſt/ aut non poteſt/ eſſe corpus infinitum ſenſibile.

Heraclitus

Argyropylus

nam ſi ignis quidē ſit finitus/ aer autem infinitus/ quanq̄ vnius corporis vis inferior eſt alterius vi/ atq; pars ignis æqualē aeris partem vi ſuperat/ modo exceſſus aliquem ſubeat numerum: tamē infinitum corpus ſuperabit vt patet/ atq; finitum ſanē corrumpet. Nec vnūquodq; infinitum eſſe poteſt. 43
Nam corpus quidē eſt: quod omni ex parte dimenſionē habet. Infinitū autē: quod ſine fine eſt extēſum dimēſione. Quibus fit: vt infinitū corpus per omnem ſit dimēſionem in infinitum extenſum. At 44
vero neq; poteſt ifinitum corpus vnum ac ſimplex eſſe: aut ſimpliciter/ aut (vt quidā inquiūt) id qđ eſt præter elemēta/ ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc faciūt ifinitū/ ſed nō aerem aut aquā: ne ab infinito cætera corrūpātur. Habent enim inter ſe cōtrarietatem: quippe cū aer frigidus/ aqua humida/ et ignis calidus ſit. quorū ſi vnum eſſet infinitum: cætera iā fuiſſent corrupta. Nunc autem aliud infinitū inquiunt eſſe: ex quo hæc fiunt. At impoſſibile eſt/ non 45
ſolum infinitum hoc eſſe (de hoc enim commune quid eſt dicendum: de omni ſimiliter et aere/ & aqua/ & quouis alio ſimplici) ſed etiam eſſe tale corpus ſenſibile/ præter ea corpora quæ elementa vocātur. Omnia namq;: in id diſſoluuntur ex quo fiunt & conſtāt. quare præter aerem/ ignem/ terrā/ & aquam: corpus hic aliud eſſet. At nullū eſſe videtur. Neq; igitur 46
ignis/ neq; aliud quicq̄ elemētorum: infinitum eſſe poteſt. Omnino enim & abſq; hoc/ eſſe inquam ipſorum aliquid infinitum: impoſſibile eſt ipſum vniuerſum/ aut eſſe/ aut fieri vnum quid ipſorū/ ſi ſit etiam infinitum/ perinde vt Heraclitus aſſerebat/ omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem & ad illud vnum accommodabitur ratio: quod præter elementum naturales Philoſophi faciunt. omne enim ad cōtrarium ex contrario/ vt ad frigidum ex calido: ſolet mutari. Atq; ex his etiam de quouis conſiderare oportet: ſi poſſit necne ifinitū eſſe ſenſibile corpus.

Argyropylus

48 Ex his autem patebit: infinitum ſenſibile corpus in ratione rerum eſſe / omnino non poſſe. Omne namq; ſenſibile corpus: aptum eſt alicubi eſſe. atq; locus eſt quidam cuiuſq;: & idem eſt totius ac partis. vt totius terræ / vniuſq; glebę: & ignis item atq; ſcintillæ. Quare ſi infinitum partiũ ſit ſimiliũ: immobile erit / aut ſemper feretur. At id fieri nequit. Cur enim deorſum magis q̃ ſurſum / aut ad quẽuis locum mouebitur? dico autem ſi ſit gleba: quorſum hæc mouebitur / aut vbi manebit? Corporis enī eiuſdẽ formæ: locus eſt infinitus. occupabit ne igitur totum locum? at qui fieri poteſt? Quænam igitur ipſius quies: aut vbinam erit / & quis prẽterea motus? An vbiq; manebit? non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur? non ergo: quieſcet inquam ac ſtabit. 49 Sin vero ſit diſſimilium partium: diſſimilia etiam erunt & ipſa loca. Atq; primo quidem ipſius vniuerſi corpus: non erit vnũ niſi tactũ. Deinde partes: aut ſunt infinitę ſpecie aut finitę. At finitę nequeũt eſſe. erũt enī alię quidẽ infinitæ / aliæ vero nõ infinitæ: ſi veniuerſum eſt infinitũ / ignis inquã vel aqua. Tale autẽ / corruptio eſt cõtrarijs ipſis: vt & ãtea diximꝰ. & ob hoc nemo Naturaliũ infinitum ipſum vnũq; / ignem aut terram fecit: ſed aut aerem aut aquã aut id quod inter ipſa mediũ collocarunt. quoniam illorum quidẽ locus: manifeſte erat determinatꝰ atq; diſtinctus. Hæc autem vtroq; in loco / in ſupero inquã ac infero: eſſe poſſũt. At neq; etiã ifinitę. nã ſi ſint ifinitæ ac ſimplices: & loca erunt infinita profecto / et infinita etiam elementa. Q̃ ſi hoc eſſe nequeat / ſintq; ipſa loca finita: & totum ipſum finitum eſſe neceſſe eſt. fieri namq; non poteſt: vt non æqua ſint locus et corpus. neq; enim locus maior eſſe poteſt / q̃ ipſum corpus: neq; corpus maius q̃ ipſe locus. nam aut vacuum aliquod erit / & corpus inſuper infinitum non erit: aut corpus quippiam erit / quod nuſquam aptum 50 eſt eſſe. Anaxagoras autẽ abſurde

Tral.ve.ex græ.recog.

Q̃ autẽ omnino impoſſibile ſit eſſe corpus infinitum ſenſibile: ex hiſce manifeſtum eſt. aptũ eſt enim natura omne ſenſibile: alicubi eſſe. atq; locus eſt aliquis: vniuſcuiuſq;. & idem eſt: partis / & totius. vt totius terræ / & vnius glebæ: & ignis / atq; ſcintillæ. Quare ſi ſit eiuſdem ſpeciei: aut immobile erit / aut ſemper mouebitur. Atqui: impoſſibile eſt. Cur enim: magis deorſum q̃ ſurſum / aut quouis? dico autem / vt ſi gleba ſit: quonã hæc mouebitur / aut vbi manebit? locus enim infinitus: erit congenei ſibi corporis. Vtrũ igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur / & vbi quies & motus ipſius? an vbiq; manebit? non ergo mouebitur. an vbiq; mouebitur? non ergo ſtabit. Si vero diſſimile ſit ipſum totum: diſſimilia & loca erunt. et primum quidem / non vnũ corpus vniuerſi eſt: niſi tangẽdo. Deinde: aut finita hæc erũt: aut infinita ſpecie. Atq; finita quidem: non eſſe poſſunt. Erunt enim alia quidem finita / alia vero non: ſi totum infinitum eſt / vt ignis / aut aqua. Corruptio autem / tale contrarijs eſſet: ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc nullus eorum qui de natura diſſerũt / vnũ et infinitũ ignem fecit aut terram: ſed aut aquam / aut aerem / aut eorum medium. quoniam locus vtriuſq;: manifeſtus erat / determinatuſq;. Hæc autem: vtroque participant / eo qui ſurſum / et qui deorſum. Si autem infinita & ſimplicia ſunt: & loca infinita / & infinita elementa erunt. ſi vero hoc impoſſibile: & loca finita ſunt / & totum finitum eſſe / neceſſe eſt. impoſſibile enim eſt: non æquari locum / & corpus. neq; enim locus omnis maior eſt: q̃ quantum contingit / corpus ſimul eſſe. ſimul autẽ neq; infinitũ erit corpus: neq; corpus maius / q̃ locus. aut enī vacuũ erit aliquid: aut corpus qđ nuſq̃ aptũ natura eſt eſſe. Anaxagoras autem: inconue-

Anaxagoras.

Cap. 5 6

Tral.ve.ex græ.recog.

nienter dicit de infiniti quiete. fulcire enī ſeipſum: dicit infinitum. hoc autem: quia in ſeipſo eſt (aliud enim nichil: continet) tanq̄ vbi vtiq; aliquid ſit/ ibi aptum natura ſit eſſe. hoc autem: non verum. erit enī vtiq; quicq̄ alicubi vi: & nō vbi aptū natura eſt eſſe. ſi igitur q̄ maxime nō moueatur totum (quod enim in ſeipſo fulcitur & in ſeipſo eſt: immobile eſſe neceſſe eſt) cur tamē non aptū natura ſit moueri/ dicendum erat. nō enim ſatis eſt: ſic dicentē euadere. erit enī vtiq; & quodlibet aliud: non motū. ſed aptū natura eſſe: nichil prohibet. quoniam & terra non fertur/ neq; ſi infinita eſſet: coercita tamen a medio. ſed non quia non eſt aliud quo feratur/ manebit in medio: ſed quia non eſt apta natura ſic. ſed tamē licebit vtiq; dicere: ꝙ fulcit ſeipſam. Si igitur neq; in terra hæc cauſa eſt/ exiſtente infinita/ ſed quia grauitatem habet (graue autem manet in medio: terra autem in medio eſt) ſimiliter & infinitum manet vtiq; in ſeipſo/ propter aliam quandam cauſam/ & non quia infinitum eſt & fulcit ipſum ſeipſum. Simul autem manifeſtum eſt: ꝙ et quamlibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in ſeipſo manet ſe fulciens: ſic et quæcunq; accipiatur pars/ in ſeipſa manebit. Totius enī et partis: eiuſdē ſunt ſpeciei loca. v totius terræ et glebæ/ deorſum: & totius ignis & ſcintillæ/ ſurſum. Quare ſi infiniti locus in ſeipſo eſt: & partis idem erit. manebit igitur in ſeipſa. Omnino autem manifeſtum eſt/ ꝙ impoſſibile eſt/ ſimul infinitum dicere corpus/ & locum quendam corporibus eſſe: ſi omne corpus ſenſibile aut graue aut leue habet/ et ſi graue quidem eſt/ ad medium habet lationem naturalem/ ſi vero leue/ ſurſum. neceſſe eſt enī et infinitū corpus. Impoſſibile autem eſt: aut totū vtrūlibet/ aut dimidiatū/ vtrūq; pati. quomodo enim diuides: aut quo-

Argyropylus

de īfiniti quiete dicit. firmare enī infinitū ſeipſum dicit/ idq; ex eo fieri: quia eſt in ſeipſo (nichil enī aliud ipſū cōtinet) quaſi vbi quippiā ſit/ ibi ſit aptū conſiſtere. hoc autē: verū nō eſt. eſſe enim alicubi vi quippiā poteſt: nō vbi aptū eſt eſſe. Quis igitur q̄ maxime totum non moueatur (id enim quod in ſeipſo firmatur/ & in ſeipſo eſt: immobile neceſſe eſt eſſe) dicat tamen ipſe oportet/ cur nō eſt aptū moueri. Non enim ſat eſt: hoc dixiſſe pacto/ ac euaſiſſe. fieri enī poteſt: vt non moueatur/ & quoduis aliud corpus. ſed nichil prohibet: aptū eſſe moueri. Et terra nāq; nō fertur/ nec ſi infinita etiā eſſet: ex eo tamē quia medio coercetur. nō enim quia non eſt aliud ad quod fertur in medio ipſo quieſcet: ſed quia non hoc modo eſt apta ferri. et tamen liceret dicere: ſeipſā terrā firmare. Quī ſi neq; in terra/ ſi infinita eſſet/ hoc eſſet cauſa/ ſed grauitatem habere/ graue autem in medio ſuapte natura quieſcere ſolet: ſimiliter & infinitum in ſeipſo quieſcit ob aliquam aliam cauſam & non ex eo quia eſt infinitū/ & ſeipſum firmat. Et inſuper patet et quāuis ipſius partē: eodem modo quieſcere oportere. nam vt infinitum in ſeipſo manet/ ſeipſū firmans: ſic & omnis ipſius pars/ & quamcūq; acceperis/ in ſeipſa manebit. Loca nāq; totius ac partis: ſpeciei eſſe eiuſdem conſtat. totius enim terræ glebæq; idē eſt locus/ qui eſt inferus: et etiā ignis totius atque ſcintillæ qui eſt ſuperus. quare ſi infiniti ſit locus in ſeipſo eſſe: & partis idem erit profecto. quælibet ergo in ſeipſa manet. Omnino autem patet fieri non poſſe/ vt corpus infinitum in ratione rerum ponatur/ et locus corporibus tribuatur: ſi corpus omne ſenſibile/ aut graue ſit aut leue/ & graue quidē ad mediū ſuapte natura ferat̄/ leue vero ſimiliter ſupera loca petat. et infinitū enī: hanc eādē naturæ ſubeat legē neceſſe eſt. At fieri nequit/ vt aut totū graue ſit/ aut leue: aut dimidiū leue aut dimidiū graue. quo nāq; modo diuides illud: aut quo

51 52 53

Argyropylus

54 pacto ipsi⁹ ifiniti hæc quidē pars supra/hæc autē infra/ vel vltima/ vel media erit? Præterea:ōne corpus sensibile est in loco. Loci vero species ac differentiæ sunt:supra & infra/ante & retro/dextrum atq; sinistrum. atq; hæc non solū nostra ex parte sunt/positioneve: sed in ipso etiam toto distincta sunt/atq; hæc esse in infinito non
55 possunt. Atq; simpliciter si locus infinitus esse non possit/ sitq; omne corpus in loco:& in ratione profecto rerum infinitum corpus esse non potest. at vero quod alicubi est/ in loco est:& quod in loco est/alicubi est. Vt igitur infinitū: quātitatis rationē subire non potest(nam quantū fuerit quoddā vt bicubitū/aut tricubitū. hæc enim significat ipsum quantum) sic & quod est in loco id alicubi sane est. At id aut supra aut infra/aut in aliqua alia sex differētiarum esse significat:quarum vnaquæq; finis est quidam/ vt constat.

CAP. VI.

56 Patet igitur ex hisce quæ diximus: infinitū corpus in ratione rerum actu non esse. Atqui constat impossibilitū euenire complura:si non sit simpliciter infinitū. Temporis enim:erit aliquod principium atq; finis. Et magnitudines: non erunt in magnitudines diuisibiles. Numerus etiam: infinitus non erit. Cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars asserenda esse videatur:arbitro profecto moderatoreq; est opus. atq; patet:partim esse/partim non esse. Dicitur itaq; quippiam esse/ aut potentia/ aut actu : & infinitum esse additione/ac etiam diuisione. Magnitudo autem actu quidem infinita non est/ vti diximus: diuisione autē est. nō est enī difficile:lineas īdiuiduas e medio tollere.
57 Restat igitur:infinitum in ratione rerum potentia esse. ¶Non oportet autem infinitum potentia sic accipere:vt actu tandem euadat. quēadmodum si potest hoc statuā esse / erit hoc statua: tan-

Tral.ve.ex græ.recog.

modoinfiniti erit/ hoc quidem sursum/ illud vero deorsum/aut vltimū/aut mediū? Amplius:ōne corpus sensibile in loco est. loci vero species & differentiæ sunt:sursū & deorsum/ante & retro/dextrum et sinistrum. Atq; hęc non solū ad nos/& positione:sed et in ipso toto determinata sūt. Impossibile autē est : in infinito hęc esse. Simpliciter autē si impossibile est locū esse infinitū/in loco autē est omne corpus:impossibile est infinitū esse corpus aliquod. At vero quod alicubi est/in loco est:et qđ in loco/alicubi. Si igitur neq; quantū/possibile est ipsum infinitū esse(quantū enim aliquod erit: vt bicubitum aut tricubitū. hec enim significat : ipsum quantum) sic et in loco/quod alicubi. hoc autem est:aut sursum/ aut deorsum/aut in alia aliqua di stātia earū quę sex sunt. horū autē vnumquodq;:terminus aliquis est. CAP. VI.

QVod igitur actu non sit 30
corpus infinitum: manifestū est ex his. Qz vero si non sit infinitum simpliciter/ multa impossibilia accidunt: manifestum est. Temporis enim:erit quoddam principium atq; finis. Et magnitudines:non erūt diuisibiles in magnitudines. Et numerus:nō erit infinitus. Cum autem determinatis sic neutra ex parte videatur fieri posse:arbitrario iudice est opus. Atq; manifestum est: ꝙ quodammodo quidē est/quodammodo vero nō est. dicitur autē/ipsum esse:aliud quidē potentia/ aliud vero actu. Et infinitū: est quidem appositione/est etiā et ablatione. magnitudo autem/ꝙ secūdū actū quidem non sit infinita:dictū est. diuisione autē:est. nō enim difficile est:tollere indiuiduas lineas. relinquitur igitur: potētia esse ipsum infinitū.
¶Non oportet autem quod potētia est/ 31
accipere quēadmodū si potest hoc/statua esse/ꝙ & erit hoc/ statua: sic & infinitum

Tral.ve.ex græ.recog.

aliquod/quod erit actu. Sed quoniã multipliciter dicitur/esse: quẽadmodũ dies est et certamen/ex eo quia semper aliud et aliud fit/sic et infinitũ. Etenim in hoc: est et potẽtia/et actu esse. Olympia enĩ sunt: ex eo quia potest certamẽ fieri/et ex eo quia
32 fit. ¶Aliter autem: et in tempore manifestũ est ipsum infinitũ / et in hominibus/ et in diuisione magnitudinum. Omnino enim sic est infinitũ: vt semper aliud atq; aliud accipiatur/ & acceptum quidẽ/semper finitum sit/sed semper alterum atq; alterum. Amplius ipsum esse: multipliciter dicitur. Quare infinitum/non oportet accipere sicuti hoc aliquid/ vt hominem aut domũ: sed vt dies dicitur & certamẽ/ quibus esse/non vt substãtia quædam factum est/ sed in generatione semper aut corruptione/ finitum/ sed semper alterũ/ atq; alterum. At in magnitudinibus quidem: permanente accepto/hoc accidit. in hominibus autem/& tẽpore: corruptis/sic
33 vt non deficiãt. ¶Quod autem est secundum appositionẽ: idẽ quodãmodo est/& quod est secundũ diuisionem. Nam in eo qđ finitũ est: secundũ appositionẽ fit ediuerso. quatenus enĩ diuisũ videtur in infinitũ: eatenus appositũ/videbitur ad de-
34 terminatũ. ¶In magnitudine enĩ finita/si accipiẽs quis determinatã assumat eadẽ ratione/ nõ eandẽ aliquã totius magnitudinẽ ratione accipiens: non pertransibit finitum. sin vero sic augeat rationem/ vt semper aliquam eandem accipiat magnitudinem: pertransibit. propterea q̃ omne finitum: absumitur quouis finito. Aliter igitur/ non est: sed sic/ est infinitum. potentia enim: & in diuisione. Et actu etiam est: sicuti diem esse dicimus/& certamen. Et potentia sic est: vt materia/ & non per se/ sicut finitum. Et secundum appositionem igitur sic infinitum potẽtia est: quod idem dicimus quodam modo esse/cum eo quod est secũdum di-

Argyropylus

dem. Sed cum multipliciter quippiam esse dicatur: perinde est infinitum vt dies est atq; ludus / ex eo quia fit aliud atq; aliud semper. nam in his est: esse potentia atq; actu. Est enim olympicus ludus: & quia fieri potest/ & quia fit. ¶Patet autem: infinitum/in tempore diuerso modo & in hominibus & in diuisione magnitudinum esse. omnino nanque hoc modo est infinitum: vt semper aliud aliudq; sumatur. & id quod accipitur/ fit quidem finitũ: at aliud atq; aliud semper. Qua- 58
re non oportet infinitum perinde accipere atq; hoc aliquid: vt hominem aut domum. sed vt dies dicitur atq; ludus: quorũ esse non vt substantia quædam est ortum/ sed in generatione semper corruptioneq; cõsistit/finitum quidem/ at aliud atq; aliud semper. Verum in magnitudinibus quidem: hoc accidit permanente eo quod sumptum est. In hominibus autẽ atq; tempore: occidentibus ita vt non deficiãt. ¶Atqui infinitum quod 59
in additione/ & quod in diuisione consistit: idem quodammodo est. fit enim in magnitudine finita: per additionẽ econtrario. Nã vt cum diuiditur cernitur in infinitum abitio: sic cum additio fit/ ad magnitudinem ipsam determinatam videbitur. ¶Etenim si quispiam in magnitudine finita/ definita magnitudine sumpta/ eadem alia accipiat ratione/ nõ eandem totius magnitudinem sumens: non pertransibit vnã magnitudinem illam finitam. Sin vero hoc pacto rationem augeat vt semper magnitudinem eandem accipiat: pertransibit sane/ propterea quod omne finitum quouis consumitur definito. Alio igitur modo non est infinitum in rebus: sed hoc pacto/ potentia inquam atq; diuisione. Et actu etiam est: perinde atq; diem ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est: vt materies / & non per se vt ipsum finitum. Et additione igi- 60
tur hoc pacto est potentia infinitũ: quod quidẽ aliquo modo dicimus idẽ esse quod id quod in di-

Argyropylus

uisione consistit. Semper enim est aliquid ipsius extra sumendū: non tamen definitam omnem exuperat magnitudinē. vt in diuisione: definitā exuperat omnem/ & semper minor euadit. Vt autem omnem additione exuperet/ neq; potentia esse potest: si quidem non sit per accidens actu infinitum. vt Naturales id corpus infinitū esse dicunt/ quod extra mundum collocauere: cuius substantia aer est/ aut aliquid tale. Sed si infinitū actu sensibile corpus hoc pacto in ratione rerum esse non potest: patet neq; per additionem posse sic esse potētia infinitum/ nisi (vt dictum
61 est) diuisioni cōtrario modo. Nā & Plato infinita duo propterea facit: q; in accretione exuperare videtur/ et in diuisione in infinitum abire. At quamq̄ duo fecit: non tamen vtitur. in numeris enim neq; processio per diuisionem est infinita (vnitas enim: minimum est) neq; accretio. vsq; nāq; ad denarium: incrementa numeri facit.

CAP. VII.

62 It autem/ vt infinitum sit contrario modo: atq; alij dicunt. non enim id est infinitum/ cuius nichil est extra: sed id cuius aliquid semper est extra. Cuius hoc indicium est. nam & anulorū eos qui pala carēt/ infinitos/ homines dicunt: quia semper aliquid est extra sumendum/ per similitudinem tamen quandam & non proprie. oportet enim & hoc esse: et nunquam idem insuper sumi. In circulo vero non ita fit: sed semper quod deinceps sumitur/ est solum
63 aliud. ¶ Infinitum igitur id est: cuius semper aliquid extra/ ratione quātitatis accipi potest. cuius vero nichil est extra: id est perfectum ac totum. Hoc enim pacto totum consueuimus diffinire: totum dicentes id esse/ cuius nil prorsus abest. vt hominē totū/ aut cistellā. atq; vt quodq;: sic & id quod proprie totū est/ veluti totum ipsum/ cuius nichil est extra. cuius vero

Tral.ve.ex græ. recog.

uisionē. Semper enim aliquid ipsius/ extra est accipere: non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem. vt in diuisione/ excedit omnē determinatam: et erit minor. Vt autem omnem excedat secundū appositionem neq; potētia possibile est esse: si quidem non sit secundum accidens actu infinitum. vt dicunt qui de natura disserūt/ id corpus quod extra mūdum est/ cuius substātia/ aer est/ aut aliud quid tale: infinitum. Sed si nō possibile est esse infinitum actu corpus sēsibile sic: manifestum est/ q; nec potentia vtiq; erit secūdum appositionem/ nisi (vt dictum est) contrario diuisioni modo. Quoniam & Plato ob hoc duo īfinita fecit: q; et in auctione videtur excedere/ atq; in infinitum abire etiam in diuisione. Cum tamen fecerit duo: non vtitur. neq; enim in numeris: secundum diuisionem/ infinitum existit (vnitas enim: minimū est) neq; in auctione. vsq; enim ad denarium: facit numerum.

Plato

Cap. VII.

ACcidit autem/ contra esse 45 infinitum: q̄. vt dicunt. Non enim cuius est nichil extra/ sed cuius semper aliquid extra est: hoc infinitum est. Signum autem est. nam anulos infinitos dicunt/ non habentes palam: quoniā semper aliquid extra est accipere/ secundū simílitudinē quidem quādam dicētes/ non tamen proprie. oportet enim/ et hoc esse: & nunq̄ idem accipi. in circulo autē: non fit sic. sed semper quod est consequēter: solum alterū. ¶ Infinitū 46 quid infinitum sit
igitur id est: cuius secundū quantitatem accipientibus/ semper aliquid accipere extra est. Cuius autem nichil est extra: id est perfectum & totum. sic enim diffinimus totum: cuius nichil abest. vt hominem totum/ aut arculam. vt autem diffinimus singulare: sic & quod proprie est/ vt totū/ cuius nichil est extra. cuius autem

Tral. ve. ex græ. recog.

absentia est extra: non omne est/ quicquid abest, totum autem et perfectum: aut idē penitus/ aut proxima natura sunt. Perfectum autem nichil: non habens finem, finis autē: terminus est. ¶ Quapropter melius/ existimandū est Parmenidem/ Melisso dixisse. Hic enim: infinitum/ totum dicit. Ille autem: totum terminatum esse/ ex æquo a medio distans. non enim vt linum lino: est continuare vniuerso ac toti infinitū. ¶ Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiunt: omnia scilicet cōtinere/ & totū ipsum in seipso habere. propterea q̄ habet quandā similitudinē cum toto. Est enim infinitū: perfectionis magnitudinis materia/ & potētia totum/ actu vero non. Diuisibile autē est: et ad diuisionem/ et ad oppositam appositionē. Totū autē & finitum: non secundū se/ sed secundū aliud/ & non continet sed cōtinetur quatenus infinitū est. Quocirca ignotum est: quatenus est infinitum. speciem enim: non habet materia. Quare manifestum est: q̄ magis in partis ratione infinitū sit/ q̄ in totius. Pars enim: materia totius est, sicut es: æneæ statuæ.

¶ Quoniā si continet in sensibilibus: et in intelligibilibus ipsum magnum et paruū/ oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem et impossibile est: ignotū et indeterminatū continere et determinare. ¶ Secundum rationem autem accidit: vt et quod est secūdum appositionē/ non esse videatur infinitum sic/ vt omnē excedat magnitudinem. In diuisione autem: esse. continetur enim: sicut materia/ intus et infinitum. continet autem: species. Rationabiliter autem & hoc/ in numero quidem esse versus minimum/ terminū: versus autem plura/ semper omnem excedere multitudinem. In magnitudinibus vero: econtrario. versus enim minus/ omnē excedere magnitudinem: sed versus maius/ non esse magnitudinē infinitā. Causa enī

Parmenides. Melissus.

Argyropylus

aliquid abest: id quicquid abest/ vniuersum non est. Totum autem & perfectū: aut idem penitus sunt/ aut naturam finitimā habēt. Perfectū vero nichil est prorsus: quod non habeat finem. ¶ Quocirca putandum est: melius Parmenidem Melisso dixisse. Hic enim: ipsum infinitum/ totum appellat. Parmenides autem: totum dicit esse finitū/ a medio æque distans. fieri enim non potest: vt infinitū cū toto ac vniuerso/ perinde atq; cū lino linum/ nectatur. ¶ Nam hinc & hanc præclara de infinito cōditionē accipiunt: omnia inquā ipsum cōtinere/ & vniuersum in seipso cōplecti. habet enim similitudinē quandā ad totum. Infinitum enī: materia perfectionis magnitudinis est/ & id quod est potētia totū/ non actu. Est autē diuisibile: ad diminutionē/ & ad additionē contrariā. totumq; atq; finitū: non per se/ sed per aliud. & non continet: sed vt infinitū est/ continetur. Quapropter & ignotum est: ea ratione qua est infinitum. materia namq; formam non habet. Quare patet: partis magis infinitum q̄ totius rationem subire. Materia namq; pars est totius: perinde ac æs est æneæ statuæ pars. ¶ Nam si in rebus sensibilibus continet: & in intelligibilibus etiam ipsum magnum & paruum/ continere res intelligibiles oportebat. At absurdum est profecto ac impossibile: id quod est ignotum atq; indefinitum/ cōtinere ac definire. ¶ Atqui cum ratione etiam fit: vt id quidem quod in additione consistit/ non videatur esse sic infinitum/ vt omnem exuperet magnitudinem. id vero quod in diuisione consistit: infinitum esse istiusmodi videatur. Infinitum enim intus perinde atq; materia continetur: forma autem continet. Cū ratione etiā accidit/ i numero quidem versus minus/ minimū esse finēq;: versus autē plus/ omnē semper multitudinē exuperare. In magnitudine vero: contrariū. versus quidē minus/ omnē magnitudinē exuperare: versus autē maius/ nō esse magnitudinē ifinitā. Hęc enī

64 65 66 67 68

Argyropylus

ita propterea fiunt: q; ipsum vnū/ quicquid tandem id sit/ indiuisibile est. homo namq;: vnus est homo/ non multi. Numerus autē est: vna/ plura/ quantave quędā. Quare: ad idiuisibile stetur necesse est. duo enim ac tria/ denominatiua nomina sunt: & cæterorum quisq; numerorum simili modo. Versus autem plus: fit vt semper intelligatur. diuisiones enī magnitudinis. duas in partes æquales: sunt infinitæ. Quare potentia quidem est/ actu non est: sed semper id quod accipitur/ multitudinem omnem exuperat definitā. Sed non est separabilis: is numerus diuisionis. nec infinitio permanet: sed fit & quemadmodum tempus/ & ipse
69 numerus temporis. In magnitudinibus autem: contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita: continuum ipsum. Versus autem maius: non est infinitum. quantum enim contingit potentia esse: tantū & actu esse cōtingit. Quare cū infinitū nullū sit sensibile corpus: non cōtingit definitę magnitudinis ōnis exuperationē esse. alioquin: maius cœlo aliquid erit. Ipsum autē infinitū non est idem in
70 motu/ magnitudine/ atq; tēpore: vt vna quędā natura. sed posterius dicitur ob prius/ veluti motus quidem dicitur infinitus: quia prius esse dicitur magnitudo super quā fit motus/ & quæ alteratur aut accrescit. tēpus autē: propter motū. Atq; nūc quidem vtimur his: posterius autē & quidnā sit horū vnūquodq;/ & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines/ dicere enitemur. CAP. VIII.

71 ATqui neq; Mathematicorū contēplationē ea ratio aufert: quæ infinitū hoc pacto e medio tollit/ vt ad incrementū abeat actu sine transitione. neq; enī nūc ipso indigent infinito: neq; vtuntur. sed tantā solū lineā postulāt: quantā volūt finitā. atq; quātamuis alia magnitudinē eadē diuidere ratione qua diuisa est magnitudo maxima: licet. Quare ad ostēdendū quidē illo pacto: nichil referet prorsus. esse

Tral.ve.ex græ.recog.

est: quoniam vnum/ est indiuisibile/ quodcunq; vnum sit. vt homo: vnus homo/ & nō multi. Numerus autē est: vna/ plura/ et quāta quædā. Quare: necesse est stare ad indiuisibile. duo nāq;/ et tria: denominatiua sunt nomina. similiter autem: et aliorū numerorum vnusquisq;. Versus autem plus: semper est intelligere. infinitæ enim sūt: bipartitiones magnitudinis. Quare/ potētia quidē est/ actu autē nō est: sed sēper excedit acceptum/ omnē determinatā multitudinē. At nō separabilis est: numerus hic bipartitionis. neq; manet infinitas: sed fit/ sicut et tempus/ et numerus tēporis. In magnitudinibus autē: contrariū est. etenim diuiditur in infinita: continuum. Versus autē maius: non est infinitū. quātum enim contingit potentia esse: & actu contingit tantum esse. Quare/ cum infinita nulla sit magnitudo sensibilis: nō contingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis. esset enim aliquid: cœlo maius. Infinitū autem non est idem in motu/ et magnitudine/ et tēpore: tanq; & vna quædam natura. sed posterius dicitur secundum prius/ vt motus quidē: quia prius est magnitudo in qua mouetur/ aut alteratur/ aut augmētatur. tempus autē: propter motum. Nunc igitur vtimur his: posterius autē tentabimus dicere et quid est vnumquodq;/ & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

CAP. VIII.

51 NOn remouet autem ratio Mathematicos a contēplatione: auferens sic esse infinitū vt actu sit versus augmētū/ intrāsibile. neq; enī nūc indigēt infinito: neq; vtuntur. sed solū esse: quantācunq; velint/ finitā. Maximæ autē magnitudini sccūdum eande est secari ratione: quatacunq; magnitudine altera. Quare ad demostrandum quidem: illo modo nichil differet. esse

Tral.ve.ex græ.recog.

autē:in exiſtētibus erit magnitudinibus. Quoniā autem cauſæ diuiſę ſunt quadrifariam:manifeſtū eſt/ ꝙ vt materia infinitum cauſa eſt.& ꝙ eſſe quidem ipſius:priuatio eſt.per ſe autem ſubiectū:continuū ipſum & ſenſibile eſt. Videtur autē et omnes alij tanq̄ materia/vtētes ifinito. Quocirca & incōueniēs eſt:cōtinens facere ipſum/ & non contentū. Reliquum eſt autem aggredi:ſecundū quas rationes infinitū eſſe videtur/non ſolū potentia/ſed vt determinatum. Alia enim ipſorum/ nō neceſſaria ſunt: alia autem/habent alias quaſdā veras obiectiones. Neq̄ enim/vt generatio non deficiat:neceſſariū eſt actu infinitū eſſe corpus ſenſibile. contingit enim/alterius corruptionē generationem alterius eſſe:cum omne finitū ſit. Amplius/ tangere & finitū eſſe: alterū eſt. illud enim : ad aliquid eſt / & alicuius (tangit enim omne/aliquid)& finitorū alicui accidit. Finitū autē:non ad aliquid eſt. Neq̄ tangere:cuiuſuis quoduis eſt. Intellectione autē:credere incōueniens eſt. nō enim in re: ſuperabūdantia & defectus eſt/ſed in intellectione. Vnumquemq̄ enim noſtrum intelliget vtiq̄ aliquis multo maiorem ſeipſo:augmentās in infinitū. ſed nō propter id/extra vrbem quiſpiam eſt/extrave tantillā magnitudinē quam habemus/quoniā intelligit aliquis:ſed quoniā eſt.hoc autē accidit. Tēpus autem/& motus infinita ſunt/& intellectio: nō permanente accepto. Magnitudo autem: neq̄ diuiſione/neq̄ intelligibili augmētatione eſt infinita. Sed de infinito quidem quomodo eſt/& quomodo nō eſt/et quid eſt: dictum eſt.

Argyropylus

autē ipſum in his eſt magnitudinibus:quę in rerū ſunt ratione. Cū 72
vero cauſæ in quatuor ſint diſtinctæ: patet infinitum vt materiam cauſam eſſe/& eſſe quidem ipſius priuatione eſſe. per ſe autem ſubiectum: continuū ipſum atq; ſenſibile eſſe. Cæteri etiam omnes: ipſo infinito vt materia vti videntur. Quapropter & abſurdū eſt ſane: ipſum id eſſe quod continet/& nō id quod cōtinetur/aſſerere. At enī 73
reſtat eas ſoluere rationes:quibus infinitum non ſolum potētia/ ſed vt definitum etiam eſſe videtur. Partim enim nō ſunt neceſſariæ: partim veras quaſdam obiectiones alias habent. Non enim: vt generatio non deficiat/ corpus eſſe ſenſibile infinitū actu neceſſe eſt. poteſt enim alterius corruptio/generatio alterius eſſe: ſi finitum eſt vniuerſum. Præterea tangere atq; 74
finitum eſſe:diuerſa ſunt. nam illud quidem:ad aliquid eſt (omne enim quod tangit:aliquid tangit) atq; accidit alicui finitorum. Finitum autem:non eſt ad aliquid. neq; fit: vt quoduis ſine vllo diſcrimine quoduis tāgat. Atqui: perab- 75
ſurdū eſt intellectione credere. nō enim in re eſt ipſe exceſſus atq; defectus: ſed in ipſa intellectione. Nam poteſt quiſpiā vnumquēq; noſtrum maiorem q̄ eſt intelligere: augens ipſum in infinitum. at non ideo quiſpiam noſtrum extra ciuitatem eſt/aut tantam magnitudinem quam habemus exuperat/quia quiſpiam ſic intelligit: ſed quia eſt. hoc autem accidit. Tempus autem & motus ſunt infinita/ & intellectio:eo nō permanente quod ſumitur. Magnitudo vero:neq; diuiſione neq; incremēto intelligibili eſt infinita. Sed de infinito quonam pacto eſt & non eſt/& quid etiam eſt:ſatis iam diximus.

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ:tertij libri finis.

¶Tertij Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/libri finis.

Argyropylus

¶Quartus Phyſicorum Ariſtotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus quarti de Phyſico auditu Ariſtotelis/ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

T autē de infinito/ſic de loco neceſſe eſt philoſophum natura lē ſi ſit necne: & ſi ſit quonā ſit modo/quidq; etiam ſit/ cognoſcere. Nā omnes ea quæ ſūt/ alicubi eſſe exiſtimant: quia id quod non eſt/nuſq̄ eſt. Vbi nanq; Hippocētaurus eſt/ aut chimera? Communis quoq; maxime/ atq; propriſſimus motus quem lationem appellamus: loco ſane accōmodatur. ¶Complures autem dubitationes emergunt: quidnam ſit ipſe locus. non enim idem ex omnibus quæ ipſi competunt: cōtemplanti videtur. Præterea: nichil ab aliis/ aut dubitatum de ipſo/ aut inuentum habemus.

¶Eſſe autem locum: ex tranſlatione patere videtur. vbi nanq; nunc eſt aqua: hic rurſus eſt aer/ hinc egreſſa illa tanq ex vaſe. Nonnunq̄ etiam: eundem hunc locum aliud corpus quippiam occupat. hoc autem ab iis omnibus quæ inſunt atq; mutantur: diuerſum eſſe videtur. in quo nanq; nunc eſt aer: in hoc prius fuerat aqua. Quare patet:: locum & receptaculum ipſum/ aliud quid eſſe ab vtriſq;/ ad quod & ex quo ſunt mutata. Præterea corporum naturalium atq; ſimplicium/ vt ignis/ terræ ac talium lationes: non ſolum aliquid eſſe locum/ ſed etiam habere quandam potentiam indicant. fertur enim vnūquodq; ſuum ad locum: aliud ſurſum/ aliud deorſum/niſi prohibeatur. Hęc autē loci ſunt partes & ſpecies: ſupra inquā ac infra/ cæteraeq; quatuor differentiæ. Sūntq; hæc/ dextrum inquā atq; ſiniſtrū/ & ſupra

CAP.I.

Imiliter autē neceſſe eſt Naturalē/et de loco/vt et deifinito: cognoſcere ſi eſt an nō/ et quomodo eſt/ et quid eſt. Etenī quę ſunt: omnes exiſtimant alicubi eſſe. quod vero non eſt: nuſq̄ eſſe. Vbi enī eſt hircoceruus/aut ſphinx? Atq; motuū/cōmunis maxime/ maximeq; proprius: ſecundū locum eſt/quem vocamus lationem. ¶Habet autem multas dubitationes: quidnam ſit locus. non enim idem videtur ſpeculantibus: ex ōnibus quæ inſunt. Amplius autē: neq; habemus quicq̄ ab alijs/aut ante dubitatū/aut prius traditum de ipſo. ¶Q7 igitur locus ſit: videtur manifeſtū eſſe/ ex tranſpoſitionis viciſſitudine. vbi nāq; nunc eſt aqua: hinc egreſſa tanq̄ ex vaſe/iterum aer ineſt. Aliquando autem: eundē locum hunc aliud aliquod corporū obtinet. hoc autem: ab iis quæ inſunt & trāſferuntur omnibus/ alterum eſſe videtur. in quo enim aer nūc eſt: aqua in hoc prius erat. Quare manifeſtum eſt/ q̄ locus & regio/ aliquid erat diuerſum ab vtriſq;: ad quam/& ex qua tranſferebantur. Amplius autem lationes phyſicorum corporum & ſimplicium/ vt ignis/& terræ/ et taliū: non ſolum oſtendunt q̄ eſt aliquid locus/ ſed q̄ & habet quandam potentiam. fertur enim vnumquodq; in ſuum locum/non prohibitū: hoc quidem ſurſum/illud vero deorſum. Hæc autem ſunt loci partes/& ſpecies: ſurſum & deorſum/& reliquæ diſtātiarum ſex. Sunt autem talia non ſolum ad nos: dextrum & ſiniſtrum/ atq; ſur-

Cap. 1 2

Tral.ve.ex græ.recog.

ſum & deorſum.nobis enim:non ſemper idē: ſed ſecundū poſitionē vt cōuertimur fiunt.idcirco:idem crebro/dextrum & ſiniſtrum eſt/& ſurſum et deorſum/& ante & retro.In natura autem: determinatum eſt ſeorſum vnumquodq;.non enim quodcunq; contigit/ ſurſum eſt: ſed quo fertur ignis/& leue. ſimiliter vero & deor ſum/non quodcūq; contigit: ſed quo habentia grauitatem/& terrea/tanq̄ non poſitione differentia ſolum/ſed & potentia. Oſtendunt autem:& mathematica.cum enim non ſint in loco: tamen ſecundum poſitionē ad nos/habēt dextra et ſiniſtra (adeo vt ſolū intelligatur ipſorū poſitio) non habētia natura horum vnūquodq;. Amplius / vacuum affirmantes eſſe : locum eſſe dicunt. Vacuum enim:locus erit vtiq; priuatus corpore. Q7 igitur aliquid ſit locus præter corpora/& omne corpus ſenſibile in loco:per hæc aliquis exiſtimabit. Videbitur autem vtiq; & Heſiodus recte dicere:faciens primum/chaos. dicit igitur.Omnium quidem primum/ chaos factum eſt : ſed poſtea terra lata . quaſi oporteret primū: fuiſſe receptaculum iis quæ ſunt. propterea q̄ putabat quēadmodum multi:eſſe omnia alicubi/atq; in loco.Si autem tale eſt:mirabilis quędam erit loci potentia / & prior omnibus. Sine quo nanq; nullum aliorum eſt / illud autem ſine alijs:neceſſe eſt primū eſſe.nō enim perit locus:iis quæ in eo ſunt/corruptis. ¶ At vero dubitationē habet:ſi eſt/ quid eſt.vtrū moles aliqua corporis: aut quædā altera natura? quærendum enim eſt genus ipſius: primū. Diſtātias igitur habet tres/longitudinē/& latitudinē atq; profunditatē:quibus determinat̄ corpus omne.Impoſſibile autem eſt:corpus/locū eſſe.in eodē eni eſſent vtiq;:duo corpora. Amplius/ſi eſt corporis locus ac receptaculum:manifeſtum eſt q̄ et ſuperficiei/& reliquorum terminorū.eadem enim con-

Heſiodus.

4

Argyropylus

ac infra/non ſolum noſtra ex parte (ad nos enim non ſemper eſt idem:ſed fit vt vertimur/poſitione. Quocirca:ſæpe idem dextrum eſt atq; ſiniſtrum/ & ſupra ac infra/ & ante et retro) ſed etiam ex ipſa natura/ vbi diſtinctum eſt ſeorſum vnumquodq; . non enim quoduis eſt ipſum ſupra : ſed id quo fertur ignis ac leue, ſimiliter & infra non eſt quoduis : ſed id quo ea quæ pondus habent / & terrea pergunt. Quibus patet: hæc non ſolum poſitione/ ſed vi quoque differre. Indicant idipſum:& mathematica. Nam & ſi non ſunt in loco: noſtra tamen poſitione/ dextra leuaq; habent / nichil horum habentia natura / vt ſolum poſitio ipſorum intelligatur. Præterea qui vacuum eſſe 6
dicunt : locum aſſerunt eſſe. Vacuum enim : locus erit ſane corpore carens . Locum igitur aliquid eſſe præter corpora ipſa/ & omne corpus ſenſibile eſſe in loco: per hæc quiſpiam ſane putabit. Recte etiam Heſiodus videbitur dicere: faciēs ante omnia chaos. dicit enim. Ante/chaos : poſt « hoc facta eſt latiſſima tellus. pro- « pterea: q̄ primo receptaculū hiſce quæ ſunt/ fuiſſe oportebat. quia putabat / vt multi: cuncta alicubi eſſe atq; in loco . Q7 ſi ita ſit: 7
admirabilis quædam ipſius loci vis erit / & omnibus prior . quod enim ita ſe habet / vt ſine ipſo quidem cætera nequeant eſſe/ ipſum autem ſine cæteris ſit: id primum omnium eſſe neceſſe eſt. Locus enim non perit : etſi ea quæ in ipſo ſunt corrumpantur. ¶ Ve- 8
rum ſi ſit locus : exiſtit continuo dubitatio/ quidnam ſit. vtrum moles corporis quædā : an alia quædam natura? Eſt enim genus ipſius: primo quærendum. Igitur habet quidem dimenſiones tres/ longitudinem/ latitudinem/ ac etiam altitudinem; quibus omne diffinitur nimirum corpus. At locum: impoſſibile eſt eſſe corpus. erunt enim in eodem: corpora duo. Prę- 9
terea ſi corporis ſit locus ac receptaculū: patet & ſuperficiei/ & reliquorū finiū eſſe. eadē enim ac-

Argyropylus

cõmodabitur ratio. Nã vbi prius erãt superficies aquæ: superficies rursus aeris erũt. At nulla est differetia pũcti: ac loci pũcti. Quare si locus non est diuersus ab hoc: neq; a cæterorũ vllo diuersus est/ nec quicq̃ est ipse præter vnũquodq; 10 istorũ. Quid enim tandẽ: locũ esse ponemus? neq; enim elemẽtũ/ neq; ex elementis aut corporeis/ aut incorporeis esse potest: talem habens naturam. nam magnitudinem quidem habet: nullum est autẽ corpus. At corporũ quidem sensibiliũ elementa: corpora sunt: ex intelligibilibus autem elemẽ-
11 tis: nulla fit magnitudo. Præterea: cuiusnam rei causam locum esse quispiam ponet? Nulla enim ipsi causarũ quatuor cõpetit. Neq; enĩ vt materia/ rerũ est causa: quippe cũ nichil ex ipso cõstet. neq; vt forma ratioue/ neq; vt finis: neq;
12 res vllas mouet. Præterea & ipse si sit vnũ quid eorũ quæ sunt: alicubi erit. Zenonis namq; dubitatio: rationem aliquam quærit. Nã si omne quod est/ est in loco: patet & locum etiam esse loci. atq; hoc:
13 in infinitum abibit. Insuper/ si vt est omne corpus in loco/ sic est & omni in loco corpus: quonam pacto dicemus de ijs quę accrescũt? Nam si locus cuiusq; neq; minor est/ neq; maior: necesse est vna cũ ipsis incrementa locum suscipere. Ex his igitur non solum quid nam sit locus/ sed si sit etiam: dubitare necesse est.

CAP. II.

14 QVm autem quoddã per se/ quoddam dicatur per aliud/ et locus alius sit cõmunis in quo cuncta corpora sunt/ alius proprius in quo primo quippiã est (nam tu nunc es in cœlo: quia in aere es/ qui quidẽ in cœlo est. Et rursus in aere es: quia in terra es. & in hac simili modo: quia hoc es in loco/ qui nichil plus q̃ te cõtinet) Cum hæc igit̃ ita sint atq; locus id sit/ quod primum vnumquodq; corporum continet: finis ipse quidã erit pfecto. ¶ Quare locus/ vniuscuiusq; forma esse videbitur: qua

Tral.ve.ex græ.recog.

ueniet ratio. Vbi nãq; erant prius/ aquæ plana: erũt rursũ quæ sunt aeris. At vero: differentiã nullã habemus puncti/ & loci puncti. Quare/ si neq; ab hoc est locus diuersus: neq; ab aliorũ vllo. neq; est quicq̃/ præter vnũquodq; horũ: locus. Quid enĩ tãdẽ: et nos ponem9 esse locũ? neq; enĩ ele mẽtũ/ neq; ex elemẽtis aut corporeis/ aut incorporeis/ esse potest: talem habẽs naturã. magnitudinẽ enim habet: corpus autẽ nullũ. Sũt autẽ sensibiliũ corporũ elementa: corpora. ex intelligibilibus autẽ elemẽtis: nulla fit magnitudo. Amplius autẽ: et cuiusnã ponet aliquis ijs quę sunt/ causam esse locũ? Nulla enim quatuor causarũ: ipsi ineſt. Neq; enim est: vt materia eorum quæ sunt. nã nichil ex ipso cõstitutũ est. Neq; vt species et ratio rerum/ neq; vt finis: neq; mouet ea quæ sũt. Amplius autẽ & ipse/ si quid est eorũ quæ sunt: alicubi erit. Zenonis enim dubitatio: quãdam rationẽ quærit. Si enim omne quod est/ in loco est: manifestum est q̃ & loci/ locus erit. atq; hoc: in infinitum procedet. Amplius/ si vt omne corpus est in loco/ sic & omni in loco corpus est: quomodo ergo dicemus de ijs quæ augmẽtãtur? Necesse enĩ est ex his/ augmẽtari locũ simul cũ ipsis: si neq; minor/ neq; maior cuiusq; locus est. Propter hæc ergo non solum quid est/ sed etiam si est: dubitare necesse est. CAP. II.

VOniã autẽ aliud quidem 6
secundũ se/ aliud vero secũdum aliud dicitur/ & locus alius quidem est cõmunis in quo õnia corpora sunt/ alius vero proprius in quo primo (dico autẽ/ vt tu nunc in cœlo es quia in aere: hic autem in cœlo & in aere/ quia est in terra. similiter autẽ & in hac: quia in hoc loco/ qui nichil plus q̃ te cõtinet) si igitur locus est/ quod primũ continet vnũquodq; corpus: terminus vtiq; erit. ¶ Quare videbit 7
species ac forma cuiusq; locus esse: quo

Tral.ve.ex græ.recog.

terminatur magnitudo et materia magnitudinis. hęc enī est:vniuscuiusq; terminus. Sic ergo cōsiderātibus:locus/vniuscuiusq; species est.quatenus autē videtur locus esse distātia:magnitudinis materia.hæc nāq;: diuersa est a magnitudine.hæc autē:est id quod cōtinetur sub specie ac definitur/ vt sub plano ac termino.est autem tale materia:& indefinitū. cū enī remouetur terminus/& passiones a sphæra: relinquitur nichil/præter materiā.Quāobrem & Plato: materiā & receptaculū/idem esse ait in Timęo.Susceptiuū enī & receptaculū:vnū et idem. Alio vero modo & ibi dicēs susceptiuū/& in ijs quæ vocātur nō scripta dogmata:locū tamē & receptaculū/idem esse declarauit.Dicūt enī oēs/aliquid esse locū: q̄d autē est/hic solus aggressus est dicere. Merito autē ex his/cōsiderātibus/videbitur vtiq; esse difficile cognoscere quid est locus:si horū vtrūuis est/siue materia/siue species.Hæc enī & altissimā habēt speculationē:& seorsū a seinuicē nō facile est ip
7 sa cognoscere. ¶At vero/ q̄ impossibile sit vtrūuis horū esse locū:nō est difficile videre.species enī atq; materia: nō separatur a re.locū autē:cōtingit. In quo namq; aer erat:in hoc rursus aqua (vt diximus) est/vicissim trāslatis & aere et aqua/ & aliis corporibus similiter.Quare neq; pars/ neq; habitus: sed separabilis locus est ab vnoquoq;. etenī videtur:tale quid esse locus/quale vas.est enim vas:locus trāsferri valēs.vas autē:nichil est ipsius rei.Quatenus igit̄ separabilis est a re:eatenus species nō est.Quatenus vero cōtinet:eatenus diuersus est a materia.Videtur autē semper/id q̄d alicubi est:et ipsū esse aliquid/& aliud aliquid extra ipsū. Platoni tamē dicēdū erat/si liceat digrediētes dicere:quare nō sunt in loco/& species & numeri si quidē id quod particeps est/locus sit/siue magnū atq; paruū sit id q̄d particeps est/siue materia/quēadmodū i Timæo scripsit.

Plato Timæus

Argyropylus

magnitudo materiaq; magnitudinis terminatur.hęc enī:rei cuiusq; est finis.Atq; hoc quidē modo:cō 15
siderātibus locus vniuscuiusq; forma esse videtur. vt autē interuallū:magnitudinis esse videt materies.hoc enī a magnitudine est diuersū:& est id q̄d a forma cōtinetur ac terminatur/ velut a superficie termino ve. tale autem est ipsa materies:& id quod terminis caret.Nā cū aufertur finis/ atq; affectus a pila:nichil prēter materiā restat. Quapropter:& Plato in Timęo materiā & receptaculū idē esse dicit. Susceptiuū enī & receptaculū: vnū esse dicit ac idem.et q̄q̄ materiā illo quidē i loco susceptiuum appellat/ in hisce vero quæ nō scriptę sentētię nūcupātur/alio modo: locū tamē et receptaculū idem asseruit esse. Vniuersī namq; 16
locum aliquid esse dicunt:hic vero quidnā sit/ solus dicere est aggressus. Merito autē ex hisce cōsiderantibus difficile esse videbit quidnā sit ipse locus cognoscere: si vtrūuis horū sit/siue materia/siue forma. Nā hæc et summā habent contēplationē:et seorsū alterū sine altero facile cognosci non
potest. ¶At vero non est difficile 17
videre:locum/ vtrūuis horū esse nō posse. neq; enim materia neq; forma:separatur a re. At locus:separari potest. In quo namq; erat aer:in hoc rursus est aqua/ vicissim hisce sibi cedentibus / cæterisq; corporibus similiter/ vti diximus. Quare neq; pars est/neq; habitus ipse locus: sed a quaq; re separabilis est.etenim quale est vas: tale quid ipse locus esse videt. Vas enī:locus est potēs transferri.at vas:nichil est eius rei quę
est in ipso. Locus igit̄: quo qui- 18
dē est a re separabilis/hoc forma sane nō est. quo vero cōtinet:hoc a materia est diuersus. Videt autē semper id quod est in loco/ aliquid esse:et extra ipsum aliquid aliud esse. Plato tamen dicat oportet/ si parūper liceat digredi: cur formę numeriq; non sūt in loco/si locus est id q̄d particeps/siue magnum sit illud et paruū/siue materies/ vt in Timæo asseruit.

Argyropylus

19 Præterea/ſi locus eſſet materies aut forma: quonam pacto res ad ſuum pergeret locum? eſſe enī id locus non poteſt: ad quod nō eſt motio/& quod haſce differētias ſupra inquam ac infra/non ha-
20 bet. Quare: locus in talibus eſt quærēdus. Q2 ſi in ipſa re locus inēſt/ inſit enī oportet: ſi eſt materies/aut forma)locus erit in loco. mutatur enim vna cū re atq; mouetur & forma/& id quod ter minis caret: et non in eodem eſt ſemper/ſed vbi eſt ipſa res. Qua
21 re fit: vt loci ſit locus. Inſuper facta ex aere aqua: perijt ipſe locus. corpus enim id quod eſt ortum: nō in eodē eſt. At: quænam
22 eſt ipſius loci corruptio? Dicta ſunt igitur & ea ex quibus neceſſe eſt aliquid eſſe locū: & ea rurſus ex quibus de ſubſtātia ipſius quiſpiā dubitabit. CAP. III.

23 QVoſt hæc ſumēdum eſt: quot modis qpiā in alio dicitur eſſe. Vno igitur dicit modo: vt digit9 ī manu/& pars oīno ī toto. Alio: vt totū in partib9. neq; enī p̄ter partes: totū. Alio: vt homo ī aiali et oīno ī genere ſpecies. Alio: vt genus in ſpecie/& oīnino in ſpeciei ratione pars ſpeciei. Prēterea: vt ſanitas in calidis atq; frigidis/ & omnino in materiā forma. Præterea: vt res Græcorū in rege/& omnino in primo mouē te. Inſuper: vt in bono/atq; ōnino in fine. hoc autē: eſt id gratia cuius cætera ſunt atq; fiunt. Omnium vero id proprijſſime dicitur: quod eſt in vaſe/et ōnino in
24 loco. ¶At enī hic quiſpiā dubitauerit: fitne vt & in ſeipſo quippiā ſit an nichil eſt in ſe prorſus/ ſed ōne quoduis aut nuſq̄ aut in alio eſt? Hoc autem eſt dupliciter: aut per ſe/aut per aliud. Nā cum id in quo eſt/& id quod in illo eſt totius ſunt partes: tūc totum in ſeipſo eſſe dicitur. quippe cū et per partes dicatur. vt albus: quia ſuperficies eſt alba. & ſciens: quia anima rationis particeps ſcit. ¶Dolium igitur nō eſt in ſeipſo/neq; etiam vinum:

Tral.ve.ex græ.recog.

Amplius/ quomodo ferretur in ſuum locum: ſi locus eſſet materia/ aut ſpecies? impoſſibile enim eſt/ cuius neq; eſt motus/ neq; ſurſum aut deorſum: locū eſſe. Quare: quærēdus in huiuſcemodi eſt locus. Si vero in ipſo locus eſt (oportet enī: ſi quidē aut forma/aut materia eſt) erit locus/in loco. tranſmutatur enī ſimul cū re/ & mouet & ſpecies et indefinitū: nō ſemper in eodē/ſed vbi vtiq; eſt & ipſa res. Quare: loci erit locus. Amplius/ quando ex aere aqua facta eſt: perijt locus. nō enī in eodem loco eſt: quod factū eſt corpus. Quæ igitur corruptio? Ex quibus igitur neceſſariū eſt eſſe aliquid locū/ & rurſus ex quibus dubitabit vtiq; aliquis/ de ſubſtantia ipſius: dictum eſt. CAP. III.

8 ROſt hæc autem accipiendum eſt: quot modis aliud in alio eſt. Vno igitur modo: vt digitus in manu/ & omnino pars in toto. Alio vero: vt totum in partibus. non enim eſt præter partes: totum. Alio autē modo: vt homo in animali/& omnino vt ſpecies in genere. Alio autē: vt genus in ſpecie/et ōnino pars ſpeciei in ſpeciei ratione. Amplius vt ſanitas in calidis & frigidis/ & ōnino ſpecies in materia. Amplius: vt in rege/Græcorū res/& ōnino in primo mouente. Amplius: vt in ipſo bono/ & omnino in ipſo fine. hoc autē eſt: id cuius cauſa. Omniū autē maxime propriū eſt: quod vt in vaſe/ et omnino quod in loco. ¶Dubitabit autem aliquis: vtrū quippiā in ſeipſo cōtingat eſſe an nichil/ ſed omnia aut nuſq̄ aut in alio? Dupliciter autē hoc eſt: aut ſecundū ſe/aut ſecūdū alterū. cū enī ſint partes totius & id in quo & id quod in hoc: diceē totū in ſeipſo. dicitur enī/et ſecundū partes. vt albus: quia ſuperficies alba ſit. & ſciēs: quia ratiocinatiuū. ¶Amphora igitur non erit in ſeipſa/neq; vinū:

Tral.ve.ex græ.recog.

vini vero amphora erit. Quod nāq; ineſt et id in quo eſt: vtraq; eiuſdē partes ſunt. Sic igitur cōtingit: quippiā in ſeipſo eſſe. Primo autē nō cōtingit: vt albū in corpore. ſuperficies enī: in corpore. ſciētia autē: in anima. ſecundū hæc autē/ quæ partes ſunt/ vt in homine: appellationes exiſtūt. Amphora autē & vinū: cū ſeorſum quidē ſunt/ partes nō ſūt/ ſed cū ſimul. Quapropter/ cū ſint partes: erit ipſū in ſeipſo. vt albū/ in homine: quoniā in corpore. et in hoc: quoniā in ſuperficie. in hac autē: nō amplius ſecundū aliud eſt. Et diuerſa quidē ſpecie hæc ſunt/ & aliā naturā habet vtrūq; & potētiā: & ſuperficies & albū. Neq; igitur inductiue cōſiderātibus/ aliquid in ſeipſo videmus ſecūdū aliquē determinatorū: & ratione manifeſtū/ q; impoſſibile eſt. Oportebit enim ambo/ vtrūq; eſſe (vt amphorā: et vas/ & vinum eſſe. atq; vinū: vinū & amphorā) ſi quidē cōtingit quippiā i ſeipſo eſſe. Quare ſi q̄ maxime in ſeſe ſint: amphora quidē accipiet vinū/ nō quatenus ipſa vinū eſt/ ſed quatenus illa. vinū autē inerit in āphora: nō quatenus āphora ipſū eſt/ ſed quatenus illa amphora eſt. Secundum igitur ipſum eſſe/ q; alterū ſit: manifeſtum eſt. Alia namq; ratio eſt: eius in quo/ & illius quod in hoc eſt. At vero: neq; ſecundum accidens contingit. Simul autem duo corpora: in eodem inerunt. nā et ipſa āphora in ſeipſa erit: ſi id cuius natura ſuſceptiua eſt/ contingat in ſeipſo eſſe. & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuum: vt ſi vini/ vinum. Q; igitur impoſſibile ſit in ſeipſo aliquid eſſe primo: manifeſtum eſt. ¶ Quod autem Zeno dubitabat/ q; ſi locus eſt aliquid/ in aliquo erit: ſoluere non eſt difficile. Nichil enim prohibet/ in alio quidem eſſe primum locum: non tamen in illo vt in loco/ ſed vt ſanitas quidem in calidis ſicut habitus/ calor autem in corpore vt paſſio.

Argyropylus

vini vero doliū erit. Ambo nāq; id inquam quod ineſt & id in quo eſt: eiuſdem ſūt partes. Hoc igitur pacto ſit: vt quippiam in ſeipſo ſit. Sed vt primo/ fieri nequit: velut albedo eſt in corpore. Nam ſuperficies eſt in corpore: ſcientia vero in anima. Et per hæc quę ſunt vt in homine partes: appellationes hæ non incongrue fiunt. Dolium autem atq; vinum/ cum ſunt quidem ſeorſum/ non ſunt partes: ſed cū ſunt ſimul. Quocirca cū ſint partes/ erit ipſum in ſeipſo ceu albedo eſt in homine: quia in corpore eſt. & in hoc: quia in ſuperficie. in hac autem: nō per aliud. atq; hęc diuerſa ſunt ſpecie: & aliam vtraq; naturam & potentiam habent: ſuperficies inquam atq; albedo. Neq; igitur inductiue conſiderantes: in ſeipſo quicq̄ vllo dictorum modorū eſſe videmus. Et ratione. etiam hoc non poſſe fieri: patet. oportebit enim ambo eſſe vtrūq; (ceu dolium quidem: & vas & vinum. vinum autem: & vas & doliū) ſi fit vt quippiam ſit in ſeipſo. Quare ſi q̄ maxime in ſeſe ſint: dolium quidē vinum ſuſcipiet/ non vt eſt ipſum dolium vinum/ ſed vt illud. vinum autem erit in dolio: non vt eſt dolium vinum/ ſed vt illud. Atq; patet: rationem eſſe diuerſam. Alia enim eſt eius ratio in quo eſt: alia eius quod eſt in illo. At vero: neq; per accidens fieri poteſt. nā duo: ſimul in eodē erunt. etenim & ipſum doliū in ſeipſo erit: ſi cuius natura eſt ſuſceptiua/ id eſſe in ſeipſo poteſt. & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuū: ceu vinū/ ſi vini. Fieri igitur non poſſe vt in ſeipſo quicq̄ ſit primo: ex ijs quæ diximus patet. ¶ Id vero qd Zeno dubitabat ſi locus ſit in ratione rerum in quonam erit: ſolui facile poteſt. nichil enim prohibet vt primus locus in alio quidem ſit: non tamen in illo tanquā in loco/ ſed vt eſt ſanitas quidem in calidis ſicut habitus/ caliditas autem in corpore vt affectus.

Argyropylus

Quare: nō neceſſe eſt in infinitū
29 abire. Patet autē cū vas nichil ſit eius quod eſt in ſeipſo(diuerſa nanq; ſunt:id quod ineſt/& id in quo primo ineſt) locum neq; formam eſſe neq; materiam/ ſed diuerſum.Hæc enim illius ſunt aliquid quod eſt in vaſe: materia inquam ac forma. Hæc igitur:de ipſo loco ſint dubitata.ſed quidnam ſit locus:hoc modo fuerit manifeſtum.

CAP. IIII.

30 ATq; ſumamus de ipſo:quæ vere per ſe cōpetere ipſi videntur. Cenſemus locum id continere cuius eſt locus: & nichil eſſe ipſius rei. Præterea primum locum: neq; minorē eſſe/neq; maiorē. Præterea neq; ab vnoquoq; relinqui:& ſeparabilem eſſe. Et inſuper omnē locum differentias has habere: ſupra inquam ac infra.Et corporū vnumquodq; proprios ad locos ſuapte natura ferri aut ſurſum aut deorſum pergendo:& in eiſ-
31 dem manere.His ſuppoſitis:reliqua cōtemplemur oportet.atq; conandum eſt conſiderationem hoc facere modo:vt ipſum quid eſt tale aſſignetur/ vt & ea quæ dubitantur ſoluantur/ & ea quæ competere loco videntur/inſint. & iſuper ipſa difficultatis & dubitationum quæ circa ipſum fiunt cauſa:pateat. ſic enim vnūquodq;:pulcherrime demōſtrari
32 profecto poteſt. ¶Si igitur motus iſte non eſſet qui ad locū accommodatur:locus ſane nō quereretur.quod quidē ante omnia eſt animaduertendū.Ob hoc enī & cœlū maxime in loco eſſe putamus: quia ſemper motu cietur. Hic autem triplex eſt: latio accretio & decretio.Nam in accretione decretioneve fit ſane mutatio:& quod prius hic erat/ id eſt ad maius/ aut ad minus tranſlatū. ¶Mouentur autē alia per ſe actu:alia p accidēs. Et horum/alia per ſe moueri poſſunt:

Tral.ve.ex græ.recog.

Quare: non neceſſe eſt in infinitum abire.Illud autem manifeſtū:q̄ cum vas nichil ſit eius quod in ipſo eſt(aliud enim eſt:primo/& q̄d ineſt & id in quo ineſt) non erit vtiq; aut materia aut ſpecies/ locus/ ſed aliud. Illius enī aliquid hæc ſūt/ quod ineſt:& materia & forma.Hæc igitur ſint dubitata. Quid autē/tandē ſit locus:hic vtiq; fiet manifeſtū.CAP.IIII.

ACcipiamus autē de ipſo: 12
quæcumq; videntur vere ſecundum ſe ineſſe ipſi. Cenſemus igitur locum eſſe primum quidem quod continet illud/ cuius locus eſt:& nichil ipſius rei eſſe.Amplius/ primum locum:neq; minorem eſſe/neq; maiorē. Pręterea:neq; deſeri ab vnoquoq;/ et ſeparabilē eſſe.Adhæc autē/omnē locū habere ſurſum & deorſum:& ferri natura/& manere in proprijs locis/ vnumquodq; corporum.Hoc autē facere: aut ſurſum aut deorſum. Suppoſitis autem his:reliqua ſpeculari decet. oportet autē tentare/conſiderationem ſic facere:vt ipſum quid eſt reddatur/vt & quæ dubitā-
tur/ ſoluantur/ & quæ videntur ineſſe loco/inſint. et āplius/ ipſa difficultatis/ & earum quæ circa ipſum dubitationū/cauſa:erit manifeſta. ſic enī pulcherrime demonſtrabitur:vnumquodq;. ¶Primum 13
igitur cōſideraſſe oportet:q̄ non quæreretur vtiq; locus/ ſi nō motus aliquis ſecundū locū eſſet. propter hoc enī & cœlum maxime in loco putamus eſſe: quia ſemper eſt in motu.Huius autem: aliud quidē eſt loci mutatio/aliud vero augmētū & decrementū. Etenī in augmento & decremento/trāſmutātur: & quod prius erat hic/ iterum tranſlatum eſt in maius aut minus. ¶Eſt autem quod mouetur: 14
aliud quidem per ſe actu/aliud vero per accidens. Eius autem quod ſecundū accidēs/aliud quidem poteſt moueri per ſe/

Tral.ve.ex græ.recog.

vt partes corporis/ & in nauigio clauus: alia vero non possunt/ sed semper secundum accidens/vt albedo & scientia.hæc enī sic trāsmutātur secūdū locū: quia id in quo sunt/transmutatur. ¶Quoniā autem dicimus esse in cœlo vt in loco/ quia in aere/ hic autem in cœlo est/ & in aere autem/ non toto/ sed propter vltimū ipsius & continens: in aere esse dicimus.si enim totus aer sit locus: non æqualis erit vniuscuiusq; locus/ & vnumquodq; . videtur autē æqualis esse . talis autem est: primus in quo est. Cum igitur non diuisum est quod continet sed cōtinuū:nō vt in loco dicitur esse in illo/ sed vt pars in toto.cum vero diuisum est/& tangens:in primo quodam est/ vltimo continentis/ quod neq; pars est eius quod in ipso est/ neq; maius spacio / sed æquale. in eodem enim sunt:vltima se tangētium. Et cum continuum sit:non in illo mouetur/ sed cum illo.diuisum autem:in illo. Et siue moueatur cōtinens/siue non:nichil minus. Amplius autem cum non diuisum est:vt pars in toto dicitur/vt in oculo acies/& in corpore manus. Cum autem diuisum est: vt in cado aqua/ aut in fictili vinum.manus enim/cum corpore mouetur:aqua autem/in cado. Iam igitur manifestum ex his : quid est locus. Quatuor enim fere sunt: quorum necesse est locum/ vnum aliquid esse. aut enim forma est/aut materia/aut spacium aliquod mediū extremorum/ aut extrema/si non est vllum spaciū præter inexistentis corporis magnitudinem. Horum autem/ q̄ tria non possint esse : manifestum est. Sed propterea q̄ continet: videtur forma esse.in eodem enim sunt:extrema cōtinentis et contenti. Sunt igitur vtraque termini/sed non eiusdem.sed species quidē/rei:locus autem/continentis corporis. Ex eo autem q̄ mutatur sæpe/ manente continente / contentum & diuisum/

Argyropylus

vt corporis partes/ atq; nauigij clauus. Alia nequeūt/ sed per accidēs semper mouētur: vt albedo atq; scientia. hæc enī propterea mutātur loco: q̄ id in quo sunt/ mutatur. Atqui dicimus in cœ- 33
lo tanq̄ in loco esse: quia in aere sumus/ hic autem est in cœlo. et item in aere non vniuerso: sed ob vltimum ipsius & continēs/ in aere dicimus esse. nam si vniuersus aer sit locus: locus profecto cuiusq; nō erit æqualis ei cuius est locus. at æqualis esse videtur. talis autem est is: in quo primo quippiam est. Cum igitur 34
non diuisum est id quod continet sed cōtinuum: tum in illo nō tanq̄ in loco/ sed vt pars in toto dicitur esse. At cū diuisū est atq; tangit: tum in primo est vltimo continentis/ quod quidem neq; pars est eius qđ est in ipso/ neq; maius/ sed æquale. in eodem enī sunt: eorum vltima quæ sese tangunt. Atq; si cōtinuum quidem est: non in illo/ sed cum illo mouetur. Sin vero diuisum est: in illo/ siue illud moueatur siue non moueatur. Insuper cum non est diuisum: vt pars in toto dicitur esse: vt in oculo pupilla/ aut in corpore manus. Cum vero est diuisū: esse in illo dicitur/ vt aqua in cado/ aut in dolio vinum. Nā manus quidem cum corpore: aqua autem in cado mouetur. Iā 35
igitur ex hisce patet: quidnā sit locus. Quatuor enim fere sunt: quorum vnum quid locū esse necesse est. Aut enim forma/ aut materies/ aut interuallum quod est inter extrema/ aut ipsa extrema: si non sit interuallū vllū prætet ipsius corporis magnitudinem/ quod est in loco. Atq; patet: horū tria locum esse nō posse. sed quia continet: forma esse videtur. in eodem enim sunt vltima eorum: quorum alterum continet/ alterū continetur. Sunt igitur ambo: fines/ sed non eiusdē. Sed forma quidem/ ipsius rei: locus autem/ corporis eius quod cōtinet. Quia vero id quod con- 36
tinetur/ atq; diuisum est/ interdū trāsfertur eo manēte qđ cōtinet/

Argyropylus

vt aqua ex vaſe: iteruallū quid eſ
ſe videt qđ eſt iter extrema/ vt ali
quid aliud p̄ter corpus id qđ trāſ
fertur. Hoc autē nō eſt ita: ſed qđ-
uis eorum corporum incidit quę
tranſferuntur/ aptitudinemq; ha-
37 bent tāgendi. Q̄z ſi eſſet quid in-
teruallum aptum in eodemq; ma
nens: infinita loca eſſent profecto.
Si enim tranſferatur aqua & aer:
idem facient omnes partes in to-
to/quod vniuerſa aqua in vaſe. &
inſuper: locus etiam tranſferetur.
Quare loci etiam alius locus erit:
& loci ſimul complures erunt. At
nō eſt alius locus ipſius partis in
quo mouetur/ cum vas totū trāſ-
fertur: ſed idem. Aer enim & aqua
vel partes aquæ in eo in quo ſunt
mouentur: ſed non in eo loco ad
quem accedunt/qui quidem pars
eius eſt loci/ qui locus totius eſt
38 cœli. Atqui materia quoq; locus
eſſe videbitur: ſi in quieſcente &
non ſeparato ſed continuo quiſ-
piam conſiderauerit. Nam vt/ſi al
teratur eſt aliquid quod nūc qui-
dem eſt album olim autem erat
nigrum/& nunc quidem eſt durū
olim autē erat molle (quapropter
& dicimus materiam aliquid eſ-
ſe)ſic & locus per quādam talem
imaginationem eſſe videtur. Ve-
rum illud quidē ex eo: quia quod
erat aer/id nunc eſt aqua. Locus
autē ex eo: quia vbi erat aer/ hic
nūc eſt aqua. At enī materia qui-
dem/ vt antea diximus: neq; ſepa-
rabilis eſt a re/ neq; continet. loco
39 autē: ambo competunt. ¶ Si igi-
tur locus nō eſt quicq̄ iſtorū triū
neq; materia/ neq; forma/ neq; e-
tiā interuallū aliquid aliud ſem-
per exiſtēs p̄ter ipſius rei ſpaciū
quæ tranſfertur: neceſſe eſt locum
quatuor iſtorum reliquū eſſe/ finē
inquam corporis cōtinentis. atq;
id corpus contineri dico: quod eſt
40 mobile latione. Magnum autem
quid difficileq; eſſe videtur/locū
percipere: tum quia partim ma-
teriæ partim formæ ſimilis eſſe
videtur/ tum quia tranſlatio eius
quod fertur in ipſo continente fit
quieſcente. Eſſe enim poſſe vide-
tur interuallum: aliud quoddam a
magnitudinibus quæ mouentur.

Tral.ve.ex græ.recog.

vt ex vaſe aqua: ipſum medium/ eſſe ali-
quod videtur ſpaciū/ tāq̄ aliquid exiſtēs
præter ipſum corpus tranſlatū. Hoc au-
tem non eſt: ſed quoduis incidit corpus
eorum quæ trāſferūtur ac tangere apta
natura ſunt. Si autē eſſet aliquod ſpaciū
aptū natura/ ac manēs in eodē loco: ifini
ta vtiq; eſſent loca. Tranſlato enī aere &
aqua: idē faciēt partes ōnes in toto/quod
nunc tota aqua in vaſe. ſimul autē: & lo-
cus erit mutatus. Quare erit loci et alius
locus: & multa loca ſimul erūt. nō eſt au
tē/alius locus partis in quo moueť/cū to
tū vas trāſſertur: ſed idē. In quo enī ſūt/
viciſſim trāſferūtur aer/& aqua/aut par-
tes aquę: ſed nō in quo ſūt loco/qui pars
eſt eius loci/ qui eſt locus totius cœli. Et
materia etiā videbitur vtiq; eſſe locus: ſi
in quieſcente aliquis conſideret/& nō ſe-
parato/ſed cōtinuo. Vt enim/ ſi alteratur
eſt quippiā quod nunc quidē album eſt
olim autē nigrū/& nūc quidē durū olim
autē molle (quapropter dicimus eſſe ali-
quid materiā) ſic & locus per hāc quan-
dā eſſe videtur imaginationē. Verū illud
quidē: quoniā quod erat aer/hoc nunc a-
qua eſt. locus vero: quoniā vbi nunc erat
aer/hic nūc eſt aqua. Sed materia quidē/
ſicut dictū eſt in prioribus: neq; ſepara-
bilis a re/ neq; cōtinens eſt. locus autem:
ambo. ¶ Si igitur nichil horū triū locus 16
eſt/neq; ſpecies/neq; materia/neq; ſpaciū
ſemper aliquid exiſtens alterum præter
ſpaciū rei tranſlatæ: neceſſe eſt locū eſ-
ſe reliquum ex quatuor/ continentis ſcili-
cet terminum corporis. Dico autem con
tentum corpus: quod mobile eſt ſecundū
loci mutationem. Videtur autē aliquid
magnum eſſe/& difficile captu/locus: tū
quoniam eſſe materia videatur atq; for-
ma/ tū quoniam in ipſo cōtinente quie-
ſcēte fit trāſlatio eius quod fertur. Poſſe
enim videtur eſſe ſpacium medium: ali-
ud quippiam a motis magnitudinibus.

Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.

Confert autem aliquid: & aer apparens incorporeus esse. Videntur enim non solum termini ipsius vasis/esse locus: sed et quod intermediū est vt vacuū. Vt autē vas/locus est qui transferri potest: sic locus/ vas immobile. Quapropter cū in eo quod mouetur quippiam moueatur/mutetur q̄ id quod intus est / vt in flumine nauis: vt vase magis q̄ loco/ vtitur continente. Vult autem: immobilis esse/ locus. Quocirca totus magis fluuius/ locus est: quia immobilis totus est. Quare continētis terminus immobilis / primus : locus est. Atq; propter hoc/ medium cœli/ & vltimum ad nos circularis lationis : videtur esse/ hoc quidem sursum/ illud vero deorsum/ maxime omnibus proprie. quoniā illud quidem semper manet: circuli autem vltimū/similiter se habēs manet. Quare/cum leue quidē sit/ quod sursum fertur natura/ graue vero/ quod deorsum: qui versus medium continet terminus/deorsum est/& ipsum mediū. qui vero versus vltimum: sursum/et ipsum vltimum. & propter hoc: videtur planum quoddam esse & veluti vas/locus/ & cōtinens. Amplius: simul cum ipsa re quodāmodo etiam locus existit. simul enim cum finito: fines sunt.

CAP. V.

17

Vi igitur corpori est aliquod corpus extra/ continens ipsum: hoc in loco est. cui vero non: minime. Quocirca etiam si aqua fuerit huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius. continētur enim a se inuicem. Totū autem/ est quidem vt mouebitur: est vero vt nō. vt enī totum: simul locum non mutat. circulariter autem: mouebitur (partium enim: hic locus est) et sursum quidē & deorsū/ nō. Circulariter autē nōnulla: alia vero sursum & deorsum/ quæcunq; habēt densitatē & raritatem. Vt autem dictum est:

Argyropylus

Confert autem ad hoc & ipse aer: qui videtur esse incorporeus. Nā non solum fines ipsius vasis/ sed interuallum etiam ipsum vt vacuum: locus esse videtur. Vt autē 41
vas/locus est potens transferri: sic & locus/vas est immobile. Quocirca cum id quod est intus mouetur atq; transfertur/ si id mouetur in quo est/ vt in fluuio nauis: vt vase tunc vtitur illo quod continet/ magis q̄ loco. Locus autē: vult esse immobilis. Quapropter vniuersus fluuiꝰ magis est locus: quia est īmobilis vniuersus. Quare locus: est finis continentis immobilis/primus. Atq; ob hoc me- 42
dium quidē vniuersi/ infra: fines autem citeriores cœli/ supra maxime omnibus proprie esse vidētur. quia illud quidem semper manet: fines autem cœli eodem modo sese habentes manent. Quare cum leue quidem sit id quod sursum pergit/ graue autem id quod deorsum fertur suapte natura: is quidem finis qui versus medium continet/ infra est/& ipsum etiam medium. Is autem qui versus vltimū continet: supra/& ipsum etiam vltimum. Et propterea locus: superficies quædam/& quasi vas/ continensq; esse videtur. Prēterea locus simul cum ipsa re quodam modo est. quippe cum ipsi fines sint simul.

CAP. V.

Atqui corpus quidē 43
id est in loco: extra quod aliquod est corpus continens ipsū. quod vero non ita se habet: nō est in loco. Quapropter etiam si aqua fuerit tale: partes quidem ipsius mouebūtur. alia nanq;: aliam cōtinet. Vniuersum autē: partim mouebitur/ partim haud mouebitur. vt totū enī: simul locum non mutat/ versatur tamen. partium enī hic locus est. & sursum quidē/ & deorsum non mouetur. Quædā autē versantur: & quædā sursum atq; deorsū mouentur/ quæ densitatem habēt ac raritatem. Vt autem dictum est: 44

Argyropylus.

quædam in loco potentia ſunt/ quædam actu. Idcirco cū id quod eſt ſimilium partium/ continuum eſt: tum partes potētia ſunt in loco. ſed cum ſunt ſeparatę/ atq; vt in cumulo fit/ ſe tangunt: tum in
45 loco ſunt actu. Et rurſus: alia quidem per ſe. vt omne corpus aut latione aut accretione mobile: per ſe alicubi eſt. cœlum autem (vt dictum eſt) non eſt alicubi totū/ neq; eſt vllo in loco: ſi nullū ipſum cōtinet corpus. ſed quo mouetur: hoc & locus eſt partibus. alia nāq; partium: alij hæret. Alia vero: per accidens. vt anima atq; cœlum. omnes nanq; partes: quodammodo ſunt in loco. circūquaq; enim: alia aliam continet. Quapropter ſupremū quidem corpus: verſatur.
¶ Vniuerſum autē alicubi nō eſt: et ipſum eſt aliquid. quod enim alicubi eſt: & ipſum eſt aliquid/ & inſuper aliquid aliud extra ſe habet/ quod continet. At præter vniuerſum ac totum: nichil eſt extra.
46 Et propterea: omnia ſunt in cœlo. forſitan enim: cœlum eſt vniuerſum. ¶ Eſt autē locus non ipſum cœlum ſed aliquid eius: vltimus inquam finis quieſcens/ quo corpus mobile tangit. Et idcirco: terra in aqua/ hęc in aere/ aer in ęthere/ & æther in cœlo eſt collocatus. Ipſum vero cœlum: nullo in alio corpore eſt vlterius collocatum.
47 ¶ Patet autem ex his: ſi hoc modo locus dicatur/ dubitationes omnes ſolui facile poſſe. neq; enī vna cum corpore neceſſe eſt locum incrementa ſuſcipere: neq; locum eſſe puncti/ neq; in eodem corpora eſſe duo/ neque interuallum quidē corporeū eſſe. Corpus eſt enim: quoduis id quod eſt inter fines corporis continentis/ ſed non corporis ſpacium. Eſt etiam & ipſe locus alicubi: non vt in loco/ ſed vt finis in eo quod eſt finitum. Non eſt enim in loco omne quod eſt: ſed tantum mobile
48 corpus. Et fertur igitur quodq; cum ratione: ſuum ad locū. Quod enim poſt aliquod deinceps eſt collocatum/ ac illud non violentia tangit: id propinquum eſt illi natura. atq; ſi copulata quidē ſint:

Tral. ve. ex græ. recog.

alia quidem ſunt in loco ſecundum potentiam/ alia vero ſecūdum actū. Quapropter cum cōtinuū quidem ſit id quod eſt ſimiliū partium: ſecūdum potētiam in loco partes ſunt. cum vero ſeparata quidem ſunt/ tangunt autem ſe/ vt aceruus: ſecūdum actum.
Atq; alia quidem: per ſe. vt omne corpus: aut ſecundū loci mutationē/ aut ſecundum augmētū mobile/ per ſe alicubi exiſtit. Cœlum autē ſicut dictum eſt: non eſt alicubi totum/ neq; vllo in loco eſt/ ſi quidem nullum corpus ipſum cōtinet. quo autem mouetur: hoc etiam locus eſt partibus. altera enim partiū: alteri adhærēs eſt. Alia vero/ ſecūdum accidens: vt anima/ & cœlum. partes enim: in loco quodāmodo omnes ſunt. in circulū enim: continet alia aliam. Idcirco mouetur quidem circulariter ſolum: quod ſurſum eſt. ¶ Totum autem: non alicubi 18
eſt. quod enim alicubi eſt: & ipſum aliquid eſt/ & adhuc aliud aliquid eſſe oportet pręter hoc in quo ſit/ quod cōtinet. Præter autem vniuerſum ac totum: nichil extra eſt. & propter hoc: omnia in cœlo ſunt.
Cœlū enim: ipſum totū fortaſſe eſt. ¶ Eſt 19
autem locus/ non cœlum/ ſed cœli quiddā: vltimus ſcilicet & tangens mobile corpus/ terminus quieſcens. & ob hoc: terra quidē in aqua eſt. hæc vero: in aere. hic autem: in æthere. & æther: in cœlo. cœlum autem: nō amplius in alio eſt. ¶ Manifeſtum autem 20
ex his: q̄ & dubitationes ōnes ſoluentur/ ſi hoc modo dicatur locus. Neq; enim ſimul augmentari neceſſe eſt locum: neq; puncti eſſe locum. neq; duo corpora: in eodem loco. neq; ſpacium aliquod: eſſe corporeum. corpus enim eſt: medium loci quoduis/ ſed non ſpacium corporis. Et eſt locus alicubi: non autem vt in loco/ ſed vt terminus in terminato. non enim omne quod eſt/ in loco eſt: ſed mobile corpus. Et fertur igitur ad ſuūipſius locum: vnūquodq; rationabiliter. Quod enim conſequenter eſt/ et tangit non vi: congeneū eſt. Atq; ſimul adnata:

Tral.ve.ex græ.recog.

impaſſibilia ſunt.quæ vero ſe tangunt: paſſiua & actiua ſunt adinuicē. Et manet igitur natura totum in proprio loco: vnumquodq; nō irrationabiliter. Eteni pars hæc in toto loco:vt diuiſibilis pars ad totum eſt. vt cū aquæ moueat aliquis partē/aut aeris. ſic autem & aer: ſe habet ad aquam. nam vt materia:illud autē/ſpecies.aqua quidem materia aeris eſt:aer vero veluti actus quidā illius.Nā aqua:potētia aer eſt.aer autē: potentia aqua/alio modo.Determinādum autem eſt de his:poſterius.ſed propter tēporis oportunitatem: neceſſe fuit dixiſſe. immanifeſte autem nunc dictum: tunc erit manifeſtius.Si igitur idem eſt materia et actus(eſt enim aqua/ambo:ſed hoc quidē potētia/illud vero actu)ſe habebit vtiq; vt pars quodammodo ad totum. Quapropter & his tactus eſt.Copulatio autem:cū ambo actu vnū facta fuerunt. Et de loco quidem & q̄ eſt/& quid eſt:dictum eſt.

CAP. VI.

21 EOdem autem modo exiſtimādum eſt:eſſe Phyſici/cōſiderare et de vacuo ſi eſt aut non/& quomodo eſt/aut quid eſt/ſicut et de loco.nāq; ſimilem habet & incredulitatem & fidem: per ea quę putantur.vt locum enim quendam/ & vas:ipſum vacuum ponunt eſſe dicētes.videtur autem/ plenum quidem eſſe: cum habet illam molem cuius ſuſceptiuū eſt. cum vero priuatum eſt: vacuum/ tanq̄ idem quidem ſit/ vacuum et plenum & locus.eſſe autem ipſis:non idem eſt. ¶Incipere autem oportet conſiderationem:capientes & ea quę dicunt affirmantes eſſe/ & rurſus quæ dicunt non affirmantes eſſe/ et tertio communes opiniones de ipſis. Alij igitur monſtrare tentantes q̄ non eſt: non quod homines volunt dicere vacuum/hoc redarguunt/ſed peccantes dicunt/vt Anaxagoras/& qui hoc modo redarguunt.de-

Anaxagoras.

Argyropylus

paſſione carent. Sin vero ſe tangant:paſſiua ſunt viciſſim atq; actiua. Manet præterea quoduis proprio in loco non ſine ratione ſuapte natura. Eteni hæc pars to 49
to in loco : vt diuiſibilis pars eſt ad totū. veluti cū aeris quiſpiā vel aquæ mouerit partē.ſic etiā & aer ſeſe ad aquam habet. nam alterum eſt velut materies:alterū/forma. Aqua quidē/ materies aeris: aer autē/quaſiquidā illius actus. Aqua nanq;/potētia aer eſt:at aer alio modo potentia aqua.Sed de his:eſt poſterius pertractandum. Atq; id quod nūc neceſſitate compulſi temporis/hunc ad locum attulimus/ obſcureq; eſt dictū: tunc dilucidius explicabitur. Quod ſi idē eſt materies atq; actus (ambo nāq; eſt aqua:ſed alterū potentia/ alterū actu)ipſa ſane ad aerem/vt pars quodāmodo ſe habet ad totū. Quapropter:& his eſt tactus. Copulatio vero tūc erit:cum ambo fuerint vnū actu.Sed eſſe quidē locū/& quidnā ſit locus: ſatis iam diximus. CAP. VI.

50 EOdem modo autem putādū eſt Naturalis eſſe Philoſophi de vacuo contēplari / quemadmodum & de loco:ſi ſit nec ne/& quonam ſit modo/aut quid tandem ſit. Et eni ſimiliter creditur atq; non creditur:per ea quæ de ipſo putātur. Nam qui dicunt vacuum eſſe: vt locum quendam & vas ipſum ponunt. At plenum quidem eſſe videtur: cum habet eam molem cuius eſt ſuſceptiuū. Vacuū autē:cū illa eadem caret/quia idem eſt vacuum/ plenum/& locus. eſſe vero ipſorum:non idem eſt/ ſed diuerſum. ¶Incipiamus autem conſi- 51
derationem oportet: & hiſce quæ dicunt ij qui vacuū aſſerunt eſſe/ & ijs etiam quæ dicūt qui ipſum e medio tollunt/& tertio cōmunibus de ipſis opinionibus ſūptis. Qui igitur non eſſe conantur oſtēdere:non id e medio tollūt/quod homines dicere vacuū volūt/ ſed quod dicunt errantes/vt Anaxagoras/& qui hoc redarguunt modo, nam aerem aliquid eſſe de-

Argyropylus

monſtrant:torquẽtes vtres/ac aerẽ roboris eſſe particípẽ oſtendẽtes/ & item ipſum in hiſce vaſis inclu dẽtes quę ſurripiũt aquã. At homi nes vacuum/ſpaciũ eſſe volunt:in
52 quo nullũ eſt ſenſibile corp9. Atq; cũ omne quod eſt/corpus eſſe exiſtimẽt:id in quo nichil eſt ōnino/ vacuũ eſſe dicunt. Quapropter id quod eſt aere plenũ:vacuũ inquiũt eſſe. Non igitur id oſtẽdere eos oportet/ aerẽ inq̃ aliquid eſſe: ſed ſpaciũ nō eſſe quicq̃ præter corpo rũ molẽ / aut ſeparabile aut actu/ quod quidẽ vniuerſũ corpus ſeiũgit/vt nō ſit continuũ. quẽadmo/ dũ Democritus & Leucippus & cõplures alij Naturaliũ dicũt:aut etiã ſi quid ponitur extra corpus
53 continuũ vniuerſi. ¶Hi igitur ad propoſitũ nõ rectẽ proficiſcũtur: ſed ij magis qui vacuũ eſſe dicũt. Atq; primo quidem motum loco accommodatum non fore dicunt: quiquidem eſt latio atq; accretio. non enim eſſe motus videtur: niſi ſit vacuum.fieri nanq; non poteſt: vt ipſum plenum ſuſcipiat. Qz ſi ſuſceperit/fuerintq; duo corpora in eodem : poſſunt & quot quot volueris corpora ſimul eſſe. differẽtia nãq; dici non poteſt: ob quam dictũ hoc nõ eueniet. Qz ſi hoc erit:poteſt & mininiũ ſuſcipere maximũ.quippe cũ ipſum magnũ:multa ſit parua. Quare ſi fit vt ęqualia multa ſint i eodẽ:fieri poteſt vt multa quoq; ięqualia ſimul
54 ſint in eodẽ. Meliſſus autẽ:& vniuerſum ex his oſtẽdit imobile eſſe. nã ſi mouebitur:neceſſe eſt inquit vacuũ eſſe. At vacuum:in ratione
55 rerũ non eſt. Vno igitur modo:ex his vacuũ quid eſſe oſtẽdunt. Deinde alio modo:quia nõnulla corpora premi cogiq; vidẽtur. quod intueri licet:cũ dolia vna cũ vtribus vt inquiũt vinũ ſuſcipiũt.propterea q̃ corpus quod dẽſatur: ea vacua quæ inſũt ingreditur. Prętera:accretio etiã per vacuũ fieri omnibus videtur.nã alimẽtũ quidẽ:eſt corpus. Fieri vero non po-
56 teſt:vt corpora duo ſint ſimul. Teſtem etiam huius id afferũt/quod in cinere fieri ſolet : qui quidem tantum ſuſcipit aquæ / quantum

Tral.ve.ex græ.recog.

monſtrant enim q̃ aliquid eſt aer:ſtricte ligantes vtres/demonſtranteſq; q̃ fortis eſt aer/ac accipientes in clepſydris. Alij autem homines volunt vacuũ/eſſe ſpacium:in quo nullũ eſt corpus ſenſibile. Exiſtimantes autem omne quod eſt/corpus eſſe:dicunt in quo omnino nichil eſt/illud eſſe vacuum. Quapropter plenum aere:vacuũ eſſe. Non igitur hoc oportet demõſtrare/q̃ eſt aliquid aer/ſed q̃ non eſt ſpacium aliud a corporibus aut ſeparabile/aut actu exiſtens/ quod diuidit omne corpus/vt ſit non cõtinuum. quemadmodũ dicunt Democritus/& Leucippus/& alij multi Phyſiologorũ/aut etiã ſi q̃d eſt extra vniuerſũ corpus exiſtẽs cõtinuũ. ¶Hi igitur nõ ſecũdũ poſitiones ad problema occurrũt: ſed affirmãtes eſſe/magis.dicũt autẽ/vnũ quidẽ:q̃ motus ſecundũ locum/non vtiq; erit.hic autem:eſt loci mutatio/et augmẽtatio. nõ enĩ videbitur vtiq; motus eſſe:ſi nõ ſit vacuum. plenum enim non poſſe ſuſcipere.ſi vero ſuſcipiat/ſintq; duo in eodem:continget vtiq; & quotlibet ſimul eſſe corpora.differentiam enim/propter quam non vtiq; erit quod dictum eſt: non eſt dicere.Si autẽ contingat hoc:& minimum ſuſcipiet maximũ.multa nãq; parua:ipſum magnũ eſt.Quare/ſi multa ęqualia contingit in eodem eſſe:& multa inæqualia.Meliſſus igitur etiã oſtendit/q̃ vniuerſum imobile ſit:ex his.ſi enim mouebitur:neceſſe eſt(inquit)eſſe vacuũ. Vacuum autem:non eſt eorum quę ſunt. Vno igitur modo demonſtrant q̃ aliquid eſt vacuum: alio vero/quia videntur aliqua cogi ac conſtringi.vt et vinum dicunt cum vtribus: recipere dolia/tanq̃ in ea quæ inſũt vacua/ſub eunte quod denſatur corpore. Amplius autẽ:et augmentatio videtur fieri omnibus per vacuum.alimentum enim:corpus eſſe. duo autem corpora:impoſſibile ſimul eſſe. Teſtimonium autem et illud de cinere faciunt:qui tantum aquæ recipit/ quantum

Democrit9
Leucippus

Meliſſus.

Cap. 6 7

Tral.ve.ex græ.recog.

vas / vacuum. Esse autem affirmauerunt
Pythagorei & Pythagorei / vacuum: ipsumq; / cœlum
ex infinito spiritu veluti respirans ingredi. & hoc esse vacuum: quod disterminat
naturas.tanquam vacuum: separatio quædam sit eorũ quæ sunt consequenter / et disterminatio. & hoc: esse primum in numeris.vacuum enim: disterminare naturam ipsorũ. Ex quibus igitur alij quidẽ dicũt esse / alij vero non dicunt: tot fere ac talia sunt.

CAP. VII.

24 VT autẽ sciamus vtro se modo habeat: oportet accipere / quid ipsum nomẽ significat. Videtur igitur vacuũ: locus esse / in quo nichil est. huius autẽ causa est: quia quod est / corpus esse putãt. omne autem corpus: in loco esse. vacuũ autem: in quo loco nullũ est corpus. Quare sicubi non est corpus: ibi vacuum
25 esse. ¶ Corpus autẽ / rursus õne putant esse tangibile. huiusmodi autem est: quodcũq; habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex syllogismo / hoc esse vacuũ: in quo nõ est graue quicq̃ / aut leue. hæc igitur / sicut diximus etiam prius: ex syllogismo accidũt. Inconueniens autem est: si punctum vacuum sit. oportet enim locum esse: in quo corporis sit spacium tangibilis. At igitur videtur dici vacuum: vno quidem modo non plenũ sensibili corpore secũdum tactũ. sensibile autem est secũdum tactum: quod grauitatem habet vel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis / quidnam dicent / si habeat spacium / colorem aut sonum: vtrum vacuũ an nõ? An videlicet si corpus quidem
istã significacio paceni ſſt. aſſ̃ tenuiã planum / ſumma suscipiat tãgibile / vacuum esse: si vero non /
26 minime? ¶ Alio autẽ modo / in quo non est hoc aliquid: neq; substantia aliqua corporea. Idcirco / quidam dicunt: vacuũ esse corporum materiã. qui quidem & locum / hoc idem dicentes non recte. Materia enim: separabilis non est a corporibus. Vacuũ au-

Argyropylus

vas vacuum capit. Esse autem & Pythagorici vacuum dixerunt: & ipsum ex infinito spiritu cœlum ingredi / quasi respirando cœlum ipsum etiam vacuũ traheret / quod naturas ipsas distinguit. Propterea q; vacuum separatio quædam est eorum atq; distinctio: quæ deinceps sunt collocata. atq; hoc inquiũt: primũ in numeris esse. Vacuũ enĩ: naturã ipsorũ distinguere dicunt. Talia igitur / & tot fere sũt: 57
ex quibus quidã esse / quidã nõ esse vacuũ censent. CAP. VII.

AT nos vt percipiamus vtronam modo res se habeat: accipiamus oportet / quid ipsum nomen significat. Vacuũ igitur: locus esse videtur / in quo nichil est. quod quidẽ inde emersit. Omne enim quod est: corpus esse existimant. & omne corpus esse in loco: & vacuũ esse locũ in quo nullũ est corpus. Quare si alicubi non est corpus: ibi nichil esse dicunt. ¶ Rursus omne corpus tangibile esse putant: & tale vt grauitatis aut leuitatis sit particeps. Fit igitur per ratiocinationem vt id sit vacuũ: in quo non est graue quicq̃ vel leue. hęc igitur vti diximus: per ratiocinationem eueniunt. Absurdũ autem est: si punctus sit vacuum. sit enim id locus oportet: in quo corporis est tangibilis moles. At- 58
tamen vacuum vno quidem modo videtur id dici: quod non est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile vero est tactu: quod grauitatem habet vel leuitatem. Idcirco & quispiam dubitauerit: quidnam dicent / si spacium colorẽ habeat aut sonum / vacuum ne an non vacuum esse? At vt patet / vacuum esse dicent: si corpus tãgibile suscipere possit. vacuũ non esse: si illud suscipere nequeat. ¶ A- 59
lio vero modo id in quo non est hoc aliquid: neq; substãtia corporea vlla. Quapropter quidam vacuum esse corporũ materiã dicũt: qui quidem & locũ hoc idem asserunt esse / non recte dicentes vt patet. Materia nanq; separabilis non est a corporibus. Vacuum au

Argyropylus

60 tem: vt ſeparabile quærunt. Quoniam autem de loco eſt pertractatum/ & vacuum neceſſe eſt locum eſſe ſi corpore careat/ dictumq; eſt quomodo eſt & quomodo non eſt locus in rebus: patet hoc pacto vacuum aut ſeparatum aut inſeparabile/ in ratione rerum non eſſe. Vacuum enim nō corpus: ſed cor-
61 poris ſpacium eſſe volunt. Quapropter & vacuum videtur quid eſſe: quia & locus/ & per eadem fane. Motus enim qui loco accōmodatur in mentē venit: & hiſce qui locum eſſe quid præter corporum molem ingredientium dicunt/ & hiſce qui vacuum ponunt. Atq; cauſam motus vacuum ſic eſſe putant: vt in illo corpora moueātur. hoc autem tale erit: qualem ipſum
62 locum quidam inquiūt eſſe. ¶ At nulla prorſus neceſſitas cogit: ſi motus eſt/ vacuū eſſe. Atq; omnino quidem vacuū omnis motus cauſa nō eſt. quapropter: & Meliſſum idipſum prēterijt. Poteſt enī alterari plenum: vt patet. Deinde: neq; eius motus qui ad locum ac-
63 cōmodatur. Poſſunt enim corpora mutuo ſibi cedere: etiam ſi nullum ſit ſpacium ſeparabile præter corpora quæ mouentur. Atq; hoc: in continuorū ſicut & in humidorum cōuerſionibus patet. Poſſunt etiā corpora nō ob ingreſſionē in vacuū/ ſed ob extruſionē eorū quę in ipſis inſunt: denſari. veluti cū premitur aqua: fit vt aer qui in ipſa eſt extrudatur. Fiūt præterea incremēta: non ſolū aliquo ingrediēte/ ſed etiā alteratione/ veluti ſi aer ex aqua fiat. Omnino autē ea ratio quę de accretione fit/ & de aqua quæ in cinerē funditur: ipſa ſeipſam impedit. Aut enim nō augetur quicq̄/ aut non corpore: aut fieri poteſt vt ſint duo corpora in eodē. Dubitationē igitur cōmunē ſoluere volūt: ſed non vacuū eſſe oſtēdunt. aut totū corpus vacuum eſſe neceſſe eſt: ſi omni ex parte augetur/ & per vacuū vt dicūt accre-
64 ſcit. Eadē eſt: & de cinere ratio. Patet igitur perfacile eſſe: eas ſoluere rationes/ ex quibus quidam vacuum eſſe oſtendunt.

Tral. ve. ex græ. recog.

tem: quærunt vt ſeparabile. Quoniam autem de loco determinatum eſt/ & vacuum/ locum neceſſe eſt eſſe ſi ſit/ priuatum corpore/ locus autem & quomodo eſt/ & quomodo non eſt/ dictum eſt: manifeſtum eſt igitur/ q̄ ſic quidem vacuum non eſt aut ſeparatum aut inſeparabile. vacuum enim: non corpus/ ſed corporis ſpaciū eſſe vult. Quapropter & vacuū: videtur aliquid eſſe quia et locus/ & per eadē. Venit enim motus qui ſecundū locum eſt: & ijs qui locum dicunt eſſe aliquid præter incidētia corpora/ & ijs qui vacuum. cauſam autem motus: putant eſſe vacuū/ ſic vt in quo mouentur. hoc autē tale erit: qualem locum dicūt quidam eſſe. ¶ Nulla autem neceſſitas eſt: ſi motus eſt/ 27
eſſe vacuum. Omnino igitur omnis motionis: nequaq̄. quocirca: & Meliſſum latuit. Meliſſus
alterari namq; poteſt: plenum. Sed neq; ſecundū locum motum. ſimul enim cedere ſibi inuicē contingit: nullo exiſtente ſpacio ſeparato præter corpora mota. atq; hoc manifeſtum eſt: & in continuorū reuolutionibus/ vt & in ijs quæ ſunt humidorum. Contingit autem & denſari/ non in vacuum: ſed propterea q̄ ea quæ inſunt elabūtur. vt aqua colliſa: aerem qui ineſt. Et augmentari/ non ſolum ingrediente aliquo/ ſed & alteratione: vt ſi ex aqua fiat aer. Omnino autem de augmentatione ratio/ & de aqua in cinerē infuſa: ipſa ſeipſam impedit. aut enim non augetur quodlibet/ aut non corpore: aut contingit duo corpora in eodem eſſe. Dubitationem igitur communem volunt ſoluere/ ſed non vacuum demonſtrant q̄ eſt: aut totum corpus vacuū eſſe neceſſarium eſt/ ſi penitus augetur/ & augetur per vacuum. Eadem autem ratio: & in cinere eſt. Q; igitur ea ex quibus demonſtrant vacuum eſſe/ ſoluere facile ſit: manifeſtum eſt.

Tral.ve.ex græ.recog.

CAP. VIII.

28 QVod autem non est vacuũ sic seperatũ/vt quidã dicũt: dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusq; simplicium corporum loci mutatio aliqua natura/vt ignis quidem sursum/terrę autem deorsum et ad mediũ: manifestum est q̃ vacuum non erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit:vacuum? videtur enim: esse causa motus secundum locum.huius autem:non est. Amplius si est aliquid/vt locus priuatus corpore:cum est vacuum/quo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim in omnem partem. Eadem autem ratio:& ad eos qui locũ esse quid separatũ putant/in quem id fertur quod fertur. Quomodo namq; feretur impositum:aut manebit? Et de ipso sursum & deorsum/& de vacuo:conueniet eadem ratio merito.vacuum enim/locum faciũt:qui esse dicũt. Et quonã modo inerit: aut in loco/aut in vacuo? nõ enim cõtingit: cum totum positũ fuerit/ vt in separato loco ac permanẽte/corpus aliquod.pars enim nisi seorsum ponatur: non erit in loco/ sed in toto. Amplius/si neq; locus est:neq; vacuum erit. Accidit autem dicentibus vacuum esse vt necessarium si erit motus: contrarium magis/si quis consideret/non posse moueri quicq̃ si sit vacuũ.vt enim qui propter simile dicũt terram quiescere:sic & in vacuo necesse quiescere. non enim est:quo magis aut minus mouebitur. quatenus enĩ vacuum est:non habet differentiã. Primũ igitur: quoniam omnis motus/ aut violentia/ aut secundum naturã fit.necesse autem est/si quidem sit violentus:esse & eũ qui secũdum naturam est.violentus enim:præter naturã est. qui vero pręter naturã est: posterior est eo qui est secundũ naturã. Quare si non est secundũ naturã vnicuiq; naturalium corporũ motus: neq; aliorum erit motuũ vllus. At vero natura quidem quo-

Argyropylus

CAP. VIII.

RVrsus autem dicamus vacuũ hoc pacto separatum non esse: vt quidam inquiunt esse. Nam si natura cuiq; simplicium corporum aliqua latio cõpetat/ vt igni quidẽ sursum/terræ vero deorsum atq; ad mediũ: patet vacuũ causam lationis nõ esse. Cuius igitur motus causa: vacuũ erit? eius enĩ esse videtur:qui loco accõmodatur.at:huius causa nõ est. Præterea si est aliquid/ vt locus corpore carẽs:cũ est vacuũ/ quonã feretur corpus quod in illo positũ fuerit? nõ enim:ad vniuersũ mouebitur. Eadem & ad eos accõmodatur ratio:qui locũ separatũ quid esse ponũt/ in quem id fertur quod motu cietur. Quo nãq; modo feretur id quod ibi positũ fuerit:aut manebit? Et de differentijs hisce/ supra inquam ac infra/& de vacuo:non iniuria eadẽ accõmodabitur ratio. Qui nãq; vacuũ esse dicunt: locũ ipsum inquiũt esse. At quonã pacto:corpus aut in loco aut in vacuo erit? non enim fit id quod ratio flagitat: cũ totũ quippiã corpus vt in separato permanẽteve loco positũ fuerit, pars enim si nõ seorsum ponatur:non in loco est/ sed in toto. Præterea si neq; locus est: neq; vacuũ erit. Accidit autẽ 66
hisce qui dicũt vacuũ esse vt necessariũ si motus erit: contrarium potius/si quispiã diligẽter consideret/nõ posse inquã quicq̃ moueri si vacuũ est. Nã vt quidã terrã ob similitudinẽ quiescere censuere:sic & in vacuo quoduis quiescere corpus necesse est. Nõ est enim/ quonã magis aut minus mouebitur. quo nãq; vacuũ est:hoc differẽtiarũ est expers. Atqui patet:om 67
nem motũ aut vi fieri aut natura. et si sit violẽtus:& cum necessario qui natura cõpetit/ esse. quippe cũ violẽtus quidẽ sit præter naturã. qui vero est præter naturã: posterior sit eo qui est secundũ naturã. Quare si isce motus non sit / qui corporum naturaliũ cuiq; suapte natura competit: neq; cæterorum profecto motuũ quisq̃ erit. At quo-

Argyropylus

nam pacto motus is erit/ qui natura cõpetit rebus: cũ ratione vacui ac infiniti nulla prorſus ſit differentia? Nam quo infinitũ eſt: eo nichil infra/ nichil ſupra/ nichil deniq; mediũ eſt. Quo vero vacuum eſt: eo nichil intereſt inter ſuperũ inferũq;. Nam vt nichili nulla eſt differẽtia: ſic eius quod haud eſt/ nulla differentia aſſignari poteſt. Vacuũ vero: nõ ens quid/ priuatioq; eſſe videt. At ea latio quæ natura cõpetit: differentiã ſubit. Quare erũt ea quę differẽtia ſunt: natura. Aut igit nõ eſt natura latio vſq; aut ſi eſt/ vacuũ in ratione
68 rerũ profecto nõ eſt. Præterea nũc quidem mouẽtur ea quæ iaciũtur eo qui pepulit nõ tangẽte: aut ob antiperiſtaſin/ vt quidã inquiũt/ aut quia pulſus aer motu pellit celeriore q̃ ſit ea latio pulſi qua locũ ad propriũ fertur. At in vacuo: nichil horum eſſe poteſt. neq; fit vt quicq̃ feratur: niſi vt id quod vehi
69 tur. Præterea/ nemo dicere poteſt: cur motũ alicubi ſtabit. cur enĩ: hic q̃ hic poti9 ſtabit? Quare aut quieſcet/ aut in infinitũ feratur neceſſe eſt: ſi non potẽtius quippiã impe-
70 dierit. Inſuper nunc quidẽ in vacuo ex eo corpora ferri videntur: quia cedit. at in vacuo: talis conditio ſimiliter ſeſe habet omni ex parte. quare: omnẽ ad partẽ ferẽ-
71 tur. Atqui perſpicuũ id quod dicitur: & ex hiſce quæ deinceps dicemus/ erit. Videmus enim idẽ pondus corpuſve: celeri9 duas ob cauſas ferri. Aut quia id differt per quod mouetur: vt ſi per terrã/ vel aquã/ vel aerẽ moueatur. Aut quia id quod fertur differt/ ſi ſint eadẽ cætera: ob ponderis/ aut leuitatis exceſſum. Atq; id quidẽ per quod fertur, cauſa eſt: propterea quod impedit/ maxime quidem ſi cõtra feratur. minus autẽ ſi maneat: & magis id quod non eſt facile diuiſibile. quale eſt: id quod magis eſt craſſum. Pondus igitur A: per B quidem mediũ/ in tempore C feretur. Per D vero ſubtilius quidem illo/ longitudine vero æquale/ in tempore E: impedientis corporis ratione. Sit enim B quidem aqua: D autem aer. quan-

Tral.ve.ex græ.recog.

modo erit/ cum nulla ſit differentia ſecundum vacuum & infinitũ? Quatenus enim infinitum eſt: nichil erit ſurſum aut deorſum/ aut medium. Quatenus vero vacuum: nichil differẽs erit deorſum a ſurſum. Vt enim nichili nulla eſt differentia: ſic & illius quod non eſt. vacuum autem: nõ ens quippiam/ & priuatio videtur eſſe. Natura autem loci mutatio: differens eſt. quare erunt quæ ſunt natura: differẽtia. Aut igitur non eſt natura vſq; vlli/ loci mutatio: aut ſi hoc eſt/ non eſt vacuum. Amplius nunc quidem mouentur proiecta/ eo qui impulit non tangente: aut propter contrarij circunſtantiam ſicut quidam dicunt/ aut ex eo q̃ pellit pulſus aer motu velociori q̃ ſit pulſi latio/ qua fertur in proprium locum. in vacuo autem: nichil horum poteſt eſſe. neq; enim ferri erit: niſi vt quod vehitur. Amplius nullus vtiq; poterit dicere: propter quid/ quod mouetur ſtabit alicubi. cur enim magis hic: q̃ ibi? Quare aut quieſcet: aut in infinitũ neceſſe eſt ferri/ niſi aliquid potentius impedierit. Amplius autem/ nunc quidem in vacuo/ quoniam cedit: ferri videtur. in vacuo autem: prorſus ſimiliter tale eſt. quare: in omnẽ feretur partẽ. Amplius autẽ: & ex his manifeſtũ eſt/ quod dicitur. videmus enim idem pondus/ atq; corpus: velocius ferri/ propter duas cauſas. aut quia id differt per quod/ vt per aquam/ aut terram/ aut aerem: aut quia id differt quod fertur/ ſi alia ſint eadem/ propter exceſſum grauitatis aut leuitatis. hoc igitur per quod fertur/ cauſa eſt: quoniam impedit maxime quidem/ quod contra fertur. deinde autem/ & manens. magis autẽ: id quod nõ facile diuiditur. tale autem eſt: quod craſſius eſt. Id autem in quo eſt A: mouebitur per B/ eo in quo C/ tẽpore. per ipſum autẽ D/ cũ ſit ſubtilius: eo in quo E. ſi æqualis eſt lõgitudo ipſius B cũ ipſo D: ſecundũ analogiã impediẽtis corporis. Sit enim B quidem aqua: D vero aer. quan-



Tral.ve.ex græ.recog.

to ergo ſubtilior eſt aer/aqua/et minus corporeus: tanto citius A/per D mouebitur q̄ per B. Habeat ergo eandem rationem ſecūdū quā diſtat aer ab aqua: velocitas ad velocitatē. Quare ſi in duplo ſubtilius eſt: in duplo tempore lineam quę eſt ipſum B tranſibit q̄ quæ eſt ipſum D / & erit tempus in quo eſt C/duplū eius in quo eſt E. Atq; ſemper quanto fuerit minus corporeum minuſq; impeditiuū/ ac melius diuiſibile id per quod fertur: citius mouebitur. Vacuū autem nullam habet rationem qua excedit̄ a corpore: ſicut neq; ipſum nichil/ ad numerū. Si enim quatuor excedūt tria vno/ pluribus autem duo/ & adhuc vnum pluribus q̄ duo: ipſum ſane nichil/non amplius habent rationē qua excedant. neceſſe enī eſt diuidi id quod excedit: et in exceſſū/ & in id quod exceditur. quare erunt ipſa quatuor: & id quo excedūt/et nichil. Quappter neq; linea/punctū excedit: niſi cōponatur ex pūctis. Similiter autē et vacuū/ad plenū: nullā poſſibile eſt habere rationem. quare: neq; motū. Sed ſi per ſubtiliſſimū in tanto tēpore tanto motu fertur per vacuū: omnē exuperat rationē. Sit enim F vacuū æquale autem magnitudine ipſis B et D. Ipſum ergo A ſi trāſibit et mouebitur quidem in quodā tēpore eo ſcilicet in quo eſt G/in minori autē q̄ in quo eſt E: & hāc habebit rationē vacuum ad plenū. ſed in tāto tēpore quantū eſt/in quo eſt G: ipſius D/ A tranſibit lineam K. tranſibit autē: ſi etiam ſit quippiam ſubtilitate differens ab aere/id in quo eſt F/ ſecundum hanc proportionem quam habet tempus in quo eſt E/ad tempus in quo eſt G. Si enim ſit tanto ſubtilius corpus in quo eſt F/ ipſo D/quanto exuperat E ipſum G: econuerſo trāſibit velocitate in tanto quantum G ipſum F/ipſum in quo eſt A/ſi feratur. ſi ergo nullum ſit corpus/in ipſo E: adhuc velocius. ſed erat in ipſo G. Quare: in æquali tēpore tranſibit & quod plenū eſt & vacu-



Argyropylus

to igitur aer aqua ſubtilior: tanto celerius A pondus/per D q̄ per B medium feretur/ vt patet. Habeat igitur eandē rationē ad celeritatē celeritas; qua diſtat aer ab aqua. Quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior: duplo in tēpore B medium pertrāſibit/ad id tēpus in quo per mediū D feretur/& C tēpus/duplū erit tēporis E. Atq; quo ſubtilius eſt minuſq; impedit atq; facilius ſcinditur id per quod fit trāſitio: eo pōdus A celerius ſemper feretur. At vacuū nullam rationē habet/ qua a corpore excedit̄: quēad modū neq; ipſum nichil ad numerū. Nā ſi quatuor vno quidē tria/ pluribus vero duo / & pluribus etiā q̄ duo vnū excedūt: nullā profecto rationē vlterius habent/ qua nichilū ipſum excedūt. Id enī qđ excedit: in exceſſū ipſum/ & in id qđ exceditur/neceſſe eſt diuidatur. quare ipſa quatuor: erunt id quo excedunt/ et nichil. Idcirco neq; linea punctū excedit: ſi nō cōponatur ex pūctis. Similiter & vacuū: nullā ad plenū rationē habere poteſt. quare/neq; etiā motus. Sed ſi 72
per ſubtiliſſimū tanto motu tanto in tēpore pōdus A fertur per vacuū: ſi mouebitur/omnē profecto rationē exuperabit. Sit enī F vacuum longitudine æquale B & D plenis. Pondus igitur A ſi tranſierit/ atq; aliquo quidem in tēpore quod ſit G/minore vero q̄ eſt tempus E/fuerit motū: hāc profecto rationē & vacuū habebit ad plenū: quā ad tēpus tēpus habebit. ſed tāto in tēpore quantū eſt G: pleni D partē aliquā trāſierit pōdus A. ſitq; illa D K. tranſierit autem A pōdus/mediū ipſū F: ſi ea etiā ratione differat ſubtilitate ab aere/ quam E tempus ad G tempus habet. Nam ſi corpus F tāto ſubtilius ſit ipſo D/ quanto tempus E/excedit G: contra profecto pondus A / tranſierit illud celeritate tanto in tempore/ quantum eſt tempus G/ ſi per illud feratur. Si igitur nullum in F fuerit corpus: celerius adhuc per illud ſane mouebitur. At in G tempore: motum iam erat. Quare pondus A: equali in tēpore plenum & vacu-

Argyropylus

um pertranſibit. At: hoc fieri ne-
73 quit. Si igitur tempus aliquod erit in quo per vacuū/ quoduis corpus mouebitur: hoc eueniet impoſſibile/ vt ex hiſce quæ diximus patuit. in tempore enim æquali: quippiam/ plenum atq; vacuū pertranſibit. Erit enim ſic aliquod corpus ad corpus: vt ad tēpus eſt tēpus. Vt in ſūma autē dicā: manifeſta eſt huiuſce cauſa accidentis. nam motus quidem omnis ad motum eſt ratio (eſt enim: in tempore) & omnis temporis item ad tempus/ modo ſint ambo finita. ſed vacui ad plenum: nulla prorſus eſſe ratio
74 poteſt. Hæc igitur eueniunt: ob eorum differētiam per quæ corpora motu cientur. Eorum autē quæ feruntur exceſſu: eueniunt hæc. Cernimus enim ea corporum quæ plus aut grauitatis aut leuitatis habent momenti/ modo eadem ipſis inſit figura: celerius per æquale ſpacium ferri/ eaq; ratione quam inter ſeſe habēt. Quare: & per vacuum ita ferētur. At: fieri profecto nequit. Quam enim ob cauſam celerius mouebuntur/ in pleniſ enim: id neceſſario fit. maius enim: celerius vi ſua medium diuidit. Nam id quod fertur/ aut eſt iactum: figura diuidit/ aut mo
75 mēto quod habet. Aequalis igitur celeritatis: omnia erunt. at fieri nequit. Patet igitur ex hiſce quæ diximus: ſi vacuum ſit/ contrarium illius accidere propter quod vacuum eſſe probant qui ipſum aſſerunt eſſe.

CAPVT VIIII.

EI nāq; ſi motus is erit qui loco accōmodatur: vacuum ſeparatum per ſe eſſe putāt. Hoc autē perinde eſt: atq; ſi ſeparatum quid locum aſſerunt eſſe, quod quidem eſſe non poſſe: prius eſt demonſtratum.
76 At vero ſi per ſe quoq; ipſum cōſiderabimus: vacuū id quod vacuum dicitur atq; inane/ vere videbitur. Nam vt ſi in aqua

Tral. ve. ex græ. recog.

um. ſed impoſſibile eſt. Manifeſtū eſt igitur q; ſi erit aliquod tēpus in quo per vacuum/ quoduis feretur: accidet hoc impoſſibile. in æquali enim accipietur: aliquid & quod plenum eſt tranſire & vacuum. erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterū: vt tempus ad tempus. Vt autem in ſumma dicā/ manifeſta eſt eius quod euenit cauſa: quia motus quidem omnis ad motum/ eſt proportio (in tempore enim eſt) temporis autem omnis eſt ad tempus/ finitis vtriſq; vacui autem ad plenum: non eſt. Quatenus igitur differūt ea per quæ ferūtur: hæc contingunt. ſecūdum autem eorum quæ feruntur exceſſum: hæc. Videmus enim ea quæ maius momentum habent aut grauitatis aut leuitatis: ſi quo ad alia ſimiliter ſe habeant figuris/ citius ferri per æquale ſpacium/ & ſecundum rationem quam habent magnitudines adinuicem. Quare & per vacuū. Sed impoſſibile eſt. Propter quam enim cauſam/ ferētur velocius: in plenis enim: ex neceſſitate. velocius enim diuidit fortitudine: maius. Aut enī figura diuidit/ aut momento q̄d habet: id quod fertur/ aut proiectum eſt. Aeque velocia ergo: ōnia erunt. ſed impoſſibile eſt. Q̄ igitur/ ſi vacuum eſt/ accidit contrariū illius propter quod probāt/ dicentes eſſe vacuum: ex dictis manifeſtum eſt.

CAPVT VIIII.

EI igitur putant vacuum 29
eſſe/ ſi erit ſecundum locum motus: ſeparatum ſecūdum ſe. Hoc autem idē eſt: acſi dicamus locū eſſe quid ſeparatū. Hoc autem q; impoſſibile ſit: dictum eſt prius. At vero per ſe conſiderantibus: videbitur vtiq; dictū vacuū/ perq̄ vere vacuū. Vt enim in aqua ſi ponat aliquis cubū/

Tral.ve.ex græ.recog.

cedet tanta aqua quantus eſt cubus: ſic & in aere/ ſed ſenſu īmanifeſtū eſt. Atq; ſemper itaq; in omni corpore habenti trāſlationem/ in quo eſt aptum natura/ trāſferri: neceſſe eſt/ niſi condenſetur/ cedere aut deorſum ſemper/ ſi deorſum latio eſt vt terræ/ aut ſurſum ſi ignis/ aut ad vtraq; vt aer / ſiue quodcunq; aliud ſit impoſitum. in vacuo autem: hoc quidem impoſſibile eſt. non enim: corpus eſt. Per vacui autem æquale ſpacium tranſiuiſſe videbitur: quod quidē erat & prius in vacuo. tanquam ſi neq; aqua cederet ligneo cubo/ neque aer: ſed omnia tranſirent per ipſum. At vero & cubus tantam habet magnitudinem: quantum occupat vacuum. quæ etſi calida eſt aut frigida / aut grauis aut leuis: nichilominus ratione / altera ab omnibus paſſionibus eſt/ etiam ſi ſeparabilis non ſit ab illis. dico autem: lignei cubi molem. quare & ſi ſeparetur ab omnibus/ & neq; leuis/ neq; grauis ſit: occupabit æquale ſpacium/ & in eadē erit & loci & vacui parte æquali ſibi. quid ergo differet corpus cubi: ab æquali vacuo/ & loco? et ſi duo talia: propter quid nō & quotlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc: inconueniens/ & impoſſibile eſt. Amplius autem manifeſtū eſt: q̄ hoc/ cubus habebit etiā cū tranſfertur/ quod & alia corpora omnia habent. quare ſi a loco nichil differat: quid oportet facere locum corporibus præter vniuſcuiuſq; molem/ ſi impaſſibilis moles eſt. nichil enim confert: ſi alterum circa ipſum æquale ſpacium huiuſmodi ſit. Q̄z igitur non ſit ſeparatum vacuum: ex his manifeſtum eſt.

¶ Sūt autem quidam: qui per rarum et dēſum putant manifeſtum eſſe q̄ eſt vacuum. Si enim nō eſt rarum & denſum: neq; coire et denſari poſſibile eſt. ſi vero hoc non ſit: aut omnino motus non erit/ aut totum fluctuabit/ vt dixit Xuthus/

Argyropylus

quiſpiam cubum poſuerit: tantum aquæ cedet quantus eſt ipſe cubus. ſic & ī aere fiet: ſed ſenſu non patet. Et ſemper ōne corpus quod ferri poteſt: ad id ad quod aptum eſt ferri niſi denſetur/ aut ad infera ſi ſit terra/ aut ad ſupera ſi ſit ignis/ aut ad vtraq;/ feratur cedēdo neceſſe eſt/ ſiue cubus ſiue quoduis aliud in ipſo corpus ponat. At hoc quidem in vacuo fieri nequit: quippe cum nō ſit corpus. Cubū autem æquale vacui ſpacium penetraſſe videbitur: perinde atq; ſi aqua ligneo cubo non cederet neq; aer/ ſed ipſum ōnia penetrarent. Atqui cubus etiā tantam magnitudinem habet: quāta eſt ea vacui quæ occupatur ab ipſo. quæ etſi calida eſt aut frigida/ & grauis aut leuis/ non minus tamē ob hoc/ ratione ab vniuerſis affectibus eſt diuerſa: etiam ſi non ab illis ſit ſeparabilis. dico autem: ipſam lignei cubi molem. Quare etiam ſi ab illis omnibus fuerit ſeparata/ & neq; grauis fuerit neq; leuis: æquale ſibi ſpacium occupabit/ in eademq; loci vacuive parte ſibi æquali erit/ vt patet. quonā igitur cubi moles ab æquali vacuo differet: atq; loco? Et ſi duæ tales ſimul fuerint moles: cur & quotquot volueris in eodem nō erunt? Vnum igitur hoc: abſurdum ac impoſſibile ſequitur. Præterea patet id cubum ipſum habere cum tranſfertur: quod et vniuerſa cætera corpora habēt. Quare ſi nichil a loco differat: cur corporibus facere locum oportet p̄ter vniuſcuiuſq; molē/ ſi moles ſit affectuū expers? nichil eni cōfert: ſi tale circa ipſā ſpaciū aliud ſit æquale. Ex his igitur patet: in ratione rerū vacuum ſeparatū non eſſe. ¶ Sed ſūnt qui putāt: per rarum ac dēſum patere vacuum eſſe. Nam ſi non ſit rarū ac denſum: neq; fieri poteſt/ vt corpora coeāt atq; prematur. Q̄z ſi id nō ſit: aut motus omnino nō erit/ aut vniuerſū fluctuabit/ vt inquit Xuthus/

77

Xuthus

Argyropylus

aut in aerem æqualem atq; aquã fieri mutationem ſemper oportet. hoc inquam pacto/ vt ſi ex aqua poculi vnius oriatur aer: tanta ſimul aqua ex æquali aere generetur/ aut neceſſe eſt vacuũ eſſe. Alio namq; modo: fieri nequit vt corpora cõſtringantur ac dilatentur.

80 Si igitur id inquiunt eſſe rarũ qđ habet multa vacua ſeparata: patet ſi vacuũ ſeparatũ eſſe nõ poſſit/ ſicut neq; locus ſpaciũ habẽs/ neq; rarũ in ratione rerũ ſic eſſe.

81 Si vero nõ ſeparabile/ ſed tamen ineſſe qd vacuũ dicũt: minus qđe eſt hoc ipoſſibile. Accidit autẽ primo qdẽ: nõ oĩs motꝰ cauſã vacuũ eſſe/ ſed eius dũtaxat quo ſupera loca petũtur, rarũ enim: leue eſt: quapropter: & ignẽ rarũ inquiũt eſſe. Deinde nõ eſſe vacuũ motus ſic cauſã: vt in ipſo quid moueatur. ſed vt vtres mouẽt id ſurſũ quod adiũctũ eſt ipſis/ ex eo quia ſurſũ ipſi ferũtur: ſic et vacuũ ſurſum mouere. At quonã pacto latio vacui poteſt vel locus eſſe? vacui nãq; vacuũ id erit: ad quod fe

82 retur. Præterea: quã cauſã aſſignabũt qua graue deorſum fertur? Et inſup patet/ ſi quãto rarius quippiã magisq; vacuũ eſt/ tãto celerius ſurſũ feretur: qđ vacuũ ſit oĩno/ ſurſũ id vel celerrime ferri. At forſitan: & hoc moueri nõ poteſt. vt enĩ demõſtratũ eſt i vacuo cũcta imobilia: ſic eadẽ ratione vacuũ etiã demõſtrabĩt imobile eſſe. celeritates enĩ: cõparari nõ poſ

83 ſunt. ¶ At enĩ cũ vacuũ qdẽ nõ eſſe dicamus/ cætera autẽ vere ſint dubitata: & hæc cõſiderem⁹ oportet. Nã aut motꝰ nõ erit ſi raritas dẽſitasve nõ erit: aut inũdabit cœlũ: aut aqua ex aere/ & aer ex aqua ſemper orietur ęqualis. patet enĩ: plus aeris ex aqua ſemp oriri. Neceſſe eſt igiť ſi corpora nõ premantur atq; dẽſenť: aut id qđ hæret efficiat tandẽ expulſum vt/ vltimũ turgeat atq; tumeſcat/ aut alio in loco ęqualis aqua ex aere fiat/ vt tota moles æqualis ſit vniuerſi/ aut nichil penitus moueať. ſẽper enĩ cũ aliqd moueť id accidet: niſi verſeť. At nõ vniuerſa verſanť:

Tral.ve.ex græ.recog.

aut in æquale ſemper mutari aerem/ et aquã oportebit. dico autẽ/ vt ſi ex aquæ cyatho factus eſt aer: ſimul ex æquali aere/ tantam aquã fieri/ aut vacuum eſſe ex neceſſitate. coartari enim ac dilatari: nõ aliter cõtingit. Si igitur rarum dicũt multa vacua ſeparata habens: manifeſtũ eſt/ qꝫ ſi neq; vacuum eſſe poteſt ſeparabile/ ſicut neq; locus habẽs ſpacium ſuijpſius/ neq; rarum ſic. Si vero nõ ſeparabile/ ſed tamen ineſſe quid vacuum: minus qui- 81
dem impoſſibile eſt. Accidit autem/ primum quidem: nõ omnis motus cauſam eſſe vacuum/ ſed eius qui ſurſum eſt. rarum enim: leue. quapropter ignem: rarũ eſſe dicunt. Deinde cauſam motus non ſic eſſe vacuum: vt in quo. ſed vt vtres ex eo quia ferũtur ſurſum/ ferũt qđ ipſis cõtinuũ eſt: ſic vacuũ ſurſũ fert. Atqui qualiter poſſibile eſt: eſſe lationem vacui/ aut locum vacui? vacui enim eſt vacuum: ad quod fertur. Amplius autem: quomodo in graui aſſignabũt ferri deorſũ? Et manifeſtum eſt qꝫ ſi quanto rarius & magis vacuum fuerit/ ſurſum feretur: ſi omnino ſit vacuum/ velociſſime vtiq; feretur. Fortaſſe autem: & hoc impoſſibile eſt moueri. ratio autem eadem/ quoniam vt & in vacuo immobilia ſunt omnia: ſic & vacuũ qꝫ eſt immobile. incõparabiles enim ſunt: velocitates. ¶ Quoniam autem va- 31
cuum quidẽ nõ dicimus eſſe/ alia vero dubitata ſunt vere: aut motus nõ erit/ ſi nõ erit dẽſitas & raritas/ aut fluctuabit cœlũ/ aut ſemper æqualis aqua ex aere erit/ & aer ex aqua. manifeſtũ enĩ eſt: qꝫ plus aeris/ ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur/ ſi nõ eſt cõſtrictio: aut expulſum attiguũ vt vltimũ fluctuet facere/ aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquã/ vt tota moles totius æqualis ſit/ aut nichil moueri. ſemper enim re tranſmutata/ hoc accidet: niſi circulariter moueatur. Non autem ſemper fit in circulum/ loci mutatio:

Tral.ve.ex græ.recog.

ſed & in rectum. hi igitur: propter hæc vacuum aliquid eſſe dicerent. Nos autē dicimus ex ſuppoſitis, ꝙ eſt materia vna contrariorum, calidi & frigidi, & aliarū phyſicarum cōtrarietatū: & ex eo quod potentia eſt, id quod eſt actu, fit. et non ſeparabilis quidem eſt materia: ipſo autem eſſe diuerſa eſt. & vna eſt numero ſi forte fuerit: coloris, & caliditatis, & frigiditatis. eſt autem & corporis materia, & magni & parui: eadem. manifeſtum autem eſt. cum enim ex aqua factus eſt aer: eadem materia non inſuper accipiens aliquid aliud facta eſt, ſed quod erat potentia actu facta eſt. Atq; rurſus aqua ex aere: ſimiliter. Aliquādo quidem in magnitudinem, ex paruitate: aliquando vero in paruitatem, ex magnitudine. ſimiliter igitur ſi & aer multus exiſtēs, in minori fiat mole, & ex minori maior: potentia exiſtens fit materia vtraq;. Vt enī ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem, quia erat potentia: ſic & ex calido, magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidū, quādo minus erat calidū. Sicut neq; maioris circuli circunferētia & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cum ſit, aut alia: in nullo facta eſt curuitas, quod erat nō curuum ſed rectū. non enī ex eo quia intermittitur: ipſū minus aut magis eſt. neq; eſt accipere flammæ magnitudinem aliquam: in qua & albedo & caliditas non inſit. Sic igitur & prior calor poſteriori, quare & magnitudo et paruitas ſenſibilis molis, non inſuper accipiente aliquid materia, extenditur: ſed quia potentia eſt materia vtriuſq;. Quare eſt idem, denſum et rarū: & vna materia ipſorum eſt. Eſt autem ipſum quidem denſum, graue: rarum autem, leue. duo enim: ſunt in vtroque, & denſo et raro. graue enim et durum: denſa videntur eſſe. et contraria, leue inquam & molle: rara.

Argyropylus

ſed ſunt & ea quæ recto motu cîe tur. illi igitur: ob hæc ipſa, vacuū quid dicerent eſſe. Nos autem ex 84
hiſce quæ iam conceſſa ſunt, dicimus materiā vnā eſſe cōtrariorū, caliditatis inquā atq; frigiditatis & cæterarū naturaliū cōtrarietatū: & ex ente potentia, ens actu fieri. Atq; nō eſſe quidē ipſam materiā ſeparabilē: ratione vero eſſe diuerſam. Et vnam numero coloris ſi forte fuerit: et caliditatis atq; frigiditatis. Et corporis item materiā eandē magni ac parui: quod quidē ex eo maxime patet. Nā ſi factus eſt aer ex aqua: eadem materia facta eſt aer, nulla re inſuper alia aſſumpta, ſed quod erat potētia id tandem factum eſt actu. Et rurſus ſimili modo: ſi orta eſt ex aere aqua. Eadē nāq; materia, nūc in magnam ex parua: nūc in paruā ex magna vertitur molem. Simili igit modo, ſi & aer ex maiore ſtringitur in minorem, & ex minore rurſus in maiorem extenditur molē: materia ipſa quæ eſt ambo potētia, fit viciſſim vtrūq;. Nam vt ex frigido calidum eadem, & ex calido frigidū fit, quia potentia erat ambo: ſic & ex calido fit magis calidum, nulla prorſus ipſius parte tunc emergente calida, quæ nō erat antea calida, cū calida minus erat. Quēadmodū neq; ſi circūferentia circuli in minoris ambitum eſt redacta, ſiue ſit eadem ſiue ſit alia: pars ipſius vlla facta eſt curua quæ non erat antea curua ſed recta. Nō enī ex eo quippiam minus aut magis eſt tale: quia id intermittitur quo minus aut magis dicitur tale. Neq; fit vt flāmæ pars vlla ſumatur: in qua caliditas albedoq; non ſit. Quare & ipſa moles ſenſibilis non ideo extenditur aut cō ſtringitur, quia materies aliquid inſup accipit, aut abiicit: ſed quia ipſa materies vtrumq; ſubire poteſt. Quo fit vt idem ſit rarū et dēſum: & vtriuſq; materies vna. Atqui denſum quidē eſt graue: rarū autē leue. Duo nāq;: comitant vtrūq;. graue enī & durū, dēſa eſſe vidētur: leue vero ac molle, rara.

Argyropylus

Verum in plumbo ac ferro: gra
86 ue durumq; diſcrepant. Ex ijs igitur quæ dicta ſunt: patet neq; ſeparatū aut ſimpliciter aut in raro/ neq; potentia vacuum eſſe/ niſi quiſpiam voluerit omnino vacuum id appellare/ quod eſt cauſa lationis. Hoc autē pacto grauis ipſius leuiſq; materies vt eſt talis: vacuum erit. Rarum enim ac dēſum: hac quidē contrarietate/ lationis ſunt effectiua. Ratione vero duri molliſve: cauſa ſūt facilis difficiliſve paſſionis/ & non lationis ſed potius alterationis. Sed de vacuo quidem quo pacto eſt/ & quo pacto nō eſt in ratione rerum: hoc ſit modo determinatum.

CAPVT X.

87 POſt hæc autem: cōſequens eſt de tempore pertractare. atq; primo quidē dubitādum eſt de ipſo & per rationes exteras: ſi ſit in ratione rerum necne. deinde contemplandum eſt: quænam ſit
88 ipſius tandē natura. Ex his itaq; tempus nō eſſe penitus/ aut vix eſſe ac exigue: quiſpiam ſuſpicabitur. Nam aliud fuit ipſius atq; non eſt: aliud eſt futurum et nōdum eſt. Ex hiſce autē cōſtat: et infinitum/ & quod ſemper accipitur tempus. At hoc in ratione rerum eſſe/ quod ex hiſce quæ nō ſunt conſtat: impoſſibile eſſe vi-
89 detur. Præterea: partibilis omnis rei ſi ſit/ neceſſe eſt cum eſt/ aut omnes partes/ aut nōnullas eſſe. At temporis quod quidem eſſe partibile conſtat: aliæ partes tranſactæ/ aliæ futuræ ſunt/ nullaq; penitus adeſt. Ipſum autem nunc: partem non eſſe conſtat. pars namq;: metitur. at ipſum nunc: non metitur. Ex partibus pręterea: conſtet totum oportet. at tempus ex ipſis nunc: nō vi-
90 detur cōſtare. Inſuper ipſū nūc/ quod præteritum diſtinguere futurūq; videt/ vtrū vnū idēq; ſemper permaneat/ an aliud ſit atq; aliud: non diſcerni facile poteſt. Nā ſi ſit aliud atq; aliud ſemper/

Trial.ve.ex græ.recog.

Diſſonāt autem graue & durum: in plūbo & ferro. Ex dictis igitur manifeſtum eſt: q; neq; diſgregatū eſt vacuū/ neq; ſimpliciter/ neq; in raro/ neq; potentia/ niſi quis velit ōnino vocare vacuū/ cauſam lationis. ſic autē ipſius grauis ac leuis materia quatenus huiuſmodi: erit vacuū. Denſū enim & rarū: ſecundū hanc contrarietatem/ motus factiua ſunt. ſecūdum autem ipſum durū & molle: paſſionis & impaſſibilitatis / & non loco mutationis ſed alterationis magis. Et de vacuo quidē/ quo modo eſt/ & quomodo non eſt: determinatum ſit hoc modo.

CAPVT X.

COnſequens autem eſt ad 33
ea quę dicta ſunt: aggredi de tempore. primū autem bene ſe habet/ dubitaſſe de ipſo/ & per exteras rationes: vtrū ſit eorum quæ ſunt an eorum quæ nō ſunt/ deinde quæ ſit natura ipſius. Q; igitur omnino non ſit/ aut vix & obſcure: ex hiſce aliquis ſuſpicabitur. Aliud enim ipſius factum eſt/ & non eſt: aliud vero futurū eſt/ & nondum eſt. Ex his autem/ & infinitū & quod ſemper accipitur/ tempus: componitur. Quod autem ex ijs quæ nō ſunt cōponitur: fieri non poſſe videtur vt poſſideat aliquādo eſſentiam. Ad hæc autem: omnis rei partibilis ſi quidem ſit/ neceſſe eſt quando eſt/ aut quaſdā aut omnes partes eſſe. temporis autem: aliæ fuerunt/ aliq; vero/ futurę ſunt. nulla autem eſt: cum ſit diuiſibile. ipſum autem nunc: nō eſt pars. nam & menſurat pars: & componi oportet totum/ ex partibus. tempus autem: non videtur componi ex ipſis nunc. Amplius autem & ipſum nunc/ quod videtur diſtinguere præteritū & futurum/ vtrum vnum & idem ſemper permaneat/ an aliud ſit & aliud: non facile eſt videre. Si enim ſemper alterum & alterum eſt/

Tral.ve.ex græ.recog.

nulla autem eſt earum quæ ſunt in tempore alia & alia pars ſimul quæ non contineat/alia vero contineatur vt minus tempus ſub maiore/ipſum autē nunc quod nō eſt/prius autem fuit/neceſſe corruptum eſſe aliquando: & ipſa nunc ſimul quidem inter ſe nō erūt.corruptū autē eſſe: neceſſe eſt ſemper prius.in ſeipſo igitur corruptū eſſe/impoſſibile eſt:ex eo quia tunc eſt. In alio autem nunc/corrūpi ipſum prius nūc: non contingit.Sit enim impoſſibile:contigua eſſe adinuicem ipſa nunc/ vt punctum cum puncto.Si igitur in eo quod eſt conſequenter/ non corruptum eſt/ ſed in alio: in mediȷs nūc quę ſunt infinita/ſimul erit. hoc autem: impoſſibile eſt. At vero/ neqȝ ſemper idem permanere:poſſibile eſt. nullius enim diuiſibilis finiti: vnus terminus eſt. neqȝ enim ſi ad vnum ſit continuum: neqȝ ſi ad plura.ipſum autē nūc/terminus eſt:& tēpus eſt accipere finitum.Amplius ſi ſimul eſſe ſecundum tempus/& neqȝ prius neqȝ poſterius/ in eodē eſſe & ipſo hoc nunc ſit/et ſi qua prius aut poſterius in ipſo nunc ſunt: ſimul erūt quæ ante decies millenos facta fuerūt annos/cum ijs quæ fiunt hodie/ & neqȝ prius neqȝ poſterius vllum aliud alio. De ijs igitur quę inſunt
33 ipſi:tot ſint dubitata. ¶Quid autem eſt tempus/& quæ ipſius natura: ſimiliter et ex traditis immaniſeſtū eſt/& ex ijs quæ fuimus percurrētes prius. Nam quidam: vniuerſi eſſe motum dicunt. Alij: ſphæram ipſam.Atqui circulationis etiā pars: tempus quoddam eſt. circulatio vero:nō. pars enim circulationis eſt: quod acceptū eſt/ ſed non circulatio. Amplius autem/ ſi plures eſſent cœli: ſimiliter eſſe & tempus / cuiuſlibet ipſorum motus. Quare multa tempora: ſimul. Vniuerſi autem ſphæra: viſa eſt quidem /dicentibus eſſe tempus. quia & in tempore omnia ſunt: & in ipſa vniuerſi ſphæra. Eſt autē ſtultius quod dictum eſt: q̄ vt de eo im-

Argyropylus

cū plures partes tēporis nullę ſimul/niſi altera cōtineat ab altera perinde atqȝ minus a maiore tē pore cōtinetur/atqȝ id quod nūc quidem non eſt/antea vero fuit/ neceſſe ſit aliquando eſſe corruptum: ipſa nunc profecto ſimul non erunt. Prius autem ſemper corruptum eſſe:neceſſe eſt.In ſeipſo igitur corruptū eſſe non poteſt:propterea quod tunc eſt. In alio vero nūc:qui fieri poteſt vt ſit corruptum? Sit enim hoc impoſſibile/ipſa nūc ſibi hærere: vt puncto punctum. Si igitur non in eo quod eſt deinceps corruptū eſt/ ſed in alio:in ipſis profecto nūc mediȷs ſimul erit/quæ quidem ſunt infinita.At fieri nequit. At vero:neqȝ idem ſemper 91
permanere poteſt. nullius enim diuiſibilis finiti finis eſt vnus:ſiue ad vnum/ ſiue ad plura continuū ſit.At ipſum nunc/finis eſt: tempuſqȝ ſumi finitum poteſt. Præterea cum ſimul eſſe tempore/ & neqȝ prius neqȝ poſterius 92
nichil aliud ſit/q̄ in eodem nūc eſſe: ſi priora poſteriorave ī hoc nunc ſunt/ea profecto quæ ante centies centenos annos ſunt facta/ſimul cum ijs erunt quæ hodierno die conficiuntur/ & neqȝ prius quicq̄ alio neqȝ poſterius erit.De ijs igitur quæ inſunt tēpori:tot ſint dubitata. ¶Sed qdnam ſit tempus/ & quæ ſit ipſius natura: ſimiliter eſt obſcurū/ & ex ijs quæ a maioribꝰ noſtris tradita ſūt/& ex ijs quæ nuper a nobis ſūt dicta. Quidā enī vniuerſi motum/ quidam ſphæram ipſam: tēpus eſſe dixerunt.quorum:neutrum verum eſt. Etenim conuerſionis pars: tēpus eſt qdam.cōuerſio vero:non eſt.Pars enim conuerſionis eſt id quod ſumptum eſt:nō conuerſio.Prēterea ſi plures eſſent cœli: motus vniuſcuiuſqȝ ſimiliter tempus eſſet.Quare:plura tēpora ſimul eſſent.Sphærā autē vniuerſi 94
quidam adeo tempus eſſe putarūt:quia& in tēpore et vniuerſi ſphęra/ ſunt cūcta.Sed hoc adeo ſtultū eſt: vt ſupuacaneū ſit ea ī-

possibilia quæ sequuntur considerare. Cum vero motus quidã atq; mutatio quædã/tempus esse maxime videatur: id si sit consideremus oportet. Mutatio igitur motusve: in ipso est quod mutatur duntaxat/aut vbi id est qđ mouetur/ atq; mutatur. At tempus vbiq; est æque: & apud omnia. Præterea: mutatio quidem õnis celerior est atq; tardior. at tempus non est. Tardũ enim & velox: tẽpore est diffinitum. Nã id quidẽ est velox/quod in breui tẽpore magnũ: id autem tardum/quod in longo paruum spacium transit. At tempus: nec vt quantum quid est/nec vt quale/ tempore diffinitur. Tempus igitur non esse motum: satis iã patuit. Atq; nichil impræsentiarũ ĩtersit: vtro nomine motu an mutatione/vtamur.

96

97

CAPVT XI.

AT vero: nõ sine mutatione tempus esse videtur. Nam cũ ipsi nichil mẽte mutamur/aut non animaduertimus nos esse mutatos: non videtur nobis tempus fuisse. quẽadmodum nec hisce quos ferũt ĩ Sardo apud Heroas dormire: cum fuerint experrecti. Cõiungunt enĩ nunc ipsa/prius inquam atq; posterius/ vnumq; faciunt: medium ob sensus occupationem tempus excipientes. Vt igitur si nõ aliud atq; aliud/ sed vnum idemq; nunc esset/ tẽpus sane non esset: sic & cum lateat aliud atq; aliud esse/medium ipsum non esse tempus videtur. Qꝛ si tunc fit vt tempus esse nõ arbitremur cum nullam diffinimus mutationem / sed in vno atq; indiuisibili anima manere videtur / cum vero senserimus diffiniuerimusq; mutationem / tunc tempus fuisse dicimus: patet profecto sine motu mutatione ve tempus non esse. Quæ cũ ita sint: patet tempus nec motum esse/nec esse etiam absq; motu. Quoniam autem quidnã sit tempus quęrimus: sumamus oportet hinc ordientes/quidnam ipsius sit motus. Nam simul

98

possibilia consideremus. Postq̃ autem videt̃ maxime motus esse ac mutatio quædam/tempus: hoc considerandum erit. Vniuscuiusq; igitur mutatio/& motus: in ipso quod transmutatur est solũ/aut vbi fuerit ipsum quod mouetur & transmutatur. tempus autem: similiter & vbiq;/ & apud omnia est. Amplius autem/ mutatio quidem omnis/velocior aut tardior est: tẽpus autem nõ est. tardum enim & velox: tẽpore diffiniũtur. Velox enim est: quod in pauco/multum mouetur. Tardum autem: quod in multo/parum. Tempus autem nõ definitur tempore: neq; quo quãtum quid est/ neq; quo quale. Qꝛ igitur non est motus: manifestum est. Nichil autem referat nobis dicere in præsentia: motum aut mutationem.

CAPVT XI.

AT vero: neq; sine mutatione. cum enim ipsi nichil mutamur secũdum intelligẽtiam/ aut latet nos mutari: non videtur nobis fuisse tempus. sicuti neq; ijs qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas: cũ fuerĩt experrecti. Copulant enim primum nũc posteriori nũc/ & faciunt vnum: remouentes propter insensibilitatem/medium. Vt igitur/si nõ esset alterum nunc sed vnum & idem/non esset tempus: sic & quando latet alterum esse/non videtur quod medium est/ esse tempus. Si igitur vt nõ putemus esse tempus/ tunc accidit nobis / cum non diffinimus vllam mutationem/sed in vno & indiuisibili videtur anima manere/ cum autẽ senserimus ac diffiniuerimus/tũc dicimus fuisse tempus: manifestum est ꝙ non est sine motu ac mutatione/tempus. Qꝛ igitur neq; motus/neq; sine motu tẽpus est: manifestum est. Accipiendum est autẽ/ quoniã quærimus quid est tẽpus/ hinc incipiẽtibus: quidnã ipsius motus sit. simul enim

34

Tral.ve.ex græ.recog.

motum ſentimus / & tempus. Etenim ſi ſint tenebræ / & nichil per corpus patiamur / motus autem quidã in anima inſit: cõfeſtim ſimul videtur quoddã fuiſſe et tẽpus. At vero & cũ tẽpus videtur fuiſſe alí quod: ſimul et motus quidã fuiſſe videtur. Quare aut motus / aut motus aliquid: eſt tempus. Cum igitur nõ ſit motus: neceſſe
35 eſt motus aliquid eſſe / ipſum. ¶ Cũ autẽ quod mouetur / moueatur ex quodam in quoddã / & omnis magnitudo cõtinua ſit: ſequitur magnitudinẽ motus. Quia enim magnitudo cõtinua eſt: et motus eſt cõtinuus. Quia vero motus: & tẽpus, quantus enim motus eſt: tantũ & tẽpus ſemper videtur fuiſſe. Prius autẽ & poſterius: in loco primũ ſũt. hic quidẽ: poſitione. Quoniã autẽ in magnitudine eſt prius & poſterius: neceſſe eſt & in motu eſſe prius & poſterius proportionaliter ijs quę ſũt ibi. At vero & in tempore eſt prius & poſterius: propterea q̃ alterũ ſequitur ſemper alterũ ipſorũ. Eſt autẽ prius & poſterius ipſorum: in motu. Id quidẽ quod eſt / motus eſt: eſſe tamen ipſi / alterũ eſt / & nõ eſt motus.
36 ¶ At vero & tempus quidem cognoſcimus: cum diffiniuerimus motum / prius ac poſterius diffinientes. atq; tũc dicimus fuiſſe tempus: quando prioris & poſterioris in motu / ſenſum ceperimus. Determinamus autem aliud & aliud exiſtimando ipſa / & medium quippiam inter ipſa alterum. cum enim extrema altera a medio intellexerimus / duoq; dixerit anima / ipſa nũc / hoc quidem prius / illud vero poſterius: tunc & hoc dicimus eſſe tempus. Quod enim determinatur ipſo nũc: tẽpus eſſe videtur / & ſupponatur. Quãdo igitur tanq̃ vnum / ipſum nunc ſentimus / & non aut vt prius & poſterius in motu / aut vt idem quidem / non autẽ prioris & poſterioris cuiuſdã: nõ videtur tẽpus fuiſſe vllũ / quoniã neq; motus. Cũ autẽ prius & poſterius eſt: tũc dicimus tempus. Hoc enim

Argyropylus

motum tempuſq; ſentimus. Etenim ſi tenebræ ſint / & nichil per corpus afficiamur / motus autem inſit in anima: continuo ſane quoddã etiam ſimul fuiſſe tempus videtur. At cũ tẽpus / etiam quoddã videtur nobis fuiſſe: ſimul tũc et motus fuiſſe quidã videꝛ. Quibus efficiꝛ: vt tẽpus aut motus ſit / aut aliquid motus. Cũ igitur motus non ſit: neceſſe eſt ipſum aliquid motus eſſe. ¶ Cũ 99
autem id quod mouetur ex quodam in quoddam proficiſcatur / magnitudoq; õnis continua ſit: motus profecto magnitudinem ſequitur. Quia nãq; magnitudo continua eſt: ideo & motus continuus eſt. At quia motus continuus eſt: & tempus etiam continuum eſt. quantus enim eſt motus: tantũ & tempus ſemper fuiſſe videtur. Atqui: prius & poſte- 100
rius in loco eſt primo / atq; poſitione. Cum vero in magnitudine ſit: in motu quoq; ſimilitudine rationis prius eſſe poſteriuſve neceſſe eſt. At vero prius atq; poſterius in tẽpore etiã eſt: ex eo ſane quia ſemper alterum ipſorũ alterũ ſequitur. Prius autẽ in motu poſteriuſve / ſubiecto quidẽ eſt motus: ipſo autem eſſe diuerſum eſt / & non eſt motus.
¶ Atqui tẽpus quoq; cognoſcimus: cũ motũ definimus priore poſterioreve definientes. atq; tũc fuiſſe dicimus tẽpus: cũ prius in motu poſteriuſq; ſenſerimus. Hoc ipſo autẽ definimus: q̃ aliud atq; aliud ipſa / & aliud quid inter ipſa medium eſſe exiſtimamus. nã cũ extrema alia a medio intelligimus eſſe / & animus ipſa nũc duo dicit / alterũ prius / alterũ poſterius: tũc et hoc ipſũ tẽpus dicimus eſſe. qđ enī ipſo nunc definitur: id tempus eſſe videtur & ſupponitur.
Cũ igitur ipſum nũc vt vnũ ſen- 101
timus / & nõ aut vt prius in motu poſteriuſve / aut vt idem quidẽ / prioris vero cuiuſdã poſteriorisve: tẽpus tũc nullũ fuiſſe videtur / quoniã neq; motus. Sed cũ prius ſentim9 atq; poſterius: tũc & tẽpus dicimus eſſe. Hoc enim

Argyropylus

est tēpus: numerus motus per ip-
sum prius posteriusve. Non er-
go tempus est motus: sed vt mo-
102 tus ipse/numerū habet. Id ita es-
se:hoc indicat signū. nam plus
quidē & minus/numero: plurem
vero minorēve motū/tēpore so-
lemus discernere. Tēpus ergo:nu
merus quidā est. ¶Cum vero du-
plex sit numerus (nam & id quod
numerat ac numerabile/et id quo
numeramus:numerū dicimus) id
quod numeratur/ non id quo nu-
meramus/est tempus. Sunt autem
id quo numeramus / & id quod
numeratur:non eadē/sed diuersa.
103 ¶Atq; vt motus alius est atq; ali-
us: sic & tempus. Tempus autem
omne quod est simul:est idem. nā
ipsum nūc/idem est subiecto: esse
104 autē ipsius/diuersum est. Ipsumq;
tempus metitur: vt prius atq; po-
sterius est. Atq; tum est idem:tum
non est idem. Nam vt est idem
in alio atq; alio:differt. atq; hoc
pacto est ipsum nūc. subiecto ve-
ro:est idem. Etenī motus magni-
tudinem sequitur:& tempus mo-
tum/vt diximus. Quo fit vt & id
quod fertur/quo motū & prius in
ipso posteriusve cognoscimus:
punctū sequatur. Hoc igitur/ sub-
iecto quidem est idem. est enim:
aut punctū/ aut lapis/aut aliquid
aliud tale, ratione vero:diuersū.
perinde atq; Sophistę:Coriscū in
Lycio/Coriscū in foro esse/sumūt
esse diuersa. et hoc igitur vt alibi
est/ atq; alibi:est diuersum. At ip-
sum nunc sequitur id quod fertur:
perinde atq; tempus sequitur mo
tum. ipso nāq; quod fertur:prius
in motu posteriusve cognoscimus.
Prius vero posteriusve vt nume-
rabile est: ipsum profecto est nūc.
Quare & hoc ipsum:subiecto qui-
dem est idem. est enim prius aut
posterius: quod est in motu. ipso
autem esse: diuersum est. prius
namq; posteriusve/vt numerabi-
le est: ipsum est nunc. est etiam
hoc:maxime nunc. Nam & mo-
tio ob id quod mouetur / & la-
tio ob id quod fertur:est nota. Est
enim hoc aliquid/ id quod fertur:
motus vero non est. Est igitur

Tral.ve.ex græ.recog.

est tempus: numerus motus secundū pri-
us & posterius. Nō ergo motus/tēpus est:
sed quatenus numerū habet motus. Signū
autem est. plus enim & minus discerni-
mus numero: motum autem plurem &
minorem / tempore. Numerus itaq; qui-
dam: tempus est. ¶Quoniam autem nu- 37
merus est duplex (etenī quod numeramus
ac numerabile/ numerum dicimus:et quo
numeramus) tempus est quod numeratur/
& non quo numeramus. est autem alterū
quo numeramus: & quod numeratur.
¶Et vt motus semper alius est et alius: sic 38
& tempus. Tēpus autem simul omne: idē
est. nā ipsum nūc: idē est/ secūdū id qđ est.
esse autem ipsi: alterū est. Ipsum autē nūc/
tempus metitur: quatenus prius est atq;
posterius. Ipsū autē nūc/ est quidē vt idē:
est vero vt non idē. Quatenus enim in alio
& alio est: diuersum est. hoc autem: est ipsi
nūc. quatenus vero est id quod est/ipsum
nūc: idem est. sequitur enī (vt dictū est) ma
gnitudinem: motus. hunc autem: tempus/
vt diximus. et similiter igitur punctum: id
quod fertur/quo motū cognoscimus/et pri
us in ipso & posterius. hoc autē secūdū id
quidē qđ est: idē est. punctū enī/ aut lapis/
aut aliquid eiusmodi: est. ratione autē: ali-
ud est. sicut Sophistæ accipiunt esse diuer-
sū: Coriscū in Lycio esse/et Coriscū in fo-
ro. et hoc igitur/ex eo quia alibi et alibi est:
diuersum est. ipsum autē nunc/ sequitur id
quod fertur: vt tēpus/motū. eo enim quod
fertur: cognoscimus prius et posterius in
motu. Quatenus autē numerabile est pri-
us et posterius: ipsum nūc est. Quare & in
his/id quidem quod est nunc: est idem. pri
us enī aut posterius est: quod in motu est.
ipsum autem esse: alterum. Quatenus enī
numerabile est prius et posterius: ipsū nūc
est. et notum maxime: hoc est. etenim mo-
tus est: per id quod mouetur/ et latio per
id quod fertur. Hoc aliquid enim est id
quod fertur: motus autem/non. Est igitur

Tral.ve.ex græ.recog.

vt idem ipſum nunc dictum ſemper: eſt autem/vt non idem. etenim ſimiliter: et quod fertur. Manifeſtum eſt autem/ꝙ et ſi tempus non ſit/ ipſum nunc non erit: et ſi ipſū nunc non ſit/tempus non erit. Vt enim ſimul ſunt/id quod fertur/ et latio: ſic et numerus eius quod fertur/et mutationis. Tempus enim eſt: loci mutationis numerus. ipſum autem nunc/eſt vt quod fertur: vt vnitas/numeri. et continuum tempus eſt/ ipſo nunc: et diuiditur ſecundum ipſum nunc. ſequitur autem hoc: loci mutationem/et id quod fertur. Etenim motus et loci mutatio vna eſt/ipſo quod fertur/quia vnum: et nō ſecūdū id quod eſt (etenim deficeret) ſed ratione. Et diſterminat priorē et poſteriorē motū: hoc. Sequitur autem et hoc quodā modo: punctum. etenim punctum: et continuat quodāmodo longitudinem/et diſterminat. eſt enim huius quidem/ principiū: illius vero/ finis. Sed cum ſic quidem accipiat aliquis/tanq̄ duobus vtens vno: neceſſe eſt ſtare/ ſi erit principium et finis/idē punctus. ipſum autem nunc: ex eo quia mouetur id quod fertur/ſemper alterū eſt. Quare tempus numerus eſt/non vt ipſius puncti/quia et principium et finis eſt: ſed vt vltima ipſius lineæ magis/ & non vt partes/ & propter id quod dictum eſt. medio enim puncto/ tanq̄ duobus: vtimur. Quare: vt quieſcat/ accidit. Et inſuper manifeſtum eſt ꝙ neq; pars eſt ipſum nunc/temporis/ neq; diuiſio/ motus: ſicut neq; puncta ipſius/ lineæ. lineæ enim duæ: partes vnius ſunt. Quatenus igitur terminus eſt ipſum nunc: non eſt tempus/ ſed accidit. Quatenus vero numerat: numerus. termini enim illius ſolum ſunt: cuius ſunt termini. Numerus autem horū equorū/ denarius ſcilicet: & alibi eſt. Qz igitur tempus numerus motus eſt ſecundum prius et poſterius/ et continuum (nam continui eſt) manifeſtum eſt.

Argyropylus

tum idem id quod nunc dicitur ſemper: tum non idem. quippe cū & id quod fertur: tales ſubeat modos. Patet etiam/nunc ipſum non 105
eſſe/ſi tempus non ſit: & tempus non eſſe/ſi non ſit ipſum nunc. Nā vt ſimul ſunt id quod fertur/& latio: ſic & numerus eius qđ fertur/ & numerus ipſius etiam lationis ſunt ſimul. Eſt enim tempus quidem: numerus lationis. Ipſum autem nunc/eius quod fertur: perinde atq; vnitas/numeri. Eſt præterea tempus: ipſo nunc continuum/ atq; diuiſum. hoc enim: ad lationem/ & ad id quod fertur/accommodatur. Nam motus ac latio vna eſt/ ipſo ſane quod fertur/propterea quod vnum eſt: & non ſubiecto (ſic enim: intercapedines eſſe poſſunt) ſed ratione. Diſtinguit etiam hoc: priorē poſteriorēq; motum. Atq; hoc: etiam accommodatur quodammodo pūcto. Etenim pūctum: & cōtinuat longitudinē/ & diſtinguit. Nam huius/principium eſt: illius/finis. Verum cum 106
hoc pacto quiſpiā ipſum ſumit/ vt ipſo tanq̄ duobus vtatur: tunc ſtetur neceſſe eſt/ſi punctum idem principiū erit ac finis. Ipſum autem nūc: quia id quod fertur mouetur/aliud eſt atq; aliud ſemper. Quare tempus eſt numerus: non hoc ſane ꝙ nunc ipſum perinde atq; punctum idem/principiū ſumitur atq; finis/ob id porro quod antea diximus (tunc enī erit vſus medij puncti: tanq̄ duorū. quare fiet/ vt ſtetur) ſed hoc potius ꝙ eā in hoc/ipſa nūc ſubeunt rationem/ quā extrema lineæ in eadē/ atq; non vt partes. Patet enim/ 107
neq; nūc ipſum temporis eſſe partem/neq; diuiſionē/motus: quēad modum neq; puncta ſunt lineæ partes/ ſed duæ lineæ ſemper. Ipſum igitur nūc vt eſt quidē finis/ tempus non eſt: ſed accidit. Vt autem numerat: numerus eſt. Nā fines quidē illius ſunt ſolum: cuius ſunt fines. Numerus autē horum equorū/denarius inq̄: & alibi etiā eſt. Patet igitur tēpus numerū eſ- 108
ſe motus per prius poſteriuſve: & continuū etiā eſſe/ cum ſit continui numerus/vti diximus.

CAP. XII.

NVmerus autem minimus: absolutꝰ quidam est/dualitas inquam ipsa. quidam autē: partim est/partim nō est. Veluti lineę/multitudine quidē minimus est: duæ inq̄ lineæ/ aut vna. magnitudine autē: esse non potest. omnis nāq; linea: diuiditur semper. Quare similiter & tēpus. Numero quidem minimum: vnum vel duo. magnitudi-
109 ne vero: non est. Perspicuū etiam est: & cur velox quidem ac tardū non dicitur/multū autem & paucum/& longum ac breue dicitur. Quo namq; continuū est: hoc longum & breue. Quo vero numerus est: hoc multum ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non est: quippe cū neq; numerus quo numeramus/ velox vllus sit atq;
110 tardus. ¶Est etiā idē simul vbiq;: non est autem idem tempus prius posteriusve. quoniam & mutatio præsens quidem est vna: facta vero futuraq;/ alia. Tempus autem: numerus est/non quo numeramus/sed qui numeratur. Atq; hoc sane: aliud est prius atq; posterius semper. nam ipsa nūc/alia sunt: vt patet. Est autē vnus idēq; numerus: centum hominum centumq; equorum. At ea quorum est numerus/ equi inquam & ho-
111 mines: sūt diuersa. ¶Præterea vt motus idem ac vnus iterum atq; iterum esse potest: sic & tempus idem vnumq; esse potest / velut
112 annus/ ver/autūnus. ¶Atqui non solum tempore motum/sed etiam tempus motu metimur: ex eo sane quia a sese vicissim definiuntur. Nam tempus quidem definit motū: quippe cū sit ipsius numerus/ vti diximus. Motus autem: tempus. Atq; multum paucumve dicimus tempus / motu metientes ipsum: perinde atq; numerum re numerabili numerabimus. vt vno equo: numerum ipsum equorum. Etenim numero quidem multitudinem equorum: vno autem equo/ numerum ipsum rursus equorum cognoscimus. similiter fit & in tempore atque mo-

CAP. XII.

MInimus autē numerus: quí- 39
dam simpliciter quidem est vt dualitas. quídam autem numerus: est quidem vt est / est autem vt non est. Vt lineæ minimus numerus / multitudine quidem: est duæ/aut vna. magnitudine autem: non est minimus. semper enim diuiditur: omnis línea. Quare símiliter et tēpus. minimum enim secundum numerum: est vnum/aut duo. secundum autem magnitudinem: nō est. Manifestū autem est: et propter quid velox quidem et tardum non dícitur/multum autem et paucum/et longum et breue. Quatenus enim continuū est: longum et breue dícitur. Quatenus autē numerus: multū & paucū. velox autem et tardū: non est. non enim numerus quo numeramus: velox et tardus vllus. ¶Et ídem etiā vbiq; símul est. Prius autē et posterius: non ídem. quía et mutatio prę̨sens quidem: vna est. facta vero et futura: altera. Tēpus autem: numerus est/non quo numeramus/sed qui numeratur. Hoc autem accidit secūdum prius & posterius: semper alterum. ipsa enim nunc: altera sunt. Est autem numerus/vnus quidem et ídem: centum equorū & centum hominum. quorum autem numerus est/altera sunt: equi scílicet ab homínibus. ¶Amplius autem vt contingit motū 41
esse eundem et vnum iterum et iterum: sic & tempus contingit/vt annum/aut ver/aut autumnum. ¶Non solum autem motum 42
tempore metimur: sed et motu tempus / propterea q̨ a seinuícem definiuntur. tempus enim/ definit motum: cum sit numerus ipsius. motus autem: tempus. Et dicimus multum aut paucum tempus / motu metientes: sícuti numerabili numerum. vt equo vno: equorum numerum. numero enim: equorū multitudínem cognoscimus. Rursus autē in vno equo: ipsum equorū numerū. símiliter autē: et in tempore/& mo-

Tral.ve.ex græ.recog.

tu.tempore enim/motū:motu autem/tempus mensuramus.& hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinē/ motus: motū autem/ tempus.ex eo quia quāta & continua et discreta sunt.propterea enim ꝙ magnitudo est huiusmodi:motus hæc patitur. propter autem motū:tempus. Atq; mensuramus & magnitudinē/motu:& motum/magnitudine.multā enim dicimus esse viā:si ambulatio multa est.& hanc/multā:si via multa sit.& tēpus/si motus:& motum/si tempus. ¶Quoniā autem tempus 43
est mensura motus ipsiusq; moueri/ metitur autem hoc/motū determinando quēdam motum qui mensurabit totū/sicut longitudinē cubitus determinando aliquā magnitudinē quæ remetietur totam/& est motum in tempore esse mensurari tempore & ipsum & esse ipsius/simul enim motum & esse motus mensurat/et hoc est ipsū in tempore esse mensurari ipsius esse : manifestum est / ꝙ & alijs hoc est ipsum in tempore esse/ mēsurari ipsorū esse a tēpore.In tempore enim esse: duorum est alterum. vnum quidem:esse tunc/quando tēpus est. alterum autem:vt quędā dicimus/ꝙ in numero sunt.hoc autē significat/aut vt partē numeri et passionē et omnino ꝙ numeri aliquid est: aut ꝙ est ipsius numerus. Quoniam autē numerus tempus est:ipsum quidem nunc/& prius & quæcūq; sunt huiusmodi/sic in tēpore sunt/ vt in numero vnitas/et impar & par.hæc enim/ numeri aliquid:illa vero/ temporis aliquid sunt . Res autem:vt in numero/ ita in tempore sunt. si autem hoc est : continentur a numero/ sicut & ea que sunt in loco a loco. Manifestum autem est etꝙ nō est in tempore esse esse quādo tēpus est:sicut neq; in motu esse neq; in loco/ quando motus et locus est. Si enim erit id quod est in aliquo sic : omnes res in quolibet erūt/et cœlum in milio.quādo enim milium est: et cœlum est.sed hoc quidem accidit:illud autem necesse est con

Argyropylus

tu. tempore namq; motum:motu vero tempus metimur. idq; acci- 113
dit:non sine ratione profecto. Sequitur enim magnitudinē motus/ & tempus motum:hoc sane quo quanta & cōtinua atq; diuisibilia sunt. quia namq; magnitudo est talis: ideo motus his est affectus. Tempus autem ob motum est tale:atq; metimur & magnitudinē motu/& magnitudine motum.nā si ambulatio multa sit/ viam multam dicimus esse: & hanc rursus multā/ si via sit multa. Similiter & tēpus/si motus:& motū/si tempus. ¶Cum autē tempus mensura sit motus ipsiusq; moueri/ mensuret autē motum definiendo motum aliquē qui metietur totum/ vt longitudinē vlna metitur definiendo magnitudinem aliquam quæ totam longitudinē metietur: patet & motum in tempore esse/ hoc esse sane/ ipsum inquā & esse ipsius/tempore mēsurari. Nam si- 114
mul & motum/& esse motus metitur: & hoc est ipsum in tempore esse/ mensurari ipsius esse. Et cætera etiam in tempore esse: hoc esse plane/ipsorum inquā esse a tempore mensurari. In tempore enim esse: duo significat. Vnum tūc esse: cum tempus est. Alterum: eo modo quo dicimus aliqua numero esse. hoc autem aut partem numeri/ vel affectum/& omnino quid numeri significat esse: aut ipsius numerū esse. Atq; cum tēpus sit numerus: nunc quidem ipsum & prius & istiusmodi cætera sic in tempore sunt/ vt vnitas est in numero/ & par atq; impar. Hæc enim aliquid numeri: illa tēporis aliquid sunt. Res autem in tempore sunt: vt in numero. Quod si ita sit: res a tempore vt a numero continētur/ quēadmodum & a loco ea quæ sunt in loco. Patet autem & in tempo- 115
re esse: non hoc esse / tunc inquā esse cum tempus est. quēadmodū nec in motu aut in loco esse/ hoc est: tunc esse cum motus/ aut cum locus est. Si enim in aliquo esse sic erit: omnes profecto res in quouis erūt/& cœlū in milio erit. nā cum miliū est: & cœlū etiā est. verū hoc quidē accidit: illud autē se-

Argyropylus

quatur neceſſe eſt / vt tempus ſit cum aliquid eſt in tempore. & motus ſit: cum aliquid eſt in motu.
116 Cum igitur in tempore eſſe/ ſit in ipſo eſſe tanq̄ in numero: maius quid tēpus omni eo quod in tēpore eſt/ ſumetur. ¶ Quapropter omnia quæ ſunt in tempore/ a tempore contineantur neceſſe eſt: quemadmodum & cætera quæ in aliquo ſunt. vt a loco: ea quæ ſunt in loco. Et patiantur etiam aliquid a tempore/ quemadmodum & dicere conſueuimus / nunc tempus conſumere / nunc tempore cuncta ſeneſcere/ nunc ob tempus itidem obliuiſci: ſed non didiciſſe nec adoleuiſſe/ nec pulchrum etiam euaſiſſe. corruptionis enim per ſe magis eſt cauſa: tempus. eſt enim: numerus motus. motus autē: id quod ineſt extrudit. ¶ Quæ cū ita ſint/ patet ea quæ ſunt ſemper / hoc ipſo ſane quod ſemper ſunt: in tēpore non eſſe. non enim a tempore continentur: nec ipſorum eſſe a tempore menſuratur. Signum huius eſt: ipſa nichil a tēpore pati/ propterea q̄ in tēpore non ſunt. ¶ At vero cum tēpus menſura ſit motus: erit & quietis menſura per accidēs. eſt enim in tēpore: quies omnis. non enim vt omne quod eſt in motu / ſic & id quod eſt in tēpore: moueat̄ neceſſe eſt. Tēpus nāq̄ nō motus eſt: ſed numerus motus. in numero autē motus: & id eſſe poteſt quod quieſcit. Nō enim ōne quod immobile eſt quieſcit: ſed quod caret motu/ atq̄ vt moueat̄ eſt aptū/ vt & antea diximus. Eſſe autē quippiā in numero: id eſt (vt diximus) eſſe numerū ipſius quēdam/ & mēſurari ipſius eſſe/ eo ſane numero in quo dicit eſſe. Quare ſi eſt in tēpore: a tēpore mēſurabitur. ¶ Metiet autē tēpus: & id quod mouetur/ & id qđ quieſcit. illud/ vt mouetur: hoc/ vt quieſcit. Nam alterius ipſorū motū: alterius quietē quāta quędā
119 ſit metietur. ¶ Quare id qđ mouetur/ nō a tēpore mēſurabile ſimpliciter erit vt quātum eſt quoddā: ſed vt motus eius eſt quantus. ¶ Quibus efficitur: vt ea non ſint in tēpore quæ neq̄ mouētur neq̄

Tral.ve.ex græ.recog.

ſequi/ et id quod eſt in tempore/ eſſe quoddā tempus quando & illud eſt. & id quod eſt in motu: eſſe tunc motum. Quoniā autem eſt vt in numero/ eſſe in tempore: accipietur aliquod maius tēpus omni eo quod eſt in tempore. ¶ Quapropter neceſſe eſt 44
omnia ea quæ in tempore ſunt: contineri a tempore/ ſicut & alia/ quæcunq̄ in aliquo ſunt. vt ea quæ in loco ſunt: a loco. Et patiq̄ itaq̄ aliq̄d a tēpore/ ſicut & dicere cōſueuimus/ q̄ tabefacit tempus/ & ſeneſcunt omnia tempore/ & obliuiſcūtur propter tempus: ſed non didicit/ nec nouū factū eſt/ nec pulchrū. corruptionis enī cauſa per ſe magis eſt: tempus. numerus enim: ipſius motus eſt. motus autē: expellit id quod ineſt. ¶ Quare manifeſtū eſt/ q̄ ea quæ ſemper 45
ſunt quatenus ſemper ſunt: nō ſunt in tempore. non enim cōtinentur a tempore: neq̄ mēſuratur eſſe ipſorum a tempore. Signū autem huius eſt: q̄ neq̄ patiuntur quicq̄ a tempore/ tanquam non exiſtentia in tempore. ¶ Quoniam autem tempus/ menſu- 46
ra motus eſt: erit & quietis menſura ſecundum accidens. omnis enim quies: in tempore eſt. non enim vt quod eſt in motu/ neceſſe eſt moueri: ſic & quod in tēpore. nō enī tempus/ motus eſt: ſed numerus motus. in numero autem motus: poteſt eſſe & quieſcens. non enim omne immobile/ quieſcit: ſed priuatum motu/ aptum autem natura moueri/ ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe autem in numero / eſt eſſe quendam numerum rei: et menſurari eſſe ipſius / numero in quo eſt. Quare ſi eſt in tempore: a tempore. ¶ Menſurabit autem tempus id 47
quod mouetur/ & quod quieſcit: quatenus hoc quidē mouetur/ illud vero quieſcit. motum enim ipſorum menſurabit: & quietem quanta quædam ſit. ¶ Quare/ quod mo- 48
uetur / non ſimpliciter erit menſurabile a tempore / quatenus quantum quoddam: ſed quatenus motus ipſius quantus eſt. ¶ Quare quæcunq̄ neq̄ mouentur neq̄ 49

Cap. 12 13

Tral.ve.ex græ.recog.

quiescunt: non sunt in tempore. Esse enim in tempore: est mensurari tempore. Tempus autem: motus et quietis mensura est. Manifestum igitur est/ꝙ neqꝫ omne quod non est/erit in tēpore: vt quæcunqꝫ non possunt aliter esse. vt diametrum: esse lateri cō mensurabilē. omnino enim si mensura quidem est motus/tempus per se/aliorum autē secundum accidēs: manifestum est/ꝙ quorū esse mēsurat/his ōnibus erit esse in quiete aut motu. Quæcūqꝫ igitur corruptibilia et generabilia sunt/et omnino quę aliquando quidem sunt aliquando vero non: necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam maius: quod excedet esse ipsorum/& id quod mensurat substantiam. Eorum autem quæ nō sunt/quæcūqꝫ quidem continet tempus: alia quidē erant/ vt Homerus aliquādo erat. alia vero erūt: vt futurorū aliquid. quę: ad vtrauis cōtinet. et si ad ambo: vtraqꝫ & erāt et erūt. Quæ aūt haudquaquā cōtinet: neqꝫ erant/neqꝫ sunt/ neqꝫ erunt. Sunt autē huiusmodi eorū quæ nō sunt: quorū opposita sunt semper. vt incōmensurabilem esse diametrum: semper est. et non erit hoc: in tempore. neqꝫ ergo: cō mensurabilē esse. Quapropter semper non est: quoniā contrariū est ei quod semper est. Quorum autem cōtrarium nō semper est: possunt et esse et non esse/ et est generatio et corruptio ipsorum.

CAP. XIII.

50

IPsum autem nunc: est continuatio temporis/sicut dictū est. Cōtinuat enim tempus præteritum/ et futurum: & omnino terminus temporis est. est enim/ huius quidem principium: illius autem/finis. sed hoc: non vt in puncto manēte manifestū est. diuidit autem: potentia. et quatenus quidem huiusmodi: semper alterum est ipsum nunc. quatenus autē copulat: semper idem est/vt in mathematicis lineis. nō enim idē semper/ vnūqꝫ punctū est: intellectu. diuidentium

Argyropylus

quiescunt. Esse enim in tēpore: est tēpore mēsurari. Tempus autem: motus est quietisve mensura. Pa 120
tet igitur: neqꝫ ōnia que non sunt/ in tēpore esse. ea enim nō sunt in tēpore: quæ nō possunt aliter se habere. vt diametrū esse cōmensurabile costæ. omnino enim si tēpus mensura est/motus quidem per se/ cæterorū vero per accidēs: patet quorū esse metitur/ eorum omniū esse in quiete vel in motu consiste re. Quę igitur sub corruptionē generationēqꝫ cadunt/ atqꝫ omnino nunc sunt nūc non sunt: ea in tēpore esse necesse est. est enī maius quid tēpus: quod esse ipsorū excedet/& id tēpus quod est illius æqua mensura. Cū autē ea quæ nō sunt/partim cōtineātur partim nō cōtineātur a tēpore: eorū quæ tēpus cōtinet/ quædam olim erant/ vt Homerus. quædā erūt: vt aliquid futurorū. quę quidem: altera ex parte continet tempus. Qꝫ si sint quæ ad vtrāqꝫ partē continet tempus: illa modum vtrūqꝫ subeunt. erant enim: ac erunt. Ea vero quæ neutra ex parte continet tempus: neqꝫ erāt/neqꝫ sunt/neqꝫ erūt. Sunt autē ea: quorū opposita semper sunt. veluti diametrū incommensurabilē esse costę: semper est. atqꝫ hoc: non erit in tēpore. neqꝫ igitur illud erit: diametrū inquā cōmensurabilē esse costæ. Quapropter semper nō est: quod cōtrariū est ei qđ semper est. Quorū vero contrariū nō semp est: ea & esse & nō esse possūt/ atqꝫ ipsorū est & generatio & corruptio.

CAP. XIII.

121

IPsum autē nūc: continuatio tēporis est/ vt antea diximus. Præteritū enī & accidēs tēpus cōiungit: atqꝫ vltimū omnino tēporis est. est enim huius quidē/principiū: illius autem/finis. verū hoc: non vt in puncto manēte patet. diuidit etiā potentia tempus: atqꝫ vt tale est/diuersum est semper. vt autem cōiungit: semper est idem/ vt in mathematicis lineis fieri solet. non enī idem semper/ vnūqꝫ punctum est: cogitatione. cum enī diuidimus: aliud est atqꝫ aliud

Argyropylus

punctum. At quo linea eſt vna: hoc idem eſt penitus pūctum. Sic & ipſū nūc/partim tēporis eſt diuiſio potētia vti diximꝰ:partim finis eſt vtrorūqꝫ ac vnio. Eſt autē idē & per idem diuiſio atqꝫ vnio,
122 at eſſe: non idem eſt. Ipſum igitur nunc:hoc vno dicitur modo. Alio vero modo:tempus huic propinquum. Dicimus enim:nunc accedit/quia hodie veniet. At res quæ actæ ſunt Ilij:non nunc fuiſſe dicimus/neqꝫ eluuionē.quāq tempus cōtinuū eſt vſqꝫ ad illa: ſed quia non ſunt prope / ideo non illo
123 modo dicuntur. ¶Ipſum autem olim:tempus eſt ad prius atqꝫ poſterius nūc definitum. vt olim capta eſt Troia:& olim eluuio erit. oportet enī:finitū ad ipſū nūc eſſe. erit ergo atqꝫ erat tēpus quoddā: ab hoc ad illud vtrūqꝫ determinatū. Qz ſi nullū eſt tēpus quod non
124 ſit olim:ōne ſane tēpus erit finitū. Deficietne igitur tādē? At id fieri nequit:ſi ſemp eſt motus. Aliudne igit atqꝫ aliud erit:an idē ſæpe redibit? An vt motꝰ:ita ſeſe habet & tēpus vt patet? nā ſi vnus idēqꝫ ſit tēpus idē ac vnū erit. Sin vero nō
125 ſit:nec illud vnū idēqꝫ redibit. Cū autē ipſum nūc/finis ſit atqꝫ principiū tēporis:nō tamē eiuſdē ſed trāſacti quidē finis/principiū autē cōſequentis. vt circulus in eodē quodāmodo curuū & concauū habet:ſic et tēpus in principio eſt ſēper/ac fine. et ꝓpterea:ſemper aliud aliudqꝫ videt. nō enī ipſū nūc: principiū eſt & finis eiuſdē. ſimul enī:et per idē oppoſita numero eſſent. non ergo tēpus deficiet: quippe cū ipſum ſit in principio
126 ſemper. ¶Ipſum aūt iā: pars futuri preteritiue tēporis eſt/idiuiduo nūc inſtāti propīqua. Quādo ābulabis aut ābulauiſti? iā ambulabo inquit aut iā ābulaui: quia tēpus in quo ābulabit vel ambulauit/eſt prope nunc ipſum inſtans/et non longe diſtat. Ilium autem non dicimus iam captum fuiſſe: quia lōge ab inſtanti nunc diſtat. ¶Ipſum autem nuper: ea pars eſt præteriti temporis quæ inſtanti nūc eſt propinqua. quādo veniſti? nuper inquiet: ſi tēpus inſtanti nunc

Tral.ve.ex græ.recog.

enī:aliud eſt. Quatenus autē eſt vna:idē penitus eſt. Sic et ipſum nūc. aliud quidē:temporis diuiſio ſecundum potentiam eſt. aliud autē:terminus vtrorūqꝫ/et vnio. eſt autē idem/et ſecundū idem: diuiſio et vnio. eſſe autem:non eſt idem. ipſorum igitur nunc: hoc quidē ſic dicitur/aliud autē/ cum tēpus quod eſt huius/prope ſit. vt veniet nūc:quia hodie veniet. venit nunc:quia hodie venit. Quę vero in Ilio geſta ſunt:fuerūt nō nūc. neqꝫ diluuium:fuit nunc. & tamen cōtinuum tempus eſt ad ipſa:ſed quia nō prope.
¶Ipſum autē olim: tēpus eſt determina- 51
tū ad prius et poſterius nūc. vt olim capta eſt Troia:et olim erit diluuiū. oportet enī terminari ad ipſum nūc. erit ergo quantū aliquod ab hoc/tempus:et ad illud. et erat ad pręteritum. Si vero nullum tempus eſt quod non ſit olim:omne erit tempus finitum. Deficiet ne igitur an non: ſi quidem ſemper eſt motus? aliud igitur/aut idē ſępe eſt. manifeſtū eſt/ ꝙ vt motus: ſic et tēpus eſt. ſi enī et vnus idem ſit aliquando:erit tēpus vnum et idem. ſin vero non: non erit. Quoniā autē ipſum nūc/ finis et principiū tēporis eſt ſed nō eiuſdē/ ſed pręteriti quidem finis/principiū autē futuri: vt habebit circulus in eodē quodāmodo curuū et concauū/ ſic & tēpus ſemper in principio erit et fine. et ob hoc: videtur ſemper alterum. non enim eiuſdem principium et finis: ipſū nunc. ſimul enim/et ſecundum idem: oppoſita eſſent. & non deficiet itaqꝫ tēpus. ſemper enim in principio eſt. ¶Ipſum autem 52
iam/propinquū pręſenti nunc atomo: pars eſt futuri tēporis. quando ambulabis? iam. quia prope eſt tempus: in quo futurū eſt. & præteriti temporis/ id quod non procul eſt ab ipſo nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum eſt/nō dicimus: quia procul valde eſt ab ipſo nūc.
¶Ipſum autem nuper: propinquum præ- 53
ſenti nunc/et pars præteriti eſt. quando veniſti? nuper: ſi ſit tempus propinquū præ-

Cap. 13 14

Tral.ve.ex græ.recog.

54 ſenti nunc. ¶Quōdam autem:quod pro=
55 cul eſt. ¶Repente autem: quod in inſen=
ſibili tēpore/propter paruitatē remotū eſt.
Mutatio autē omnis:natura remotiua eſt.
in tempore autem:omnia fiunt et corrum=
56 pūtur. ¶Quapropter et alii quidem:ſapi=
Paro entiſſimū dicebāt. Pythagoreus autē Pa=
ro indoctiſſimum: quia obliuiſcūtur & in
57 hoc/dicēs rectius. ¶Manifeſtū itaq; eſt/q̄
corruptionis magis erit per ſe cauſa q̄̃ ge=
nerationis:ſicut dictum eſt & prius. remo
tiuum enim:mutatio per ſe eſt. Generatio=
nis autem et ipſius eſſe:ſecundum accidēs.
Signum autem ſufficiens eſt:quia fit quidē
nichil/niſi moueatur quodāmodo ipſum et
agat. Corrūpitur autem:etiam cum nichil
mouetur.et hanc:dicere maxime conſueui=
mus a tempore corruptionē. At vero neq;
hanc/ tempus facit:ſed accidit in tempore
fieri et hāc mutationem. Q̄ igitur tempus
eſt/et quid eſt/et quot modis dicimus ipſum
nunc/et quid ipſum olim/ & nuper/& iam/
& quondam/et repente: dictum eſt.

CAP. XIIII.

58 Is autem nobis ſic determi=
natis:manifeſtum eſt q̄ om=
nem mutationem / et omne
quod mouet/neceſſe eſt mo=
ueri in tempore.velocius enī
et tardius : ſecundum om=
nem eſt mutationem. in omnibus enim:ſic
videtur. Dico autē velocius moueri : quod
prius dū trāſmutatur ad ſubiectū ſecundū
idem ſpaciū & regularē motū mouetur.vt
in loci mutatione:ſi vtraq; ſecundū circūfe=
rētiam mouentur/aut vtraq; ſecundum re=
ctam. ſimiliter autem eſt:et in alijs. At ve=
ro prius: in tempore eſt. prius enim et po=
ſterius dicimus:ſecundum eam quæ ad ip=
ſum nunc eſt diſtantiam.ipſum autē nunc:
terminus præteriti et futuri eſt. Quare/quo
niam ipſa nunc in tempore ſūt:et prius &
poſterius in tempore erunt.in quo enim eſt
ipſum nunc:et ipſius nunc diſtantia.econ=

Argyropylus

ſit ꝓpinquū. ¶Quōdā autē:pars
eſt eiuſdem tēporis longe ab eodē
nūc diſtās. ¶Subito autem dici=
mus: cū quippiā in tēpore inſen=
ſibili ob breuitatē dimotum eſt.
Mutatio autem omnis/natura eſt 128
dimotiua:atq; in tempore omnia
fiunt & corrūpuntur. ¶Quapro=
pter:ſunt qui ſapientiſſimum ip=
ſum eſſe dicebant. At Pythagori=
cus Paro rudiſſimū eſſe dixit:quia
in ipſo etiam obliuiſcūtur/rectius
dicens. ¶Patet igitur corruptio=
nis magis eſſe per ſe cauſam tem
pus q̄̃ generationis : vt & antea
diximus . mutatio namq; : per ſe
quidem eſt dimotiua. Generatio=
nis autem & vt quippiam ſit:cau
ſa per accidens eſt . Id indicatur
ex eo ſatis:quia nichil quidem fit
niſi ipſum moueatur aliquo mo=
do/atq; quippiam agat. Corrum=
pitur autem aliquid:etiam ſi non
moueatur.atq; hanc corruptionē
a tēpore fieri:maxime dicere con=
ſueuimus. Verū neq; hāc tēpus fa
cit:ſed hāc quoq; mutationē acci=
dit in tempore fieri. Eſſe igitur tē=
pus/& quidnam ſit/quotq; modis
nūc ipſum dicat/ & quid ſit olim/
quid iā/quid nuper/quid quondā/
quid ſubito;ſatis per ea quæ dicta
ſunt explicauimus. CAP. XIIII.

129 Is autem hoc pacto
determinatis: patet
omnem mutationē
neceſſario in tēpore
eſſe/ & omne quod
mouetur in tēpore moueri. celeri=
us enim & tardius:in omni ſane
mutatione eſt.nā:in cunctis ita vi
deť. Dico autē id celerius moueri:
quod prius ad id ad quod pergit
venit/modo ſit idem ſpaciū vni=
formiſq; motus. velut in latione:ſi
ambo ſuper circūferētia aut ſuper
recta linea moueātur/& in cæteris
ſimili modo. At ipſum prius:in tē
pore eſt. prius enim atq; poſterius:
ratione diſtantiæ ad ipſum nunc/
dicimus. ipſum vero nunc:termi=
nus eſt trāſacti atq; futuri. Quare
cum ipſum nunc in tempore ſit:
& prius ipſum poſteriuſve in tem
pore erit. in quo nāq; nunc ipſum
eſt:in hoc & diſtantiā ipſius nunc
eſſe neceſſe eſt. modo autem con=

Argyropylus

trario: prius ipſum in præterito atque futuro tempore dicitur. nam in præterito quidem id dicimus prius: quod longius ab ipſo nunc diſtat. id vero poſterius: quod eidem propinquius eſt. In futuro autem id quidem prius: quod eſt propinquius illi. id vero poſterius: quod ab eodem longius diſtat. Quare cum ipſum quidem prius in tempore ſit/ omnem autem motum comitetur ipſum prius vt patet: perſpicuum eſt omnem mutationem omnemq; motum in tempore eſſe. ¶Dignum autem eſt cõſideratione: & quonam modo ſeſe habet ad animam tempus/ & cur in omnibus tempus eſſe videtur/ & in terra/ & in mari/ atq; in cœlo. ¶An quia tempus cũ mẽſura ſit motus: affectus eſt quidam ipſius vel habitus/ hæc autem mobilia cuncta ſunt? In loco namq; ſunt vniuerſa. tempus vero ac motus: ſimul potentia ſunt atq; actu. ¶Dubitauerit autem quiſpiam: ſi anima ſublata tempus eſſe poſſit/ nec ne. nam ſi numeraturum eſſe non poſſit: neque quicquam numerabile eſſe poteſt. Quare patet: neq; numerum eſſe poſſe. eſt enim numerus: aut id quod numeratur/ aut numerabile ipſum. Q; ſi nichil aliud aptum eſt numerare q̃ anima/ & animæ mens: impoſſibile eſt ſi anima non ſit tempus eſſe/ niſi id quod ſubiecto eſt tempus/ ſi fieri poteſt/ vt ſit ſine anima motus. Ipſum enim prius atq; poſterius: eſt in motu. tẽpus autem: eſt hæc vt numerabilia ſunt. ¶Dubitauerit etiam quiſpiam qualiſnam motus tempus eſt numerus: an qualiſuis. Generatur enim in tempore ac augetur: & alteratur itidem in tempore atq; corrũpitur. Quo igitur motus eſt: hoc motus cuiuſq; tẽpus numerus eſt. Quapropter tempus: abſolute motus continui/ ſed non cuiuſdam numerus eſt. at vero fieri poteſt vt nũc & aliud moueatur/ quorum vtriuſq; motus tẽpus numerus erit.

Tral.ve.ex græ.recog.

trario autem dicitur prius & ſecundum præteritum tempus/ & futurum. in præterito enim prius dicimus: quod longius eſt ab ipſo nunc. poſterius autẽ: quod propius eſt. In futuro autem prius quidem: quod propinquius eſt. poſterius autem: quod longius eſt. Quare/ quoniam prius in tempore eſt/ omnem autem motum ſequitur ipſum prius: manifeſtũ eſt/ q̃ omnis mutatio & omnis motus/ in tẽpore eſt. ¶Dignum autem conſideratione eſt: & quomodo tandem ſe habet tẽpus ad animam. Et propter quid: in omnibus videtur eſſe tẽpus/ & in terra/ & in mari/ & in cœlo. ¶An quia/ ipſius motus paſſio quædã eſt/ vel habitus: cũ numerus quidẽ tẽpus ſit/ hæc autẽ/ mobilia õnia? in loco enim: omnia ſunt. tẽpus autẽ & motus: ſimul ſunt/ & ſecundũ potentiã/ & ſecundum actũ. ¶Vtrũ autẽ cum non ſit anima/ erit tempus/ an non: dubitauerit aliquis. Cum enim impoſſibile ſit numerantem eſſe aliquem: impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. Quare eſt manifeſtum: q̃ neq; numerus eſt. numerus enim eſt: aut quod numeratur/ aut ipſum numerabile. Si autem nichil aliud aptum natura eſt q̃ anima numerare/ et animæ intellectus: impoſſibile eſt tempus eſſe/ cum nõ ſit anima. niſi hoc: quod aliquando exiſtens tempus eſt/ vt ſi contingit motum eſſe/ ſine anima. prius autem & poſterius/ in motu eſt: tempus autẽ/ hæc ſunt/ quatenus numerabilia ſunt. ¶Dubitauerit autem aliquis: & qualis motus/ numerus tẽpus ſit/ an qualiſcũq;. Etenim generatur in tẽpore/ & corrumpitur: & augmentatur/ & alteratur in tẽpore/ & fertur. Quatenus igitur motus eſt: eatenus eſt vniuſcuiuſq; motus/ numerus. Quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui/ ſed non cuiuſdam: ſed eſt nunc motum eſſe & aliud/ quorũ vtriuſq; motus erit numerus.

59 60 61 62

Tral.ve.ex græ.recog.

Alterum igitur tēpus erit: et ſimul duo æqualia tēpora erunt/an nō? omne nāq; tempus:vnum ſimiliter & ſimul eſt.ſpecie autem:& quæ non ſimul. ſi enim ſint hi canes/illi vero equi/ vtriq; autem ſeptem:idem numerus eſt. ſic & motuū ſimul terminatorū:idem tēpus eſt.ſed hic quidem/ velox fortaſſis: alius vero/ non. & hic quidem/loci mutatio eſt: alius autē alteratio.tēpus tamen idem eſt:ſi quidem et numerus ęqualis ſit/ alterationis & loci mutationis/et ſimul ſint.Atq; propter hoc:motus quidem alterí/ & ſeorſum ſunt.tempus autē:vbiq; eſt idem. quia & numerus vnus & idem vbiq; eſt: qui eſt æqualium & ſimul.Quoniā autē eſt loci mutatio/& huius circularis/numeratur autē vnumquodq; vno quodā cōgeneo/vnitates vnitate/equi vero equo: ſic & tempus tempore quodam finito (menſuratur autem/ſicut diximus/& tēpus motu/ & motus tempore. hoc autē eſt:quia a determinato motu tēpore/mēſuratur ipſius motus/quātitas et tēporis) ſi igitur primū menſura omnium congeneorum eſt/circulatio regularis menſura maxime erit.quia numerus huius:notiſſimus eſt. Neq; igitur alteratio neq; augmētatio/neq; generatio: regulares ſunt. loci autem mutatio: eſt. Quapropter & videtur tempus eſſe/ſphæræ motus:quia hoc menſurantur alíj motus & tempus hoc motu. Propter hoc autem: et quod conſuetum eſt dici/ accidit. dicunt enim circulum eſſe/ humanas res: & aliorum motum habentium naturalem/ & generationem:& corruptionem. hoc autē eſt/ quia hæc ōnia tēpore diiudicātur/et accipiunt finē & principium/ ac ſi ſecundum quandam circulationem ſit.etenim tempus ipſum:eſſe videtur circulus quidam. hoc autem rurſus videtur: quia huiuſmodi loci mutationis menſura eſt: & menſuratur ipſum ab huiuſmodi.Qua-

Argyropylus

Aliud ne igitur atq; aliud erit:et ęqualia duo tēpora ſimul erūt/an vnū tēpus:motus metiet vtroſq;/ ōne nāq; tēpus: vnū ſimiliter eſt & ſimul. ſpecie vero ſunt eadem: & quæ nō ſunt ſimul. nā vt ſi ſint hi quidē canes/illi autē equi/atq; vtriq; ſint ſeptem:idem eſt numerus vtrorūq;.Sic & eorū motuum qui ſimul icipiūt ſimulq; deſinūt: idē eſt numero tempus/& ſi celerior alter forſitan eſt/tardior alter. et alter latio: alter eſt alteratio. q̄q̄ enī motus hiſce differūt differētijs:idē eſt tamē tēpus alterationis lationiſve æquale/ſi ſimul fiant.quippe cū & numerus ſit idē canū equorūve: quē diximus. et propterea motus quidem:diuerſi ſeorſumq; fiunt.tēpus autē:idem eſt vbiq;. quoniā & numerus eorū quæ ſūt æqualia:ſimulq; vnus et idem vbiq; eſt. Atqui cū latio 113
quidam ſit motus/et huius ſpecies ſit cōuerſio/ vnūquodq; autem vno quodā ſibi numeret propinquo/ vnitates quidē vnitate/equi autē equo: tēpus etiā hoc pacto tēpore profecto quodā mēſurabit definito.Atq; motu quidē:tēpus. motus autē:tēpore mēſurat/ſicuti diximus.Hoc autē ideo eſt:quia quantitas motus ac tēporis ab eo motu qui definitus eſt tēpore/mēſurat. Si igitur ipſū primū/propinquorū omniū eſt mēſura:vniformis ſane cōuerſio menſura potiſſimū erit.quoniam huiuſce numerus notiſſimꝰ eſt:vt patet.atq; alteratio quidē vniformis nō eſt/ nec accretio/ nec generatio: latio autē eſt. Quapropter & motus ipſius ſphærę/tempus eſſe videtur: quia cæteri motus hoc motu mēſurātur/et etiā ipſū tēpus.Propter hoc et id accidit:qđ cōſuetū eſt dici.res enī humanas et cęterarum eas q̄ naturalē motū et ortū ac obitū ſubeūt: circulū eſſe dicūt. Idq; propterea:q; hæ vniuerſæ tēpore diiudicātur/finēq; ſubeūt ac principium/ perinde atq; ſi reditione quadā hoc fiat. etenī tēpus ipſū: circulus quidā eſſe videt.hoc autē ideo rurſus videt:quia talis lationis eſt ipſū mēſura/ et a tali latione ipſum etiā mēſuratur.Qua-

Argyropylus

re dicere rerum eas quæ fiunt/ circulū eſſe:eſt dicere temporis circulū quendā eſſe.hoc autem ideo dicitur:quia tēp9 mēſuraī ipſa cōuerſione.Id enī qđ mēſuratur/nil aliud eſſe videtur prę-
134 ter id quod metitur:q̄ totū plures menſuræ. Dicitur etiā recte numerū quidē eundē eſſe ouiū atqꝫ canū/ſi eſt æqualis:quaternitatē autem nō eandem/ neqꝫ quatuor eadem eſſe. Quemadmodū neqꝫ triāguli ſunt ijdē:ij quorū alter ex æqualibus/ alter inæqualibus ōnibus lateribus conſtat.q̄q̄ eadē eſt vterqꝫ figura:quoniā ambo/ triāguli ſunt. Eadē enim aliqua eo dicuntur/ cuius nō differūt differētia: nō eo cuius differētia differūt. veluti trianguli dicti differentia trianguli differunt/non figuræ. Igitur trianguli quidem ſunt diuerſi: figuræ autem diuerſæ nō ſunt/ ſed in eandē vnāve cadūt diuiſionē.figura nāqꝫ:talis quidē eſt circulus/talis autē eſt triangulus. & iſce: talis quidē eſt æqualiū laterū/ talis autē inæqualiū.Sūt igitur eadē hi figura: triū enim vterqꝫ eſt angulorū.at nō ſunt triangulus idē. Et numerus igitur:dictus pari ratione idem eſt ſane. nō enī numerus ipſorū: differentia numeri differt.quaternitas autē: non eadē eſt. ea nāqꝫ de quibus dicitur:differunt.hęc enim/canes ſunt:illa/oues.Sed de tempore quidē ipſo/& de hiſce quæ circa ipſum quidē ſunt/ad hāc autē cōſiderationē accōmodātur: ſatis iam diximus.

¶Quarti Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/libri finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

re dicere rerū eas quæ fiūt/eſſe circulum: eſt dicere temporis eſſe quendam circulum.hoc autem eſt:quia menſuratur circulatione.Præter enim menſuram nichil aliud videtur eſſe menſuratum: q̄ multæ mēſuræ/totū.Dicitur autē recte/ & qꝫ numerus quidem eſt idem ouium & canū: ſi æqualis vterqꝫ ſit.denarius autem/non idem: neqꝫ decem eadem. ſicut neqꝫ trianguli ijdem:equilaterus inquam & ſcalenus . & tamen figura eadem eſt : quia ambo triāguli ſunt. idem enim dicitur: cuius nō differt differentia / ſed nō cuius differt. vt triangulus:trianguli differētia differt(diuerſi enim:triāguli ſūt) figuræ autem / non: ſed in vna et eadem diuiſione.figura enim / talis quidem circulus eſt: talis vero/triangulus. Huius autem talis quidem eſt æquilaterus : talis vero ſcalenus . figura igitur eadem & hæc.triangulus enim eſt. triangulus autē:non idem eſt. Et numerus igitur eodē modo . nō enī differt numeri differētia: numerus horū.denarius autem:nō idem eſt.in quibus enim dicitur:differunt.hęc enim/canes:alia vero/ equi ſunt. Et de tēpore quidē et ipſo & de ijs quæ circa ipſum / conſiderationi ſunt propria : dictum eſt.

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ:quarti libri finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus quinti de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

Argyropylus

¶Quintus Phyſicorum Ariſtotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioāne Argyropylo Byzantio.

CAP.I.

1 TRāſmutatur autem quod tranſmutatur omne: hoc quidem ſecūdum accidēs/ vt cum dicimus muſicū ambulare/ quoniam cui accidit muſicum eſſe/hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur/ ſimpliciter dicitur mutari: vt quæcunq; dicuntur ſecundum partes.ſanatur enī corpus:quia oculus/ aut thorax. hæc autem: partes ſunt totius corporis.Eſt autem aliquid quod neq; ſecūdū accidēs mouetur/neq; ex eo quia aliqua partiū ipſius/ſed ex eo quia ipſum mouetur primū: & hoc eſt ſecundum ſeipſum mobile. Secūdum aliū autem motum/ alterum eſt: vt alterabile.& alterationis/ſanabile et calefactibile:alterum. Eſt autem & in mouente: ſimiliter. aliud enim ſecundū accidēs mouet:aliud vero ſecūdum partem/ex eo quia partiū huius aliqua. aliud vero:per ſeipſum primum.vt medicus quidem ſanat: manus
2 vero percutit. ¶Quoniam autē eſt quidem aliquid mouēs primum/ eſt autem aliquid quod mouetur/ad hæc in quo tēpus/ & præter hæc ex quo/ & in quod/ (ōnis enim motus:ex quodā/& in quiddam.alterum enim eſt quod primū mouetur:& in quod mouetur/& ex quo.vt lignū:& calidum/ & frigidum.horum autem/ aliud quidem quod: aliud vero in quod/aliud autē ex quo)manifeſtum eſt igitur q̄ motus in ligno eſt/non in ſpecie. neque enim mouet/ neq; mouetur ſpecies/ aut locus/ aut ipſum tantum:

1 EOrum autem q̄ mutantur aliud per accidens mutatur:veluti cū ābulare muſicū dicimus/ quia id ambulat cui accidit muſicum eſſe. Aliud ex eo quia ſi huius aliquid mutat/ ſimpliciter dicitur mutari: vt ea quæ per partes mutari dicuntur. corpus enim ſanatur: quia oculus aut pectus ſanatur. hæc vero:partes totius corporis ſunt. At eſt aliquid qđ neq; per accidēs mouetur/neq; ex eo quia aliquid ipſius mouet/ ſed quia ipſū primo mouetur: atq; hoc eſt id quod per ſe mobile eſt. Eſt autē aliud/ in alio motu vt alterabile:& alterabilis/ſanabile aut calefactibile. Similis
2 eſt & in eo quod mouet: diuiſio. aliud enim per accidens mouet: aliud parte/quia ipſius aliquid mouet. aliud:per ſe primo. vt medicus quidem ſanat: manus autem percutit. ¶Cum
3 autem ſit quippiam quod primo mouet/ & quippiam quod mouetur/ & tempus in quo/ & præter hæc id ex quo & id ad quod (omnis namq; motus:ex quopiam in quippiam eſt. aliud eſt enim id quod primo mouetur:et id in quod/atq; ex quo mouetur. veluti lignum/et calidum atq; frigidum: quorū aliud eſt quod/aliud ad quod/aliud ex quo mouetur)patet motū in ligno eſſe/et nō ī forma.neq; enī forma/ neq; locus/ neq; etiā ipſum tantū mouet aut mouet:

Argyropylus

4 ſed eſt id quod mouet/ & id qđ mouetur:& id ad quod mouetur Mutatio namq;:magis ab eo ad quod eſt/q̄ ab eo ex quo eſt nuncupatur. Quapropter corruptio: mutatio eſt ad id qđ nō eſt. etſi id qđ corrūpitur:ex ente mutat. Et generatio ad ens eſt mutatio: etſi id quod generatur ex nō ente mutatur. Quid igitur eſt motus:prius eſt dictum. Formæ autem & affectus & locus ad quæ mouentur ea quæ ſubeunt motum:immobilia ſunt, veluti ſcientia & caliditas. Dubitauerit tamen quiſpiam: ſi affectus ſunt motus. albedo autē:eſt affectus. ad motum enim:erit mutatio, at fortaſſe nō albedo eſt motus: ſed dealbatio. Eſt autem & in iis id quod eſt per accidens: & id quod eſt per partem atq; per aliud/ & id etiam quod primo & nō per aliud eſt. Id enim quod dealbatur: ad id quidem quod itelligitur/mutatur per accidens. colori enim accidit: vt intelligatur. ad colorem autem: quia album pars eſt coloris. & in Europam: quia Athenæ pars: ſunt Europæ. Ad colorem autē album:per ſe. Patet igitur quomodo per ſe quippiam mouetur/& per accidēs/ac per aliud/ & quomodo idem primum eſt in mouente/ & in ſubeunte motum:& motum nō in forma/ ſed in eo quod mouetur in ipſoq;

6 mobili actu. Mutatio igitur ea quæ eſt per accidens;omittatur. eſt enim in omnibus:& ſemper ac omnium. Ea vero quæ non per accidēs eſt:nō in ōnibus eſt/ ſed in contrarijs & in medijs & in contradictione. cuius fides: eſt ex inductione. Fit autem e medio:mutatio. vtitur enim ipſo vt contrario: ad vtrumq;. Eſt enim medium:quodāmodo ipſa extrema. Quapropter & hoc ad illa/et illa ad hoc contraria quodāmodo dicuntur. ceu mediā fidium: grauis ad vltimā dicitur/& acuta ad primā. Fuſcū etiā:albū ad nigrum dicitur/ & nigrū ad al-

Tral.ve.ex græ.recog.

ſed eſt mouens/ & quod mouetur/ atq; in quod mouetur. Magis autē ab eo in qđ/q̄ ex quo mouetur: denominatur mutatio. Quapropter & corruptio:in id quod non eſt/ mutatio eſt. q̄uis & ex eo quod eſt mutetur:quod corrumpitur. Et generatio in id quod eſt: quāuis ex eo quod nō eſt. Quid igitur motus ſit: dictum eſt prius. Species autē/& paſſiones/& locus/ad quę mouētur ea quę mouētur:īmobilia ſūt. vt ſcientia & calor. Attamē dubitabit aliqs: ſi paſſiones motus ſunt. albedo autē:paſſio eſt. erit enī ad motum:mutatio. ſed fortaſſis non eſt albedo/ motus: ſed dealbatio. Eſt autem & in illis & quod eſt ſecundum accidens:& quod eſt ſecundum partem atq; ſecundum aliud/ & quod primo eſt & non ſecundum aliud. vt quod fit album: in id quod intelligitur/ mutatur ſecundum accidens. colori enim accidit:intelligi. in colorem autem: quia album/ pars eſt coloris. et in Europam: quia pars Europæ/ Athenæ ſunt. In album autem colorem: per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur/et quomodo ſecundum accidens/& quomodo ſecundum aliud aliquid/& quomodo idem primum et in mouēte eſt/& in eo quod mouetur: manifeſtum eſt. & q̄ motus non eſt in ſpecie: ſed in eo quod mouetur & mobili ſecundum actum. Quæ igitur ſecundum accidens eſt/ mutatio: dimittatur. eſt enim:& in omnibus/ & ſemper/ & omnium. Quæ vero non ſecundum accidens: non eſt in omnibus/ ſed in contrarijs/ & medijs/ & in contradictione. Huius autem fides: ex inductione eſt. Ex medio autem:mutatur. vtitur enim ipſo vt contrario: ad vtrumq; . Eſt enim quodammodo medium ipſum:extrema. Quapropter et hoc ad illa/et illa ad hoc:quodammodo dicuntur contraria. vt meſe:grauis ad neten/ et acuta ad hypaten. Atq; fuſcum: album ad nigrum/& nigrū ad al-

Tral.ve.ex græ.recog.

μεταβολή

3 bum. ¶Quoniam autem omnis trāſmutatio eſt ex quodam in quiddam (manifeſtat autem & nomen. poſt aliud enim aliquid: & aliud quidem prius ſignificat/ aliud autē poſterius) mutabitur quod mutatur / quadrifariā. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum/ aut ex non ſubiecto in non ſubiectū/aut ex non ſubiecto in ſubiectū/ aut ex ſubiecto in non ſubiectū. Dico autem ſubiectū:qđ affirmatione mōſtratur. ¶Quare neceſſe eſt ex ijs quę dicta ſūt: tres eſſe mutationes/eā quę eſt ex ſubiecto in ſubiectum/& eā quæ ex ſubiecto in nō ſubiectū/ & eā quæ ex nō ſubiecto in ſubiectū.quę enim eſt ex non ſubiecto in non ſubiectū: nō eſt mutatio/propterea ꝙ nō eſt ſecundū oppoſitionē.neq; enim cōtraria:neq; cōtradictio eſt.Quæ igitur ex nō ſubiecto eſt in ſubiectū mutatio ſecūdum contradictionē:generatio eſt.alia quidem ſimpliciter/ſimplex:alia vero quędā/cuiuſdā.vt ea quæ ex non albo in albū:generatio huius eſt. Ea vero quæ ex eo quod nō eſt ſimpliciter in ſubſtantiā:generatio ſimpliciter eſt/ ſecūdū quā ſimpliciter fieri/et non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex ſubiecto in nō ſubiectū:corruptio eſt/ſimpliciter quidē/quæ ex ſubſtātia ad ipſum nō eſſe eſt.quædā autē/ea quę eſt in oppoſitā negationē:ſicut dictum eſt & in gene

5 ratione. ¶Si igitur id quod nō eſt dicitur multipliciter/& neq; id quod eſt ſecundū cōpoſitionem aut diuiſionē contingit moueri/neq; quod eſt ſecūdū potentiā/quod ei quod eſt ſimpliciter ſecundū actū/ oppoſitū eſt (quod enim eſt non album/aut nō bonum:fieri poteſt vt moueatur ſecūdū accidens. fuerit enim homo:non albū. quod autē ſimpliciter non hoc eſt: nullo modo. impoſſibile enī eſt:quod nō eſt/moueri)ſi autē hoc:& generationē/motū eſſe

6 impoſſibile erit. ¶Generatur enim:quod nō eſt. nam & ſi q̄maxime ſecundū accidens generatur:attamen eſt verum dicere/

Argyropylus

bū. ¶Cū autē oīs mutatio e quo 7
pia ſit ad quippiā(vt ipſū quoq; nomē ſignificat)quorū aliud prius/aliud poſterius eſt: id qđ mutatur mutari quatuor modis poteſt. Aut enim e ſubiecto ad ſubiectū/aut e non ſubiecto ad non ſubiectum/ aut e nō ſubiecto ad ſubiectum/ aut e ſubiecto ad nō ſubiectū mutatur. Dico autē id ſubiectū/qđ affirmatione ſignificatur. ¶Quare ex dictis tres mutationes eſſe neceſſe eſt:eam quę e ſubiecto eſt ad ſubiectū/& eam quæ e ſubiecto ad nō ſubiectū/ et eam quæ e nō ſubiecto eſt ad ſubiectū. Ea nāq; quæ eſt e non ſubiecto ad nō ſubiectū: non eſt mutatio/quia per oppoſitionem nō eſt.neq; enī cōtraria:neq; cōtradictoria eſt. Ea igit mutatio quæ per cōtradictionē e nō ſubiecto eſt ad ſubiectum/ generatio eſt: alia ſimplex quæ eſt ſimpliciter/alia quædam quę eſt cuiuſdā. velut ea quidē quę e nō albo ad albū:huius eſt generatio. Ea vero quæ eſt ex eo quod non eſt ſimpliciter ad ſubſtantiam/ generatio ſimpliciter eſt: qua quidē ſimpliciter fieri & non aliquid fieri dicimus. Ea vero quæ ad nō ſubiectum eſt ex ſubiecto:corruptio eſt ſimpliciter quidē ea quę eſt e ſubſtantiā ad ipſum non eſſe. Quædam autē ea quæ eſt ad negationem oppoſitam: vt in generatione eſt dictū. ¶Si igitur 8
id quod non eſt multis dicitur modis/ & neq; id moueri poteſt quod in compoſitione diuiſioneq; conſiſtit: neq; id quod eſt potentia/quod quidem ei opponitur quod eſt ſimpliciter (nam id quidem quod eſt non album/ aut non bonum:moueri per accidens poteſt. eſſe enim id homo poteſt:quod eſt non album. Id autem quod nō hoc ſimpliciter eſt:nullo pacto moueri poteſt. fieri enim non poteſt: vt id qđ non eſt/moueatur) impoſſibile eſt ,pfecto generationē eſſe motū. ¶Id enī qđ haud eſt: generatur. nā et ſi q̄maxime p accidēs generat: vere tamē de eo qđ ſimpliciter generatur id dici poteſt/

ipſum inquã id eſſe:quod haud eſt.ſimili ſane modo fieri etiam nequit:vt ipſum idem quieſcat. Hæc igitur difficilia accidunt huic: moueri inquã id quod nõ eſt. & ſi omne quod mouetur in loco ſit/id autem quod nõ eſt in loco non ſit (erit enī alicubi) id profecto quod haud eſt/ non mouetur. neq; ergo corruptio: motus eſt.motui nãq;:motus cõtrarius eſt/aut qes.at corruptio:
9 contrariũ eſt generationi. ¶Cũ autem omnis motus ſit quædã mutatio/ tres vero ſint mutationes quas diximus/quarum duæ quæ in contradictione conſiſtũt generatio inquam atq; corruptio/ motus non ſint vt oſtendimus;motum eam eſſe ſolum mutationem neceſſe eſt/qua e ſubiecto ad ſubiectũ acceditur. Subiecta vero:aut cõtraria ſũt/aut media.etenim priuatio ponatur cõtrariũ.atq; nudũ/& album/ac nigrum; affirmatione ſignificantur.
10 Si igitur prædicamenta diuiſa ſint/& aliud ſit ſubſtãtia/aliud quantitas/aliud qualitas/aliud vbi/aliud ad aliquid/ aliud actio/aliud paſſio: tres eſſe motꝰ neceſſe eſt/quãtitatis/qualitatis/ & loci. CAPVT II.

IN ſubſtantia vero motꝰ nõ eſt: ꝓpterea ꝙ nichil ſubſtãtiæ cõtrarium eſt. ¶At:neq; in hiſce quæ ſunt ad aliquid. Altero enī ſubeũte mutationẽ:alterũ mutationẽ nõ ſubiẽs vere dici poteſt.quare:motus ipſorũ per accidens eſt. ¶Neq; itẽ agentis eſt motus ac patientis: neq; mouentis ac eius quod mouetur.quia motus nõ eſt motus: neq; generationis eſt generatio/ neq; omnino mutationis mutatio.
11 Motus enim dupliciter motus eſſe poteſt: aut vt ſubiecti/vt homo mouetur/quia ex albo in nigrũ mutatur. Et motus ne igitur hoc modo:aut calefit/aut frigefit/ aut mutat locum aut accreſcit/aut decreſcit? At hoc fieri nequit. Mutatio namque: non ſubit rationem ſubiecti. ꝙ eſt id quod nõ eſt/de eo quod generatur ſimpliciter.ſimiliter autẽ:& quieſcere. Hæc igitur omnia accidunt difficilia:moueri ad id quod non eſt. & ſi omne quod mouetur in loco eſt/quod autem non eſt/nõ eſt in loco(eſſet enim:alicubi) neq; ergo corruptio/ motus eſt.contrarium enim motui: motus eſt/aut quies. corruptio autem: generationi contrarium eſt. ¶Quoniam autem omnis motus mutatio quædam eſt/ mutationes autem tres quæ dictæ ſunt/harum autem eæ quæ ſunt ſecundum generationem & corruptionem non ſunt motus/ hæ autem ſunt quæ ſecundum contradictionem fiunt:neceſſe eſt eam quæ ex ſubiecto eſt in ſubiectum mutationem/ motum eſſe ſolũ. Subiecta autem: aut cõtraria ſunt/aut media.etenim priuatio: ponatur contrarium. et mõſtrãtur affirmatione: nudũ/ et albũ & nigrum. Si igitur prædicamenta diuiſa ſũt ſubſtãtia/& qualitate/& vbi/ & quãdo/ & ad aliquid/& quãtitate/ & ipſo agere/& pati:neceſſe eſt tres eſſe motus/eũ qui quãtitatis/& eum qui qualitatis/& eum qui ſecundum locum eſt. CAP. II.

SEcundũ ſubſtantiã autẽ nõ eſt motus:propterea ꝙ nullum eſt entiũ ſubſtantiæ cõtrariũ. ¶Neq; ei quod ad aliquid. Contingit enim:altero mutationẽ patiente/vere dici alterũ nichil mutationis ſubire.quare: ſecundum accidens motus horum eſt. ¶Neq; agentis aut patientis: neq; omnis mouentis & eius qui mouetur. quia nõ eſt ipſius motus/ motus: nec generationis/ generatio/neq; omnino mutatio mutationis. Primum enim dupliciter contingit motus eſſe motum: aut vt ſubiecti/vt homo mouetur/ quia ex albo in nigrum mutatur. An ne ſic & ipſe motus:aut calefit/ aut frigefit / aut locum mutat/ aut augetur / aut diminuitur? hoc autem : impoſſibile eſt. Nõ enim ſubiectorũ aliquid:eſt mutatio.

Tral.ve.ex græ.recog.

Aut ex eo:quia aliquod aliud ſubiectum ex mutatione mutatur in alteram ſpeciē. vt homo:ex ægritudine in ſanitatem. Sed neq; hoc poſſibile eſt:niſi ſecūdū accidens. hic enim motus:ex alia ſpecie in aliam mutatio eſt. & generatio etiā atq; corruptio: ſimiliter. verum hæ quidem in oppoſita ſic: motus autem non ſimiliter. Simul igitur mutatur ex ſanitate in ægritudinem:et ex hac ipſa mutatione/ in aliā. Manifeſtū autem ꝙ cum æger fuerit: mutatus erit in quālibet.contingit enim:quieſcere. Et amplius: non ad quamuis ſemper. & illa: ex quodam in quoddā alterum erit. Quare et oppoſita erit ſanatio: ſed ex eo quia accidit.vt ſi ex recordatione in obliuionē mutaretur: quoniam cui ineſt/ illud mutatur/ aliquando quidem in ſcientiam/aliquando vero in ſanitatem. Amplius autem in infinitum fiet abitio: ſi erit mutationis mutatio/& generationis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primam:ſi vltima erit.vt ſi ſimplex generatio fiebat aliquando: & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fit ſimpliciter: ſed aliquid quod fit & quod fit iam/ & rurſum fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tūc:id quod fit. Quoniam autem infinitorum non eſt quicq̄ primum: non erit primum. quare:neq; contiguum. neq; fieri igitur/ neq; moueri poſſibile eſt:neq; mutari quicq̄. Amplius: eiuſdē eſt/ motus contrarius & inſuper quies/ & generatio & corruptio. Quare id quod fit:cum fit id quod fit/tunc corrūpitur.neq; enim quod mox fit:neq; poſterius.eſſe enī oportet:quod corrūpitur. Amplius/ oportet materiam ſubeſſe: & ei quod fit/ & ei quod mutatur.quæ igitur erit? vt alterabile aut corp9/aut anima eſt:ſic id qđ fit/motus aut generatio. & rurſus: aliquid in qđ mouēt.oportet enī ꝙ aliquid ſit/ huius ex hoc in hoc motus:& nō motus aut generatio. Simul autē: & quomodo erit? non enī erit diſciplinatio:diſciplinatiōis generatio.

Argyropylus

Aut hoc ipſo: ꝙ aliquod aliud ſubiectum ex vna mutatione ad aliam mutationis ſpeciem/ perinde vt homo ex ægritudine ad ſanitatē / mutatur. At neq; hoc eſſe poteſt:niſi per accidēs.hic enī motus ex alia forma in aliam eſt mutatio:et generatio & corruptio modo eodē.hoc excepto/has quidem ad ſic oppoſita eſſe;motū autem nō ſimiliter. Simul igitur in morbum e ſanitate mutatur:& ex hac ipſa mutatione ad aliam. Patet igitur cū ægrotauerit:ad quāuis fore mutatum. quieſcere nāq; poteſt. Et inſuper:non ad quāuis ſemper/ & illa ex aliquo nimirum in aliqđ aliud erit. Quare:et oppoſita ſanatio erit. non ergo motus eſt motus:niſi per accidēs.velut ſi e recordatione in obliuionē mutatur: quia cui illud ineſt/ id iterdū ī ſciētiā/ interdū ī ſanitatē mutaī. Præterea ſi mutatiōis eſt mutatio/ generatiōiſq; generatio: in infinitū erit abitio. neceſſe eſt autē priorē eſſe: ſi poſterior erit. veluti ſi generatio ſimplex aliquādo fiebat:& ipſū fiēs fiebat. Quare nondum erat fiens ſimpliciter: ſed aliquid fiens/ atq; iam fiens/ & hoc rurſus aliquādo fiebat.quare nondum erat tunc:fiens. Cum autem infinitorum primū quicq̄ non ſit: primum ipſum non erit. quare: neq; id erit quod hæret. impoſſibile eſt igitˉ:generari quicq̄/moueri/aut mutari. Præterea eiuſdem eſt contrarius motus & quies inſuper: & generatio atq; corruptio. Quare ipſum fiens:tūc corrumpitur cū fit fiens. neq; enī ſtatim fiens:neq; poſterius. ſit enim oportet:id quod corrumpitur. Præterea:& ei quod generatur/ & ei quod mutatur/materiā ſubeſſe oportet. Erit igitur vt alterabile corpus eſt/ aut anima:ſic aliquid id quod fit motus vel generatio. Et aliqđ rurſus:ad quod mouentur. oportet enim huius ex hoc ad hoc motum aliquid eſſe: nō motū vel generationē. Et inſuper:quo pacto erit? Nō enī generatio præceptionis:erit præceptio.

Argyropylus

17 Quare neq; generationis erit generatio : neq; quædam cuiuſdã. Præterea ſi tres mutationis ſpecies ſunt: ſubiectã naturam harũ aliquam eſſe/ & ea in quæ mouentur/ neceſſe eſt. veluti lationem alterari aut ferri: neceſſe eſt. Omnino autem cum omne quod mouetur trifariam moueatur/ aut quia per accidens mouetur/ aut quia pars aliqua mouetur/ aut quia per ſe mouetur: per accidẽs dũtaxat mutari mutatio poteſt. veluti ſi is qui ſanatur: currit vel diſcit. At eã quæ eſt per accidẽs:

18 iamdudũ omiſimus. ¶Cum autẽ neq; in ſubſtantia/ neq; in relatione/ neq; in actione paſſioneve ſit motus: reſtat in qualitate/ quãtitate/ ac vbi tantũmodo motum eſſe. In vnoquoq; namq; iſtorum: contrarietas eſt. Is igitur motus qui in qualitate eſt: alteratio ſit. hoc enim cõmune nomẽ poſitũ eſt. atq; qualitatem non eam dico/ quæ in ſubſtãtia eſt (eſt enim & differentia: qualitas) ſed eam quæ eſt paſſiua/ qua quippiam pati dicitur aut impaſſibile eſſe. Is autem qui eſt in quantitate: communi quidem nomine caret. habet autem earum partium in quas diffunditur nomina : quarum altera accretio/ alia decretio nuncupatur. Ea quidem qua ad perfectam acceditur magnitudinem: accretio. Ea vero qua ex hac receditur: decretio. At is qui eſt in loco: & communi nomine caret & proprio. Latio autẽ: communi nomine nuncupetur. quãq; ea ſola proprie ferri dicuntur: in quibus cum mutant locum/ non eſt ſitum ſtare/ & quæ loco ſeip-

19 ſa non mouent. Mutatio autem ea quæ eſt eadem in forma ad magis ac minus tale : alteratio eſt. Ea nãq; mutatio qua ex contrario ad contrariũ itur/ aut ſimpliciter aut aliqua ex parte: motus nimirũ eſt. nam ſi ad minus tale acceditur/ ad contrariũ: ſi ad magis/ vt ex contrario in ipſum mutari dicetur. Nichil enĩ interẽſt: aliqua ex parte quippiam/ an abſolute muteť. attamẽ aliqua ex parte: eſſe ipſa cõtraria oportebit.

Tral.ve.ex græ.recog.

Quare neq; generationis / generatio : neq; quędam/ cuiuſdam. Amplius ſi tres ſpecies motus ſunt: harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturã/ & ea in quæ mouentur. vt neceſſe eſt: loci mutationem alterari aut ferri. Omnino autem quoniam mouetur omne quod mouetur / tripliciter/ aut quia ſecundum accidens/ aut quia pars aliqua/ aut quia per ſe: ſecundum accidens ſolum continget mutari mutationẽ. vt ſi is qui ſanatur: currat/ aut diſcat. Eam autem quæ ſecundũ accidens: dimiſimus olim. ¶Quo- 11
niam autem neq; ſubſtãtiæ/ neq; ipſius ad aliquid/ neq; ipſius facere et pati: relinquitur ſecundum qualitatem/ & quantitatem/ & vbi/ motũ eſſe ſolum. in vnoquoq; enim horum: eſt contrarietas. Motus igitur ſecũdum qualitatẽ : alteratio ſit. hoc enim inditum eſt/ cõmune nomẽ. Dico autẽ qualitatem: non quæ in ſubſtantia (etenim differentia: qualitas eſt) ſed quæ paſſiua eſt/ ſecundum quam dicitur pati/ aut impaſſibile eſſe. Qui vero ſecundum quantitatem eſt: ſecundum commune quidem innominatus eſt. ſecundum autem vtrunq;: augmentatio & diminutio. Is quidem qui eſt in perfectam magnitudinẽ: augmentatio. qui vero ex hac: diminutio. Qui autem ſecundum locum : & ſecũdum proprium & ſecũdũ cõmune innominatus eſt. vocetur autem latio: nomine communi. quãuis dicantur ferri hæc ſola proprie: cum non in ſeipſis ſit mutantibus locum/ ſtare/ & quæcunq; ipſa non ſeipſa mouent ſecundum locum . Quæ autem eſt in eadem ſpecie/ mutatio in magis & minus : alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in cõtrarium: motus eſt/ aut ſimpliciter / aut aliquo modo . in minus enim cum ierit : in contrarium dicetur mutari. in magis autem : vt ex contrario in ſeipſum. differt enim nichil: ſecundum quid mutari/ aut ſimpliciter. verum: aliquo modo oportebit cõtraria eſſe.

Cap.

2

3

Tral.ve.ex græ.recog.

Magis autē & minus eſt: ex eo quia plus aut minus contrarij ineſt/ & non. Qz igitur hi tres ſoli motus ſint: ex his manifeſtu eſt. ¶Immobile autē eſt: & quod omnino nō poteſt moueri/ ſicuti ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur: aut quod tarde incipit/ quod dicitur ægre mobile. Et quod aptum natura eſt/ poteſtq; moueri: non mouetur autem tunc cum aptum natura eſt/ & vbi/ et quomodo. quod quidem immobilium ſolum: quieſcere voco. contraria enim: quies motui eſt. Quare priuatio erit: ſuſceptiui. Quid igitur eſt motus/ & quid quies/ & quot mutationes/ & quales motus: manifeſtū eſt ex dictis.

CAP. III.

Argyropylus

Eſt autem ex eo magis minuſve tale: quia plus aut minus ineſt contrarij/ & non ineſt. Ex ijs igitur quæ dicta ſunt: patet motus has tres ſolas eſſe mutationes. ¶Eſt autem immobile: & id quod moueri nō poteſt/ vt ſonus inuiſibilis eſt. Et id quod multo in tempore vix mouetur: aut id quod tarde admodū incipit. Et id inſuper quod aptū eſt quidem vt moueatur/ moueriq; poteſt: nō tamen tunc cū eſt aptum moueri/ & vbi/ & quēadmodum eſt aptum/ mouetur. quod quidem ſolum immobiliū: quieſcere dico. eſt enim/ motui contraria quies. Quare fit: vt ipſa ſit priuatio ſuſceptiui. Quid igitur eſt motus/ & quid quies/ et quot ſunt mutationes/ & quot motus: per ea quę diximus perſpicuū iam euaſit.

CAP. III

Oſt hæc autem dicamus: quid eſt ſimul/ & ſeparatim/ & quid eſt tangere/ & quid eſt inter/ & quid conſequenter/ & quid contiguum/ & quid continuum/ & quibus vnumquodq; horum ineſſe aptum natura ſit. Simul igitur dicūtur hęc eſſe ſecundum locum: quæcūq; in vno loco ſunt primo. Separatim autem: quæcūq; ſunt in altero. ¶Tangere autem: quorū extrema ſunt ſimul. ¶Inter vero: in quod prius aptum natura eſt peruenire id quod mutatur/ q̄ in quod vltimum mutatur/ ſecundū naturam continue mutationem patiēs. In pauciſſimis autem eſt inter: tribus. vltimum enim eſt mutationis: contrarium.

¶Continue autem mouetur: quod nichil/ aut pauciſſimum intermittit rei/ non temporis. nichil enim prohibet intermiſiſſe/ et ſtatim etiam poſt hypaten ſonuiſſe neten: ſed rei in qua mouetur. hoc autem: & in ijs quæ ſunt ſecundum locum/ & in alijs mutationibus manifeſtū eſt. ¶Cōtrarium autē ſecundū locum: eſt quod ſecūdum rectam diſtat plurimum. minima enim: finita eſt. menſura autē: finitū eſt. ¶Conſequenter autem eſt: inter quod poſt principium ſolū

Oſt hæc dicamus: quid eſt ſimul eſſe & ſeorſū/ & quid tangere/ & quid inter/ & quid deinceps/ & quid hærens/ & continuum/ & quibus horū vnūquodq; competere aptum eſt. Simul igitur ea loco dicūtur eſſe: quæ vno in loco ſunt primo. Seorſum autem ea: quæ in diuerſis ſunt locis. ¶Ea dicūtur tāgere: quorū extrema ſūt ſimul. ¶Id eſt inter: ad quod prius accedere aptū eſt id quod mutatur/ q̄ ad id quod vltimum mutatur/ ſecūdum naturam continue ſubiens mutationem. atq; hoc: eſt in minimis tribus. Eſt enim vltimum mutationis: contrarium ipſum.

¶Continue autem id mouetur: quod nichil aut perparum rei/ non temporis intermittit. nichil enim intercapedo temporis prohibet/ fierique poteſt vt poſt primā fidium vltima cōtinuo ſonet: ſed rei in qua mouetur. Atq; hoc: & in motu qui loco accommodatur/ & in cæteris motionibus patet. ¶Cōtrarium autem id eſt in loco: quod plurimum recta linea diſtat. minima enim/ eſt finita: & finitū/ mēſura. ¶Deiceps id eſt: inter quod poſt

10 11 12 13 14 15 16 17 18 20 21 22 23 24 25

Argyropylus

principium / aut positione/ aut forma / aut aliquo alio definitū/ & id ad quod deinceps dicitur esse: nichil eorum cadit quæ in eodem genere sunt. vt linea ad lineam vel lineæ/ aut vnitas ad vnitatē vel vnitates/aut domus ad domum. Nichil vero prohibet: inter ipsa quippiā aliud esse. quod enim deinceps est: ad quippiā est deinceps/& est quid posterius illo. non enim ipsum vnum ad duo / aut calendæ ad nonas: sed hæc ad illa deinceps
26 sunt. ¶Hærens autē id est: quod deinceps est/ atq; insuper tangit. Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis / hæc autem sunt contraria/ & nichil est medium contradictionis: patet ipsum quod est inter/ in contrarijs ipsis esse. ¶Cōtinuum autē: est quid hęrens. dico autem tūc continuum esse: cum vtriusq; fines quibus se tangunt / vnum idemq; fuerunt facti / atq; vt nomen significat/ continētur. quod quidem esse non potest: si ex-
27 trema sint duo. Hoc definito patet in his esse cōtinuum: ex quibus aptum est vnum quid fieri tactu. & vt fit ipsum continuum vnum: sic & ipsum totum fore vnum. veluti clauo/ vel glutine/
28 vel tactu/ vel copulatione. ¶Patet etiam primum id esse: quod est deinceps. quod enim tangit: id deinceps esse necesse est. Non omne autē quod deinceps est: tāgit. ¶Quapropter ipsum deinceps esse: est & in hisce quæ sunt ratione priora / velut in numeris. tactus vero non est. & si continuum est: tangat necesse est. Si vero tangit: nondum continuum est. non enim si simul sint extrema ipsorum: vnum ipsa esse necesse est. sed si sint vnum: & simul esse necesse est. Quare copulatio: vltima est generatione. tangant enim necesse est: si copulabūtur extrema. Ea vero quę tangunt: non vniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est: in hisce patet nec copu-
29 lationem esse. ¶Quare si pun-

Tral.ve.ex græ.recog.

existens aut positione/aut natura/aut alio aliquo sic determinatum: nichil est eorum quæ sunt in eodem genere/ & id ad quod consequenter est. dico autem: vt ad lineam linea vel lineæ/ aut ad vnitatem vnitas vel vnitates/aut ad domum domus. Aliud autem nichil prohibet esse inter. consequenter enī: ad aliquid est cōsequēter/ & posterius aliquid est. non enim vnum cōsequenter est ad duo/ neq; noua luna ad secūdam consequenter est: sed hęc ad illa. ¶Cōtiguum 19
autem est: quod cum cōsequenter est/ tangit. Quoniā autem omnis mutatio in oppositis est/ oppositа autem sunt/ & contraria/ & quæ secundum cōtradictionem sunt/ contradictionis autem nichil est medium: manifestum est q; in cōtrarijs erit id quod est inter. ¶Continuum autem est quidem: 20
quod continuū quiddā est. dico autē esse cōtinuū: cū idem fiat & vnus/ vtriusq; terminus quibus tangūt/ & vt significat nomen/ cōtineātur. hoc autē esse nō potest: si duo sint vltima. Hoc autē determinato: manifestum est/ q; in ijs est continuū/ ex quibus vnum quid aptum natura est fieri secundū contactum. & vt demum fit continuum / vnum: sic et totum/ vnum erit. vt aut clauo/ aut glutine/ aut tactu/ aut insertu. ¶Manifestum autem est: & quod primum est id 21
quod consequenter est. quod enim tangit: necesse est consequenter esse. quod autem consequēter est: non omne/ tāgere. ¶Quapropter & in prioribus ratione: cōsequenter est/ vt in numeris. tactus autem/ non est. etsi quidem continuum est: necesse est tangere. Si vero tangit: nondū continuum est. non enim necesse est vnum esse ipsorū extrema: si simul sint. sed si vnum sunt: necesse est simul esse. Quare vltima consitio: secundum generationē est. necesse est enim tangere: si consita erunt extrema. Ea vero quę tangunt: non omnia consita sunt. In quibus autem non est tactus: manifestū est/ q; neq; est cōsitio in his. ¶Quare si est pun- 23

Cap. 3 4

Tral.ve.ex græ.recog.

ctum & vnitas/qualia dicunt ſeparata:non poſſibile eſt vnitatem & punctũ/eſſe idem. his enim ineſt tangere : vnitatibus autem/ eſſe conſequẽter.& inter hæc quidem:contingit eſſe aliquid. omnis enim linea: inter puncta eſt.inter illas autem:nõ eſt neceſſe. nichil enim: eſt inter dualitatem & vnitatem.Quid igitur eſt ſimul/& ſeparatim/& quid tangere/ & quid inter/ & quid conſequenter/& quid contiguum/ & quid continuum/ & quibus vnumquodq; horum ineſt:dictum eſt. CAP. IIII.

24 VNus autem motus : dicitur multipliciter.vnũ enim:multipliciter dicimus . Genere igitur vnus eſt:ſecundum figuras prædicamenti . Loci enim mutatio : omni loci mutationi / genere vnus eſt . alteratio autem:a loci mutatione diuerſus genere eſt. Specie autem vnus eſt : cũ genere ſit vnus / & in indiuidua ſpecie/ſit . vt coloris quidẽ ſunt differẽtiæ.Igitur alius ſpecie:denigratio & dealbatio . omnis igitur dealbatio : omni dealbationi idem ſecũdum ſpeciem erit.& omnis denigratio: denigrationi.albedini autem: non amplius . Quapropter ſpecie vnus eſt:dealbatio/ dealbationi omni.Si autem ſunt quædam/ quæ & genera ſimul et ſpecies ſunt: manifeſtũ eſt/ q; ſpecie quodãmodo vnus erit/ſimpliciter autẽ vnus ſpecie non. vt diſciplinatio : ſi ſciẽtia ſpecies quidem eſt exiſtimationis / genus autẽ ſcientiarũ. Dubitabit autẽ aliquis/ſi vnus ſpecie motus ſit:cum ex eodem/idem in idem mutetur.vt vnum punctũ: ex hoc loco/in hũc locum iterũ atq; iterũ. Si autẽ hoc eſt:erit circulatio/rectæ lationi eadem/ & volutio ambulationi . An determinatũ eſt/ſi id in quo eſt/alterũ eſt ſpecie:q; diuerſus motus eſt? circulare autem: a recto alterum ſpecie eſt. Genere igitur et ſpecie motus vnus:ſic eſt. Simpliciter autẽ vnus motus eſt: qui ſubſtantia vnus & numero/eſt.

Argyropylus

ctum eſt ſeparatum ac vnitas vt quidam dicunt: vnitatem ac punctũ idem eſſe impoſſibile eſt, pũctis enim competit tactus: vnitatibus/eſſe deinceps.& inter illa quidẽ:eſſe aliquid poteſt.omnis enim linea:eſt inter puncta. Inter vnitates autem:nichil eſſe neceſſe eſt. nichil eſt enim inter dualitatẽ ac vnitatem. Quid igi 30
tur eſt ſimul eſſe/ſeorſumq;/ quid tãgere/quid inter/ atq; deinceps eſſe/ quid eſt hærens/atq; continuum/ & quibus horum vnumquodq; competit : ſatis iam diximus. CAP. IIII.

VNus autẽ motus: 31
multis dicitur modis. Vnũ enim ipſum: multipliciter dicimus . Genere igitur vnus eſt motus:per prædicamenti figuras. lationes namq; omnes:vnus genere motus ſunt. Alteratio autem:a latione genere eſt diuerſus . Specie vero eſt vnus:quãdo & genere eſt vnus/ & in indiuidua ſpecie eſt.veluti coloris quidem ſunt differentiæ. Igitur dealbatio & denigratio: diuerſi ſunt ſpecie motus . Omnes igitur dealbationes eadem in ſpecie ſunt:& omnes itidẽ denigrationes.albedinis autẽ:non ſunt. Quapropter dealbationes omnes:vnus ſpecie motus ſunt. Oz ſi ſint aliqua quæ genera ſunt & ſpecies ſimul: patet vnũ quidem in illis ſpecie motũ eſſe/ non abſolute tamen ſpecie vnũ. qualis eſt diſciplina : ſi ſcientia exiſtimationis quidem eſt ſpecies/ ſcientiarũ autem genus.Du- 32
bitauerit autem quiſpiã/ ſi vnus ſit ſpecie motus:cũ ex eodem in idem/idem mutatur. veluti punctũ vnũ:ex hoc loco in hũc locũ iterum iterũve. At ſi ſit:cõuerſio rectaq; latio ijdẽ erũt ſpecie motus/& volutatio itẽ & ambulatio. An definitũ eſt diuerſũ eſſe mo- 33
tũ:ſi id in quo fit motus/ ſpecie ſit diuerſũ? circũflexũ aũt: a recto ſpecie differt, genere igitur ſpecieve motus:hoc pacto eſt vnus. Abſolute autẽ is vnus eſt motus: 34
qui ſubſtãtia & numero vnꝰ eſt.

Argyropylus

Sed quiſnam ſit talis: patefiet facta diuiſione. tria enim numero ſunt: circa quæ motum dicimus eſſe/ quod/ in quo/ & quando. dico autē: hoc pacto. eſſe enī quippiam quod mouetur: neceſſe eſt. velut hominē/ aut aurum. & in aliquo hoc moueri: ceu in loco/ aut in affectu. et quādo. omne enī quod mouetur: in tēpore mouetur. Eſſe igitur genere/ aut ſpecie vnū: in ipſa re in qua fit motus/ conſiſtit. Hærere autem: in tempore erat. At eſſe ſimpliciter vnū: in vniuerſis hiſce conſiſtit. etenim id in quo fit motus: vnū & indiuiduū eſſe oportet. veluti formā. & tēpus vnū eſſe: & non intercapedines fieri. Et id quod mouetur: vnū/ non per accidēs eſſe. vt albū nigreſcere: & Coriſcū ambulare. vnū autē eſt Coriſcus/ ac album: ſed per accidēs. neq; cōmune. fieri enim poteſt: vt duo ſimul homines eadē ſanatione ſanentur/ ex oculorū morbo in ſanitatē eorūdem pergētes. At nō vnus motus hic eſt: ſed ſpecie vnus. Si Socrates autē eadē alteratione ſpecie/ diuerſis tēporibus alteratur/ ſi corruptū iterū vnum numero fieri poteſt: erit & hæc alteratio vna. ſin non poteſt: erit eadē ſpecie/ ſed nō numero vna. Exiſtit autē huic ſimilis dubitatio: ſi vna ſit ipſa ſanitas & habitus ipſi omnino atq; affectus in corporibus ipſis/ necne? ea nāq; quæ habēt: moueri fluereq; videtur. Si eadem igitur atq; vna ſit mane & nūc ſanitas: cur & cum rurſus quiſpiam amiſſam recuperauerit/ & hæc & illa non vna numero erit? Eſt enim eadem ratio. verū hoc intereſſe videtur. q; ſi habitus ſint duo: duo erūt & ipſi actus. ſicut ſi actus ſit vnus: & habitū vnum eſſe neceſſe eſt. vnus enim actus numero: vnius numero habitus eſt. At ſi habitus ſit vnus: non fortaſſe cuipiam videbitur vnus etiam actus eſſe. cum enim ceſſauerit quiſpiam aubulare: non eſt ipſa ambulatio. rurſus autem ambulante: erit. Q; ſi vna & eadem eſt: idem ac vnum & corrumpi &

Tral. ve. ex græ. recog.

Quis autem huiuſmodi ſit: manifeſtū erit diuidentibus. tria enim ſunt numero/ circa quæ dicimus motū vnum: quod/ & in quo/ & quando. dico autem quod: quoniam neceſſe eſt eſſe aliquid quod mouetur/ vt hominem/ aut aurum. & in aliquo hoc moueri: vt in loco/ aut in paſſione. & quādo. in tē pore enim: omne mouetur. horum autem/ genere quidem aut ſpecie eſſe vnum: eſt in re in qua mouetur. Contiguum autem: erat in tempore. Simpliciter autem vnum eſſe: in omnibus his eſt. etenim in quo eſt: vnum oportet eſſe/ & indiuiſibile. vt ſpeciem. Et rurſus ipſum quando: vt tempus vnum/ & non intermittere. Et quod mouetur: vnum eſſe non ſecundum accidens. vt album nigreſcere: & Coriſcum ambulare. vnum autem eſt: & Coriſcus & album/ ſed ſecundum accidens. neq; commune. erit enim ſimul duos homines ſanari ſecūdum eandem ſanationē/ vt ophthalmiæ. ſed nō vnus hic eſt: ſed ſpecie vnus eſt. Socratem autem ſecundum eandem quidem alterationem alterari ſpecie/ in alio autem tempore & iterum in alio/ ſi quidem cōtingit corruptum iterum vnum fieri numero: erit & hic motus vnus. ſi vero non: idem quidem erit/ vnus autem non. Habet autem dubitationem huic ſimilem: & vtrum vna ſanitas & omnino habitus & paſſiones ſubſtantia ſint in corporibus? moueri nāq; videntur habentia: & fluere. Si igitur eadem & vna ſit mane & nunc ſanitas: cur non etiam cum intermiſſam acceperit iterum ſanitatem/ & hæc & illa vna numero erit? eadem enim ratio eſt. verum tantum intereſt/ q; ſi duo idē hoc ſūt: ſicut numero vnus/ et habitus eſſe neceſſe eſt. vnus enim numero actus: vnius numero eſt. Si vero habitus vnus eſt: fortaſſis alicui non videbitur vnus & actus eſſe. cū enim ceſſauerit ambulās: non amplius eſt ambulatio. rurſus autē ambulante: erit. Si igitur vnus et idem eſt: cōtinget vnum & idem & corrumpi &

Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.

esse sæpe. Hæ igitur dubitationes: extra
25 præsentem sunt considerationem. ¶Quoniam autem continuus omnis motus est: & simpliciter quidem vnum & continuum esse necesse est / si omnis quidem diuisibilis est. & si continuus: vnus. non enim fiet omnis/ continuus omni: sicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis/sed quorũ vnum sunt vltima. vltima autem: aliquorum quidem non sunt/ aliquorum autem sunt/sed specie differentia & æquiuoca. quomodo namq; tanget/ aut vnum fiet: vltimum li-
26 neæ & ambulationis? ¶ Contigui igitur erunt: & qui neque idem specie/neq; idem genere sunt. Postquam enim cucurrit aliquis: statim febricitare potest. & veluti lãpas ex successione: loci mutatio est cõtigua. continua autem: non. ponitur enim continuum: quorum vltima vnum sunt. Quare contigui & consequenter sunt: quia tempus continuum est. Continuũ autem est: quia motus continui sunt. hoc autem est: cum vnum vltimum fuerit amborũ. Quapropter necesse est: eundem specie esse/ et vnius/ & in vno tempore/ simpliciter continuum motum et vnum. Tempore quidem vt nõ immobilitas inter sit. in intermittente enim: quiescere necesse est. Multi igitur/ et non vnus motus est: inter quos quies est. Quare si aliquis motus statu intercipitur: neq; vnus est/ neq; continuus. intercipitur autem: si in medio tempus est. Eius vero qui specie non vnus est: non / etsi non intermittitur tempus. tẽpus enim: vnum est. specie autem: motus alius est. Motũ enim vnum: necesse est et specie vnum esse. hunc autem simpliciter vnum esse: nõ est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est: dí-
27 ctum est. ¶Amplius autẽ dicitur vnus et perfectus siue secundum genus/siue secundũ speciem/ siue secundũ substantiam sit: sicut et in alijs perfectũ et totũ ipsius vnius est. est autem quando/ etsi perfectus sit

Argyropylus

esse persępe potest. Hę igitur dubitationes: extra præsentem considerationẽ esse vidẽtur. ¶Cum 39
autem omnis motus continuus sit: si omnis est diuisibilis/ eũ qui simpliciter vnus est/ & continuum esse necesse est. et si cõtinuus est: vnus est. nõ enim omnis omni cõtinuus fieri potest/ sicut nec aliud quoduis cuiuis/ sed quorũ vltima vnũ fieri possunt. vltima vero: quorũdam nõ sunt/ quorũdam sunt/ ad diuersa specie atq; æquiuoca. Quo nãq; modo tãget/ aut vnũ fiet: vltimũ lineæ ãbulationisve? ¶Hærẽtes igitur erũt 40
& ij qui nõ idem specie: & ij qui non idem genere sunt. Post cursum enim: quẽpiam cõtinuo febres aggredi possunt. et vt facis ipsius ex successione motio/ latio est hærẽs: continua vero non est. positũ est enim ea continua esse: quorũ vltima sunt vnum. Quare hærẽtes quidẽ & deinceps ex eo sunt: quia tẽpus continuũ est. Continuum autẽ est: quia motus continui sunt. hoc autem est: cũ vtrorũq; extremũ est vnũ. Qua- 41
propter eum motũ qui simpliciter cõtinuus ac vnus est: eundem esse specie/ ac vnius/ & vno in tẽpore esse necesse est. Vno quidẽ in tempore: vt immobilitas inter partes nõ sit. intercapedine ení: mobile quiescat necesse est. Multi igitur & non vnus ij motus sunt: inter quos media quies cadit. Quare si quis motus intercipitur statu: is neq; vnus neq; cõtinuus est. Intercipitur autẽ: si in mediũ tẽpus cadit. Specie autẽ vnum esse oportet: quia vltima eius qui nõ vnus est specie/ vnũ euadere nequeũt/ & si tẽpus non intercipit. Tẽpus enim est vnũ: ille vero specie est diuersus. etenim motũ vnum & specie vnũ esse necesse est: hunc autem non necesse est simpliciter vnũ esse. Quis igitur motus vnus est absolute: iã diximus. ¶Præterea mo 42
tus vnus & isce dicitur qui est perfectus/siue genere sit/siue specie/siue numero vnus: quẽadmodũ & in cæteris perfectũ ipsum ac totũ ipsius vnius est. interdũ

autem & ſi imperfectus eſt: vnus
43 dicitur/modo cõtinuus ſit. ¶Inſu
per & alio modo præter dictos v=
nus iſce dicitur motus:qui vnifor
mis eſt. difformis enim aliqua ex
parte non vnus eſſe videtur: ſed
iſce potius qui vniformis eſt /
perinde atq; linea recta.difformis
enim: diuiſibilis eſt.Differre autẽ
videntur: vt magis tale minuſve
differt. Eſt autẽ vniformitas/om=
ni in motu:aut difformitas.Etenĩ
alterari quippiã vniformiter po=
teſt:& ſuper vniformia ferri/vt ſu
per circulũ aut lineam rectã.& cir
ca accretionem decretionemve ſi=
44 mili modo. Difformitatis autem
differentię ſunt.interdũ enim eſt:
ratione eius ſuper quod efficitur
motus. impoſſibile eſt enim vni=
formẽ eſſe motũ: ſi nõ ſuper vni=
formi magnitudine fiat/qualis eſt
motio ſuper lineã flexã/aut aliam
magnitudinẽ talẽ cuius quæuis
pars ad quãuis partẽ non accõmo
datur.interdũ nõ eſt ratione ſpa=
cij/non tẽporis/non eius ad quod
accedit:ſed ratione modi.celerita
te enĩ interdũ tarditateq;: motus
diſtinguitur.Cuius enim eadẽ eſt
celeritas:is eſt vniformis.cui⁹ ve=
ro nõ eadem eſt:is eſt difformis.
¶Quapropter celeritas tarditaſve
nõ ſunt ſpecies/nec differẽtiæ mo
tus:quippe cũ õnes motus diuer=
ſos ſpecie comitẽtur. Quare:neq;
grauitas leuitaſq; quę eſt reſpectu
eiuſdem/ceu terræ a ſeipſam/ aut
45 ignis reſpectu ſui.Vnus eſt igitur
& iſce motus qui eſt difformis/
continuitatis nimirũ ratione:ſed
minus qđ quidẽ ei lationi accedit
quę ſuper linea flexa ſit.Id autem
quod eſt minus:miſtione cõtrarij
ſemper eſt tale. ¶Qz ſi omnis mo
tus vnus & vniformis/& nõ vni=
formis eſſe poteſt : ij qui diuerſi
ſũt ſpecie atq; hærẽt/ nõ vn⁹ erũt
atq; cõtinuus mot⁹. Qui nãq; fieri
poteſt: vt hiſce ſit vniformis/q ex
alteratione lationeve cõſtat/accõ=
modẽtur enĩ:neceſſe eſt .CAP.V.

46 DEinceps diffiniẽdum
eſt quiſnã motus cui
motui cõtrarius eſt:&
de quiete ſimili modo.
Primũ autẽ diuidendũ eſt:vtrum
vnus dicitur:ſi ſolum ſit continuus. ¶Am 28
plius autẽ/aliter præter dictos:dicitur mo
tus vnus/regularis.irregularis enĩ: eſt qui=
dẽ vt nõ videat vnus / ſed magis regularis
ceu rectus. irregularis enim: diuiſibilis eſt.
Videt autẽ differre: ſicut magis et minus.
eſt autẽ in omni motu:quod regulariter eſt/
aut nõ. Etenĩ alterabit regulariter: et ferет
ſuper regulare/vt circulũ/aut rectam. et cir
ca augmentationem ſimiliter/& diminuti=
onem.irregularitatis autem differentia eſt:
aliquando quidem/in quo mouetur.impoſ
ſibile eſt enim regularem eſſe motum:non
ſuper regulari magnitudine.vt motus refle
xæ/aut ſpiræ/aut alius magnitudinis:quo=
rum quæuis ad quamuis partem minime
accõmodatur.aliquando autẽ:neq; in vbi/
neq; in quãdo/neq; in eo ad qđ:ſed in ipſo
modo.velocitate enĩ et tarditate:aliquãdo
determinatur.cuius enĩ eadẽ eſt velocitas:
regularis eſt.cuius autem non: irregularis.
¶Quapropter neq; ſpecies motus/neq; dif 29
ferẽtiæ ſunt:velocitas & tarditas.quia om
nes ſequuntur differentes ſecundum ſpeci=
em . ¶Quare:neq; grauitas/neq; leuitas 30
quæ ad idem eſt. vt terræ/ad ſe ipſam:aut
ignis/ad ſe ipſũ.vnus igitur irregularis eſt:
qua eſt continuus.minus autem: quod re=
flexę accidit lationi.Id autem quod eſt mi
nus: cõmiſtio ſemper cõtrarij eſt. ¶Si au= 31
tem omnem/vnum contingit et regularem
eſſe et non:non erũt/& ipſi/qui non ſecun=
dum ſpeciem contigui ſunt/ vnus & con=
tinuus.Quomodo enim erit regularis: mo
tus ex alteratione compoſitus/et loci muta
tione?oporteret enim accommodari.

CAP. V.

AMplius autem determinan= 32
dum eſt : qualis motus eſt
cõtrarius/motui. & de quie=
te autẽ:eodẽ modo.Diuidẽ=
dũ eſt autem primo: vtrum

Tral.ve.ex græ.recog.

contrarius motus ſit/qui eſt ex eodē/ ei qui eſt in idem. vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt in ſanitatē.vt & generatio et corruptio videtur. Aut qui eſt ex contrarijs . vt qui eſt ex ſanitate : ei qui eſt ex ægritudine. Aut qui eſt in cōtraria.vt qui eſt in ſanitatem: ei qui eſt in ęgritudinem.Aut qui eſt ex cōtrario: ei qui eſt in contrarium.vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt in ęgritudinem.Aut qui eſt ex contrario in contrarium: ei qui eſt ex contrario in contrarium . vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem: ei qui eſt ex ægritudine in ſanitatem . neceſſe eſt enim: aut vnum aliquē horum eſſe modorū/aut plu-
33 res.non enim eſt:aliter opponere. ¶ Eſt autem/ qui ex cōtrario: ei qui eſt in contrarium/ non contrarius. vt qui eſt ex ſanitate:ei qui eſt in ægritudinem.idem enim/et vnus eſt.eſſe tamen:non idem eſt ipſis.ſicut non idem eſt:ex ſanitate mutari/et in ęgritudinem. Neq; qui eſt ex contrario:ei qui eſt ex contrario. ſimul enim accidit:ex cōtrario / & in cōtrarium aut in mediū.verū de hoc quidem poſterius dicemus.Sed magis/in contrarium mutari / videbitur cauſa eſſe contrarietatis:q̄ ex cōtrario. hic enī/ demutatio a cōtrarietate:ille vero/acceptio. Atq; dicitur vnuſquiq;/eo in qđ mutať magis: q̄ eo ex quo.vt ſanatio:qui in ſanitatē.
34 ægrotatio autem:qui in ægritudinē. ¶ Relinquitur igitur:qui eſt in contraria/& qui ad cōtraria ex cōtrarijs.forſitā igitur accidit:eos qui in cōtraria/et ex contrarijs/eſſe. ſed ipſū eſſe: forte nō idem.dico autē qui eſt in ſanitatem/ei qui eſt ex ægritudine:& qui ex ſanitate/ ei qui eſt in ægritudinem. Quoniā autē differt mutatio/a motu(quæ enī eſt ex quodā ſubiecto in quoddā ſubiectū mutatio : eſt motus) qui eſt ex contrario in contrarium/ ei qui ex contrario eſt in contrarium/ motus contrarius eſt.vt qui eſt ex ſanitate/ in ægritudinem: ei qui eſt ex ægritudine / in ſanitatem. Manifeſtum eſt autem/ & ex inductione : qualia

Argyropylus

cōtrarius motus ſit iſce qui eſt ex eodē/ei quo itur ad idem. vt iſce qui eſt ex ſanitate/ei quo petitur ſanitas.quales & generatio & corruptio eſſe vidētur.An iſce qui ex cōtrarijs eſt:vt iſce qui ex ſanitate/ei qui eſt e morbo.An iſce quo ad cōtraria pergiť: vt iſce quo ad ſanitatē itur/ei quo ad morbū accediť.An iſce qui eſt ex cōtrario/ei quo ad cōtrariū itur:vt iſce qui eſt ex ſanitate/ ei quo morbus petiť. An iſce qui ex cōtrario in contrariū pergit/ei quo e cōtrario in cōtrariū itur:vt iſce qui e ſanitate in morbū proficiſciť/ ei quo ex morbo acquiritur ſanitas.Vnū enī horū modorū quēdā/aut plures:eſſe neceſſe eſt . non fit enim: vt alio modo motus oppoſiti diſponātur. ¶ Is igitur qui eſt e cōtrario: 47
non eſt ei contrarius quo in contrariū itur. vt is qui eſt ex ſanitate.ei quo itur ad morbū . eſt enim vnus idemq;. eſſe tamen ipſorum non idem eſt: quēadmodum non idem eſt ex ſanitate mutari atq; ad morbū. ¶ Neq; iſce motus qui eſt 48
ex cōtrario:ei cōtrarius eſt qui ex contrario eſt. ſimul enim accidit e cōtrario/& in cōtrarium/aut in mediū ire.ſed poſterius de iſce dicemus.eniuero in cōtrariū mutari/cauſa poti9 cōtrarietatis eſſe videbiť:q̄ e cōtrario mutari.hoc enī/ abiectio cōtrarietatis:illud/aſſumptio eſt.Diciť etiā qui ſq; motus:ex eo poti9 in qđ itur/q̄ ex eo ex quo fit mutatio.Sanatio enī iſce diciť: quo acquiriť ſanitas. Aegrotatio iſce:quo ad ęgritudinē itur. ¶ Reſtat igiť iſce quo ad cōtraria pergiť / & iſce quo ad cōtraria ex cōtrarijs iť.Forſitā igiť fit: vt ij quibus ad cōtraria proficiſcitur/& ex cōtrarijs ſint.ſed eſſe fortaſſe nō idē eſt:eundi inquā in ſanitatē atq; ex morbo/& eundi in morbū atq; ex ſanitate.Cū autē a motu mutatio 49
differat (ea nāq; mutatio motus eſt:qua ex ſubiecto i ſubiectū itur) iſce,pfecto motus quo e cōtrario in cōtrariū pergitur/cōtrarius eſt ei quo e cōtrario ad cōtrariū itur. vt iſce quo ex ſanitate in morbū itur:ei quo ſanitas e morbo acquiriť.Patet autē & ex inductione qui 50

Argyropylus

cõtrarij eſſe videtur.ægrotare enī ipſi ſanari: & diſcere ipſi decipi/ nõ per ſeipſũ cõtraria videtur.ex cõtrarijs enī:in cõtraria fiunt. vt enī ſciẽtiã p ſe quiſpiã & per aliũ cõſequi poteſt: ſic & deceptionẽ. Latio etiã qua ſupera loca petuntur:ei contraria eſt lationi/qua ad ĩfera loca itur.hæc enim: in lõgitudine cõtraria ſũt.Et ea qua itur ad dextra:ei qua ſiniſtra petũtur. hęc enim:in latitudine contraria ſũt. Et ea qua pergit ad ea q̄ ſũt ãte:ei qua itur ad ea quę ſũt poſt. hæc enī: in profunditate cõtraria
51 ſunt.Is autẽ qui ſolũ ad contrariũ eſt:nõ motus ſed mutatio eſt. Velut albũ fieri:nõ ex aliquo.Quibꝰ etiã nõ eſt cõtrariũ: ea mutatio q̄ eſt ex ipſo/ ei mutationi cõtraria eſt q̄ eſt ad ipſũ.Quapropter generatio corruptioni cõtraria eſt:abiectioq; acceptioni. hæ autẽ:mu-
52 tationes/nõ motus ſunt. ¶Hi vero motus quibus ad mediũ itur/ in quibus cõtrariorũ eſt medium: in cõtrarijs quodãmodo ſũt ponẽdi. motus enī ad vtrũ extremorũ eatur: medio ipſo vtitur/vt extremo. velut e fuſco quidem itur in album:tanq̄ e nigro.e nigro vero in fuſcũ:tanq̄ in albũ. mediũ enī ad vtrũq; extremorũ:contrarij rationem quodãmodo ſubit/ vt prius dictũ eſt.Motus igitur hoc pacto motui cõtrarius eſt: iſce quo e contrario in contrarium pergitur/ei quo e contrario in contrarium itur. CAP.VI.

53 Vm aũt motui nõ ſolũ motus eſſe cõtrarius / ſed quies etiã videatur: hoc deſiniamus oportet.abſolute namq;: motus motui contrariũ eſt. Opponitur aũt:& quies.priuatio enim eſt.priuatio vero:quodãmodo contraria dicitur. Quæ autẽ cuinam cõtraria eſt:an ei motui qui eſt in loco/ ea quies eſt contraria quæ eſt in loco? Vetũ: hoc nunc ſimpliciter dicitur. Vtrum enim iſce motus qui eſt ex hoc/ei quieti quæ eſt hic opponatur:an iſce quo ad hoc itur?
54 ¶Patet igit̄/cũ duobus in ſubiectis ſit ipſe motus: ei qdẽ motui

Tral.ve.ex græ.recog.

videntur cõtraria eſſe.ægrotare enī/ipſi ſanari:& diſcere/ipſi decipi nõ per ſeipſum. in contraria enim. vt enim ſciẽtiam /ſic & deceptionẽ: eſt & per ſeipſum cõſequi & per aliud.Et ea quę ſurſũ latio: ei quæ eſt deorſũ.cõtraria enī hęc ſũt: in lõgitudine. Et quæ ad dextra:ei quę eſt ad ſiniſtra.cõtraria enim hęc ſunt:in latitudine.Et quę in ante:ei quę in retro.contraria enim hæc ſunt:in profunditate . Quæ autem eſt in contrariũ ſolũ:nõ eſt motus/ ſed mutatio. vt fieri album : non ex aliquo. Quibus autẽ nõ eſt cõtrariũ:mutatio/quę eſt ex ipſo/ ei quę eſt in ipſum/ contraria eſt.Quapropter generatio corruptioni contraria eſt:& abiectio acceptioni. hæ autẽ/ mutationes quidẽ ſunt:motus autẽ/non. ¶Qui 36 autẽ ad mediũ motus ſunt/quibuſcũq; cõtrariorũ aliquid eſt mediũ: tanq̄ in cõtraria quodãmodo ponẽdi ſunt.Nam vt contrario vtitur medio ipſe motus:ad vtrauis fiat mutatio.vt ex fuſco quidẽ/in albũ:tãq̄ ex nigro.& ex albo/in fuſcũ: tanq̄ in nigrũ.ex nigro autem/in fuſcum:tanq̄ in albũ.fuſcũ enim:medium ad vtrũq; dicitur quodãmodo extremorũ/ ſicut dictum eſt prius. Motus igitur motui contrarius eſt ſic:qui ex cõtrario in cõtrarium eſt/ ei qui ex contrario in contrariũ. CAP. VI.

Voniã autẽ motui nõ ſo- 37
lũ videtur motus eſſe contrarius/ ſed & quies: hoc determinandũ eſt.ſimpliciter enī:contrariũ eſt motus/motui.Opponitur autẽ:et quies.priuatio enim eſt.eſt autem:vt et priuatio contraria dicatur.Qualis autem quali: vt ei qui eſt ſecundum locum/ ea quæ eſt ſecũdum locum? Sed hoc quidem:nunc dicitur ſimpliciter. Vtrum enim ei quæ eſt hic/ quieti: is qui eſt ex hoc/ aut qui eſt in hoc motus opponitur? ¶Manifeſtum eſt igitur/ ꝙ quia in 38
duobus motus ſubiectis eſt: huic quidem

Tral.ve.ex græ.recog.

qui ex hoc eſt in cõtrariũ/ea quę eſt in hoc quies/huic autẽ qui eſt ex cõtrario in hoc/ ea quę in cõtrario. ſimul autẽ & inuicem: cõtrariæ hæ ſunt. Eteni incõueniens eſt: ſi motus quidem cõtrarij ſunt/ quietes autẽ oppoſitæ nõ ſũt. ſũt autẽ hę: quę in cõtrarijs. vt quę eſt in ſanitate: ei quæ eſt in ęgritudine/quieti. motui autẽ: qui ex ſanitate in ægritudinẽ. ei enĩ/ qui eſt ex ægritudine in ſanitatẽ: irrationabile eſt. Is enim motus qui ad ipſũ eſt/ in quo ſtat: quietatio magis eſt/qua accidit ſimul fieri cũ motu. neceſſe autẽ eſt: aut hãc/aut illã eſſe. nõ enĩ ea quidẽ quæ eſt in albedine/quies: cõ
39 traria eſt ei quę eſt in ſanitate. ¶Quibus autem non ſunt cõtraria: horum mutatio quidem eſt oppoſita/ea quę eſt ex ipſo/ei quę eſt in ipſum. motus autẽ: non eſt. vt ea
40 quę eſt ex ente: ei quę eſt in ens. ¶Et quies quidẽ/ horũ nõ eſt: immutabilitas autẽ eſt. et ſi quidem aliquid erit ſubiectum: ea quę in nõ ente eſt immutabilitas/ei quę
41 eſt in non ente contraria erit. ¶Si vero nõ eſt aliquid id quod nõ eſt: dubitabit aliquis cui cõtraria ſit ea quæ eſt in ente immutabilitas/& an quies ſit. ſi autẽ hoc eſt: aut non omnis quies motui eſt contraria/ aut generatio et corruptio/motus ſũt. Manifeſtũ eſt igitur/ꝙ quies quidẽ nõ dicẽda eſt: ſi nõ & hæ/motus. ſimile autẽ aliquid eſt: & immutabilitas. contraria autem eſt: aut nulli/aut ei quæ eſt in non ente/ corruptioni. hęc enim: ex ipſa eſt. genera-
42 tio autem: in ipſam. ¶Dubitabit autẽ aliquis/quare in mutatione quidẽ ſecundũ locũ/ſunt & ſecundũ naturã & pręter naturã/& quietes & motus: in alijs autẽ/nõ. vt alteratio: hęc quidẽ ſecũdũ naturã/illa vero pręter naturam. nichil enim magis ſanatio q̃ ægrotatio/ ſecundũ naturam aut præter naturam: aut dealbatio q̃ denigratio. Similiter autem eſt: & in augmentatione & diminutione. neꝙ enim hę ſunt inuicem contrarię: vt ſecundum naturam

Argyropylus

qui eſt ex hoc in cõtrariũ: oppoſitã eã eſſe quietem quæ eſt in hoc. Ei vero qui eſt ad hoc: ecõtrario eã quæ in cõtrario eſt. Simul autẽ hæ: et inter ſeſe ſunt cõtrariæ. Eteni abſurdũ eſt: ſi motus quidẽ cõtrarij ſũt/quietes vero cõtrarię nõ ſunt. Sũt autẽ eæ: quæ in contrarijs ſunt. Ea nãꝙ quies quę eſt in ſanitate: ei quieti contraria eſt quę eſt in morbo. & ei motui: quo ex ſanitate in morbũ itur. ei nãꝙ quo e morbo itur in ſanitatẽ/ contrariã eſſe: fines egredit rationis. motus enĩ in ipſũ in quo ſtatur: ꝓfectio potius eſt ad quietẽ/ quã accidit fieri ſimul cũ motu. hunc aũt aut illũ/eſſe cõtrariũ illi: neceſſe eſt. nõ enim ea quies quæ in albedine eſt: ei motui contraria eſt/ quo ad ſanitatẽ acceditur. ¶Quibus autẽ nõ eſt cõtrariũ: eorũ mutatio quidem oppoſita eſt/ea quę eſt ex ipſo ei quæ eſt ad ipſũ. motus vero: non eſt. velut ea quæ eſt ex ente: ei quæ eſt ad ens. ¶Et qies quidẽ/horũ nõ eſt: mutationis autẽ vacuitas/eſt. Atꝙ ſi ſubiectũ quidẽ quippiã ſit: ea mutationis vacuitas quæ eſt i ente/ei quę eſt in nõ ente contraria eſt. ¶Sin id quod haud eſt/ nõ quippiã ſit: dubitauerit quiſpiã ſane cuinã ſit cõtraria ea mutatiõis vacuitas quę eſt in ente/& ſit ne quies. qđ ſi eſt: aut nõ õnis quies motui cõtraria eſt/aut generatio corruptiove motus ſũt. Patet igitur quietẽ illã nõ eſſe dicendã/niſi & ipſæ ſint motiones: ſed ſimile quid quieti/atꝙ mutationis vacuitatẽ. cõtrariam vero: aut nulli prorſus/aut ei mutationis vacuitati quæ eſt in non ente/aut corruptioni. hęc eſt enĩ/ ex ipſa: generatio vero/ in ipſam. ¶Dubitauerit autẽ quiſpiã/ cur i 56
mutatione quidẽ quæ eſt in loco/ tã quietes q̃ motus ſecundũ naturã ſunt prætereꝙ naturã: in cęteris vero nõ ſunt. vt alteratio: alia fit ſecundũ naturã/alia præter naturã. nõ enĩ ſanatio magis q̃ ęgrotatio ſecundũ naturã eſt: aut dealbatio q̃ denigratio. Similiter: & in accretione decretioneve. neꝙ enĩ hę inter ſeſe cõtrarię ſũt: vt altera ſit ſecundum naturam/ altera

Argyropylus

præter naturã. neq; accretio accretioni ſimili modo cõtrarium eſt: decretioue decretioni. In generatione quoq; corruptioneve: eadẽ ratio eſt. neq; enĩ generatio quidem eſt ſecũdũ naturã: corruptio autẽ pręter naturã. Seneſcere enĩ: ſecundũ naturã eſt. Neq; generationẽ aliã ſecundũ naturã: aliam
57 præter naturã eſſe videmus. Q2 ſi id quod eſt vi/ præter naturã eſt: et corruptio ſane corruptioni cõtraria erit/ ea quæ eſt vi quia eſt præter naturam/ ei quæ eſt ſecundũ naturam. Sunt igitur & generationes violentæ/ tatoq; nõ definitæ: quibus eę quæ ſunt ſecundũ naturã/ cõtrarię ſunt. Et accretiones itidẽ violẽtæ decretioneſve. vt eorũ accretiones: qui ob delicias cito pubeſcunt/ & ea frumenta quæ cito adoleſcũt incrementaq; ſuſcipiũt: antea q̃ humo bene cõ-
58 preſſa ſtirpiũ eliciãt fibras. In alteratione vero quomodo res ſe habet: an modo eodẽ? eſſe enim poſſũt alterationes: partim violẽtæ/ partim naturales. Qui nãq; in nõ diiudicãtibus diebus liberantur: ij pręter naturã alterari vidẽtur. qui vero in diiudicantibus: ij ſecundũ naturã alterãtur. Ipſę igitur corruptiones inter ſeſe erũt cõtrariæ: nõ ſolum generationi. At quid prohibet? ſũt enĩ: aliquo modo contrariæ. etenim ſi altera voluptatẽ/ altera dolorẽ afferret: erũt hoc quoq; pacto cõtrariæ. Quare non abſolute corruptioni corruptio eſt cõtraria: ſed vt altera ip-
59 ſarum eſt talis/ altera talis. Omnino igiẽ motus quieſve: dicto modo ſubeũt cõtrarietatẽ. motus enĩ quo ad ſupera pergitur: contrarius eſt motui quo ad infera itur. loci enĩ: hę ſunt cõtrarietates. Fertur autẽ ignis latione qua ſupera petũtur/ natura: terra autẽ/ latione qua ad infera loca accedit. atq; latiões ipſorũ: cõtrarię ſũt. ignis autẽ ſurſũ qdẽ ferr̃ natura: deorſũ vero p̃ter naturã. Atq; motus ipſius ſecundũ naturã: cõtrarius eſt ipſi-
60 us motui præter naturam. Quietes etiã: ſimili modo ſeſe habere vidẽtur. Quies enĩ in ſuperis: motui quo in deorſum itur contraria

Tral. ve. ex græ. recog.

& præter naturam. neq; augmentatio: augmentationi. & in generatione & corruptione: eadẽ ratio eſt. neq; enim generatio quidẽ ſecundũ naturam: corruptio autem præter naturam. ſeneſcere enim: ſecundum naturam eſt. Neq; generationem videmus: aliam quidem ſecundum naturam/ aliam vero præter naturã. At ſi eſt/ quod violentia fit/ pręter naturam: & corruptio corruptioni contraria erit/ ea quæ eſt violenta vt quæ præter naturam eſt/ ei quæ ſecundum naturam. Sũt igitur & generationes quædam violentæ/ & non fato determinatæ: quibus contrariæ ſunt eæ quæ ſecundum naturam. Et augmẽtationes ſunt violentę: & diminutiones. vt augmentationes eorum: qui velociter propter alimentũ pubeſcũt. et frumenta quæ cito adoleſcunt: & nõ ſũt conſtricta. In alteratione autẽ quo pacto: an ſimiliter? Erũt enĩ aliæ quidẽ violẽtæ: aliæ vero naturales. vt qui liberant̃: alij nõ in criticis diebus/ alij autẽ in criticis. Illi quidẽ/ præter naturã alterãtur: hi vero/ ſecundũ naturã. Erunt ergo corruptiones cõtrarię adinuicẽ: nõ generationi ſolum. Et quid prohibet? eſt enim: vt ſic. etenim: ſi hæc quidẽ ſuauis/ illa vero triſtis fuerit. Quare nõ ſimpliciter corruptioni corruptio cõtraria eſt: ſed quatenus ipſarũ hæc quidẽ huiuſmodi/ alia vero talis eſt. Oĩno igitur contrarij motus & quietes: dicto modo ſũt. vt quę eſt ſurſum: ei qui eſt deorſum. loci enĩ: cõtrarietates hę ſũt. fertur autẽ ea quidẽ quę ſurſũ eſt latione/ natura: ignis. ea vero quæ deorſum: terra. & cõtrariæ: ipſorũ lationes ſunt. ignis autem/ ſurſum quidem natura: deorſum autem præter naturã. Et contrarius quidem motus eſt/ qui eſt ſecundum naturam ipſius: ei qui eſt pręter naturam. & quietes etiam: ſimiliter. Quæ namq; eſt ſurſum/ quies: ei qui eſt deſurſum in deorſum motui contraria

Tral.ve.ex græ.recog.

eſt. Eſt autem terræ : illa quidem quies præter naturã. motus autẽ hic: ſecundũ naturã. Quare motui: quies cõtraria eſt/ quæ eſt præter naturam/ei qui eſt ſecundũ naturam eiuſdem. etenim motus eiuſdem: contrarius ſic eſt. Alter enim ſecundũ naturã ipſorum erit: qui ſurſum aut qui deorſum. alter autẽ: præter naturã.

43 ¶Habet autem dubitationẽ: ſi eſt omnis quietis quæ non ſemper eſt/ generatio/ & hæc eſt ipſũ ſtare. Eius igitur qđ præter naturã quieſcit/ vt terræ ſurſum: erit generatio. cũ ergo ferebatur ſurſum violentia: ſtabat. ſed quod ſtat: ſemper videtur ferri velocius. quod autem violentia: contra. non factum ergo quieſcens: erit quieſcens. Amplius videtur ipſum ſtare proprie dici aut omnino eſſe in eo quod eſt ſecundum naturam ſuum lo-

44 cum ferri : aut accidere ſimul. ¶ Habet autem dubitationem: ſi contraria eſt quies quæ eſt hic/ei qui hinc eſt motui. cum enim mouetur ex hoc / aut etiam abijcit : adhuc videtur habere id quod abijcitur. Quare ſi hæc quies/ cõtraria eſt ei qui hinc eſt in cõtrarium motui: ſimul erunt contraria. An aliquo modo quieſcit: ſi adhuc manet: omnino autem eius quod mouetur: aliud quidẽ ibi/ aliud autem eſt in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui contrarius eſt: q̃ quies. Et de motu quidem et quiete/ quo modo vtrumq; vnum eſt/ & quę quibus contraria ſunt: dictum eſt.

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ: quarti libri finis.

Argyropylus

eſt. Atq; terræ quies quidem illa: pręter naturam eſt. hic autem motus: ſecundum naturam . Quare motui quies contraria eſt: ea quę eſt præter naturã/ ei qui eſt ſecundum naturã eiuſdem. etenim motus eiuſdem: hoc modo contrarius eſt. Alter enim ſecundum naturam erit : aut iſce quo ſurſum itur / aut iſce quo infera loca petuntur. alter: præter naturã. ¶Exiſtit autem dubitatio: ſi eſt quietis omnis quæ non ſemper eſt/ generatio/ atq; hæc eſt ſtare. Eius igitur quod pręter naturam quieſcit ceu terræ ſupra: erit profecto generatio. Quando igitur vi ſurſum ferebatur: ſtabat. at id quidẽ quod ſtat: ſemper celerius ferri videtur. id autem quod vi fertur: tardius. non factũ ergo quieſcẽs: erit quieſcẽs. Præterea ipſum ſtare de eo proprie dici videtur/ quod ſecundum naturam ad proprium locũ pergit: non de eo quod præter naturam fertur. & aut omnino id eſſe/ ſuum in locum ferri: aut ſimul accidere. ¶Habet autem hic locus dubitationẽ: ſi quies ea quæ hic eſt/ ei motui qui hinc eſt contraria ſit. Cum enim quippiã ex hoc mouetur/ aut etiã abijcit: adhuc id quod abijcitur habere videtur. Quare ſi hęc quies cõtraria ſit ei motui quo hinc ad cõtrarium itur: cõtraria ſimul erunt. An ex aliqua parte quieſcit: ſi adhuc manet: õnino autẽ eius quod mouetur: pars eſt illic/ pars eſt in eo in qđ mutat. Quocirca & motus magis contrarius motui: q̃ quies. De motu igitur quieteve/ quomodo vnꝰ vnaq; eſt/ & qui & q̃ quibus aduerſãtur: ſatis iã diximus.

¶Quinti Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/ libri finis.

Argyropylus

¶ Sextus Physicorum Aristotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.



1 SI autē ea continua sūt/vt antea diffiniuim⁹/ quorū vltima sūt vnum/ea tangētia quorū fines sunt simul/eaq; deinceps inter quæ nichil eiusdem generis cadit: impossibile est ex indiuisibilibus continuum quicq̄ constare. vt ex punctis lineam: si linea quidem continuum/punctum autem indiuisibile sit. vltima nāq; punctorum nec vnum sunt/ quippe cū indiuisibilis rei non sit hoc quidem vltimum/ illud autem alia pars quædam: nec etiā simul/ cum nullum sit prorsus vltimum eius quod partibus caret. vltimum enim & id cuius est vlti-
2 mum: patet esse diuersa. Præterea puncta ex quibus continuum constat: aut continua sint/ aut se tangant necesse est. Atq; eadem est de cunctis indiuisibilibus ratio. At cōtinua sane nequeunt esse: propter rationem iam dictam. Et cum quippiam tangit: aut totum tangit totum/aut pars partē/ aut totum partem. Cū igitur indiuisibile partibus careat: totum ipsum tāgat necesse est. At ex hisce quæ hoc pacto se tangunt: nullum continuum vnquā emerget. Continuum enim habet aliā atq; aliam partem: & diuiditur in partes eandem subeuntes legem/& separatas etiā loco. At vero neq; punctum ad punctum/neq; nunc ipsum ad nunc ipsum/deinceps erit: vt ex illis longitudo/ex his tempus constet. Nam ea quidem deinceps sunt: inter quæ non est eiusdem generis quicq̄. inter vero puncta/semper est linea: & īter ip-
3 sa nūc/tēpus. Pręterea in īdiuisibilia diuiderentur: si ex quibus vtrūq; cōstat/in ea quoq; diuidit̄.

Tral. ve. ex græ. recog.

¶ Trallatio vetus sexti de Physico auditu Aristotelis/ex græco recognita: ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.



SI autē est continuū/& tāgēs/ & cōsequēter/ vt diffinitum est prius (continua quidē: quorū vltima sunt vnū. tāgētia vero: quorum simul. cōsequēter autē: īter quæ nichil est eiusdē generis) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuū. vt lineā/ esse ex punctis: si linea quidē continuū est/punctum autē indiuisibile. neq; enī vnum sunt: vltima punctorum. non enī est / hoc quidem vltimum: illud vero alia quædam pars ipsius indiuisibilis. neq; simul sunt vltima. non enim est vltimum vllum: eius quod impers est. alterū enim est: vltimū/et id cuius est vltimum. Amplius/ necesse est: aut cōtinua esse puncta / aut tangentia se inuicem/ ex quibus est continuū. eadem autē ratio est: & in omnibus indiuisibilibus. cōtinua quidem nō erūt: propter dictam rationē. tāget autē omne: aut totū totū/ aut pars partem/aut totum pars. Quoniā autē impers est ipsū indiuisibile: necesse est totū tangere totū. totū autē totū tāgens: nō erit cōtinuū. cōtinuū enī: habet/hāc quidē aliā/illā vero aliā partē. & diuidit̄: in sic diuersas/& loco separatas. At vero neq; cōsequēter erit pūctus ad punctū/aut ipsū nūc ad nūc ipsum: vt ex his sit lōgitudo/ aut tempus. cōsequēter enī sunt: inter quæ nichil est eiusdē generis. inter autē pūcta/semper est linea: & īter ipsa nūc/ tēpus. Amplius autem diuideretur in indiuisibilia: si ex quibus est vtrūq;/ in ipsa diuiditur. 1 CAP. I.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſed nullum eſt continuorum: in impertia diuiſibile.nullum autem aliud genus:poteſt eſſe inter puncta/ & inter ipſa nunc. ſi enim erit: manifeſtum eſt ꝙ aut diuiſibile/ aut indiuiſibile erit. & ſi diuiſibile:aut in indiuiſibilia / aut in ſemper diuiſibilia.hoc autem: eſt con-
2 tinuum. ¶ Manifeſtum autem eſt: ꝙ & omne continuū eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Si enim in indiuiſibilia diuidetur : erit indiuiſibile/ indiuiſibile tãgens.vnum enim eſt vltimum continuorũ: & tangũt. eiuſdem autem rationis eſt/ & magnitudinem/ & tempus/ & motum/ex indiuiſibilibus cõponi/& diuidi in indiuiſibilia:aut nullũ.Manifeſtũ eſt autẽ ex his.ſi enim magnitudo ex indiuiſibilibus cõponit̃:et motus qui huius eſt/ex ęqualibus motibus erit idiuiſibilibus. Vt ſi magnitudo A B C ex ipſis A/B/C ſit idiuiſibilib9:mot9 ī quo D E F/quo motũ eſt ipſum P/ſuper lineam A B C/ vnamquãꝙ partem habet indiuiſibilẽ. Si igitur præſente motu neceſſe eſt moueri quippiã/ & ſi mouetur quippiã neceſſe eſt adeſſe motũ: & moueri ipſum erit ex indiuiſibilibus. Per A igitur:motũ eſt ipſum P/quo D motũ eſt motu.B vero:quo ipſum E.& ipſũ C ſimiliter:quo F.Si igitur neceſſe eſt id quod mouetur alicũde aliquo/ nõ ſimul moueri & motum eſſe quo mouebatur quãdo mouebatur(vt ſi Thebas quis it: impoſſibile eſt ſimul ire Thebas/et iuiſſe Thebas) per A igitur impers/ motum eſt ipſum P quatenus D motus aderat.Quare/ ſi poſterius quidem tranſiuit q̃ tranſibat: diuiſibile vtiꝙ erit.cum enim tranſibat:neꝙ quieſcebat/neꝙ trãſierat/ſed in medio erat. Si autẽ ſimul tranſit et trãſiuit: id quod proficiſcitur cum proficiſcitur / profectũ eo erit et motũ/quo mouetur.Si vero per totũ A B C moueatur aliquid:



Argyropylus

at nullũ cõtinuũ in ea eſt diuiſibile:quæ partibus carẽt. nullũ autẽ genus inter puncta/ & inter ipſa nũc:aliud eſſe poteſt.Nã ſi fuerit: aut diuiſibile aut īdiuiſibile erit/ vt patet.Et ſi diuiſibile:aut in idiuiſibilia diuiſibile erit/aut in diuiſibilia ſemper. At id:cõtinuũ eſſe cõſtat. ¶ Patet autẽ:& õne cõtinuũ in ſemp diuiſibilia diuiſibile eſſe. Si enī in īdiuiſibilia diuidet̃ īdiuiſibile:nimirũ īdiuiſibile tanget.cõtinuorũ enī vltimũ vnũ eſt: & ea ſe tangũt ex quibus cõtinuũ cõſtat.Eiuſdẽ autẽ rationis eſt ſane magnitudinẽ & tẽpus ac motũ ex indiuiſibilibus cõſtare/& ī indiuiſibilia diuidi:aut nichil horũ hãc cõditionẽ ſubire.Qđ quidem ex hiſce patebit.nã ſi magnitudo ex indiuiſibilibus conſtat: motus quoꝙ qui ſuper illa fit magnitudine/ex æqualibus motibus indiuiſibilibus profecto cõſtabit. ceu ſi A B C magnitudo ex indiuiſibilibus conſtat A & B atꝙ C:motus quoꝙ D E F quo mobile P ſuper A B C dimenſione eſt motũ/ vnãquãꝙ ſui partẽ D inquã & E atꝙ F/indiuiſibilem habet. Qz ſi præſente motu neceſſe eſt quippiam moueri/& ſi quippiam mouetur neceſſe eſt motũ p̃ſentẽ eſſe: moueri etiã ipſũ ex indiuiſibilibus ſane cõſtabit.Igit̃ P motũ eſt p A quidẽ motu D: per B vero motu E/& per C partem motu ſimiliter F. At vero fieri non poteſt/ vt id quod ad locum ex loco mouetur ſimul moueatur: atꝙ ſit motũ ad eũ locũ ad quẽ mouebatur cũ mouebatur.Si enim quiſpiam Thebas petit: impoſſibile eſt Thebas eũ petere ſimul & petijſſe. At per A partem parte vacantem/cui D motus aderat:P mobile mouebatur.Quare ſi antea quidẽ trãſibat/ poſtea vero tranſiuit:motus D diuiſibilis erit. cum enim trãſibat: neꝙ quieſcebat/ neꝙ tranſierat / ſed in medio nimirum erat. Sin vero ſimul tranſit atꝙ tranſiuit: id ſane quod proficiſcitur / cum proficiſcitur eo profectum ac motũ eſt quo proficiſcitur atꝙ mouetur. Qz ſi per totam quidem A B C magnitudinem P mouetur:

4 5 6 7

Argyropylus

motuſq; quo per illã mouetur eſt D E F/per partẽ autẽ A parte vacantẽ nõ mouetur ſed motum eſt: motus profecto non ex motibus/ ſed ex momẽtis cõſtabit/ et motũ quippiã erit quod nõ antea mouebatur. A nãq; partẽ nõ trãſeundo tranſiuit. Quare erit quippiã profectũ: nunq̃ antea proficiſcẽs.

9 Qz ſi omne quoduis moueri/ aut quieſcere neceſſẽ eſt: ꝑ ſane in vnaquaq; magnitudinis A B C parte quieſcit. Quo fit: vt ꝙppiã ſit qđ cõtinuo quieſcit ſimul atq; mouetur. per totã enim magnitudinẽ A B C mouebatur: & in vnaquaq; parte quieſcebat eiuſdẽ. quare & in tota etiam quieſcebat. Atq; ſi ĩdiuiſibiles partes D E F motus ſint: fit vt præſente motu ꝑ mobile quieſcat/ & nõ moueatur. Sin vero nõ ſint motus: fit vt

10 motus nõ ex motibus conſtet. Similiter etiã & tẽpus vt lõgitudo ac motus indiuiſibile eſſe neceſſe eſt: atq; ex ipſis nũc quæ indiuiſibilia ſunt cõſtare/ aut etiam diuiſibile eſſe ex diuiſibilibuſve cõſtare. Nã & ſi õnis eſt diuiſibilis/ atq; minore in tẽpore minorẽ magnitudinẽ tranſit/ id quod æqua celeritate mouetur: & tempus erit etiã diuiſibile. Qz ſi tẽpus eſt diuiſibile/ in quo quippiam per A magnitudinẽ fertur: & A profecto diuiſibilis erit. CAP. II.

11 CVm autẽ omnis magnitudo ſit in magnitudines diuiſibilis (demõſtratum eſt enim: continuum ex indiuiduis cõſtare nõ poſſe. eſtq; õnis magnitudo: cõtinuũ) neceſſe eſt id quod celerius mouetur/ maiorem in æquali/ æqualẽ in minore/ & maiorẽ inſuper in minore tẽpore magnitudinem trãſeat. vt quidam id quod celerius mouetur: diffiniunt. Sit enim A mobile: celerius B. cum igitur id ſit celerius quod prius mutatur: quo in tempore (ſitq; illud E F) mutatũ eſt A ipſũ ex C in D/ in eo mobile B nondum accedet ad D/ ſed citra illud erit/ vt patet. Quare id quod celerius mouetur: plus magnitudinis ĩ æquali tẽpore trãſit.

Tral. ve. ex græ. recog.

& motus quo mouetur eſt D E F/ per ipſum autẽ A impers/ nichil mouetur ſed motum eſt: erit vtiq; motus/ non ex motibus/ ſed ex momentis/ & moueri aliquid non motum. A enim/ tranſiuit non trãſiẽs. Quare erit aliquid trãſiſſe nunq̃ trãſiens. Hoc enim trãſiuit: non trãſiẽs hoc. Si igitur neceſſe eſt aut quieſcere/ aut moueri/ omne: quieſcit ſane in vnoquoq; eorũ quæ ſunt A B C. Quare erit aliquid: quod continue quieſcit ſimul & mouetur. per totũ enim A B C mouebatur: & quieſcebat ſecundum quamlibet partem/ quare & per totum. Et ſi indiuiſibilia quidem D E F motus ſunt: motu præſente/ continget vtiq; non moueri/ ſed quieſcere. ſin vero non ſunt motus: motum non ex motibus eſſe. Perinde autem neceſſe eſt atq; longitudo motuſq; indiuiſibile eſſe tempus/ componiq; ex ipſis nunc/ & his quidem/ indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt/ in minori autem tempore æque velox tranſibit minus: diuiſibile erit & tempus. ſi autem tẽpus diuiſibile eſt/ in quo fertur aliquid per A: et A erit diuiſibile.

CAP. II.

3 QVoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt (oſtẽſum enim eſt ꝙ impoſſibile eſt ex indiuiduis aliquod cõtinuum eſſe. magnitudo autẽ õnis: continua eſt) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius/ & in minori æquale/ & in minori plus trãſire. ſicut diffiniũt quidã ipſũ velocius. Sit enĩ ipſum in quo A: eo in quo B/ velocius. quoniam igitur velocius eſt id quod prius mutatur: in quo tempore ipſũ A mutatũ eſt ab ipſo C in ipſũ D/ velutĩ ĩ tẽpore E G/ ĩ hoc ipſũ B nõdũ erit iuxta ipſum D/ ſed citra erit. Quare in ęquali tẽpore plus trãſit ipſũ velocius.



Tral.ve.ex græ.recog.



4 ¶At vero et in minori: plus illo. In quo enim ipſum A fuit iuxta ipſum D: ipſum B tardius exiſtens erit iuxta E. ergo/ quoniam ipſum A iuxta ipſum D fuit toto ī tēpore F G: iuxta ipſū H erit in minori/ iſto. et ſit in tempore F K. ipſum igitur C H/ quod tranſiuit ipſum A: maius eſt ipſo C E. tempus autem quod eſt F K: minus eſt toto F G. Quare in minori: tranſibit maius.



5 ¶Manifeſtum autem eſt ex his: & ꝙ ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem lineā in minori tranſit q̄ id quod tardius eſt/ ipſum autem ſecūdum ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorē minori/ vt eam quæ eſt L M ea quæ eſt L O: maius vtiq; erit tempus Q R in quo L M tranſit/ q̄ tempus Q S/ in quo lineam L O. Quare ſi tempus Q R minus erit tēpore Q Y in quo id quod tardius eſt/ tranſit lineam L O: & tempus Q S/ minus eſt eo in quo Q Y. nā tēpore Q R minus eſt. quod autem minore minus eſt: & ipſum minus eſt. Quare: in minori/ mouebitur per æquale. Amplius autē/ ſi ōne neceſſe quidē eſt/ aut in ęquali tēpore/ aut in minori/ aut in pluri moueri/ & id quidem quod in pluri tardius eſt/ quod autem in æquali æque velox/ velocius autem neq; æque velox eſt neq; tardius: neq; vtiq; in æquali neq; in pluri mouetur ipſum velocius. Relinquitur igitur: in minori. Quare/ neceſſe eſt æqualem magnitudinem in minori tempore tranſire: id qđ velocius eſt. 6 ¶Quoniam autem omnis quidem motus in tēpore eſt/ & in omni tempore poſſibile eſt moueri/ omne autem quod mouetur poteſt & velocius moueri & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius moueri/ & tardius. His autem exiſtētibus: neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum: id quod eſt diui-

Argyropylus

¶At vero: plus etiam magnitudinis minore in tēpore trāſit. Nā in minore tēpore E F quo mobile A ad ipſum peruenit D: mobile B tardius erit in ipſo G citra terminū D. Si igitur A toto tempore E F ad ipſū peruenit D: erit in minori tēpore citra D in ipſo H/ qđ eſſe poteſt inter G atq; D. ſitq; illud tempus E K. At magnitudo quidē C H: maior eſt magnitudine C G. tempus autem E K: minus eſt tempore toto E F. Quare id quod celerius eſt: maiorem magnitudinem minore in tempore tranſit. ¶Ex his autē patet: id qđ eſt celerius minore etiā in tēpore magnitudinē æqualē trāſire. Nam cū ipſum ad tardius quidē cōparatū maiorē in minore tēpore/ per ſe autē ſumptū maiore in tēpore maiorē magnitudinē trāſeat: tempus profecto E K in quo C H magnitudinē trāſit/ maius erit eo tēpore quo C G magnitudinē trāſit. Sit igitur minus illud tēpus E L. Quare ſi E K tēpus minus eſt tēpore E F/ in quo B tardius mobile magnitudinē C G tranſit: et E L profecto tēpus/ E F tēpore minus erit. eſt enī minus tēpore E K. qđ vero eſt minus minore: minus & ipſū eſt. Quare: minore in tēpore magnitudinē æqualē tranſibit. Pręterea ſi omne qđ mouetur aut in æquali aut in minore aut ī maiore tēpore moueri neceſſe eſt/ et id quidē qđ in maiore mouetur tardius eſt/ id autē quod in ęquali æque celere eſt/ quod vero celerius eſt neq; celere ęque neq; tardius eſt: id ꝓfecto quod celerius eſt neq; ī ęquali tēpore neq; in maiore mouebit. Reſtat igit: tēpore ipſū ī minore moueri. Quare id qđ celerius eſt: tēpore in minore magnitudinē æqualem tranſire neceſſe eſt. ¶Quoniam autem omnis quidem motus in tempore eſt/ & omni in tempore motus fieri poteſt/ omne autem quod mouetur & celerius & tardius moueri poteſt: in omni profecto tempore celerior tardiorq; motus fieri poteſt. Quæ cum ita ſint: tempus cōtinuum eſſe neceſſe eſt. Dico autem continuum: id quod eſt diui-

Argyropylus

ſibile in diuiſibilia ſemper. hoc enī tali ſuppoſito: tempus contí-
16 nuum eſſe neceſſe eſt. Nam cum demonſtratū ſit id quod celerius mouetur/minore in tempore ſpacium æquale tranſire: ſit celerius quidem A/ tardius autem B/ atq; B tranſeat C D magnitudinem in tēpore E F. igitur A quod eſt celerius magnitudinē eandem vt patet in tempore minore trāſibit: atq; ſit in E G tempore motū. Rurſus quoniā ipſum celerius totā C D magnitudinē/ in E G tempore pertrāſiuit: id quod eſt tardius minorē eodem in tēpore tranſit. ſitq; illa C H. At quoniam B quod eſt tardius/ in E G tempore magnitudinem C H pertranſiuit: A profecto quod eſt celerius/ eandem in minore tempore tranſit. Quare rurſus tempus E G diuidetur. Qz ſi diuidetur: magnitudo quoq; C H ratione eadem vtiq; diuidetur. Qz ſi magnitudo diuidetur: & tempus itidem diuidetur. et hoc ſemper erit: ſi poſt celerius mobile tardius/ & poſt hoc celerius ſumamus ac demonſtratis vtamur. Nam celerius quidem mobile/ tempus: tardius autem/ longitudinem diuidet. Quod ſi ſemper quidem vere conuerſio fit/ cum fit vero conuerſio fit diuiſio ſemper: patet omne tempus
17 continuum eſſe. Patet etiam ſimul: et magnitudinem omnem continuam eſſe. eiſdem enim æqualibuſve diuiſionibus: tam tempus q̄ magnitudo diuiditur. Inſuper et ex hiſce rationibus quę dici ſolent: patet ſi ſit tempus continuum/ & magnitudinem cō tinuam eſſe/ ſi quidem in dimidio temporis dimidium magnitudinis/ & ſimpliciter in minore minorem tranſit. eædem enim diuiſiones: temporis &
18 magnitudinis erunt. Atq; ſi alterum vtrūuis ipſorum ſit infinitum: & alterū eſt infinitū/ & perinde ſane vt alterum. Ceu ſi tempus extremis ſit infinitū: & longitudo extremis eſt infinita. ſi diuiſione: longitudo quoq; diuiſione. ſi vtriſq; : et magnitudo vtriſq;.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſibile in ſemper diuiſibilia. Tali enī ſuppoſito continuo: neceſſe eſt continuum eſſe tempus. Quoniam enim oſtenſum eſt/ ꝙ velocius in minori tempore tranſibit æquale: ſit id quidem in quo A velocius/ id autem in quo B tardius/ & ſit motum id quod tardius eſt per magnitudinē in qua C D in tempore F G. manifeſtum eſt igitur/ ꝙ velocius in minori q̄ hoc mouebitur per eandem magnitudinem. et ſit motum in tempore F H. Rurſus autem quoniam id quod velocius eſt in tempore F H tranſiuit totam lineam C D: ipſum tardius in eodem tempore minorem trāſibit. Sit igitur in qua C K. Quoniam autem ipſum tardius quod eſt B/ in tempore F H ipſam C K tranſiuit: id quod velocius eſt/ in minori tranſibit. Quare iterū diuidetur tempus F H. hoc autem diuiſo: & magnitudo C K diuidetur/ ſecundum eandē rationem. ſi vero magnitudo: & tempus. Et ſemper hoc erit: accipientibus poſt velocius tardius/ & poſt tardius velocius/ & eo quod demonſtratum eſt vtentibus. diuidet enim id quod eſt velocius: tempus. tardius autem: longitudinem. ſi igitur/ ſemper quidem verum eſt conuerti/ conuerſo autem ſemper fit diuiſio: manifeſtum eſt ꝙ omne tempus continuum eſt. Simul autem manifeſtum eſt: ꝙ & magnitudo omnis continua eſt. eiſdem enim & æqualibus diuiſionibus: et tēpus & magnitudo diuiditur. Amplius autem et ex conſuetis rationibus dici/ manifeſtum eſt: ꝙ ſi tēpus continuum eſt/ ꝙ & magnitudo/ ſiquidē in dimidio tēpore dimidiū trāſit/ et ſimpliciter in minori minus. eædem namq; diuiſiones erunt: temporis et magnitudinis. Et ſi alterutrū infinitū eſt: et alterū/ et vt alterū. vt ſi extremis quidem infinitū eſt tēpus: & lōgitudo extremis. ſi vero diuiſione: et diuiſione longitudo. ſi autem vtriſq; tēpus: vtriſq; & magnitudo.



Zeno.

Tral.ve.ex græ.recog.

Quapropter Zenonis ratio falſum accipit:non eſſe poſſibile infinita pertranſire/ aut tangere infinita ſecundum vnum quodq;/ finito in tẽpore.dupliciter enim dicitur & lõgitudo & tempus/infinitum/ & omnino omne continuum:aut ſecundum diuiſionẽ/aut extremis.Infinita igitur ſecundũ quãtitatem:non cõtingit tãgere in tẽpore finito. quæ vero ſunt infinita ſecundum diuiſionem: cõtingit.etenim:ipſum tẽpus ſic infinitum eſt. Quare in infinito & non finito:accidit trãſire infinitum/& tãgere infinita/infinitis non
7 finitis. ¶Neq; ergo infinitum/poteſt in tempore finito tranſire: neq; in infinito/ finitum.ſed ſi tempus quidem infinitum ſit:& magnitudo erit infinita.& ſi magnitudo:& tẽpus. Sit enim magnitudo finita in quo A B:tempus autem infinitũ in quo C. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum in quo C D :in hoc ergo tranſibit aliquid magnitudinis. & ſit quod tranſitum eſt in quo B E. hoc autem:aut menſurabit id in quo A B/ aut deficiet/ aut excedet. differt enim nichil. ſi enim ſemper æqualem ei quæ eſt B E magnitudinem/in æquali tempore tranſibit/hoc autem menſurat totum:finitum erit omne tẽpus/in quo trãſiuit.in æqualia enim diuidetur: ſicut & magnitudo.
8 ¶Amplius autẽ/ſi nõ omnem magnitudinẽ in infinito tẽpore tranſibit/ſed contingit aliquã & in finito tranſire/vt eam quæ eſt B E:hæc autem menſurabit totam/& æqualẽ in æquali tranſibit.quare finitum erit & tempus. Q; autem non in infinito tranſibit eam quæ eſt B E:manifeſtum eſt/ſi accipiatur altera ex parte finitum tẽpus.ſi enim in minori/partẽ trãſibit: hanc neceſſe eſt finitam eſſe/ altero quidem termino exiſtẽte. Eadem autem demõſtratio eſt: etiam ſi longitudo quidem infinita ſit/ tempus autem finitum.
9 ¶Manifeſtũ eſt igitur ex dictis:q; neq;



Argyropylus

Quapropter & Zenonis ratio falſum ſumit:fieri inq̃ non poſſe/ vt finito in tẽpore quicq̃ tranſeat infinita/aut infinita per ſingula tangat.Dupliciter enim lõgitudo/& tẽpus/& omnino omne continuũ dicitur infinitum: aut diuiſione/ aut extremis. Igitur infinita quidẽ quãtitate:tãgere finito in tẽpore nõ poteſt.infinita vero diuiſione: poteſt. Etenim:ipſum tẽpus hoc modo eſt infinitũ. Quare fit vt ſinito ĩ tẽpore & nõ finito quippiam trãſeat infinita: & infinitis nõ finitis infinita etiam tangat. ¶Impoſſibile eſt ergo:aut infinitum finito in tẽpore/aut finitũ in infinito trãſire. ſed ſi tẽpus ſit infinitũ:& magnitudo erit ſimiliter infinita.& ſi magnitudo:& tempus. Deſignetur enĩ magnitudo quædã A B terminis definita: et tempus infinitũ mẽte percipiat. ſitq; id:C.deinde accipiat pars aliqua finita tẽporis C: quæ quidẽ C D finibus claudat.In hoc igitur corpus quod ſuper A B mouetur/aliquã partẽ magnitudinis trãſit:atq; ponatur A E iam partẽ pertrãſiuiſſe. Hæc autẽ pars:aut æque totã A B magnitudinẽ menſurabit/ aut deficiet/aut excedet.nichil enĩ refert.nã ſi ſemper equalẽ magnitudinẽ A E parti/æquali in tẽpore mobile trãſit/ pars autẽ hæc magnitudinẽ totã metitur:tẽpus totũ ĩ quo magnitudinẽ totã trãſibit finitũ erit profecto.in parteis enim æquales diuidet:vt magnitudo. ¶Præterea ſi nõ omnẽ magnitudinẽ id quod mouet in infinito tẽpore trãſit/ ſed fieri poteſt vt aliquã finito etiã ĩ tẽpore trãſeat vt A E partẽ/ hęc autẽ totam magnitudinẽ metiet/ deniq; ęqualẽ in æquali tẽpore trãſit:tẽpus ipſum profecto finitũ erit. Patet autẽ nõ in tẽpore infinito partẽ A E trãſire:ſi tẽpus altera ex parte finitũ fuerit ſumptũ.nã ſi in minore partẽ hãc trãſit: tẽpus finitũ eſſe neceſſe eſt/cũ altera ex parte ſit tẽporis finis. Eadẽ ſane fuerit demõſtratio & ſi longitudinẽ quidẽ infinitã finxerimus: tẽpus autẽ ſumpſerimus cõtra/finitũ. ¶Patet igitur ex hiſce quæ diximus : neq;

Argyropylus

lineam/neq; ſuperficiem/neq; omnino quicq̃ continuũ indiuiduũ eſſe. non ſolũ propter id quod nuper eſt dictũ: ſed etiã quia fiet/ vt
23 indiuiduũ diuidatur. Nam cum omni in tẽpore & id quod eſt celerius/ & id quod eſt tardius moueatur/ atq; id qđ eſt celerius plus æquali in tẽpore ſpacij trãſeat ifieriq; poſſit vt duplã ſeſquialteráq; longitudinẽ trãſeat (eſſe nãq; poteſt: celeritatis hæc ratio) ſeſquialterã magnitudinẽ eodem in tẽpore tranſeat id quod celerius fertur/ atq; diuidãtur magnitudines ambæ/ ea quidem quã mobile celerius trãſit / quæ eſt A Đ/ in A B C D/ tres indiuiduas partes cõtinuorũ/ ea vero quã ipſum tardius tranſit in E F G/ duas & ipſas in diuiduas partes. Igitur & tẽpus H M: in tres ſane partes indiuiduas diuidetur. In æquali nãq; tẽpore: magnitudinẽ tranſit æqualẽ. Diuidatur itaq;: in H K L M indiuiſibiles partes. Rurſus cũ mobile tardius magnitudinẽ E F G eodem in tẽpore tranſeat: diuidetur & tẽpus duas in partes æquales. Quo fit vt indiuiduũ diuidatur: & id quod mouetur/ non in indiuiduo/ ſed in maiore tẽpore partem indiuiduã trãſeat. Patet igit: nullam continui partẽ/ parte carere.

CAP. III.

24 AT vero neceſſe eſt & ipſum nũc/ quod per ſe primoq; non per aliud dicitur: indiuiſibile eſſe/ atq; omni in tẽpore tale ineſſe. eſt enim extremũ trãſacti tẽporis quiddã/ citra quod nichil futuri temporis eſt: & inſuper cõſequentis / vltra quod nichil trãſacti temporis eſt. qđ quidẽ: vtrorũq; tẽporũ finẽ di
25 ximus eſſe. Hoc igitur ſi tale per ſe idemq; demõſtrabimus eſſe: pa
26 tebit etiã & idiuiſibile eſſe. ¶Neceſſe eſt itaq; idem nũc ipſum eſſe: qđ finis vtrorũq; temporũ eſt. nã ſi ſit aliud atq; aliud: deinceps alterũ quidẽ ad alterũ ſane nõ erit/ propterea q̃ cõtinuũ nõ ex indiuiſibilibus cõſtat. ſi vero ſit ſeorſum vtrũq;: inter ea mediũ tẽpus erit. Omne nãq; continuũ tale eſt:

Tral. ve. ex græ. recog.

linea/ neq; planũ / neq; omnino cõtinuorum vllum erit indiuiduum. non ſolum propter id quod nunc dictum eſt : ſed & quia accidet diuidi indiuiduum. Quoniam enim in omni tempore velocius & tardius eſt/ velocius autẽ plus tranſit in æquali tẽpore/ cõtingit autẽ & duplã & hemioliam tranſire longitudinem (erit enim : hæc ratio velocis) feratur igitur id quod velocius eſt per hemioliam in eodem tempore/ & diuidantur magnitudines/ eæ quidem quæ velocioris ſunt in quo A B/ B C/ C D in tres impartibiles/ quæ vero ſunt tardioris in duas in quibus E F/ F G. Itaq;: & tempus diuidetur in tria impartibilia. æqualẽ enim: in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tempus: in K L/ L M/ M N. Rurſus autem quoniam tardius delatum eſt per E F/ F G: igitur & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id quod impartibile eſt: & quod impers eſt non in impartibili tranſibit/ ſed in pluri. Manifeſtum eſt ergo: q̃ nullũ continuorum eſt impers.



CAP. III.

10 NEceſſe autẽ eſt/ & ipſum nũc quod nõ ſecũdũ alterũ ſed per ſe/ & primũ dicitur: indiuiſibile eſſe/ & in omni tempore tale ineſſe. Eſt enim vltimum quoddam præteriti cuius verſus hæc/ nichil futuri eſt: et rurſus futuri/ cui⁹ verſus illa/ nichil eſt præteriti. quod vtiq; diximus: vtrorũq; eſſe terminũ. hoc autem ſi demõſtretur q̃ huiuſmodi eſt/ per ſe & idẽ: ſimul manifeſtũ erit & q̃ indiuiſibile eſt. ¶Neceſſe eſt igitur idẽ eſſe/ ipſum
11 nũc: quod vltimũ vtrorũq; temporũ eſt. ſi enim alterum eſt : conſequenter non erit alterum alteri/ propterea q̃ continuum non eſt ex impertibus. ſi autem ſeorſum eſt vtrũq;: inter ea erit tempus. Omne enim continuum huiuſmodi eſt: vt

3
4

Tral.ve.ex græ.recog.

aliquid ſit vniuocū inter fines. At vero ſi tempus medium eſt: diuiſibile erit. omne enim tempus: oſtenſum eſt / ꝙ diuiſibile ſit. Quare: diuiſibile erit ipſū nūc. Si autem diuiſibile eſt ipſum nunc: erit aliquid preteriti in fururo / et futuri in preterito. ſecūdū quod enim diuidetur: hoc terminabit præteritū & futurū tempus. Simul autem / nec per ſe erit ipſum nunc: ſed per alterum. diuiſio enim: non eſt ipſius quod per ſe eſt. Ad hæc autē / ipſius nunc / hoc quidem preteritum erit / illud autem futurū: et non ſemper idem preteritum aut futurum. neq; igitur ipſum nunc: idem. Multipliciter enim: diuiſibile eſt tempus. Quare ſi impoſſibile eſt hæc ineſſe ipſi nūc: neceſſe eſt idem eſſe quod in vtroq; eſt / nunc. At vero ſi idem eſt: manifeſtum eſt ꝙ & indiuiſibile eſt. ſi enim diuiſibile eſt: rurſus accident eadē / quæ et prius. Q; igitur ſit aliquid in tempore indiuiſibile / quod dicimus eſſe ipſum nunc: manifeſtum eſt / ex ijs quæ dicta ſunt. ¶ Q; autem nichil in ipſo nunc mouetur: ex his manifeſtum eſt. Si enim eſt: cōtingit & velocius moueri in ipſo et tardius. Sit igitur ipſum nūc / in quo N. moueatur autem in ipſo id quod velocius eſt: per lineam A B. ergo quod tardius eſt in eodem per minorē ea quę eſt A B / mouebitur / vt per A C. Quoniam autem tardius in toto ipſo nūc motū eſt per A C: velocius in minori / q̄ hoc mouebitur. quare diuidetur: ipſum nūc. ſed erat indiuiſibile. Nō ergo eſt moueri: in ipſo nūc. ¶ At vero: neq; q̄eſcere. Quieſcere enim dicebamus id: quod aptum eſt natura moueri / & non mouetur quādo aptū natura eſt / & vbi / et quo pacto. Quare quoniam in ipſo nunc nichil aptum eſt natura moueri: manifeſtum eſt / ꝙ neq; quieſcere. Amplius ſi idem nūc in vtriſq; temporibus eſt / contingit autē in hoc quidem moueri / in illo autē qui-



Argyropylus

vt inter fines aliquid ſit vniuocū. At ſi tēpus ſit illud: diuiſibile erit vt patet. demonſtratum eſt enim: omne tēpus diuiſibile eſſe. Quare fit vt nunc ipſum diuiſibile ſit. Q; ſi ſit diuiſibile: erit aliquid præteriti in futuro / & futuri etiā in trāſacto. Id enim in quo diuidetur: præteritū tēpus & conſequēs terminabit. Præterea / nec ipſum nūc: per ſe / ſed per aliud erit. diuiſio enim: non eſt ipſius quod eſt per ſe. Et inſuper ipſius nūc aliud tranſactū / aliud cōſequens erit: & nō ſemper idem aut præteritum aut futurū. neq; nūc idem. Multis eſt enim diuiſionibus diuiſibile: tempus. Q; ſi hæc ipſi nunc ineſſe nō poſſūt: ipſum profecto nūc quod eſt vtroq; in tēpore / idem eſſe neceſſe eſt. At vero ſi ſit idē: patet & indiuiſibile eſſe. Nā ſi diuiſibile ſit: ea rurſus eueniēt quæ antea accidebāt. Eſſe igit̄ in tēpore indiuiſibile quid / q̄d ipſum nunc dicim⁹ eſſe: ex hiſce quæ diximus perſpicuū iam euaſit. ¶ Atqui nichil in ipſo nunc moueri: ex hiſce patebit quę deiceps dicemus. Nā ſi quippiā in ipſo moueri poſſit: fiet vt celerius in ipſo ac tardius moueatur. Sit itaq; nūc ipſum D: atq; in ipſo celerius mobile longitudinē tranſeat / A B litteris deſignatum. Igitur mobile tardius: minorem in eodem longitudinē pertranſibit. deſignetur & ipſa: & ſit A C. Quoniā autē mobile tardius in toto nunc ipſo / longitudinē A C pertranſiuit: celerius mobile per eandem in minore ſane mouebitur. Quare: ipſum nunc diuidetur. at erat indiuiſibile. Fieri ergo non poteſt: vt quicq̄ in ipſo nunc moueatur. ¶ At vero: nec in eodē quicq̄ quieſcere poteſt. quieſcere enī id dicebamus: quod eſt aptum vt moueatur / & non mouetur tunc cum aptum eſt moueri / et vbi / & quemadmodum moueri eſt aptum. Quare cum in ipſo nunc nichil ſit aptum moueri: patet nichil etiā in eodē quieſcere aptū eſſe. Præterea ſi nūc ipſum in vtriſq; tēporibus idem eſt / fieriq; poteſt vt in horum temporum altero toto quippiam moueatur / in

27 28 29 30 31

Argyropylus

altero toto quieſcat/ atq; id quod toto in tẽpore mouetur in quouis ipſius mouebitur / in quo ipſum moueri poteſt/& id quod quieſcit ſimili modo quieſcet: fiet profecto vt idem moueatur ſimul atq; quieſcat. ipſum enim nunc: vlti-
32 mum vtrorũq; temporũ eſt. Inſuper id quieſcere dicimus: quod ſimiliter ſeſe habet & ipſum/ et partes/ nũc atq; prius. at in ipſo nunc non eſt prius: vt patet. quare non fit: vt in ipſo quicq̃ quieſcat. Quæ cũ ita ſint: neceſſe eſt & id quod mouetur & id quod quieſcit/ in tẽpore moueatur/ atq; quieſcat. ¶Omne autẽ quod mutatur: diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Nam cũ e quodam in quoddã ſit omnis mutatio: cum eſt quidem in eo in qđ eſt mutatũ/ non vlterius vt patet mutatur. cũ vero eſt in eo ex quo eſt mutatio: & ipſum/ & ões partes/ nondũ mutatur. qđ enim eodẽ modo ſe habet & ipſum & partes: id nõ mutatur. Neceſſe eſt igitur: ipſum partim in hoc/ partim in altero eſſe. neq; enim in vtroq; : neq; in neutro eſſe poteſt. Dico autem in quod mutatur primũ mutatione: vt fuſcũ/ cum ex albo mutatur/ non nigrũ. non enim quod mutatur: in vtrouis extremorum eſſe neceſſe eſt. Patet igitur: omne quod mutatur diuiſibile eſſe.

CAP. IIII.

33 MOtus autem duobus eſt diuiſibilis modis: vno quidem modo tempore/ altero vero ratione partium eius quod ſubit motum. Veluti ſi A C totum mouetur: & A B/ & B C ſane mouebitur. Atq; ſit partis quidem A B/ motus D E: partis vero B C/ motus E F. Totum igitur motum D F: ipſius A C mobilis motum eſſe/ neceſſe eſt. etenim hoc ipſo motu mouebitur: quippe cum vtraq; pars vtroq; moueatur motu/& nichil alieno motu ſed proprio moueatur. Quare totus moueſcere toto/ id autem quod in toto moue

Tral.ve.ex græ.recog.

tur tempore/ in quouis mouebitur eorũ quæ huius ſunt ſecundum q̃ aptum eſt natura moueri/ et quieſcẽs ſimiliter quieſcet: accidet idem ſimul quieſcere et moueri. idem enim vltimum temporũ vtrorumq;: ipſum nũc eſt. Amplius autem/ quieſcere quidem dicimus id: quod ſimiliter ſe habet et ipſum et partes/ nunc & prius. in ipſo autem nunc: non eſt prius. quare neq; quieſcere. Neceſſe eſt ergo/ & moueri id quod mouetur/ in tempore: & quieſcere id quod quieſcit. ¶ Quod 14
autem mutatur/ omne: diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Quoniam enim ex quodam in quoddam omnis mutatio eſt: & cũ quidem eſt in hoc in quod mutatum eſt/ non amplius mutatur. cum autem eſt in eo ex quo mutatur: et ipſum/ et partes non mutãtur. quod enim ſimiliter ſe habet/& ipſum/et partes: id non mutatur. neceſſe eſt igitur/ hoc quidẽ aliquid eius quod mutatur/ in hoc eſſe: aliud vero in altero. Neq; enim in vtriſq;: neq; in neutro totum eſſe poſſibile eſt. dico autẽ in quod mutatur primũ ſecũdũ mutationẽ: vt ex albo fuſcũ/ nõ nigrũ. non enim neceſſe eſt id qđ mutatur: in vtrouis eſſe extremorũ. Manifeſtũ igitur eſt: q̃ omne id qđ mutatur/ erit diuiſibile. CAP. IIII.

MOtus autem eſt diuiſibilis: dupliciter. vno quidẽ 15
modo/ tempore: alio vero ſecundum motus partiũ eius quod mouetur. Vt ſi ipſum A C mouetur totum: & A B mouebitur/ & B C. Sit igitur ipſius quidem A B/ motus D E: ipſius autem B C/ E F motus/ partium. neceſſe eſt igitur totum in quo D F: ipſius A C eſſe motum. mouebitur enim ſecũdum hũc: quippe cũ vtraq; partium moueatur ſecũdum vtrũq;. Nichil enim: mouetur ſecũdum alterius motũ. Qua-



Tral.ve.ex græ.recog.

re totus motus:totius eſt magnitudinis motus. Amplius autem/ ſi omnis quidem motus alicuius eſt/ totus autē motus in quo D F: neq; partium eſt alterius(partis enim vterq; eſt: neq; vllius alius. cuius enim totus/ totius:& partes partiū ſunt. partes autem motus D F: ſunt partiū A B C/& non aliorum.plurium enim:non eſt vnus motus)& totus vtiq; erit magnitudinis A B C. Amplius autē ſi eſt quidem totius motus alius vt in quo H I:remouebūtur ab eo vtrarumq; partium motus.hi autem:æquales erūt motibus D E/E F. vnus enim: vnius eſt motus.Quare ſi totus quidem diuidetur/ qui eſt H I/ in partiū motus: æqualis erit H I/motui D F.Si vero ſupereſt aliquid/vt K I: hic nullius erit motus.neq; enim totius/ neq; partium:propterea q; vnius vnus eſt/neq; alterius vllius.cōtinuus enim motus:eſt continuorum quorūdam. Similiter autē eſt: & ſi excedit ſecundum diuiſionem.Quare ſi hoc impoſſibile eſt:neceſſe eſt eundē eſſe et æqualem.Hæc igitur diuiſio/ſecūdum partiū motus eſt: & neceſſe eſt cuiuſuis partibilis/ipſā eſſe.Alia autē:eſt ſecundū tempus. Nam cū omnis motus in tempore ſit/tēpus autem omne diuiſibile ſit/ in minori autē minor motus ſit: neceſſe eſt omnē motū diuidi ſecūdum tempus. Quoniam autem omne quod mouetur in aliquo mouetur/& tempore quodam/ & omnis eius quod mouetur/eſt motus: neceſſe eſt eaſdem eſſe diuiſiones & temporis/& motus/& ipſius moueri/& eius quod mouetur/& eius in quo motus eſt. Verū nō omniū ſimiliter:in quibus motus eſt.ſed quātitatis quidem/ſecundū ſe: qualitatis autē/ſecundū accidēs.Accipiatur enī tēpus in quo mouetur/in quo A: et motus/in quo B.Si igitur ſecūdū totū motū/in toto tempore eſt motū:in dimidio/ſecūdū minorē.& rurſus hoc diuiſo:





Argyropylus

tus: totius eſt magnitudinis motus. Præterea ſi motus quidē omnis alicuius eſt motus / totus autem D F motus/ neq; A B neq; B C eſt partis (pars enim partis eſt motus:neq; cuiquā tribuitur alij. cuius nāq; totius totus eſt motus: eius & partiū partes ſunt, partes autem D E F: partium A B C/& non aliorum ſunt motus.plurium enim:vnus motus eſſe nō poteſt) totus profecto motus D F/ totius A C magnitudinis motus erit. Inſuper ſi totius A C magnitudinis alius quidam ſit motus ceu G K: auferentur ab ipſo vtrarumq; partiū motus/ qui quidem æquales erūt motibus D E et E F. vnus enim:vnius eſt motus.quare ſi totus G K motus/ in motus partiū diuidetur: motus G K motui D F erit æqualis. Sin vero reſtabit aliquid vt H K: hic nullius erit motus/ vt patet. neq; enim totius neq; partium: quia motus vnius eſt vnus. at neq; cuiꝰ alij tribuetur. continuus enim motus: continuorum quorumdam eſt motus. Eadem erit profecto ratio:& ſi D E F exceſſerunt in diuiſione motus G K.Quare ſi hoc eſſe non poteſt: eundem atq; æqualem eſſe neceſſe eſt. Hæc igitur diuiſio ratione partium eius eſt quod mouetur:atq; cuiuſlibet partibilis ipſam eſſe neceſſe eſt. Alia autem eſt: temporis ratione. Nam cum omnis motus in tempore ſit / & omne tempus ſit diuiſibile/ minor autem in minori tempore fiat:omnis motus vti tempus diuidatur neceſſe eſt.Cum autem omne quod mouetur/in aliquo moueatur/& tempore aliquo/ mobiliſq; totius ſit motus: eaſdem eſſe diuiſiones & temporis/ & motus/ & ipſius moueri/& eius quod mouetur/& etiam eius in quo eſt motus/neceſſe eſt. Verum non omnium ſimiliter:in quibus eſt motus. ſed quantitatis quidem per ſe: qualitatis vero per accidens. Accipiatur enim tēpus in quo quippiam mouetur/& ſit A:& motus ſit B. Si igitur in toto tēpore motū eſt:in illius dimidio/motu minore eſt motum. quo rurſus diuiſo:

34 35 36 37

Argyropylus

minore motu rurſus eſt motũ/ & ſic ſemper motus diuidetur vt tẽpus. ¶Simili modo ſi motus eſt diuiſibilis:& tempus eſt diuiſibile. Si enim toto motu toto in tempore motum eſt:dimidio in dimidio/& minore rurſus in minore eſt
38 motum. Ipſum quoq; moueri: modo diuidetur eodem. Sit enim ipſum moueri:C. in dimidio igitur motu minus erit toto/& in dimidio rurſus dimidij/& ita ſẽper diuidetur. Licet etiã ipſum moueri quod eſt partis vtriuſq; motus D E/& E F deſignando:totum totius dicere eſſe. nam ſi ſit aliud plura motus eiuſdem erunt moueri/ ſicut & motũ in motus partiũ prius oſtendimus diuiſibilem eſſe. Accommodatum enim ipſum moueri parti vtriq; motus:cõtinuum
39 totũ erit. Similiter & lõgitudo & omne id õnino i quo fit mutatio: diuiſibile demõſtrabit. At ſi quædam per accidẽs diuiſibilia ſunt/ propterea q̃ id quod mutatur eſt diuiſibile(nam ſi vnũ diuidatur: omnia diuidentur) ſimiliter ſeſe habebunt hæc omnia infinitionis etiam atq; oppoſiti ratione. Ab eo autẽ maxime quod mutatur:hoc eſt ſequutum/ omnia inquã diuidi infinitaq; eſſe. continuo enim ei quod mutatur:diuiſibilitas ac infinitio ineſt. Diuiſibilitas igitur prius eſt demõſtrata:infinitio autem in ſequentibus innoteſcet.

CAP. V.

40 Vm autem omne qđ mutatur ẽ quodã in quoddam mutetur: ipſum mutatum cũ primo mutatũ eſt in eo eſſe in quo eſt mutatũ/neceſſe eſt. id enĩ qđ mutatur:exit ab eo ex quo mutatur/ aut ipſum relinquit. Atq; aut idẽ eſt mutari atq; relinquere:aut ſequitur relinquere quidem mutari/ reliquiſſe autem eſſe mutatum. nam ad vtrũq; ſimiliter ſe habet vtruinq;.
41 Cum igitur vna mutationum ſit ea cuius termini contradictoriam ſubeunt oppoſitionem: patet cum mutatum eſt quippiam in id quod eſt/ ex eo quod haud eſt/ id

Tral.ve.ex græ.recog.

ſecundũ minorẽ hoc/& ſemper ſic. ¶Si- 16
militer autẽ & ſi motus diuiſibilis ſit: & tẽpus diuiſibile. Si enĩ toto in toto:dimidio in dimidio. Et rurſus minore:in minore. Eodẽ autẽ modo: & ipſum moueri diuidetur. Sit enim in quo C: ipſum moueri. ſecundum igitur dimidium motum/ minus erit toto: et rurſus ſecundum dimidij dimidiũ. & ſic ſemper. Eſt autẽ & cũ quis deſignauerit/ ipſũ ſecũdũ vtrũq; motuum moueri vt ſecundũ D C & C E dicere: q̃ totum erit ſecũdum totum. ſi enim aliud:plura erunt moueri ſecundum eũdem motum/ſicut determinauimus & motum diuiſibilem in partium motus/eſſe. accepto enim ipſo moueri ſecundum vtrũq;:continuum erit totum. ſimiliter autem demonſtrabitur & longitudo diuiſibilis:& omnino omne illud in quo eſt mutatio. Verum quædã/ſecũdum accidens:quoniã id quod mutatur/ eſt diuiſibile. vno enĩ diuiſo:omnia diuidentur. et finita eſſe aut infinita:ſimiliter ſe habebit in omnibus. ſequutũ eſt autẽ maxime hoc/diuidi omnia & infinita eſſe:ab eo quod mutatur. ſtatim enim ineſt ei quod mutatur:diuiſibile/& infinitum. Diuiſibile igitur/oſtenſum eſt prius:infinitum autẽ/ in ſequentibus erit manifeſtum.



CAP. V.

Voniã autẽ omne quod 17
mutatur ex quodam in quoddã mutatur:neceſſe eſt id quod mutatum eſt/ quando primum mutatum eſt/ eſſe in quo mutatum eſt. quod enim mutatur:ab eo ex quo mutatur diſcedit/ aut relinquit ipſum. et aut idem eſt mutari & relinquere: aut relinquere ſequitur mutari/ reliquiſſe autem mutatum eſſe. ſimiliter enim: vtrũq; ſe habet ad vtrũq;. Quoniam ergo vna mutatio-num/ſecundũ contradictionem eſt:quãdo mutatum eſt ex eo quod nõ eſt/in id

Tral.ve.ex græ.recog.

quod eſt/ dereliquit id quod non eſt.erit igitur:in eo quod eſt.Omne enī: neceſſe eſt aut eſſe aut nō eſſe. Manifeſtū igitur eſt: ꝙ in mutatione ſecundum contradictionem/quod mutatū eſt/erit in quo mutatum eſt.ſi autem in hac:& in alijs. ſimiliter enim in vna: et in alijs. Amplius/ et per ſe vnamquamq; accipientibus manifeſtum eſt:neceſſe eſt id quidē quod eſt mutatum ex quo mutatum eſt / eſſe alicubi/aut in aliquo.Quoniam enim ex quo mutatum eſt reliquit/& neceſſe eſt eſſe alicubi: aut in hoc/ aut in alio erit.ſi igitur in alio/vt in ipſo C:quod in ipſum B mutatū eſt/ rurſus ex ipſo mutatur in ipſum B.nō enim erat cōtiguum ipſi B. mutatio enim: cōtinua eſt.Quare quod mutatū eſt:quādo mutatū eſt / mutatur in quod mutatū eſt.hoc autē:eſt impoſſibile.neceſſe eſt ergo quod mutatū eſt:eſ-
18 ſe in hoc/in quod mutatum eſt. ¶Manifeſtū igitur eſt:ꝙ et id quod factū eſt/cū factū eſt erit.et id quod corruptū eſt:cū corruptū eſt/non erit. Nam et vniuerſaliter dictū eſt de ōni mutatione:et maxime eſt manifeſtū in ea quæ eſt ſecundū cōtradictionem. Qz igitur id quod mutatū eſt cum mutatū eſt primū/in illo eſt:
19 manifeſtum eſt. ¶In quo autem primo nunc/primum mutatum eſt id quod mutatum eſt:neceſſe eſt impartibile eſſe.dico autem primum:quod non propterea ꝙ alterum aliquid ipſius primum ſit/huiuſmodi eſt. Sit igitur diuiſibile ipſum A C:& diuidatur ſecūdū B.Si igitur in A B mutatum eſt/aut rurſus in B C:nō vtiq; in primo quod eſt A C / mutatum erit. ſi autem in vtroq; mutabatur (neceſſe eſt enī:aut mutatū eſſe/aut mutari in vtroq;) et in toto vtiq; mutabatur. at erat mutatū.Eadē ratio autē eſt:& ſi in hoc quidē mutatur/in hoc autē mutatū eſt.erit enim aliquid: primo prius.quare nō erit vtiq; diuiſibile/illud primū: in



Argyropylus

iam ipſum qđ haud eſt reliquiſſe. quo fit:vt ſit in eo quod eſt.Omne nāq; quoduis:aut eſſe/aut non eſſe neceſſe eſt. Patet igitur ipſum 42
mutatum ea mutatione cuius termini contradictoriam ſubeūt oppoſitionem:in eo eſſe in quod eſt mutatū. Quod ſi in hac ita eſt:& in cæteris ita erit. ſimiliter enim in vna & in cæteris:hoc ſeſe habet. Præterea ſi quæq; ſumatur/ hoc etiam in vniuerſis eſſe patebit:ſi ipſum mutatum alicubi aut in aliquo eſſe neceſſe eſt. Quoniam enim id e quo eſt mutatum reliquit / atq; ipſum alicubi eſſe neceſſe eſt: aut in hoc erit/ aut in alio.At ſi in alio vt in C:id profecto quod in ipſum B eſt mutatum/ rurſus in B mutatur ex C. ipſum namq; C:non erat ipſi cohærens B. mutatio enim continua eſt.quo fit: vt ipſum mutatū cum eſt mutatum/ ad id mutetur in quod eſt mutatum. quod fieri nequit. Id ergo quod eſt mutatū: in eo eſſe in quod eſt mutatū/neceſſe eſt. ¶Patet igitur & ipſum 43
factum/ tum eſſe cum factum eſt: & ipſum corruptum/ tum non eſſe cum eſt corruptum.Hoc enim etſi de omni mutatione eſt dictum: maxime tamen in ea dilucidum eſt/cuius termini contradictoriam ſubeunt oppoſitionem. Patet igitur ipſum mutatum:in eo eſſe in quod eſt mutatum/ cum mutatum eſt primo. ¶Id autem in 44
quo primo quippiam eſt mutatum: indiuiduum eſſe neceſſe eſt. atq; id dico primum:quod non ex eo eſt tale/quia aliquid ipſius eſt tale. Sit enim diuiſibile literis A C delignatum: atq; diuiſum in B. Si igitur in A B/ aut rurſus in B C eſt mutatum: non in ipſo primo A C eſt mutatum. ſin in vtroq; mutatur (in vtroq; enim:aut mutatum eſſe/ aut mutari neceſſe eſt)& in toto ſane mutatur. at mutatum eſſe ſuppone batur. Eadem eſt ratio: & ſi in altero/mutatur/ in altero eſt mutatum. erit enim quid : prius primo.quare non erit id diuiſibile in

Argyropylus

45 quo eſt mutatū. ¶Patet igiť: tā corruptū q̄ generatū/ i idiuiduo corruptū eſſe ac generatū. Bifariā autē dicitur: id in quo primo quippiā eſt mutatū. Vno modo: in quo primo finita mutatio eſt. tunc enim: vere dicere licet illud eſſe mutatum. Altero: in quo
46 primo mutari cœpit. Id igiť qđ in fine mutationis dicitur primū: eſt/ vereq; dicitur eſſe. nā & fit vt finiať tandē mutatio. & eſt exitus finiſve mutationis: quē iā & oſtēdimus indiuiſibilē eſſe/ propterea qđ vltimum eſt. ¶At qđ in principio mutationis dicitur primū: id ōnino nō eſt. nō eſt enim mutationis principiū: nec id in quo primo tēporis mutabať. Sit enī primum: A D. hoc igitur: indiuiſibile quidē nō eſt. accidet enim: vt ſint hærentia ipſa nūc. Prēterea ſi in F A tēpore toto quieſcit (ponať enim in illo quieſcere) & ī A quoq; quieſcit. quare ſi ipſū A D partib⁹ vacet: ſimul qeſcet atq; erit mutatū. in A nāq; qeſcit: in D vero mutatū
47 eſt. Cū autē non ſit partibus vacans: diuiſibile neceſſe eſt eſſe/ atq; in quauis eius parte mutatum eſſe. Etenim A D diuiſo: ſi in neutra quidem parte mutatum eſt/ neq; in toto ſane mutatum eſt. ſin in ambabus mutatur: in toto quoq; mutatur. q̄ ſi in altera eſt mutatum: non in toto primo mutatū eſt. Quare neceſſe eſt: in quacunq; eſſe mutatum. Patet igitur: non eſſe id in quo primo mutatū eſt. quippe: cum diuiſiones ſint infinitæ.
48 At vero: nec ipſius mutati quicq̄ erit primum quod eſt mutatum. Sit enim ipſius D F: mutatū primum D G. nam omne quod mutatur: demonſtratum eſt diuiſibile eſſe. tempus autem in quo D B mutatum eſt: ſit H K. Si igitur in illo toto ipſum D G eſt mutatū: in dimidio minus fuit mutatum/ & prius ipſo D G. & hoc rurſus aliud prius/ & ſic ſemper. Quare nichil erit eius quod mutatur: quod primum eſt mutatū.
49 ¶Patet igitur ex hiſce quæ diximus: neq; eius quod mutatur/

Tral.ve.ex græ.recog.

quo mutatum eſt. ¶Manifeſtum eſt igi 20
tur: q̄ & id quod corruptum eſt/ & quod genitū/ eſt: in impartibili illud quidē corruptum/ hoc autem genitū. Dicitur autē id/ in quo primo mutatum eſt: dupliciter. Aliud quidem: in quo primo perfecta eſt mutatio. tūc enim: verū eſt dicere q̄ mutatū eſt. Aliud vero: in quo primo cœpit mutari. Quod igitur circa finem mutationis primum dicitur: exiſtit/ & eſt. cōtingit enī perfici mutationē. et eſt mutationis finis: qui iā & oſtēſus eſt idiuiſibilis eſſe/ ꝓpterea q̄ finis eſt. ¶Q đ 21
autem ſecundū principiū eſt: omnino nō eſt. non enim eſt principiū mutationis: neq; id tēporis ī quo primo mutabatur. Sit enim primum: in quo A D. hoc igitur: indiuiſibile quidem non eſt. accidet enim: contigua eſſe ipſa nunc. Amplius ſi in C A tempore toto quieſcit (ponatur enim: quieſcens) & in A quieſcet. Quare ſi ipartibile eſt A D: ſimul quieſcet/ & mutatū erit. nā in A/ quieſcit: in D autem mutatū eſt. Quoniam autem non eſt impers: neceſſe eſt diuiſibile eſſe/ & in quauis partiū huius/ mutatū eſſe. diuiſo enim ipſo A D/ ſi in neutra quidē mutatū eſt: neq; in ipſo toto. ſi vero in ambabus mutatur: & in toto. ſi autē in altera mutatum eſt: non in toto primo. quare neceſſe: ī quauis mutatū eſſe. Manifeſtū igitur eſt: q̄ nō eſt/ in quo primo mutatū eſt. infinitæ enī: diuiſiones ſunt. Neq; igitur: eius qđ mutatū eſt aliquid primū eſt/ qđ mutatū ſit. Sit enim D F. primū mutatū ipſius D E. omne enim qđ mutatur: diuiſibile eſſe demonſtratū eſt. Tēpus autē ī quo ipſū D F mutatū eſt: ſit in quo H I. ſi ergo in toto/ ipſū D F mutatū eſt: ī dimidio minus erit id qđ mutatū eſt/ & prius ipſo D F. & rurſus hoc/ aliud/ et illo aliud: et ſemp ſic. Quare eius qđ mutať: nichil erit primū qđ mutatū eſt. ¶Q; igiť neq; eius qđ mutať/ 22



Tral.ve.ex græ.recog.

neq; ī quo mutatur tēpore primū q.cq̄ sit: manifestū est ex ijs quæ dicta sunt. illud autē quod mutatur/aut id secūdū qđ mutatur: non amplius similiter se habebit. tria nāq; sūt quę esse dicūtur in mutatione: & qđ mutatur/et in quo/& secūdū qđ mutat. vt homo/& tēpus/et albū. homo igitur & tempus: diuisibilia sunt. de albo autē: alia ratio est. verū: secundū accidēs quidē ōnia diuisibilia sunt. cui enim accidit qualitas/aut albedo: illud diuisibile est. quoniā neq; in ijs erit primū quæ quidem secundum se dicuntur diuisibilia/& non secundū accidēs: vt in magnitudinibus. Sit enī in quo A B/ magnitudo: & moueatur ex B in C primum. igitur/si indiuisibile quidē erit B C: impersimperti erit cōtiguum. si vero diuisibile: erit aliquid/ipso C prius in quod mutatū est/ & illo rursus aliud/ & semper sic/ propterea q; nunq̄ deficit diuisio. Quare non erit primum: in quod mutatum est. Similiter autem est: & in quantitatis mutatione. etenim hæc: in continuo est. Manifestū igitur est/q; in solo motu qui secundum qualitatem est: contingit indiuisibile per se/esse.



CAP. VI.

23 QVoniā autē omne quod mutatur/in tēpore mutatur/ dicitur autē ī tēpore mutari & vt in primo/et vt secundū alterum/vt in anno/ quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur id qđ mutatur/in quauis huius parte mutari necesse est. manifestum est igitur: et ex diffinitione. primū enī: sic dicebamus. Sed & ex his: manifestum est. Sit enim in quo primo mouetur id qđ mouetur/ in quo Y R: & diuidatur secundū K. omne enī tēpus: diuisibile est. In tēpore autē Y K: aut mouetur/aut nō mouetur. et rursus in tēpore K R: similiter. Si igitur in neutro mouetur: quiescet vtiq; in toto.



Argyropylus

neq; temporis in quo mutatur: primum aliquid esse. ipsum autem quo mutatur: non eodem modo sese habebit. tria namq; esse dicuntur in ipsa mutatione: id quod mutatur/ & id in quo/ atq; id quo mutatur. vt homo/ tempus/atq; albedo. Homo igitur ac tempus: diuisibilia sunt. sed de albedine: est alia ratio. attamen: per accidens omnia diuisibilia sunt. Cui namq; albedo vel qualitas accidit: id est diuisibile. nam neq; in his erit primum: quæ per se & non per accidens dicuntur diuisibilia/ quales sūt magnitudines ipsæ. Sit enim mobile A B: motum ex B in C primum. igitur si indiuisibile sit ipsum B C: parte vacās erit hærens parte vacanti. sin diuisibile: erit aliquid ipso C prius in quod est mutatum/ & illo rursus aliud prius/& sic semper. nunq̄ enim: diuisio deficit. Quare: non erit quicq̄ primum in quod est mutatum. Similiter res sese habet: & in quantitatis mutatione. nam & hæc: in continuo est. Patet igit in solo qualitatis motu: per se indiuisibile esse posse.

CAP. VI.

Vm autem omne 50
quod mutatur in tempore mutetur/ mutari vero in tē pore dicatur & vt in primo & vt per aliud/ quo pacto in anno mutari dicitur/ quia mutat ī die: id sane quod mutatur in quacūq; eius tēporis parte mutari/ī quo primo mutatur necesse est. Id ita esse: patet quidem & ex diffinitione ipsius primi. sic enim: ipsum antea diffiniebamus. Patebit autem: & ex 51
hisce quæ deīceps dicemus. Sit enim tempus A B: in quo quippiam primo mouetur. atq; cum omne tempus sit diuisibile: diuidatur in C. In tempore igitur A C: mouetur/aut non mouetur. & eodem modo rursus: in ipso C B. Si igitur neutra in parte mouetur: in toto sane quiescit.

Argyropylus

impoſſibile eſt enim moueri: ſi nulla ī parte eius moueatur. ſin in altera tantum mouetur: nō in A B tēpore primo moueť. per aliud enim: in ipſo mouetur. ergo quacunq; in parte temporis mo
52 ueatur: neceſſe eſt. ¶Hoc autem demonſtrato: patet omne quod mouetur/ prius neceſſario motū eſſe. Nam ſi in A B tempore primo/ per F G ſpaciū quippiā motum eſt: id quod æqua celeritate mouetur ſimulq; incœpit/ per dimidiū in dimidio temporis erit motum. Qz ſi id tempore in eodem motum eſt per magnitudinem aliquam: & alterum per eādem neceſſe eſt eſſe motum. quare motū eſt: id (vti diximus) qđ
53 mouetur. Prēterea ſi in A B toto vel quouis omnino tēpore propterea motum dicimus quippiam eſſe/ q̄ ipſius vltimum nunc accipimus (id eſt enim quod terminat: atq; inter ipſa nunc ſem per eſt tempus) in cæteris etiam ſane ſimili modo motum eſſe dicetur. dimidij autem extremū: eſt ipſa diuiſio. quare & in dimidio motūum erit: & in quacunq; omnino parte. ſemper enim per diuiſionem: cōtinuo tempus ab ipſis nunc terminatum euadit. ¶Qz ſi omne tempus eſt diuiſibile/ & id quod eſt inter nūc ipſa tempus eſt/ vti diximus: omne profecto quod mutatur/ infi
54 nities eſt mutatum. Præterea ſi id quod continue mutatur/ & nō eſt corruptū/ neq; ceſſauit a motu/ aut mutari aut eſſe mutatū in quocunq; neceſſe eſt/ vt mutetur autem in ipſo nunc fieri nequit: in quocunq; ſane temporis puncto mutatū ſit ipſum neceſſe eſt. ¶Quare ſi temporis puncta ſint infinita: ōne nimirū qđ
55 mutať/ ifinities eſt mutatū. ¶Nō ſolū autē id qđ mutať neceſſe eſt eſſe mutatū: ſed etiā ipſū mutatū prius mutetur neceſſe eſt. ōne nāq; quod ex quopiā in quippiā eſt mutatū: in tēpore eſt mutatū. Sit enī: in ipſo nūc ex A mutatū ī B. in eodē igit nūc ī quo eſt ī A: mutatū nō eſt. nā & ī A & ī B ſimul erit. Ipſū nāq; mutatū/ non

Tral.ve.ex græ.recog.

moueri enī/ id quod in nulla partiū huius mouetur: impoſſibile eſt. ſi vero in altera ſola mouetur: nō vtiq; in primo mouetur quod eſt Y R. ſecundū enī alterū: motus eſt. neceſſe eſt igitur: in quouis ipſius Y R/ motū eſſe. ¶Hoc autē oſtēſo: 24
manifeſtū eſt/ q̄ ōne quod mouetur/ neceſſe eſt motū eſſe prius. Si enim in Y R tēpore primo/ magnitudo K L mota eſt: in dimidio/ qđ æque velociter mouetur & ſimul īcœpit/ per dimidiū erit motū. Si autem ęque velox in eodem tempore motū ſit aliquid: & alterū neceſſe eſt per eandē motū eſſe magnitudinem. quare motum erit: id quod mouetur. Amplius autē ſi in toto tēpore Y R/ motū eſſe dicimus/ aut omnino aut in quouis tēpore ex eo quia accępimus vltimū ipſius nūc/ (hoc enī eſt id quod terminat: & mediū ipſorū nūc/ tēpus eſt) & in alijs vtiq; ſimiliter dicetur motū eſſe. dimidij autē vltimū: diuiſio eſt. quare & in dimidio motū erit: et ōnino in quauis partiū. ſemper enī ſimul cū ipſa diuiſione: tēpus eſt terminatū ab ipſis nunc. ¶Si igitur oē qui- 25
dē tēpus diuiſibile eſt/ quod autē eſt inter ipſa nunc/ tēpus eſt: ōne quod mutatur/ ifinities mutatū erit. Amplius autē ſi id quod cōtinue mutatur/ & neq; corruptū eſt neq; ceſſauit a mutatione/ aut mutari/ aut mutatū eſſe/ neceſſe eſt ī quouis/ in ipſo autē nūc nō eſt mutari: neceſſe eſt mutatū eſſe ſecūdū vnūqđq; ipſorū nūc. ¶Quare ſi ipſa nūc infinita ſūt: 26
ōne quod mutatur/ infinite erit mutatū. ¶Non ſolum autem id quod mutatur 27
neceſſe eſt mutatū eſſe: ſed etiā mutatū neceſſe eſt mutari prius. omne enī quod ex quodā in quiddā mutatū eſt: in tempore mutatū eſt. Sit enim: in ipſo nunc/ ex A in B mutatum. ergo in eodē quidē nūc in quo eſt/ in ipſo A: nō mutatū eſt. ſimul enim: erit in ipſo A & in ipſo B. quod enim mutatum eſt/ quādo mutatū

A
B

Tral.ve.ex græ.recog.

est ꝙ non est in hoc: ostensum est prius. si vero in alio est: in medio est tempus. non enim contigua sunt: ipsa nunc.

28 ¶ Quoniam igitur in tempore mutatum est/tempus autem omne diuisibile: in dimidio aliud erit mutatum/ & rursus in illius dimidio aliud / & semper sic. quare mutaretur vtiqꝫ prius. Amplius autē in magnitudine manifestius est quod dictū est: propterea ꝙ cōtinuū est magnitudo/ in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim mutatū ex C in D. Ergo si indiuisibile quidem est ipsum C D: id quod impers est/imperti erit cō tiguum. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem esse id quod est inter/& in infinita esse diuisibile. Quare: in illa mutatur prius. necesse est ergo omne quod mutatum est: mutari prius. eadem enim demōstratio est: & in non continuis. vt & in contrarijs: et in contradictione. Accipiemus enim tēpus/in quo mutatum est: & rursus eadē dicemus. Quare necesse est id quod mutatum est/mutari: & quod mutatur/mutatum esse. & est/ipso quidē mutari/ mutatum esse prius: ipso autem mutatum esse/mutari: & nunq̄ accipietur primum. causa autem huius est: non esse impers imperti contiguum. in infinitum enim/ diuisio fit: vt in ijs quæ augentur & di-

29 minuuntur lineis. ¶ Manifestum est igitur ꝙ et id quod factum est/necesse est fieri prius: & quod fit/ factum esse/ quæcunqꝫ diuisibilia & continua sunt. non tamen semper id quod fit: sed aliud aliquando/vt illius aliquid/ sicuti fundamētum domus. similiter autem: & in eo quod corrumpitur/& eo quod corruptū est. statim enim inest/ei quod fit/& quod corrumpitur/cum sit cōtinuum: infinitū

3 quoddā. & non est: aut fieri nō factū aliquid/ aut factū esse qđ nō fit aliq̄d. similiter autē: & in ipso corrūpi/& in corru-

C
|
D

Argyropylus

esse in hoc ipso cum est mutatū: antea demonstrauimus. Quod si in alio sit mutatū: inter illa profecto medium tempus erit. non sunt enim hærentia: ipsa temporis puncta. ¶ Cum igitur in tē- 56
pore sit mutatum/ tempus autē ōne sit diuisibile: in dimidio sane mutatum est/ & in dimidij dimidio rursus/ & sic semper. Quare antea mutabatur. Præ- 57
terea id quod dictum est in magnitudine: magis est manifestū. propterea ꝙ magnitudo continuum est: in qua mutatur id quod mutaī. Sit enī ex C: quippiam mutatum in D. si igitur C D indiuisibile sit: partibus vacanti/ partibus profecto vacans hætebit. Qz si id fieri nequeat: medium ipsum magnitudinem esse necesse est/ diuisibileqꝫ esse ī īfinita. Quare: prius in illa mutatur. omne ergo mutatum: prius mutari necesse est. Eadem est 58
enim & in hisce quę nō cōtinua sunt: demonstratio. vt in contrarijs: & in hisce quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Sumemus enim id tempus in quo est mutatum: & eadem rursus dicemus. Quare mutetur ipsū mutatum/ et mutatum sit id quod mutatur: necesse est. Atqꝫ mutari prius est ipso mutatū esse: et mutatū esse ipso mutari/ ac nūq̄ primum sumetur. causa autē huius est: partibus vacans non esse vacāti partibus hærēs. in infinitum enim/ ipsa diuisio proficiscitur: vt in crescētibus ac decrescentibus intueri lineis licet.
¶ Quæ cū ita sint: patet neces- 59
se esse & id quod est factū fieri prius/& id qđ fit antea factū esse/modo diuisibilia atqꝫ cōtinua sint. nō tamē semper qđ fit/factū est prius: sed interdū aliud/ ceu illius aliquid/ vt in ædibus fundamētū. similiter fit: & in eo qđ corrūpitur/& corrupto. inest enī ei quod fit/ & ei quod corrumpitur: infinitio quędam. quippe cū cōtinuū sit vtrūqꝫ. et impossibile est aut fieri nō factū aliq̄d: aut factū esse nō fiēs aliq̄d. similiter: & ī ipso corrūpi/ atqꝫ corru

Argyropylus

ptum esse. semper enim corruptum esse: antecedit corrũpi. & corrũpi: corruptum esse. Patet igitur/ ꝙ id quod est factum/ prius necesse est fieri: & id quod fit/ ãtea factũ esse. est enī ōnis magnitudo/ ōneꝙ tēpꝰ: diuisibile semper. Quare in quocũꝙ sit: nō erit in illo vt primo.

CAP. VII.

60 CVm autē omne quod mouetur in tempore moueaī/ in maioreꝙ maiorem magnitudinē transeat: fieri profecto nō potest/ vt magnitudinem infinito in tempore transeat quicq̄ finitam/ modo non per ipsam eādem semper/ nec per aliquam eius partem/ sed per totam toto in tempore moueaī. Patet igitur/ si quippiam æqua moueatur celeritate: necesse esse finitam magnitudinem illud finito in tempore pertransire. sūpta nāꝙ parte quæ mēsurauerit totā/ in tot æqualibus temporibus quot sunt magnitudinis partes: totā illā profecto magnitudinē pertrāsibit. Quare cū harū quæcꝙ finita sit quātitate/ & omnes numero sint finitæ: tēpus etiā ipsum profecto finitū erit. tātū enī toties erit: quantū est tēpus partis toties repetitū/ quot sunt magnitudinis par-
61 tes. Nichil autē itereſt: & si nō ęqua celeritate moueī. Sit enī spaciū qdē AB finitū/ qđ infinito in tēpore pertransiuit: tēpus autē infinitū CD. Si igitur per priorem aliam alia partem motum esse necesse est: patet in priore tēporis parte posteriorive aliā aliāve ptrāsiuisse. semper enī maiore in tēpore: per aliā motū erit. Idꝙ nō minus fiet: siue æqua siue nō æqua celeritate mutetur/ & siue intēdatur motus/ siue remittaī/ siue in eodē pſistat. Accipiatur itaꝙ pars aliqua spacij q̄ metiet AB longitudinē totā: atq; AE litteris designetur. Hāc igit: aliqua in parte transiuit tēporis infiniti. quippe cū ipossibile sit: eā in infinito tēpore transisse. totum enim spacium: in infinito pertransit. Et rursus/ si aliam sumpsero tantam/ q̄ta est ipsa AF: necesse est et hanc eadē ratione finito in tēpore trāsisse. & sic: vsq; ad vltimā proficiscar.

Tral. ve. ex græ. recog.

ptū esse. semper enī est ipso corrūpi: corruptū esse prius. ipso autē corruptū esse: corrūpi. Manifestū est igitur/ ꝙ et id quod factū est/ necesse est fieri prius: & quod fit/ factū esse. omnis enim magnitudo/ & omne tēpus: semper diuisibilia sunt. Quare in quocunꝙ sit: non erit vtiꝙ vt primo.

CAP. VII.

OVoniam autem omne id 30 quod mouetur in tempore mouetur/ & in pluri maior magnitudo: in infinito tempore impossibile est per finitam moueri non eandem semper/ & illius aliquid quod mouetur/ sed in toto/ totam. Qꝛ igitur si quid moueatur æque velociter/ necesse est finitum in finito moueri: manifestum est. accepta enim parte quæ mensurabit totam lineam: in tot æqualibus tēporibus quot partes sunt per totā motū est. Quare/ quoniā hæ finitæ sunt/ & quātitate vnaquæꝙ/ & numero omnes: & tēpus vtiꝙ erit finitū. toties enim erit tantum: quantū partis tēpus multiplicatum secundū multitudinē partiū. sed et si non æque velociter: refert nichil. Sit enim in qua A & B/ spaciū finitū/ per qđ motū sit in infinito tēpore: & tēpus infinitū/ in quo CD. Si igitur necesse est prius per alterum altero motum esse: hoc manifestum est ꝙ tēporis in priori & posteriori/ per alterū est motū. semper enī in pluri: per alterum erit motum. siue æque velociter/ siue non æque velociter mutetur/ siue intendatur motus/ siue remittatur/ siue manet: nichilo minus. Accipiatur igitur spacij AB/ aliquid qđ fit AE: quod mēsurabit AB. Hæc itaꝙ pars: infiniti in quodā absoluta est tēpore. in infinito enī non est possibile. totum enim: in infinito. Et rursus/ alteram si cepero tantam quanta est AE: necesse est in finito tempore. totū enī: in infinito. & sic accipiēdo.



Tral.ve.ex græ.recog.

Quoniam autē infiniti quidē nulla pars eſt quæ menſuret (impoſſibile enim eſt infinitū eſſe ex finitis æqualibus & inæqualibus: propterea ꝙ mēſurabūtur quæ finita ſūt/multitudine & magnitudine a quodā vno/ſiue æqualia ſint ſiue iæqualia. definita autem magnitudine: nichilo minus. ſpaciū autē finitū: quantis A E/menſuratur/in finito tēpore A B mouebitur. ¶ Similiter autē: et in quiete. Quare/neq; fieri neq; corrumpi poſſibile eſt ſemper: aliquid vnū & idem. ¶ Eadē autē ratio eſt: & ꝙ neq; in finito tēpore per infinitū poſſibile eſt moueri/aut quieſcere/ſiue regulariter moueatur/ſiue irregulariter. accepta enī quadā parte/quę metietur totū tēpus: in hac quantitatē aliquā pertrāſibit ipſius magnitudinis/et nō totā. in toto enī: totā. & rurſus in æquali: aliā. & in vnoquoq; ſimiliter: ſiue æqualis ſit/ ſiue inæqualis ei quæ eſt a principio. refert autem nichil: dummodo ſit/finitū quoddam/vnaquęq;. manifeſtum enim eſt/ꝙ conſumpto tempore infinitum non conſumitur: finita diuiſione/ & quantitate & numero ablatione facta. Quare non tranſibit in tempore finito: infinitū. nichilq; refert magnitudinē: verſus alterā/aut verſus vtramq; partem/eſſe infinitam. eadem enim erit ratio.

¶ His autem demonſtratis: manifeſtum eſt/ꝙ neq; finitam magnitudinem infinitum contingit tranſire in finito tempore/propter eādem cauſam. In parte enim temporis: finitā trāſibit. & in vnaquaq;: ſimiliter. quare in toto: finitam. Quoniam autē finitum non tranſibit infinitā in finito tempore: manifeſtum eſt/ꝙ neq; infinitum/ finitam. ſi enim infinitum/ finitā: neceſſe eſt & finitam/tranſire infinitum. nichil enim refert: vtrumuis eſſe id quod mouetur. vtroq; enim modo: finitum tranſibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum/in quo eſt A: erit aliquid ipſius ſecundum B finitum/ vt C D.



Argyropylus

Cum igitur infiniti quidē nulla ſit pars quæ metietur ipſum/ vt patet (fieri enī non poteſt: vt infinitū ex finitis æqualibus & ięqualibus cōſtet. propterea ꝙ ea q̄ multitudine magnitudineq; ſunt definita ſiue ęqualia ſiue inęqualia ſint: menſurari tādē aliquo vno poſſunt. ſpaciū autem finitū: quantitate partis A F mēſuretur) finito ꝓfecto in tēpore tale etiā mobile per magnitudinē A B finitā mouebit. ¶ Similiter: & de quiete dicendū eſt. quare fieri nō poteſt: vt idē vnūq; generetur ſemper vel corrūpatur. ¶ Eadē ſane ratione probabit: fieri etiā non poſſe vt finito in tēpore quicq̄ aut infinitā magnitudinem tranſeat ſiue vniformiter ſiue difformiter moueatur/aut quiete infinita quieſcat. ſūpta nāq; tēporis aliqua parte quæ totū metietur tēpus: in illa partē aliquā magnitudinis/non totā magnitudinē trāſit. totā enim toto in tēpore trāſit: & rurſus ī alia parte æquali partē aliā magnitudinis trāſit. & in vnaquaq; ſimili modo: ſiue æquales ſint primę parti/ſiue etiā iæquales. nichil enī refert: modo ſit quæq; finita. patet enim exhauſto tēpore/ infinitā magnitudinē exhauſtā nō fore: ſi ablatio fiat magnitudine numeroq; finita. Quare: nō infinitā magnitudinē finito in tēpore trāſit. atq; nichil intereſt altera ex parte tantū/an ex vtraq;: infinita ſit magnitudo. eadē enī ſemper accōmodabit ratio.

¶ His demōſtratis: patet neq; fieri poſſe vt magnitudo finita finito ī tēpore trāſeat magnitudinē infinitā/cauſā ob eandē. In parte nāq; tēporis: finitā partē trāſit. & in vnaquaq;: ſimili modo. Quo fit: vt toto in tempore finitā tranſeat magnitudinem. At vero cum magnitudo finita nō trāſeat finito in tempore magnitudinē infinitam: patet neq; magnitudinē infinitam longitudinē finitā tranſire. nā ſi infinita magnitudo finitā pertranſeat: & finitā infinitā tranſire neceſſe eſt. nichil enim intereſt: vtra ſit ea quæ motu cietur. vtroq; namq; modo: infinitā tranſit finita. Nā cū A magnitudo infinita/moueat: erit aliqua pars eius finita in B/ ceu D C.

62

63

64

Argyropylus

& alia atq; alia rurſus/& ſic ſemper. Quare fiet vt ſimul infinita per finitã: & finita per infinitam ſit mota. nec enim fortaſſe fieri poteſt vt aliter infinita per finitam ſit mota: q̃ hoc pacto vt finita trãſeat infinitam/ vel latione pergendo per ipſam/ vel metiendo. quare cum hoc ſit impoſſibile: infinita ſane finitam pertranſire non
65 poteſt. At vero nec infinita infinitam finito in tempore tranſit. nam ſi tranſit: & infinitam finita ſane tranſibit. Ineſt enim in infinita: finita. Præterea & tempore ſumpto: eadem demõſtratio erit.
66 ¶Cum igitur nec infinitam finita/ nec infinita finitã/ nec etiã infinitam infinita finito in tempore tranſeat: patet neq; motum infinitum in tempore fore finito. quid enim intereſt: motus/ an magnitudo ſit infinitum? nam ſi vtrumuis fuerit infinitũ: & alterum infinitum eſſe neceſſe eſt. omnis enim latio: eſt in loco.

CAP. VIII.

67 OVm autem id omne moueatur aut quieſcat qđ aptũ eſt moueri/ quando & vbi & quemadmodum aptum eſt: ipſum profecto ſtãs cũ ſtat/ moueri neceſſe eſt. nam ſi nõ mouetur: quieſcit. At fieri nõ poteſt: vt ad quietem proficiſcatur
68 id quod quieſcit. ¶Quo demonſtrato: patet neceſſe eſſe & in tempore ſtare. omne nãq; quod mouetur: in tempore ſane mouetur. ipſum autem ſtans: moueri oſtendimus. Quare neceſſe eſt: in tem-
69 pore ſtare. Præterea ipſum celerius atq; tardius: in tempore dicimus eſſe. At fit: vt tardius atq; ce-
70 leri9 ſtetur. ¶At vero id qđ ſtat: ſtet quacunq; in parte temporis eius in quo primo ſtatur/ neceſſe eſt. Tempore namq; diuiſo ſi neutra ĩ parte ſtat: neq; toto profecto in tempore ſtat. Quo fit: vt non ſtet idipſum quod ſtat. ſin in altera: non in toto ſtat primo. in hoc enim per aliud ſtat: vt de eo quod mouetur/ antea diximus.

Tral. ve. ex græ. recog.

& rurſus aliud & aliud: & ſempet ſic. Quare ſimiliter accidet infinitum motũ eſſe per finitum: & finitum tranſiſſe infinitũ. neq; eni fortaſſis poſſibile eſt aliter infinitũ moueri per finitum: q̃ ꝙ finitum tranſeat infinitum/ aut latione vtendo/ aut mouendo. quare/ quoniam hoc impoſſibile eſt: non tranſibit infinitum/ finitum. At vero neq; infinitum: in finito tẽpore tranſibit infinitum. ſi enim infinitum: & finitum. ineſt enim infinito: & finitum. Amplius autem & tempore acce
pto: eadẽ erit demõſtratio. ¶Quoniã au 34
tẽ neq; finitũ infinitũ tranſibit/ neq; infinitum finitũ/ neq; infinitũ in finito tẽpore mouetur: manifeſtum eſt/ ꝙ neq; motus erit infinitus in finito tempore. quid enim refert: motũ aut magnitudinẽ/ infinitum facere? neceſſe enim eſt vtrũuis et alterũ: eſſe infinitũ. omnis enim loci mutatio: in loco eſt. CAP. VIII.

OVoniam autem omne 35
aut mouetur aut quieſcit quod aptum natura eſt/ quando aptum eſt/ & vbi & quo pacto: neceſſe eſt omne quod ſtat cũ ſtat/ moueri. ſi enĩ non mouetur: quieſcit. ſed nõ cõtingit: vt ad quietẽ tẽdat quieſcẽs. ¶Hoc autẽ demõſtrato: mani 36
feſtum eſt/ ꝙ & in tempore ſtare neceſſe eſt. quod enim mouetur: in tempore mouetur. quod autem ſtat: oſtenſum eſt moueri. quare neceſſe eſt: in tempore ſtare. Amplius autem ſi velocius quidem & tardius in tempore dicimus: ſtare eſt velocius & tardius. ¶In quo autem tẽ- 37
pore primo id quod ſtat/ ſtat: in quouis huius neceſſe eſt ſtare. Diuiſo enim tempore ſi in neutra quidẽ partiũ ſtat: neq; in toto. quare nõ vtiq; ſtat id quod ſtat. ſin vero in altero: nõ vtiq; in primo toto ſtat. ſecundum enim vtrũq; in hoc ſtat: ſicut dictũ eſt/ & in eo qđ moueẽ/ prius.

Tral.ve.ex græ.recog.

38 ¶ Vt autem id quod mouetur non eſt in quo primo mouetur: ſic neq; in quo ſtat id quod ſtat.neq; enī ipſius moueri neq; ipſius ſtare:aliquid eſt primum.Sit enī in quo primo ſtat: in quo A B. hoc igitur:impers quidem nō contingit eſſe. motus enim: non eſt in imperti/propter ea q̄ motum eſt aliquid ipſius.quod autem ſtat: demonſtratum eſt moueri. At vero/ſi diuiſibile eſt: in quauis partiū ipſius ſtat.hoc enim oſtenſum eſt prius: q̄ in quo ſtat primo/ in quauis parte illius ſtat.Quoniā ergo tempus eſt in quo primo ſtat/& non impartibile eſt/omne autem tempus in infinita diuiſibile: nō erit

39 in quo primo ſtaṫ. ¶Neq; igitur:quieſcēs quādo primū quieuit eſt. in impertí enim non quieuit: propterea q̄ nō eſt motus in impartibili.In quo autē eſt ipſum quieſcere:& ipſū moueri. Tunc enī dicimus quieſcere:quādo & in quo aptū natura eſt moueri/non mouetur id quod aptum natura eſt. Amplius autē & tūc dicimus quieſcere:cum ſimiliter ſe habet nunc & prius/tanq̄ non vno quodam di

40 iudicātes/ſed duobus minimis. ¶Quare non erit in quo quieſcit:impers. ſi vero partibile eſt: tempus vtiq; erit/ & in quauis ipſius partium quieſcet.eodē enī modo demonſtrabitur: quo & in prioribus.

41 ¶Quare nichil:primū erit.hæc autem cauſa eſt:quia quieſcit quidē/ & mouetur omne/in tempore. tempus autem non eſt primū:neq; magnitudo/neq; omnino vllum continuū.omne enim:in infi-

42 nita partibile eſt. ¶Quoniā autem omne quod mouetur in tempore mouetur/ & ex quodam in quoddam mutatur: in quo tempore mouetur ſecundum ſe/ & non quia in illius aliquo/ impoſſibile eſt tunc ſecūdum aliquid eſſe primum quod mouetur.quieſcere enim: eſt in eodem eſſe/ tēpore aliquo & ipſum & partiū vnāquāq;. ſic enī dicimus quieſcere:

Argyropylus

¶Vt autem non eſt quicq̄ in quo primo mouetur id quod motu cietur:ſic neq; quicq̄ eſt in quo ſtat id primo quod dicimus ſtare. Neq; enim ipſius moueri/neq; ip 71
ſius ſtare:quicq̄ eſt primū.Sit enī id qđ primo ſtat: A B literis deſignatum.hoc igitur:vacare partibus impoſſibile eſt. non eſt enī in eo motus/quod partib9 vacat: propterea q̄ id quod mouet/motum eſſe neceſſe eſt. Id vero quod ſtat:moueri iam demōſtrauimus. Q̄ ſi diuiſibile eſt:ī quacūq; parte ipſius ſtat.hoc enim prius oſtē dimus:in quo inquā primo quippiam ſtat/in eius hoc parte quacunq; ſtare. Cū igitur tempus ſit id in quo primo ſtat & non indiuiduum/ omne vero tempus in infinitū ſit diuiſibile:nō eſt profecto idī quo primo ſtatur. ¶Neq; 72
igitur id eſt:in quo primo quieſcens ipſum quieuit. in eo namq; non quieuit: quod partibus vacat.quia nō eſt in indiuiduo:motus.in quo vero quieſcit quippiam:in eo etiam & mouetur. Tūc enim quieſcere quippiā dicimus: quando & in quo eſt aptum vt moueatur/non mouetur. Præterea tunc quieſcere quippiam di- 73
cimus: cum ſimiliter nunc ſeſe habet & prius non vno quodā/ ſed duobus hoc minimis diiudicantes. ¶Quare id in quo qeſcit:partibus non vacabit. q̄ ſi partibile eſt: tēpus erit profecto/atq; ī quauis ipſius parte quieſcet.ſic enim hoc oſtēdeṫ:vt & in prioribus eſt demōſtratū. ¶ Quare nichil erit &ī hoc:primū.eſt autē huius:hęc cauſa/ omne inquā quieſcere atq; moueri in tēpore.tēpus vero nullū eſſe primū/neq; magnitudinē/ neq; omnino continuū:cū omne ſit diuiſibile in infinitum/vt patuit. ¶Cū autē ōne quod mouetur in tēpore moueaṫ/atq; ex quopiam in quippiā mutetur: impoſſibile eſt eo in tempore quo per ſe quippiā mouetur/& nō in aliquo illius/ipſum in aliquo primo eſſe. quieſcere namq; quippiam:eſt in 74
aliquo eodem & ipſum & partē ipſius quamq; tempore quodā eſſe. ſic enim quieſcere dicimus:

Argyropylus

cum in alio nunc atq; alio vere dicere licet/ipſum in eodem parteſq; ipſius eſſe. Qz ſi id eſt quieſcere: non fit profecto vt id quod mutatur/ in aliquo ſit totum ipſo tempore primo. eſt enim diuiſibile: tēpus omne. Quare alia in parte ipſius atq; alia vere dicere licebit: in eodem & ipſam & quāq; partem ipſius eſſe. Quod ſi non ſit hoc pacto in aliquo/ ſed vno in temporis puncto: non erit in aliquo profecto tempore vllo/ ſed in temporis tantūmodo fine. In ipſo vero nunc/ eſt quidem ſemper in aliquo: non tamen quieſcit. in ipſo nāq; nunc: neq; moueri quicq̄/ neq; quieſcere poteſt. ſed verum quidem eſt: in ipſo nunc non moueri/atq; in aliquo eſſe. In tempore autem vt quieſcens: eſſe non poteſt. eueniret enim: vt id quod fertur/quieſcat.

CAP. VIIII.

75 ZEno vero: praue ratiocinatur. Dicit enī ſi ſemper omne quieſcit aut mouetur cum eſt in ſibi ęquali/id autem quod fertur eſt in ſibi æquali ſpacio in ipſo nunc ſemper: immobilem eam eſſe ſagittam quę fertur. Hoc autem: eſt falſum. tempus enim: non ex ipſis nunc indiuiſibilibus conſtat/quēadmodum nec vlla alia magnitudo. Quatuor autem Zenonis de motu ſunt rationes: quæ difficultatem ſoluentibus afferūt. At prima quidem eſt ea: qua motus ex eo tollitur/ quia prius ad medium q̄ ad finem id quod fertur peruenire oportet. de qua diſtinximus antea. Secunda vero eſt ea quæ nuncupatur Achilles: qua motus rurſus ex eo tollitur/ quia nunq̄ id quod celerrime currit id conſequetur quod tardius currit. Id enim quod perſequitur: eo peruenīat ātē neceſſe eſt/vnde id quod fugit fugā arripuit. Quare tardius ipſum/ſemper aliquo 79 ſpacio pręcedat: neceſſe eſt. Eſt autem & huius rationis eadem vis quæ in partes æquales ſectionis: ſed hoc differt/ ꝙ magnitudinem quæ accipitur nō in dimidia

Tral.ve.ex græ.recog.

quando in alio et alio nunc/ verum ſit dicere/ ꝙ in eodē et ipſum et partes ſunt. Si autem hoc eſt quieſcere: non contingit id quod mutatur ſecundum aliquid eſſe totum ſecundum primum tempus. tempus enim omne: diuiſibile eſt. Quare in alia & alia ipſius parte/verum erit dicere: ꝙ in eodem ſit & ipſum et partes. ſi vero non ſic eſt/ſed in vno ſolo nunc/eſt: nō erit tempore vllo ſecundum aliquid/ ſed ſecundum terminum temporis. in ipſo autem nunc/eſt quidem ſemper ſecundū aliquid manens: non tamen quieſcit. neq; enim moueri neq; quieſcere eſt in ipſo nūc: ſed non moueri quidem verū eſt in ipſo nunc/et eſſe ſecundū aliquid. in tempore autem nō contingit eſſe: ſecundum quod quieſcit. accideret enim id quod fertur: quieſcere.

CAP. VIIII.

43 ZEno autem: male ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) quieſcit ōne aut mouetur cū eſt ſecundū æquale/ eſt autē ſēper id qđ fertur in ipſo nūc ſecū dū æquale: immobilē eā eſſe ſagittā quæ fertur. Hoc autē: falſum eſt. nō enī cōponitur tēpus ex ipſis nūc indiuiſibilibus: ſicut nec alia magnitudo vlla. Quatuor autem ſunt rationes de motu/Zenonis: ingerentes difficultatem ſoluētibus. Prima quidem eſt ea quæ de ipſo non moueri eſt: propterea ꝙ prius ad medium oportet peruenire id quod fertur/ q̄ ad finem. de qua diuiſimus in prioribus rationibus. Secunda autē: ea quę vocatur Achilles. Eſt autem hæc: ꝙ tardius nūq̄ appræhendetur currens a velociſſimo. ante enim neceſſe eſt eat perſequens: vnde mouit fugiens. Quare ſemper aliquo id quod tardius eſt/antecedere: neceſſe eſt. Eſt autem et hæc ratio/eadem illi quæ in duo æqualia fit ſectioni: differt autem in diuidendo non in duo

1

2

Cap. 9

10

Tral.ve.ex græ.recog.

acceptam magnitudinē. Non attingi igi tur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idem: cū bipartitione. in vtriſq; enim accidit: non peruenire/ ad terminū diuiſa quodammodo magnitudine. Sed additur in hac: ꝙ neq; velociſſimum tragice dictum/ in perſequendo tardius. quare neceſſe eſt: et ſolutionē eſſe eandē. Putare autem/ ꝙ præcedēs non attingitur: falſum eſt. cū enim præcedit/ nō attingitur: ſed tamē attingeť/ ſi oporteat trāſire finitum. hæ igitur ſunt: rationes duę.

3 Tertia autem/ quæ nunc dicta eſt: ꝙ ſagitta quę fertur ſtat. Accidit autem: propterea ꝙ ſumit tempus componi ex ipſis nunc. nō dato enim hoc: non erit collectio. Quarta autē/ ea quæ de ijs eſt/ quæ

4 in ſtadio mouentur e contrario/ equalibus magnitudinibus iuxta equales: his quidem a fine ſtadij/ illis vero a medio/ æquali velocitate. in quo accidere putat: æquale eſſe tempus dimidiū duplo. Eſt autem deceptio in eo: ꝙ hoc quidem iuxta quod mouetur/ illud autem iuxta id quod quieſcit per equalem magnitudinem cenſet/ æquali velocitate/ æquali tēpore/ ferri. hoc autem: falſum eſt. Vt ſint ſtātes æquales magnitudines: in quibus A A A A. aliæ autem: in quibus ipſa B B B B incipientes a medio ipſorum A/ æquales ſecūdū numerū his et magnitudinē. Alię autē: in quibus ipſa C C C C/ ab vltimo æquales his numero et magnitudine/ & æque veloces ipſis B. Accidit igiť primū B/ ſimul in vltimo eſſe: et primū C eorū quæ iuxta ſe inuicē mouentur. Accidit igitur ipſum C iuxta omnia ipſa B trāſiſſe. Ipſa autē B: iuxta dimidiū ipſorū A. Quare et dimidiū eſſe tēpus. æquali enī vtrūq; eſt iuxta vnūquodq;. Simul autem accidit ipſa B iuxta omnia C tranſiſſe. Simul enim erit primum C: et primum B in contrarijs vltimis/ æquali tempore motum iuxta



Argyropylus

diuidit. Accidit igitur vt tardius ipſum non attingatur: ex ratione nimirum ipſa. Fit autem ob diuiſionem: qua quidem & antecedēs vtitur ratio. In vtriſq; enim fit vt non perueniatur ad finem: magnitudine ſubeunte/ etſi non eodem modo/ diuiſionem. Sed in hac additur tanq̄ tragice decantatum: neq; celerrimū vnq̄ tardiſſimum attingere perſequendo. quare ſolutionē vtriuſq; eandem eſſe: neceſſe eſt. Id vero quod cēſet nunq̄ id attingi quod antecedit: falſum eſt profecto. nam cum antecedit: non attingitur. attamen attingitur tandem: ſi dabit magnitudinem finitā id quod mouetur trāſire. Hæ ſunt igitur: duæ rationes Zenonis. Tertia vero eſt ea/ quæ 80 quieſcere dicit ſagittam cum fertur: de qua paulo ante diximus. Accidit autē id: ex eo quia tēpus ſumitur ex ſuis punctis conſtare. qđ ſi non dederis: ratio continuo expirabit. Quarta eſt ea: quę de ijs 81 eſt æqualibus molibus quæ propter æquales alias moles æquali celeritate parti e calce ſtadij partim e medio cōtra mouēť. vbi fieri putat: vt duplo tēpori dimidiū ſit æquale. Rationis autē fallacia: in 82 exiſtimatione illa cōſiſtit. ea nāq; quorum alterū fertur propter quieſcens/ alterum propter id quod mouetur: æqualem magnitudinē celeritate æquali trāſire in æquali tempore cenſet. hoc autem: falſum eſt. Sint quieſcentes quidem æquales moles A A A A. ſuper has autem moueantur B B B B: incipiēdo a medio ipſarū moliū A/ numero & magnitudine æquales. C C C C vero his æquales modo eodē/ & æque celeres ſup ipſas B incipiēdo a prima quæ eſt in medio ipſarū A: motu cōtrario moueanť. Accidit igitur primam B atq; C molē: ſimul in ipſis extremis/ & C qđē vniuerſas B moles/ B vero dimidiū ipſarū A pertrāſiuiſſe. Quare fit: vt ſit dimidiū tēpus. vtraq; enī æquali in tēpore: moliū vnāquāq; trāſiuit. et inſuper accidit B per ōnes moles C/ trāſiuiſſe. Prima namq; C & B moles: in cōtrarijs ſunt extremis/ tanto in tēpore per

Argyropylus

vnamquãqꝫ B molitũ mota/quanto quamqꝫ molium A transiuit/ vt dicit/ propterea ꝙ vtraqꝫ æquali in tẽpore per A moles est mota. Ratio igit: hæc est. fit autẽ:ob id
83 quod diximus falsũ.At vero neqꝫ in ea mutatione cuius termini cõtradictoriã subeũt oppositionem: impossibile quicq̃ nobis eueniet. veluti quippiã si e non albo in album mutatur/ atqꝫ in neutro est: neqꝫ albũ/ neqꝫ non albũ esse.non enim si non totum in vtrouis sit: non dicetur album/aut non albũ esse.album enim dicimus aut non album : non quia totum sed quia plurimis partibus sit / aut maxime præcipuis tale.non est autem idem:non esse in hoc/& nõ esse in hoc totum. Similiter res sese habet & in eo quod est & in eo quod haud est:atqꝫ in cæteris quæ contradictoriam subeunt oppositionem . etenim in oppositorũ quidem altero necessario erit:totum
84 autem/in neutro semper erit. In circulo rursus ac sphæra/ & in iis omnino quæ in seipsis mouẽtur: non eueniet ipsa quiescere.In eodem enim loco tempore quodam vt inquiunt:& ipsa & partes sunt. Quo fit: vt quiescant simul ac mo
85 ueantur. Primo namqꝫ:partes nõ sunt eodem in loco tempore vllo. Deinde: totum etiam in aliũ sem per locum mutatur. non est enim eadem circũferentia:quæ ab A & B & C sumitur/ cæterorumqꝫ quolibet puncto/ nisi vt musicus homo & homo/ quia id accidit. Quare in aliã alia semper mutatur: & nunq̃ quiescet.idẽ est modus: & in sphæra/ atqꝫ in cæteris quæ in
86 seipsis mouent.Demõstratis autẽ his/dicimus id quod partibus vacat moueri non posse nisi per accidens: veluti si corpus vel magnitudo in qua est/ moueatur. quemadmodum si id quod est in nauigio/lationenauigij:vel totius motu/pars moueatur.

Tral.ve.ex græ.recog.

vnumquodqꝫ ipsorum B / quanto circa vnũquodqꝫ ipsorũ A/vt inquit/propterea ꝙ vtrunqꝫ æquali tempore iuxta ipsa A sunt. Ratio igitur:hæc est. accidit autem : ob id quod dictum est falsum. At vero secundum eam quæ in cõtradictione est mutationem: nichil nobis erit impossibile. Vt si ex non albo in album mutatur et in neutro est : sic vtiqꝫ neqꝫ album est/neqꝫ non album.non enim/ si non totũ in vtrouis sit:nõ dicetur album aut non album . albũ enim dicimus aut non albũ:non quia totum sit huiusmodi sed quia plurimæ aut maxime pręcipuæ partes . non idem autem est:& non esse in hoc/et non esse in hoc totum. Similiter autẽ/& in eo quod est/et in eo quod non est:et in aliꝭ quæ secundum contradicti onem sunt/ erit. non enim ex necessitate : in altero oppositorum . in neutro autem:totum semper. Rursus in circulo & in sphęra:et omnino ijs quæ in seipsis mouentur/quoniam accidet ipsa quiescere.in eodem enim loco/ secundum tempus quoddam erunt : & ipsa/& partes. quare : quiescent simul/et mouebuntur. Primo nãqꝫ:partes non sunt in eodẽ vllo tẽpore.Deinde:et totum semper muta tur in alterũ.non enim eadem est ea quæ ab ipso A sumitur circũferẽtia/et ea quæ ab ipso B/et quæ ab ipso C/& aliorum vnoquoqꝫ signorũ.nisi vt musicus homo et homo:quia accidit.Quare mutatur sẽ per altera in alterã:et nũq̃ quiescet. Eodẽ autẽ modo:et in sphęra/et ijs quę in se ipsis mouent. Demõstratis aũt his:dicimusqꝫ id qđ ipers est/ nõ cõtingit moueri/nisi secũdũ accidens/ vt corpore moto/ aut magnitudine in qua est.sicuti si id qđ in nauí est : moueatur nauis motu . aut pars:totius motu moueatur.



Tral.ve.ex græ.recog.

CAP. X.

44 IMpers autē dico id:quod eſt ſecundum quantitatē indiuiſibile. etenim partium motus /alteri ſunt: et ſecundum ipſas partes et ſecundum totius motum. viderit autem aliquis/et in ſphęra maxime:differē tiam.non enim eadem velocitas erit: & partium quæ ſunt iuxta centrum/et quæ extra/& totius/ tanq̄ non vno exiſtente motu.vt igitur diximus/ſic quidem contigit moueri id quod impers eſt:vt is qui in naui ſedet naui currente.per ſe enim non contingit.Mutetur enim ex A B in B C:ſiue ex magnitudine in magnitudinem/ſiue ex ſpecie in ſpeciem/ſiue ſecundum contradictionem. Tempus autem ſit/in quo primo mutatur:in quo D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo quo mutatur tempore: aut in A B eſſe/ aut in B C .aut aliud quidē quid huius/in hoc:aliud autem quid/in altero.omne enim quod mutatur:ſic ſe habebat.in vtroq; igitur:non erit aliquid ipſius . partibile enim erit. At vero : neq; in B C . mutatum enim erit. ſupponitur autem mutari . Relinquitur igitur: ipſum in A B eſſe/eo quo mutatur tēpore. quieſcet ergo. in eodem enim eſſe tempore quodā: quieſcere eſt. Quare non cōtingit:id quod impers eſt/ moueri aut ōnino mutari.vnice enī hoc pacto eſſet ipſius/motus:ſi tempus eſſet ex ipſis nunc.ſemper enim in ipſo nunc/ motum eſſet & mutatum: vt moueatur quidem nunq̄/motum autem ſit ſemper. hoc autem q̄ impoſſibile ſit:demonſtratum eſt & prius . neq; enim ex ipſis nūc eſt tempus: neque linea ex punctis/ neq; motus ex momētis eſt .nichil enim aliud facit hoc dicens: q̄ motum ex impertibus . ſicut ſi tempus ex ipſis nunc: aut magnitudinem ex punctis. Amplius autem/et ex his manifeſtum eſt: q̄ neq;



Argyropylus

CAP. X.

MAcare autem id partibus dico:quod eſt indiuiſibile quantitate. partium enim motus:& inter ſeſe differunt/ & a totius etiam motu. atq; in ſphęra maxime differentiā ipſam:quiſpiam intuebitur. non enim eadem erit celeritas:earum partium quæ propinquæ ſunt centro/ & earum quæ ſunt ab eo diſtā tes/ totiuſq; ſphęræ.quo patet:nō vnum omnium eſſe motum. vt igitur diximus/ſic ipſum quod partibus vacat moueri poteſt: vt iſce qui ſedet in currente naui mouetur . per ſe autem:moueri non poteſt. Mutetur enim ex A B in 87
B C ſiue in magnitudinem ex magnitudine/ſiue in formam ex forma/ſiue ex termino in oppoſitum cōtradictorie terminum. Tempus autem in quo primo mutatur:ſit D.Igitur ipſum eo in tēpore quo mutatur: aut in A B/aut in B C/ aut partim in hoc partim in altero eſſe neceſſe eſt.omne namq; quod mutatur: ſic ſe habebat. At aliquid ipſius:in vtroq; non erit. fuerit enim partibile.Neq; erit in B C.erit enim mutatum. ſupponitur vero mutari. Reſtat igitur: ipſum in A B eſſe eo tempore quo mutatur. quieſcet ergo. quod enī eſt in eodem tempore quodam : 88
id quieſcere dicebamus. Quare nō fit: vt id quod vacat partibus moueatur/aut omnino mutetur.hoc tantum pacto motus ipſius eſſet: ſi tempus ſuis ex punctis conſtaret. ſemper enim in ipſo nūc motum eſſet atq; mutatū: vt moueatur quidem nunq̄/ſemper vero ſit motum.at hoc eſſe non poſſe:prius eſt demonſtratum. neq; enim tempus ex nunc ipſis : neq; linea ex punctis/neq; motus ex ſuis momentis conſtat. Nam nichil aliud aſſerit qui id dicit: q̄ motum ex hiſce quæ partibus vacant conſtare . perinde atque ſi tempus ex nunc ipſis aſſereret : aut magnitudinem ex punctis conſtare . Præterea neque punctum/ 89
neque indiuiſibile quicquā moueri:ex his etiam patet.fieri nāq;

Argyropylus

non poteſt: vt id quod motu cietur / maius ſeipſo tranſeat prius q̄ aut per æquale / aut minus ſe moueatur. Quod ſi ita ſit: patet & punctum ſeipſo minus / aut ęquale prius tranſire. At cum indiuiſibile ſit: fieri nō poteſt / vt per minus antea moueatur. per æquale ergo ſibi: mouebitur. Quo fit: vt ex punctis linea conſtet. punctū enim trāſeundo ſibi ſemper æquale: totam quam tranſit lineam metietur. Quod ſi id eſſe non poteſt: fieri quoq; nequit vt indiuiſibile moueatur. Inſuper ſi omne quod motu cietur / in tempore & nichil in ipſo nunc moueatur / omneq; tempus ſit diuiſibile: erit vtiq; tempus eo tēpore minus / in quo tranſit id quod mouetur æquale ſpaciū ſibi. Id enim in quo mouetur: tempus erit plane. propterea q̄ omne quod mouetur: in tēpore motu cietur. Tempus autem omne / diuiſibile eſſe: prius eſt demonſtratum. Si igitur punctū mouetur: erit aliquod tempus eo tēpore minus / ī quo motū eſt ipſum per æquale ſpacium ſibi. At eſſe non poteſt. In minore namq; tranſeat minus: neceſſe eſt. Quo continuo fit: vt indiuiſibile in ſe minus ſit diuiſibile / quēadmodū & tēpus in tempus. Enimuero vnice id quod partibus vacat atq; indiuiſibile / moueretur: ſi fieri poſſet vt in ipſo nunc indiuiduo quippiā moueatur. eiuſdē enim eſt rationis: in ipſo nunc moueri / & indiuiſibile quid moueri.

¶Mutatio autē: nulla eſt infinita. e quopiā enim in quippiā eſt omnis: & ea quæ in cōtradictorijs / & ea quæ in cōtrarijs eſt. Quare mutationū quidem earū quæ in contradictorijs ſunt: affirmatio atq; negatio finis eſt. generationis quidem / id quod eſt: corruptionis autem / id quod non eſt. mutationum vero quæ inter cōtraria ſunt: ipſa contraria ſunt extrema. hæc enim: vltima ſūt mutationis. quare & alterationis omnis (alteratio namq; ex contrarijs eſt quibuſdā) ſimiliter & accretionis decretionisve. nā accretionis quidē id eſt

Tral.ve.ex græ.recog.

punctum / neq; aliud indiuiſibile vllum cōtingit moueri. omne enim quod mouetur: impoſſibile eſt prius per maius moueri ſeipſo / q̄ aut per æquale / aut minus. ſi autem hoc: manifeſtū eſt / q̄ et punctū per minus / aut æquale mouebit primū. Quoniam autem indiuiſibile eſt: impoſſibile eſt minus moueri prius. per æquale ergo: ſibiipſi. quare: erit linea ex pūctis. ſemper enim cum per æquale mouetur: ōnem lineam / punctū mēſurabit. ſi autē hoc īpoſſibile eſt: et moueri īdiuiſibile īpoſſibile eſt. Amplius autē / ſi ōne in tēpore mouetur / in ipſo autē nūc nichil / au tē omne diuiſibile tēpus eſt: erit aliquod tēpus minus quouis eorū quæ mouetur / in quo mouetur per tantum quātum ipſum eſt. Hoc igitur / erit tēpus in quo mouetur: propterea q̄ omne / in tēpore mouetur. tempus autem omne / diuiſibile eſſe: demonſtratum eſt prius. Si ergo punctum mouetur: aliquod erit tempus minus / in quo ipſum motum eſt. ſed impoſſibile eſt. in minori enī: per minus neceſſe eſt moueri. quare erit diuiſibile: id q̄d indiuiſibile eſt in minus / ſicuti et tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur / id quod impers eſt / & indiuiſibile: ſi eſſet in ipſo nunc impartibili moueri poſſibile. eiuſdem enim rationis eſt: in ipſo nunc moueri / & indiuiſibile quid moueri. ¶Mutatio autē: nulla eſt infinita. omnis enī eſt ex quodā in quiddam: et ea quæ eſt in contradictione / & quæ eſt in cōtrarijs. Quare earum quæ ſecundū contradictionē ſunt: affirmatio et negatio terminus eſt. vt generationis quidem / id quod eſt: corruptionis vero / id quod non eſt. earum autem quæ ſunt in cōtrarijs: ipſa cōtraria. hęc enim: ſunt extrema mutationis. quare et alterationis omnis (ex contrarijs enim: quibuſdā eſt alteratio) ſimiliter autē et augmētationis & diminutionis. augmentationis enim

Tral.ve.ex græ.recog.

terminus : eſt qui ſecundum naturam propriam eſt perfectæ magnitudinis . diminutionis vero: huius remotio. Loci autem mutatio:ſic quidem non erit finita.nō enim omnis:in contrarijs eſt. Sed quoniam impoſſibile eſt diuiſum eſſe ſic ex eo quia nō cōtingit eſſe diuiſum(multipliciter enī dicit:impoſſibile)diuidi nō contingit id qđ ſic impoſſibile eſt diuidi/ nec oino quod impoſſibile eſt fieri fieri: neq; qđ mutari impoſſibile eſt/ cōtinget vtiq; mutari i idi qđ poſſibile eſt mutari. Si ergo id quod ferť/ mutetur in aliquid : & poſſibile erit mutari . Quare nō eſt infinitus motus:neq; ferеť infinito motu. impoſſibile enim eſt: trāſire illum . Qz igitur ſic non eſt infinita mutatio vt non finiatur terminis: manifeſtum eſt.Sed ſi eſſe poſſit ſic/ vt tempore ſit infinita/ vna & eadem exiſtens:conſiderandum eſt . nam vna quidem ſi non fiat:nichil fortaſſis prohibet.vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit: & poſt alterationem augmentatio/ & rurſus generatio.ſic enim/ ſemper quidem erit tempore motus : ſed non vnus / propterea q̄ non eſt vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus / non contingit infinitum eſſe tempore:præter vnum.hic autem:eſt circularis latio.

Argyropylus

extremum: quod eſt magnitudinis perfectæ/quæ accommodatur naturæ finis. decretionis vero:caſus ab hoc ipſo/remotiove. Latio 92
autem:hoc quidem modo nō erit finita.non enim omnis:eſt in cōtrarijs.Sed quoniā quod hoc pacto eſt impoſſibile diuiſum fore vt non cōtingat ipſum fore diuiſum/ id vt diuidatur non poteſt (multipliciter enim:impoſſibile dicitur)atq; quod ita eſt impoſſibile ſecari non poſſit/ et omnino quod factum fore non poteſt / id fieri non contingit:& id profecto quod mutatum fore non poteſt/ in id mutari nequit in quod mutatum fore non poteſt. Si igitur id 93
quod fertur/in quippiam mutetur: & in illud ſane fore mutatum poteſt. Quare motus non eſt infinitus: neq; quicq̄ per infinitū feretur.fieri enim nō poteſt: vt illud vnq̄ pertrāſeat . Patet igitur/hoc pacto nullam infinitam eſſe mutationem: vt non ſit finibus terminata.Verum conſiderandum eſt ſi 94
ſic eſſe poſſit: vt vna eadēq;/ tempore ſit infinita, nam ſi non fiat vna:nichil forſitan prohibet. veluti ſi alteratio fiat poſt lationem/ & accretio poſt alterationē:& generatio rurſus poſt illā. ſic enim ſemper quidem erit tempore motus : ſed non vnus/ quia non eſt vnus ex vniuerſis. Vt autē vnus infinitus tempore fiat:prēter vnū non poteſt. hic autē:eſt ipſa conuerſio.

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ : ſexti libri finis.

¶Sexti Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/libri finis.

Argyropylus

¶Septimus Phyſicorum Ariſtotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus ſeptimi de Phyſico auditu Ariſtotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

1 Mne quod moue-
tur: ab aliquo mouea
tur neceſſe eſt. Si igi-
tur in ſe nõ habeat principium motus: ab alio patet ipſum moueri. Si in ſe habeat: accipiatur ipſum A B/qđ quidem moueatur non ex eo quia quid ſuí cietur. Primum igitur/A B putare a ſe moueri quia & totum ab externo nullo mouetur: ſimile eſt atq; ſi quis cum ipſum D G mouet ipſum G F/ſimulq; cum eo mouetur/ipſum D G F a ſeipſo moueri putaret. quia non perſpicit vtrum ab vtro moueatur: vtrum D G a G F/ an G F ab ipſo
2 D G. Deinde quod a ſeipſo mouetur: id nunq̃ ex eo moueri deſinet/quia aliquid aliud ſtetit moueriq; ceſſauit. Igitur ſi quid ex eo moueri deſinit quia quippiã aliud ſtetit: id ab alio moueatur neceſſe eſt. hoc enim patefacto: omne quod mouetur/ab aliquo moueatur neceſſe eſt. cum enim ipſum A B moueri ſit ſumptum: diuiſibile erit profecto. omne nãq; quod mouetur: diuiſibile eſt. Sit igitur diuiſum: in C. Igitur B C quieſcente: & ipſum A B/quieſcat neceſſe eſt. Quod ſi non quieſcat: mẽte ſumatur moueri. B C igitur quieſcente: A C mouetur. non ergo per ſe mouetur: ipſum A B. at per ſe primo moueri: ſupponebatur. Patet igitur B C quieſcente: & A B quieſcere/ac tunc ceſſare moueri. At ſi quid ex eo moueri deſinit / quia quieſcit aliud: ab alio plane mouetur. Patet: igitur omne quod mouetur/ab aliquo motu cieri. omne enim quod mouetur:

Mne quod mo-
uetur: neceſſe eſt ab aliquo moueri. ſi igitur in ſe ipſo non habet principium motus: manifeſtum eſt ꝙ ab altero mouetur. ſi autẽ in ſeipſo: accipiatur in quo A B/quod moueatur non ex eo quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari A B a ſeipſo moueri propterea ꝙ totum mouetur/et a nullo externorum: ſimile eſt ac ſi quis ipſo D E mouente ipſum E F et illo moto/opinetur D E F a ſeipſo moueri. propterea ꝙ non intuetur vtrũ ab vtro moueatur: vtrũ D E ab E F/ an E F ab ipſo D E. Amplius id qđ a ſeipſo mouetur: nunq̃ ceſſabit moueri/ꝓpterea ꝙ aliq̃d aliud ſtetit qđ mouebatur. Neceſſe eſt ergo ſi quid deſinat moueri eo ꝙ aliud aliquid ſtetit: hoc ab altero moueri. hoc autẽ cũ manifeſtũ factũ ſit: neceſſe eſt oẽ quod mouetur/moueri ab aliquo. Quoniã enim acceptũ eſt A B moueri: diuiſibile erit. omne enī qđ mouetur: diuiſibile eſt. diuidať igiť: in C. neceſſe eſt igitur B C quieſcẽte: quieſcere et A B. ſi enim nõ: accipiatur moueri. B C igitur quieſcente: mouebitur vtiq; A C. non ergo mouetur per ſe A B. ſed ſupponebatur: per ſeipſum moueri primum. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ C B quieſcente: quieſcet et B A / & tunc deſinet moueri. ſed ſi quid ex eo quia aliud quieſcit ſtat & ceſſat moueri: hoc ab altero mouetur. manifeſtum eſt igitur: ꝙ omne quod mouetur: ab aliquo mouetur. di-

CAP. I.



Tral.ve.ex græ.recog.

uisibile enim est: omne quod mouetur.
2 & parte quiescēte: quiescet totū. ¶ Quoniam autē omne quod mouetur/ab aliquo mouetur: necesse est omne quod mouetur in loco/moueri ab alio. et id igitur quod mouet: ab altero/quoniā & ipsum mouetur. & rursus hoc: ab altero. nō autem in infinitū abibit: sed stabit alicubi/& erit aliquid quod primo causa erit motus. Si enim nō/sed in infinitum procedat: sit A quidem id quod ab ipso B mouetur/B vero ab ipso C/C autem ab ipso D. atq; hoc igitur modo in infinitū procedat. Quoniā ergo simul/ & ipsum mouens mouetur: manifestū est/q; simul mouebitur & A & B. cum enim mouetur ipsum B: mouebitur et A. & cum mouetur B: et ipsum C. & cū C: ipsum D. erit igitur simul: et motus ipsius A et ipsius B et reliquorum cuiusq;. et accipere igitur vnumquodq; ipsorum: poterimus. etenim si vnūquodq; ab vnoquoq; mouetur: non minus vnus numero est cuiusq; motus/et non infinitus extremis. quoniā quod mouetur omne: ex quodā in quiddam mouetur. Aut enim numero accidit eundem esse motum: aut genere/ aut specie. numero igitur dico eundem motum: qui ex eodem in idem numero/ in eodem tēpore numero/sit. vt ex hoc albo/quod est vnum numero: in hoc nigrū/ secundū hoc tempus/quod est vnum numero. si enim secundū aliud: non amplius vn9 erit numero/sed specie. Genere autem idem est motus: qui in eodē prædicamento/ substantiæ vel alterius generis est. Specie autē: qui est ex eodē specie in idem specie. vt ex albo/in nigrum: aut ex bono in malum. hec autem: dicta sunt et in prioribus. Accipiatur igitur motus ipsius A: & sit in quo E. & ipsius B: in quo F. & ipsius C et D: i quo G et H. et tēpus i quo moueat A: sit K. Determinato autē motu ipsius A: determinatū er



Argyropylus

est vt patuit/ diuisibile: parteq; quiescente/& totū ipsum quiescet.
¶ Cum autem omne quod mouetur/ab aliquo moueat: necesse est & id qđ in loco mouetur/ab alio moueatur. & id igit quod mouet: ab alio moueatur necesse est/cum moueatur & ipsum. & hoc: ab alio rursus. At nō in infinitū hoc proficiscitur: sed stabit tandem alicubi/ atq; erit quippiā quod primo causa erit vt omnia moueantur. Qz si non sit ita/sed sit in infinitū 4
profectio: moueatur A quidem a B/ipsum autem B moueatur a C/ & C rursus a D. & hoc: in infinitū hoc modo proficiscatur. Cum igitur simul moueatur & id quod mouet: simul A & B mouebuntur. nā cum B mouetur: mouebit & ipsum A. & itē cū B mouet: ipsum C sane mouebit. & similiter cū C mouetur: mouebitur ipsum D. motus igit ipsius A: simul erit cū motu ipsius B/& cæterorum cuiusq;. & vnumquodq; igitur ipsorū/& motum cuiusq; poterimus sumere. nā etsi a singulis singula simul mouentur: non minus tamen vniuscuiusq; motus vnus est numero/& non infinitus extremis/ cū omne quod mouetur e quodā ad quoddā proficiscatur. Fit enim: vt aut 5
numero/ aut genere/aut specie sit idem motus. numero igitur eum motū dico eundē esse: qui in eodē numero tēpore/ex eodem in idem numero fit. vt isce qui hac ex albedine quæ est vna numero: hanc in nigredinē/hoc in tēpore quod sit vnū numero/ fit. nam si in alio atq; alio fiat: vnus specie nō numero motus erit. Genere autē idem est motus: qui eodem in prædicamento/ aut substantia/aut in alio genere sit. Specie vero est vnus: quo ex eodē specie ad idem specie pergitur. vt motus qui ex albo in nigrum: aut in malum e bono. hæc autem: & in superioribus dicta sunt. Accipiatur igi- 6
tur motus ipsius A: & sit E. & motus ipsius B: & sit F. & motus itē ipsius C atq; D: & sint G atq; H. Sumatur præterea tēpus in quo A mouetur: & sit K. atq; cū definitus sit motus ipsius A: definitū erit

Argyropylus

& K tempus/ & non infinitum. At A & B & cæterorum vnumquodq; eodem in tempore mouebatur. Accidit igitur/ vt motꝰ E F G H infinitus: in K definito tempore fiat. eo enī in tēpore quo A mouebatur: & ea omnia infinita quæ post ipsum A collocata deinceps sunt/ mouebātur. Quare: tempore in eodem mouētur, etenim motus ipsius A: aut ęqualis erit motui ipsius B/ aut maior. nichil autem refert. accidit enim ōnino: vt infinitus motus tempore fiat finito. hoc autem/ fieri nequit. Hoc igitur pacto: quod proposuimus videbitur demonstrari. non tamen demonstratur: quia nullum absurdum emergit. fieri enim potest vt finito in tēpore motus sit infinitus: non tamē idem/ sed alius atq; alius/ si multa sint ea/ quæ mouentur ac infinita. quod & in hisce quę nunc sumpsimus: accidit. At si id quod primo mouet in loco/ motuq; corpori accommodato/ tangere necesse est id quod mouet aut cōtinuum esse/ vt ī vniuersis fieri cernimus: totum ipsum/ vnum ex omnibus aut cōtinuum erit. Id igitur qđ fieri potest/ esse sumatur: & sit magnitudo quidem aut cōtinuum ipsum A B C D. motus autem huius: sit E F G H. nichil autē interest: infinitū sit an finitum. similiter enim finito in tempore K: aut infinitum aut finitum infinito mouebitur motu. horum autem vtrumq; est impossibile. Stabit igitur tandem (vt patet) idipsum/ & nō in infinitum proficiscetur: ab alio inquam semper moueri/ sed erit quippiā qđ primū motu ciebitur. nichil autem interfit: aliquo suppositō id ostendi. Eo namq; posito quod esse potest: nullum absurdū accidere oportebat.

CAP. II.

AD autem quod primum mouet/ nō vt id gratia cuius cætera sunt vel fiunt/ sed vt id vnde est principiū motus: simul cum eo

Tral. ve. ex græ. recog.

& tēpus/ & non infinitū/ quod est K. sed in eodem tēpore: mouebatur A & B & reliquorū vnūquodq;. Accidit ergo motū E F G H infinitū existentē: in tēpore finito moueri/ quod est K. in quo enī A mouebatur: & quæ post A consequēter sunt omnia/ mouebantur infinita existentia. Quare: in eodem mouentur. etenim/ aut ęqualis erit motus ipsius A/ motui ipsius B: aut maior. refert autem nichil. prorsus enim infinito motui: in tempore finito accidit moueri. hoc autē impossibile est. Sic igitur videbitur demonstrari: id quod ab initio diximus. non tamē demōstratur: propterea q; nullū incōueniens accidit. contingit enim in tēpore finito: infinitū motū esse. non autē eūdem: sed alterū & alterū/ multis motis/ & infinitis. quod quidē: accidit & in ijs quæ nūc diximus. Sed si id qđ mouetur primo/ secundū locū & corporali motu/ necesse est tāgere/ aut cōtinuū esse mouētī/ vt videmus in omnibus hoc contingere: erit ex omnibus/ vnū / ipsum totum aut continuū. Hoc igitur possibile accipiatur: & sit magnitudo quidē aut cōtinuū in quo A B C D. Huius autē motus: E F G H. refert autem nichil: finita sit an infinita. similiter enim in tempore finito K: mouebitur aut finita aut infinita. horum autem vtrumq; : impossibile est. Manifestum est igitur: q; stabit aliquando/ & non in infinitū abibit quod semper ab altero/ sed erit aliquid quod primum mouebitur. Nichil autem refert: supposito quodam/ hoc demōstrari. Eo enim quod esse potest/ posito: nullū inconueniens oportebat accidere.

CAP. II.

PRimum autem mouens/ non vt id cuius causa/ sed vnde principium motus est: simul cū eo est quod mouetur. simul autē dico:

quia nichil inter ipſa eſt. hoc enim cōmune eſt: in omni quod mouetur/ et quod mouet. Quoniam autem tres ſunt motus/is ſcilicet qui ſecūdum locum/& qui ſecundū qualitatem/& qui ſecūdū quantitatem: neceſſe eſt et ea quæ mouentur/ tria eſſe. Qui igitur eſt ſecūdū locum:loci mutatio. qui vero ſecundum qualitatem:alteratio.qui vero ſecundum quantitatem: augmentatio & diminutio.Primum igitur:de loci mutatione dicamus. hæc enim: primūs motuum eſt. Omne igitur quod fertur: aut ipſum a ſeipſo mouetur/ aut ab altero. Si igitur a ſeipſo: manifeſtum eſt / ꝙ cum in ipſo mouens ſit/ ſimul erit mouēs & quod mouetur/ atq; nichil inter ipſa erit. Quod autem ab alio mouetur:quadrifariā mouetur. motus enī ab altero:quatuor ſūt/pulſio/ tractio/ vectio/vertigo. etenim: alios ōnes ad hos reduci/accidit.Pulſionū igitur:alia quidē eſt impulſio/ alia vero expulſio. Impulſio igitur eſt: cū mouēs ab eo qđ mouetur nō relinquitur. Expulſio vero:quādo expellēs relinquit. Vectio autē:in tribus erit motibus.nā quod vehit: non ſecundum ſe mouetur/ſed ſecūdum accidens. ex eo enī mouetur: quia in eo quod mouetur eſt/aut ſupra id quod mouetur . Id autem quod vehit: mouetur aut pulſum/ aut tractum/ aut vertigine actum.manifeſtum eſt igitur:ꝙ vectio in tribus erit motibus. Tractio autem: aut cū ad ſeipſum/ aut ad alterum/ velocior eſt motus trahētis/non ſeparatus a motu eius qđ trahitur.etenī ad ſeipſum eſt tractio:& ad alterū. Et reliquæ etiā tractiones eædem ſpecie:ad has reducētur. vt inſpiratio/ et expiratio/ et ſputatio/ et quæcūq; corporū emiſſiuę aut receptiuę ſunt/et diuulſio & texio. horū enī aliud quidē/cōgregatio eſt: aliud vero/ diſgregatio. et omnis igitur motus ſecundum locum : congregatio et diſgregatio eſt.

quid ſit ſimul

eſt quod mouetur. Atq; ſimul dicō: quia nichil eſt inter ipſa. hoc enim : omnibus mouentibus communiter competit/ & ſubeuntibus motum. Cum autem tres ſint motus/ is inquam qui ad locum/ is qui ad qualitatem/ & is qui ad quantitatē accommodatur/ quorum primus eſt latio / ſecundus alteratio / tertius accretio atq; decretio : & ea ſane quæ mouentur/ tria eſſe neceſſe eſt. Atq; primo: de latione dicamus. hæc enim:primus motuum eſt. Omne itaq; quod fertur : aut a ſeipſo mouetur:aut ab alio. Si igitur a ſeipſo mouetur: patet cum in ipſo ſit id quod mouet / ſimul eſſe & id quod mouet et id quod mouet/et nichil inter ipſa medium eſſe. Sin ab alio mouetur:quatuor modis mouetur. motus enim qui ab alio afferuntur:quatuor ſunt/ pulſio/ tractio/ volutio/ vectio.etenim fit: vt omnes alij ad hos reducantur. Pulſio igitur:alia eſt impulſio/ alia expulſio. Atq; impulſio quidem eſt : cū id quod mouet/ non deſerit id quod mouetur. Expulſio vero: cum deſerit. Vectio autē:in tribus eſt motibus. non enim per ſe / ſed per accidens mouetur:quod vehitur. ex eo namq; mouetur: quia eſt in eo/ vel ſuper id/ quod mouetur. at id quod vehit: aut pellitur/ aut trahitur/ aut voluitur. Patet igitur vectionem:tribus in motibus eſſe. Tractio vero eſt:cum motus trahentis aut ad ſe aut ad aliud celerior eius eſt motu quod trahitur / neq; ſeiungitur ab eodē. etenim: & ad ſeipſum eſt tractio/ et ad aliud. Ad has & cæteras tractiones eędem ſpecie reducentur: vt inſpiratio et ſpiratio/ et ſputatio / & eæ quibus aut emittuntur corpora / aut accipiuntur. quarum aliæ ſunt congregationes : aliæ ſegregationes. Et omnis igitur ad locum accommodata motio : congregatio eſt nimirum et ſegregatio .

Argyropylus

Volutio vero: ex tractione pulsioneq; componitur. mouens enī: partim pellit/ partim trahit id quod mōtu hoc agitatur. Perspicuum igitur est: si pellēs ac trahens est cū eo quod pellitur atq; trahitur/ nichil esse inter ea quorum alterum mouetur/ alterū mouet. hoc: & ex diffinitionibus patet. nam pulsio quidē est: aut ex se/ aut ex alio in aliud motus. tractio autem: ex alio vel ad se vel ad aliud. Insuper cōpulsio atq; dispulsio. Proiectio vero est: cū motus celerior fit naturali motu corporis eius quod fertur/ pulsione vehementiore nimirum facta. quod quidem eousq; fertur: quousq; motus is vehementior fit illo motu. Quæ cum ita sint: patet esse simul id quod mouetur & id quod mouet/ & nichil
11 inter ipsa medium esse. At vero: nec inter alterans & id quod alteratur/ medium quicq̄ cadit. qđ quidem ita esse: per inductionē patere potest. In vniuersis enim fit: vt id quod vltimum alterat/ & id quod primū alteratur/ sint simul. Omne enim quale ex eo alteratur: quia sensibile est. Sensibilia vero sunt ea: quibus inter sese corpora differunt. vt grauitas/ leuitas/ durities/ mollities/ sonus/ huius vacuitas/ albedo/ nigredo/ dulcedo/ amaritudo/ humiditas/ siccitas/ dēsitas/ raritas/ & ea q̄ iter hęc sūt. similiter & cætera quæ sensui subijciuntur: caliditas inquam & frigiditas/ & lęuitas & asperitas. Hæc enim: affectus sunt qualitatis subiectæ. Et his inter se differunt sensibilia corpora/ aut horum gradibus. atq; quia aliquid horum patiuntur: alterari dicimus tam animata corpora q̄ inanimata & animantium partes quæ animæ sunt expertes. calefiunt enim aut frigefiūt/ aut dulcia fiunt aut amara: aut aliquo alio prædictorum afficiuntur.
12 Ipsi quoq; sensus: alterantur. patiuntur enim. nam ipsorum actio: motus est/ per corpus patiēte aliquid sensu. atq; quibus

Tral. ve. ex græ. recog.

Vertigo autē: componitur ex tractione & pulsione. id enim quod mouet/ pellit hoc: trahit autē illud. Manifestum igitur est/ q̄ si simul pellēs & trahens est cū eo qđ pellit & trahitur: nichil est mediū inter id quod mouet & id quod mouetur. Hoc autem: manifestum est ex dictis. nam pulsio: aut a seipso/ aut ab alio ad aliud motus est. Tractio autem: ab alio ad seipsum/ aut ad aliud. Ad hæc autē: compulsio et depulsio. Proiectio autem: quando velocior motus fit eo qui est secundū naturā eius quod fertur/ vehemētiore facta pulsione. & eousq; facta accidit ferri: quousq; vehementior sit motus eius quod fertur. Manifestum est igitur: quoniā id quod mouetur/ & moues simul sunt/ & nichil inter ipsa mediū est. At vero: neq; inter alteratum & alterās/ quippiam medium est. hoc autem manifestum est: ex inductione. In omnibus enim: simul esse accidit alterās vltimum/ & primum quod alteratur. Quale enim alteratur: ex eo quia sensibile est. Sensibilia autem sunt: quibus differūt corpora a seinuicem. vt grauitas/ leuitas/ durities/ mollities/ sonus/ silentium/ albedo/ nigredo/ dulcedo/ amaritudo/ humiditas/ siccitas/ dēsitas/ raritas/ & horum media. similiter autem et alia: quæ sub sensibus sunt. quorum est: & calor/ & frigus/ & lęuitas/ & asperitas. Hæc enim: sunt passiones subiectæ qualitatis. His enim: differunt sensibilia corpora/ aut secundū horum aliquid magis & minus. & quia patiuntur aliquid horum (nā quia calefiūt aut frigefiunt/ aut dulcescunt/ aut amaricātur: aut secundum aliquid aliud prædictorum) similiter et animata corpora/ & inanimata/ et animatorum partes quæcūq; sūt inanimatæ. atq; etiam ipsi sensus: alterātur. patiuntur enim. actus enim ipsorum: motus est/ per corpus patiente aliquid sensu. secundum quæ

Cap. 2 3

Tral.ve.ex græ.recog.

igitur inanimata alterantur: & animata ſecundum hæc omnia alterãtur: ſecundũ autem quæ animata alterãtur: ſecũdum ea non alterantur inanimata. ſecundum enim ſenſus: nõ alterãtur. & latet inanimata: cũ alterãtur. Nichil autẽ prohibet & latere animata/cũ alterãtur: quãdo nõ ſecũdũ ſenſ9 accidit ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles quidẽ paſſiones ſũt/per has autẽ alteratio eſt: hoc iã manifeſtũ eſt/ꝙ patiẽs & paſſio ſunt ſimul/ & inter hæc medium nichil eſt. huic enim aer eſt continuus: aeri autem coniungitur corpus. et ſuperficies quidem ad lumen: lumen autem ad viſum. ſimiliter autẽ & auditus & odoratus: ad mouens ipſos primum. eodẽ autẽ modo: ſimul & guſtus & ſapor eſt. Similiter autẽ: & in ianimatis & inſenſibilibus. & id qđ augetur etiã et augẽs. Appoſitio enĩ quædã eſt: augmẽtatio. quare ſimul ſunt: et quod augetur et augens. Et diminutio quoꝙ. diminutionis autẽ cauſa eſt: ablatio quędã. Manifeſtũ eſt igĩt: ꝙ inter mouẽs vltimũ et qđ mouetur primũ/nichil eſt in medio cõſiſtẽs eius quod mouet et eius quod mouetur.

CAP. III.

4 DVod autẽ ea quæ alterãtur õnia a ſenſibilibus alterantur/& ſolum horum alteratio eſt/ quæ ſecundum ſe dicuntur pati ab his: ex his cõſiderabimus. aliorũ enim maxime vtiꝙ quis exiſtimabit: in figuris & formis & habitibus/ & in horũ remotionibus & acceptionibus alterationem eſſe. videtur enim eſſe/ alteratio: non autem in his. ſed fiunt/ cũ quædam alterantur: hæc. nam denſata aut rarefacta/aut calefacta aut frigefacta: materia. alteratio autẽ non eſt. id enĩ ex quo forma ſtatuę eſt: nõ dicimus formã. neꝙ id ex quo figura pyramidis ẽ/aut lecti: ſed denominãtes hoc ꝙdẽ ęneũ/ illud

Argyropylus

alterãtur inanimata: his vniuerſis animantia etiam alterantur. At quibus animantia alterantur: hiſce nõ alterãtur inanimata. per ſenſus enĩ nõ alterantur: neꝙ ſentiũt inanimata cũ alterantur. Nichil tamẽ prohibet vt & animãtia cũ alterãtur non ſentiant: quando non per ſenſus ipſis accidit alteratio. Si igitur affectus quidẽ ſenſibiles ſunt/ per hos autẽ fit alteratio: patet iam ſimul eſſe patiẽs ipſum atꝙ affectum/& nichil inter ipſa mediũ eſſe. nam huic quidem aer continuus eſt: aeri vero coniungitur corpus. & ſuperficies quidem lumini: viſui vero lumen cohæret. ſimiliter & auditus ac odoratus primo mouenti coniũgitur. ſapor etiam ſimul eſt modo eodem: & guſtus. Simili modo fit: 13 & in hiſce quę ſunt expertia animæ atꝙ ſenſus. Id etiam qđ augetur & id quod auget: eodẽ modo ſe habent. Accretio namꝙ: quædã additio eſt. quare ſimul ſunt: quod auget & quod augetur. Et in diminutione eodẽ modo. cauſa nãꝙ decretionis: ablatio quędam eſt. Patet igitur: nichil eſſe mediũ inter id quod vltimum mouet/& id quod primo mouetur.

CAP. III.

14 DEinceps autẽ vniuerſa quæ alterantur a ſenſibilibus alterari/ & eorum alterationem eſſe duntaxat quæ per ſe ab hiſce pati dicũtur: per hęc contemplẽtur oportet. Maxime 15 namꝙ quiſpiam in figuris/ formis atꝙ habitibus & horũ dẽiectionibus acquiſitionibuſve: alterationem eſſe exiſtimabit. Videtur enim in his alteratio eſſe: verũ nõ eſt. ſed cũ quędã alterãtur: hæc fiũt. cũ dẽſatur inquam aut rarefit/aut calefit aut frigefit: materies ipſa. ſed alteratio non eſt. Non enĩ ſtatuæ formã nomine dicimus eius ex quo forma eſt orta/ nec eius etiã ex quo eſt pyramidis aut lecticæ figura pyramidem aut lecticam: ſed denominantes aliud ęneum/aliud

terreum/aliud ligneum appellamus. At id quod alteratur: dicimus. ipsum enim es: humidum esse dicimus/aut calidum/ aut durum. Et non solum hoc pacto: sed etiam ipsum humidum atq; calidū esse dicimus æs/affectus nomine materiam nūcupantes. Cū igitur id quidem ex quo est forma & figura/ & id quod est ortū figurarum nomine non dicatur/ id vero quod alteratur nomine dicatur affectuum: patet alteratio-
16 nē in solis sensibilibus esse. Præterea: absurdum est & alio modo dicere. dicere namq; hominē alteratum esse/ vel domum sumpto fine/ ridiculum est: si perfectionem domus/ aut parietes/ aut tegulam alterationē esse dixerimus. & si cum parietibus domus clauditur aut tegitur: ipsā dixerimus
17 alterari. ¶Patet autē: alterationē in hisce non esse quę generantur. atqui: nec in habitibus alteratio est. habitus enim: virtutes ac vicia sunt. Virtus autē omnis & vitium: ad aliquid est. quemadmodum sanitas: temperatio quędam est calidorum ac humidorum/ aut internorum aut ad continens. Similiter & pulchritudo & robur: ad aliquid sunt. sunt enim dispositiones quædam eius quod præstantissimum est: ad id quod optimum. atq; id præstantissimum dico: quod conseruat/ ac circa ipsam naturam disponit. Cū igitur virtutes quidem ac vicia sint ex hisce quæ sunt ad aliquid/ hæc autem generationes nō sint/ nec ipsorum sit generatio nec alteratio omnino: patet circa habitus/ alte-
18 rationes non esse. At vero neq; circa virtutes animi vicia q; alterationes esse videntur. virtus nāq; perfectio quędam est. vnūquodq; enim maxime tum est perfectum: cum propriam virtutem est consecutum/ & maxime secundum naturam. sicut circulus tum maxime secundū naturā est: quādo maxime circulus est. Vitiū vero: corruptio est horū/ atq; remotio. Fit igitur cū aliquid alteratur/ virtutis

vero terreū/ aliud autem ligneum. quod autem alteratur: dicimus. æs enim: humidum esse dicimus/ aut calidum/ aut durū. & non solū sic/ sed & ipsum humidū & calidū/ es: equiuoce dicentes cū passione materiam. Quoniam igitur ex quo quidem forma/ & figura/ & quod factum est æquiuoce non dicitur cum figuris quæ ex illo sunt/ quod autem alteratur/ cū passionibus æquiuoce dicitur: manifestum est q; in solis sensibilibus alteratio est. Amplius: & aliter inconueniens est. dicere enim hominem alteratum esse/ aut domum quæ accepit finem: ridiculum est/ si perfectionem domus parietem aut tegulā dixerimus alterationem esse/ & cum parietibus clauditur domus aut tegula tegitur/ alterari domum. ¶Manifestum autem est/ q; alteratio: nō est in ijs quę fiūt. neq; eni: in habitibus. habitus enim: virtutes & vicia sunt. virtus autem omnis/ & vicium: eorum sunt quæ ad aliquid sunt. sicut sanitas quidē calidorū & frigidorū commēsuratio quędam est: aut eorum quæ sunt intra/ aut ad cōtinens. Similiter autem & pulchritudo/ & robur: eorum sunt quę ad aliquid sunt. dispositiones enim quędam eius quod prestantissimū est ad optimū/ sūt. dico autē prestātissimū: q̄d cōseruat/ & disponit circa naturā. Quoniam ergo virtutes quidem & vicia sunt ad aliquid/ hęc autem neq; generationes sunt/ neq; ipsorum est generatio/ neq; omnino alteratio: manifestum est q; nō est omnino ipsa alteratio circa habitus. Neq; igitur: circa animæ virtutes & vicia. virtus eni: perfectio quędā est. vnūquodq; eni tunc maxime perfectum est/ cum adeptū est propriā virtutē: & maxime secundū numerum. vt circulus tunc maxime secūdū naturā est: cū maxime circulus est. vitiū autē: corruptio horum/ & remotio est. Fit igitur cum alteratur quip-

Tral.ve.ex græ.recog.

piam: & acceptio virtutis / & vicij abiectio. alteratio tamen: horum neutrū est. Q7 autē alteretur aliquid: manifestum est. virtus enim: aut impassibilitas quædam est / aut passiuum sic. vicium autem: passiuum / aut contraria passio virtuti. Et in totum: moralem virtutem in voluptatibus & tristitijs esse / accidit. aut enim secundum actum / voluptas est: aut per memoriam / aut per spem. Si igitur secundū actum: sensus / causa est. si autem per memoriā / aut per spem: ab ipso est. Aut enim similia passi sumus ijs qui reminiscūtur voluptatis: aut similia patiemur /

6 sperantibus. ¶ At vero: neq; in intellectiua parte animæ / est alteratio. sciēs enim: maxime ad aliquid dicitur. Hoc autē manifestum est. secundū nullam enim potētiā motis / fit in nobis scientia: sed cū extiterit quiddam. ex ea enim quæ est secundum partem experientia: vniuersalē accipimus scientiam. Neq; igitur actus: generatio est. nisi quis & respectionē & tactū: generationes dicat. tale enim est: actus. Q uæ autem est a principio acceptio scientiæ: nec est generatio / nec alteratio. Nam quia quieta est / residetq; anima: sciens fit / & prudens. Vt igitur neq; cum dormiens excitatus est aliquis / aut ebrius esse desijt / aut ægrotans reualuit / factus est sciens / q̄uis prius non poterat vti / & secundum scientiam agere / sed abeunte perturbatione & ad constitutionē veniente mente inerat potentia ad scientiæ vsū: sic vtiq; huiusmodi aliquid fit / id qđ est a principio in sciētiæ existētia. perturbationis enī: quies quædā est & residentia. Neq; igitur pueri possunt quid discere / neq; iudicare sensibus: similiter atq; seniores. multa enī perturbatio circa ipsos fit: & motus. Sedantur autē & desinūt perturbari: aliquādo quidē a natura / aliquādo vero ab alijs. In vtrisq; autē his alterari aliquid accidit: sicuti cū ex-

Argyropylus

acceptio / vicijq; deiectio: neutrū tamē horū est alteratio. Alterari autē aliqd: inde patet. nā virtus qdē: aut affectuū est vacuitas / aut eorūdē mediocritas q̄dā. vitiū autē: aut est oīs affectuū concitatio / aut est pturbatio virtuti cōtraria. Atq; oīno fit: vt virtus morū ī voluptatibus doloribusve consistat. voluptas enim: aut cum agimus / aut cū recordamur / aut cū speramus effici solet. Atq; si cū agimus prouenit: sensus est causa. si cū recordamur aut speramus: ab ipso rursus efficitur. afficimur enī voluptate: aut recordantes ea quæ nos delectarūt / aut sperātes euenire ea quæ nos afficiēt voluptate. ¶ Atqui neq; ad partē intellectiuā animę: alteratio accōmodatur. sciēs enim: maxime ad aliquid dicitur. Hoc autē ita esse: perspicuū inde fieri potest. per nullā namq; potentiā motis fit in nobis scientia: sed prius aliquo orto, experiētia nāq; particulariū: sciētiā vniuersalem / cōsequimur. At neq; ipsa operatio generatio est: nisi visionē tactūve / generationes quispiam dixerit. tale est enim: ipsa operatio. Acceptio autē a principio sciētię: nō est generatio / nec alteratio. ex eo nāq; quia pturbationes sedātur / atq; trāquilla fit anima: sciēs quispiā atq; prudēs euadit. Quēadmodū igit cū experrectus est quispiā dormiēs / aut cum ab ebrietate sese recepit / aut cum a morbo cōualuit / nō factus est tūc sciens / q̄q̄ antea nō vti sciētia poterat operariq; per eā / sed extincta pturbatione mēteq; iā inde ad trāquillitatē redacta aptus ac idoneus ad sciētiæ vsum euasit: sic etiā cū a principio oritur in nobis sciētia simile quid sane fieri solet. fit enī: perturbationis sedatio / quies atq; trāquillitas quædā. Accedit eodē: & id qđ in pueris natura fieri solet. nō enī discere pueri: neq; pinde sensibus atq; ij qui sunt puecti magis ętate discernere possūt. est enī: vehemēs in eis turbatio atq; motus, sedātur autē nonnunq; a natura / nonnunq; ab alijs: desinūtq; turbari. atq; i vtrisq; fit vt aliquid alteret: perinde atq; cū

aliquis experrectus/ factuſq; ſobrius/aptus ad operationem euadit. ¶Patet igitur alterationē in ſenſibilibus & in parte animæ ſenſitiua: & nullis in alijs/ niſi per accidens/ eſſe. CAP. IIII.

21 DVbitabit autem quiſpiam: ſi ſit omnis motus omni motui cōparabilis/ neene. ¶Nam ſi ſit/ atq; id celeritatis ſit æquę quod in tempore æquali ſpacium tranſit æquale: erit ali qua circumferentia æqualis lineę rectæ/ & maior etiam atq; minor. Præterea alicui lationi alteratio erit æqualis. cum in æquali tempore aliud fuerit alteratum/ aliud latum. affectus ergo: longitudini erit æqualis. at eſſe non poteſt. At enim cum in æquali tēpore quippiam per æquale mouetur: tum illud æque celere eſt. affectus vero nullus: longitudini eſt æqualis. quare non erit alteratio lationi æqualis: nec minor. Quo fit: vt nō omnis motus ſit comparandus.

22 Sed in circulo rectaq; linea: quonam accidet modo? nam abſurdū eſt: ſi non fit/ vt hoc ſimiliter ſuper circulo/ & hoc ſuper recta linea moueatur. ſed continuo celerius alterū/ aut tardius moueri neceſſe eſt: quaſi hoc ſit decliue/ illud

23 accliue. Præterea nichil refert ad rationem: ſi quiſpiam neceſſitatē dixerit eſſe/ celerius continuo aut tardius moueri. erit enim circūferētia maior & minor linea recta: quare & æqualis. nam ſi in eodē A tempore/ hoc quidem B/ illud vero C lineam pertranſiuit. maior erit B linea profecto/ ipſa linea C. hoc enim pacto: celerius mobile diffiniebatur. Et ſi in minore igitur æqualē trāſierit: celerius erit. quare: pars quædam erit temporis A/ in qua celerius mobile partem aliquam tranſit ipſius circūferentiæ B/ toto in tempore/ mobili tardiore tranſeunte totam lineam C.

24 At vero ſi comparabilia ſint: accidit id quod nuper eſt dictum: lineam inquam rectam æqualem circumferentiæ eſſe. at cō parabilia non ſunt. Hec igitur motus ipſi: cōparabiles ſunt. citatur/ & ſit vigilans ad actum. ¶Manifeſtum eſt igitur/ q̄ alteratio in ſenſibilibus eſt/ & in ſenſibili parte animæ. In alio autem nullo: niſi ſecundum accidens. 7

CAP. IIII.

DVbitabit autem aliquis/ vtrū omnis motus omni comparabilis eſt: an non? 8

¶Si igitur omnis cōparabilis eſt/ & ęque velox eſt quod in æquali tēpore per æquale mouetur: erit circularis quędā ęqualis rectę/ et maior etiā/ & minor. Amplius alteratio & loci mutatio quædam/ æqualis erit: cum in æquali tempore aliud alteratum ſit/ aliud vero latum. erit ergo paſſio/ æqualis longitudini. ſed impoſſibile eſt. At ergo cum in æquali tēpore per æquale mouetur/ tunc æque velox eſt/ æqualis autem non eſt paſſio omnis/ longitudini. quare non eſt alteratio: loci mutationi/ æqualis/ aut minor. Quare non omnis: comparabilis eſt. In circulo autē/ & recta: quomodo accidet? Inconueniens enim eſt/ niſi ſit in circulo: ſimiliter aliquid moueri. & hoc ſuper recta tā. ſed cōfeſtim neceſſe eſt: aut velocius/ aut tardius. vt ſi hoc decliue ſit: hoc autē accliue. Amplius/ nichil differt in ratione: ſi quis dicat neceſſarium eſſe cōfeſtim velocius/ aut tardius moueri. erit enī maior & minor: circularis/ recta. quare et æqualis. ſi enim in A tempore: hoc quidē lineam B tranſijt/ illud vero lineam C: maior erit linea B/ linea C. ſic enī quod velocius eſt: dicebatur. ergo ſi & in minori æquale: velocius eſt. quare erit aliqua pars ipſius A/ in qua B circuli partem ęqualem trāſibit. & ipſum C in toto A: lineā C. At vero ſi ſunt comparabilia: accidit/ id quod nuper eſt dictum/ eſſe æqualē rectam/ circulo. ſed comparabilia nō ſunt. neq; igitur: ipſi motus.



Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.

10 ¶Sed quæcunq; nō ſunt æquiuoca: omnia comparabilia ſunt. veluti cur comparabile non eſt: vtrum acutius ſit ſtilus an vinū/aut nete? Quia enī æquiuoca ſunt: non comparantur. ſed nete ipſi paranete comparabilis eſt: quoniā idem ſignificat acutum in vtriſq;. ergo non idem velox: hic & ibi. multo autem adhuc minus: in alteratione/et loci mutatione. An primū quidem hoc/non verum eſt: q; ſi non ſint æquiuoca/comparabilia ſunt. Multum enim idem ſignificat in aqua et aere: et cō parabilia non ſunt. ſi autem non / duplū quidem/idem (duo enim ad vnum) & nō cōparabilia ſunt. An et in his eadē ratio? etenim multum: æquiuocum eſt. ſed quorundam: et rationes æquiuocæ ſunt. vt ſi dicat aliquis: q; multum eſt tantū & adhuc aliud tantum. & æquale æquiuocū: et ſi vnum quidem forte fuerit/ confeſtim æquiuocū. ſi autem hoc: & duo. quoniā/ propter quid alia comparabilia ſunt/alia vero nō: ſi vna quidē eſt natura? an quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo? Equus igi tur et canis/comparabilia ſunt: vtrum albius. In quo enim primo: idem eſt ſuperficies. et magnitudo ſimiliter. aqua autē & vox: non. in alio namq;. An manifeſtum eſt/q; erit ſic quidem: omnia vnum facere? In alio autem dicere vnūquodq; eſſe: et erit idem æquale/& dulce/et albū/ ſed in alio? Amplius ſuſceptiuū nō quoduis eſt: ſed vnū vnius primū. Sed nō ſolū oportet cōparabilia nō ęquiuoca eſſe: ſed et nō habere differentiā/neq; qđ/neq; in quo. dico autē: vt color habet diuiſionē. Non ergo eſt cōparabile/ſecundū hoc: vt vtrū coloratū ſit magis/album q̄ nigrū. hęc enī cōparantur nō ſecundū aliquē colorem: ſed quatenus color eſt/ ſed ſecun-
11 dum albedinē. ¶Sic et circa motū: æque velox quod in ęquali tēpore mouet per ęquale/tātū lōgitudinis/in hoc. Si aūt aliud quidem alteratū eſt/ aliud vero latū:

Argyropylus

¶Sed vt videtur ea cuncta comparabilia ſunt: quæ non ęquiuoca ſunt. veluti cur comparabilia nō ſunt: ſtilus & vinum/aut vltima fidiū/vtrum acutius ſit? Quia nāq; æquiuoca ſunt: ideo cōferenda nō ſūt. ſed vltima fidiū & penultima comparabiles ſunt: quia acutum idem ſignificat in vtriſq;. Non igi tur idē eſt celere hic & ibi: & multo etiā minus in alteratione ac latione. An id verum non eſt: ſi non 25
æquiuoca ſint/comparabilia eſſe? multū enī/idem in aere atq; aqua ſignificat: comparabilia tamē nō ſunt. Q̄z ſi hoc non ſit/at duplum eſt vnum (eſt enim id quod rationem duorum habet ad vnum) non tamen comparabilia ſunt. An et 26
in his eadem eſt ratio? nam & ipſum multum: æquiuocum eſt. Sed ſunt quorum et rationes æquiuocæ ſunt: ceu ſi quiſpiam dicat multum id eſſe quod eſt tantum ac vltra. et æquale equiuocum: etſi forte fuerit & ipſum cōtinuo vnum. quod ſi hoc eſt æquiuocū: et ipſa etiā duo æquiuoca ſunt. Nam cur 27
alia cōparabilia/alia nō cōparabilia ſūt/ſi natura eſt vna: an quia in alio primo ſūt ſuſceptiuo? Equus igitur & canis comparabilia ſunt: vtrum ipſorum albius ſit. eſt enim ipſa ſuperficies idem: in qua primo eſt ipſa albedo. et de magnitudine modo eodem. at vox & aqua: cōparanda non ſunt. in alio nāq;: eſt ſuſceptiuo. An hoc pacto 28
omnia quiſpiā faciet vnū: vnumquodq; autē in alio dicet eſſe/atq; erit idem æquale & dulce & albū/ ſed in alio ſuſceptiuo? Prēterea ſu 29
ſceptiuū non eſt quoduis: ſed vnū vnius primum. At vero non ſolū ea quę cōparantur non ęquiuoca eſſe: ſed etiā nec id qđ ineſt/nec id in quo ineſt/ differentiā habere oportet. dico autē hoc modo: color habet diuiſionē. Non igitur hoc ipſo fit cōparatio/veluti vtrū magis ſit coloratū non aliquo colore/ ſed colore vt color eſt: ſed albedine fit. ¶Sic igitur & circa motū: id eſt æque celere/quod in æquali tēpore per æquale eſt motū/tantū inquā longitudinis/huius. Sed ſi 30
aliquid fuerit alteratū/aliud latū:

Argyropylus

eritne æqualis hæc alteratio lationi atq; eiusdē celeritatis? at absurdum est sane: & causa est/ species motum habere. Quare si ea quæ in æquali tēpore per æqualē longitudinem lata sunt/ æqualis celeritatis sint: recta linea circū ferentię erit æqualis. Vtrum igitur huius est causa: vtrū lationem/ an lineā genus esse? tēpus enim: semper est idem/ ac indiuiduum specie. An simul illa specie differunt? etenim latio species habet: si id super quo fit motus/ species habet. Præterea si id per quod fit motus/ specie differat: latio quoq; erit diuersa. Veluti si pedes sint/ ambulatio est: si alæ/ volatio. An nō hoc? sed figuris alia est latio? Quare quę in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt: ea celeritatis æqualis sunt. eandem autem: non differentem specie. quæ si est: & motus non di
31 uersus specie erit. Quare considerandum est: quænam sit differentia motus. Atq; hic sermo: significat genus ipsum non esse quid vnū/ sed ob hoc multa latere. ęquiuocationum autem: aliæ nimium distant/ aliæ similitudinem quandam habēt aliæ sunt propinquæ aut genere/ aut similitudine rationis. Quapropter & si ęquiuocationes sunt: nō esse tamē vidētur. Quādo igitur diuersa est species: vtrū cū idē in alio/ an cū aliud in alio est? & quęnā est diffinitio/ aut quonā diiudicabimus idē album vel dulce aut aliud esse: ex eo ne quia in alio diuersū apparet/ an
32 ex eo quia ōnino nō idem est? At vero: quonam modo alterationes æque celeres sint? Si igitur sanari est alterari/ fit autē vt alius celerius/ alius tardius sanetur/ & aliqui simul: sūt alterationes ꝓfecto celeritatis æqualis. in tempore nāq; ęquali: sunt alterati. Sed quid est: id qđ ad alterationē accōmodatur? nō enī dicitur hic ęquale: sed vt æqualitas in quātitate/ sic similitudo dicit hic. Verū sit cū ęqualitate tēporis idē: in quo celeritas alteratiōis ęqua cōsistit. Vtrū igitur eo in quo est affect9: an ipso affectu cōparare alterationes opor-

Tral. ve. ex græ. recog.

æqualisne erit hæc alteratio/ & æque velox loci mutationi? Sed incōueniens est. causa autem: quia motus habet species. Quare si quæ in æquali tēpore lata sunt per æqualem longitudinem/ æque velocia: erit æqualis recta & circularis. Vtrū ergo causa sit: q̄a loci mutatio genus/ sit an quia linea genus? tēpus enim idē semper/ impartibile specie. An simul illa specie differūt? etenim loci mutatio/ species habet: si illud super quod mouetur/ species habeat. Amplius autem: si per quod. vt si pedes/ ambulatio: si alę/ volatio. An non? sed figuris loci mutatio alia est? Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem: æque velocia sunt (eandem autem: indifferentem specie) & motu indifferente specie. quare hoc considerandum est: quæ sit differentia motus. Et significat sermo iste: ꝙ genus non vnum quid est/ sed ob hoc latent multa. suntq; æquiuocationum: aliæ autem quidem multum distantes/ aliæ habentes quandam similitudinem. Aliæ vero propinquæ/ aut genere aut similitudine rationis. Quapropter non videntur æquiuocationes esse/ cum sint. Quando igitur altera est species? si idem in alio/ aut si aliud in alio? Et quænam diffinitio/ aut quo discernemus/ ꝙ idem est albū & dulce/ aut aliud: quiane in alio videtur alterum/ an quia omnino non idem? De alteratione autem: quomodo est æque velox alteri altera? Si itaq; est sanari alterari/ est autē hunc quidē velociter/ illum autem tarde sanari/ & simul quosdam: quare erit alteratio æque velox. In æquali enim tempore: alteratū est. Sed quid alteratū est? æquale enim hic nō dicitur. sed vt in quantitate æqualitas: ita hic similitudo. Sed sit idem quod mutatur in ęquali tempore: æque velox. Vtrum ergo eo in quo passio: an passione opor-

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

tet cōparare? hic igitur ꝙ ſanitas eadē ſit/ eſt accipere: aut ꝙ neq; magis neq; minus/ſed ſimiliter exiſtit. Si autē altera paſſio ſit/vt alteratur id quod dealbaſ/et id qđ ſanaſ: his nichil ineſt idē/neq; æquale/neq; ſimile/vt iam hæc ſpecies faciunt alterationis. et nō eſt vna: vt neq; loci mutatio. quare conſiderandum eſt quot ſūt ſpecies alterationis: et quot loci mutationis. Si igitur que mouentur ſpecie differunt: quorum ſunt motus ſecundum ſe et non ſecundum accidens/et motus ipſi/ ſpecie different. ſi autem genere: genere. ſi vero numero: numero. Sed vtrum oportet ad paſſionem reſpicere/ſi eadem ſit an ſimilis / ſi æque veloces ſint alterationes / aut ad id quod alteratur: vt ſi huius quidem tale dealbatum ſit/ huius autem tantū/an ad vtrūq; ? Et eadē quidem aut alia/paſſione: ſi paſſio eadē ſit. ęqualis autē aut inęqualis: ſi illud fit/inequale? Et in generatione autē et corruptione/ idem conſiderādum eſt: quomodo æque velox generatio eſt/ſi in æquali tempore generetur idem et indiuiſibile vt homo/ ſed non animal. velocior autē: ſi in æquali/ aliud. non enim habemus aliquod duorū in quibus ipſa diuerſitas: vt diſſimilitudo. Et ſi eſt numerus ſubſtātia: maior et minor numerus eiuſdē ſpeciei eſt. ſed eſt innominatū quod cōmune eſt: et vtrūq; vt maior paſſio/aut excedēs magis/quantum autem maius.

teat. atq; hic quidem eandem ſanitatem eſſe/ quæ neq; magis neq; minus/ſed ſimiliter ineſt: ſumere licet. Sed ſi affectus alius ſit/ vt ſi hoc dealbetur/ illud ſanetur: his nichil eſt idem vel æquale/ vel ſimile. vt hæc alterationis ſpecies faciunt. nec vna eſt alteratio: ſicut nec ibi latio. quare ſumendum eſt/quot alterationis: & quot item lationis ſpecies ſunt. Si igitur ea quæ mouentur ſpecie differunt quorum motus per ſe ſunt/ & non per accidens: & motus ſane different. ſi genere: genere. ſi numero: numero. At ſi alterationes 33
ſint ęque celeres: vtrum ad affectū ſi ſit idem vel ſimilis / an ad id quod alteraſ reſpicere oporteat/ veluti ſi huius quidem tantū. hu ius autē tantū ſit dealbatū. an ad vtrūq;. at eadē eſt aut alia: ſi idem aut alius ſit affectus. æqualis vero aut inæqualis: ſi æquale aut inæquale ſit illud. In generatione etiā 34
& corruptione idem cōſiderandū eſt: quonā modo eſt æquæ celeris atq; celerior generatio. An æque celeris eſt: ſi inæquali tempore generetur idem ac indiuiduum? vt homo: ſed non animal. celerior autem ſi in æquali diuerſum. non enim habemus: quænam ſint ea duo/in quibus eſt ipſa diuerſitas. quemadmodum habemus ea: in quibus eſt ipſa diſſimilitudo. Oz ſi ſubſtantia numerus eſt: plus erit & minus numeri ſpeciei eiuſdem. Sed ipſum commune nomine caret: atq; vtrunq; qualeſ eſt. in qualitate quidem: plus affectus aut excedens magis. in quantitate autem: maius.

CAP. V.

12 QVoniā autem mouens / mouet ſemper aliquid: et in aliquo/et vſq; ad aliquid (dico autem in aliquo: quia in tempore. vſq; ad aliquid autem: quia per quātam aliquam longitudinē. ſemper enī ſimul mouet et mouit. quare quantū aliquid erit / per quod motū eſt/et in quanto)ſi igitur A eſt mouens

CAP. V.

35 VM autem omne qđ mouet/& aliquid ſēper moueat & i aliquo & vſq; ad aliquod (atq; in aliquo dico: quia in tempore. vſq; ad aliquid: quia per quantitatem aliquam mouet. ſemper enim: ſimul mouet ac mouit. quare quātitas quædā erit: per quam eſt motum atq; in quanto) hæc inquā cum ita ſint: ſi A quidē ſit id quod mouet/

Argyropylus

B vero id quod mouetur: & C ſit longitudo per quam/ & D tempus in quo eſt motum. In tempore nimirū ęquali: potentia ęqualis A/ dimidium ipſius B/ per duplū mouebit ipſius C. per ipſum autem C: in dimidio temporis D. ſic enim erit rationis ſimi-
36 litudo. Et ſi potentia eadem hoc in hoc tēmpore per tantum ſpacium moueat: per ipſius etiam dimidium idem in dimidio ſane mouebit. Et dimidium potentiæ: dimidiū per æquale ſpacium in tēpore mouebit æquali. ipſius enim potentię A: ſit dimidium F. & ipſius B: ſit dimidiū G. Vires igitur ad pōdera ſimiliter ſeſe habent: vt patet. Quare: per æquale/ in tempore moue
37 bit ęquali. At ſi F moueat ipſum G/ in tempore D/ per longitudinem C: non neceſſario fit vt F in æquali tempore duplū ipſius G moueat per dimidiū ſpacij C. Si igitur A per C ſpacium totum in D tēpore/ B mouebit: dimidium ipſius A quod eſt F/ non mouebit idem B totū/ in D tempore/ aut in eius aliqua parte per aliquam C ſpacij partem/ quæ rationem eandem ad totum habebit C/ quā F pars vel quæuis alia ad totam A potentiam habet. omnino enim ſi forte fuerit: nullam partem mouebit. non enim ſi totę vires quippiam per tantū mouerunt ſpaciū: dimidium ipſarum per quantūuis ſpacij quouis in tempore idem mouebit. nam vnus eā trahet profecto nauim/ quam centum traxere: ſi vires eorum tam in ipſorum numerum/ q̄ in ſpacij diuidātur partes/ q̄ nauim omnes ſimul traxere. Quapropter Zenonis ratio nō eſt vera: qua cōcludit quāuis partē milij facere ſonū. nichil enī prohibet: vt nullo in tēpore eū moueat aere quē totus modius mouit cū cecidiſſet. neq; pars ſi per ſe fuerit/ id mouebit: quod vna cū toto mouere poteſt. neq; eſt enī pars vlla: niſi
38 potētia in toto. Si vero duo quędam ſeorſum per tantum ſpaciū tāto in tēpore duo ſeorſū pōdera

Tral. ve. ex græ. recog.

B autem id quod mouetur/ per quā autem motum eſt/ longitudo C/ in quanto autem tēpus/ in quo D. In æquali igitur tempore: æqualis potentia ipſi A: dimidium ipſius B per duplam ipſius C mouebit. per lineam autē C: in dimidio ipſius D. ſic enim erit analogia. Et ſi eadem potentia idem in hoc tempore per tantam mouet: et per dimidiam in dimidio mouebit. & dimidia virtus: per dimidiū mouebit in æquali tēpore/ per æquale. vt ipſius A potentiæ ſit dimidia potentia E/ et ipſius B/ ipſum F dimidium. Similiter igitur ſe habet/ et ſecūdum analogiā: virtus ad grauitatē. Quare per æquale: et in æquali tēpore mouebūt. Et ſi E/ ipſum F mouet/ in ipſo D per lineam C: non neceſſarium eſt in æquali tempore id in quo E/ duplum ipſius F mouere per dimidiam ipſius C. Si igitur A ipſum B mouebit in ipſo D/ per tantā quāta eſt linea C: dimidiū ipſius A in quo E/ ipſum B non mouebit in tēpore in quo D/ neq; in aliquo ipſius D/ per aliquid lineæ C/ ſecundum q̄ analogū eſt ad totā C/ vt A eſt ad E. omnino enim/ ſi contigerit: nō mouebit aliquid. ſi enim tota virtus per totam mouit: dimidia non mouebit/ neq; per quantāuis/ neq; in quātouis. vnus enim mouebit nauem: ſi nauem quidem trahentiū diuidatur virtus in numerum et in lōgitudinē per quam omnes mouerūt. Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera: q̄ ſonet milij quæuis pars. nichil enim prohibet nō mouere eum aerem/ in vllo tempore quem mouit dū caderet totus modius. neq; itaq; pars/ tantum quātum mouebit cum toto: ſi ſit per ſe/ hoc mouet. neq; enim vlla eſt: niſi potentia in toto. Si vero duo/ et vtrumq; horum vtrumq; mouet per tantū in tanto: et compoſitæ potentiæ cōpoſitum ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem/ et in



Zeno

Tral.ve.ex græ.recog.

æquali tempore.analogũ enim eſt. Nũ igĩt ſic eſt:et in alteratione et in augmẽtatione?aliquid enim eſt augens:aliquid autem et id quod augetur. in quanto autem tempore/ et quantum: aliud quidẽ auget/aliud autẽ augetur. Et alterans et id qđ alteratur:ſimiliter.et aliquid et quãtum ſecundum ipſum magis et minus alterata ſunt: et in quãto tẽpore.in duplo duplũ:et duplum in duplo. dimidiũ autem in dimidio tempore:aut in dimidio dimidium/ aut in æquali duplum. Si vero alterans aut augens/ tantum in tanto aut auget aut alterat: non neceſſe eſt & dimidium in dimidio/& in dimidio dimidium. Sed ſi contigerit:nichil alterabit aut augmentabit/ ſicuti et in pondere.

Argyropylus

mouẽt:& cõpoſita p longitudinẽ æqualem æqualive in tempore compoſitum ex ponderibus vtriſq; mouebunt. eſt enim:in eis eadem ratio. Suntne igitur eadem:& in alteratione atq; accretione? eſt enim aliquid id quod auget/ & etiam quod augetur: atq; in tempore tanto/& tantum aliud auget/ aliud augetur. Et id quod alterat/ & quod alteratur: ſimiliter eſt aliquid.& tantum intenſione remiſſioneve eſt alteratum: & in tempore tanto. in duplo duplum: & duplum in duplo. dimidium autem in dimidio temporis:aut in dimidio dimidium / aut in æquali duplum. Si vero id quod alterat aut auget/ tantum in tanto auget aut alterat:non neceſſe eſt & dimidium in dimidio/ & in dimidio dimidium alterare vel augere. Sed nichil/ſi forte fuerit: alterabit vel augebit/ quẽadmodum & in pondere. 39

¶Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ:ſeptimi libri finis.

¶Septimi Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/libri finis.

Argyropylus

¶Octauus Physicorum Aristotelis ad Petrum Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

1 TOrtus ne aliquã do est motus ãteaq; non erat/ rursusq; adeo corrumpitur vt nichil penitus moueatur: an neq; factus est neq; corrũpitur/ sed semper erat & semper erit? Atq; hoc hisce quæ sunt immortale ac īcessabile ineſt: quasi sit vita quædã ijs vniuersis quæ natura constant. Motum igitur omnes inquiunt esse: qui de natura aliquid dicunt. tum quia mundum faciunt: tum quia contemplatio ipsis omnis est de generatione corruptioneve/quã impossibile est esse si non sit motus. ¶Verũ qui mundos infinitos esse/ & alios ipsorum fieri/ alios corrumpi dicunt: hi motum inquiunt semper esse. sint enim generationes & corruptiones ipsorum cũ motu: necesse est. qui vero mũdũ aut vnũ & semper eundẽ esse dicunt/ aut vnum quidem sed non semper: hi de motu quoq; si-
2 militer opinantur. Si igitur contingit aliquãdo nichil moueri: dupliciter id accidere necesse est. Aut enim: vt Anazagoras cẽset. Dicit enim cum omnia simul essent atq; quiescerent tempore infinito: mẽtem mouisse ac segregasse. Aut vt Empedocles dicit: interdũ res moueri/ interdum quiescere. moueri quidem: cum aut vnum ex multis concordia/ aut ex vno multa discordia facit. quiescere vero: in hisce temporibus quæ inter hæc media cadunt. dicit enim
„ hoc modo. Nam quo de multis
„ nasci consueuerit vnum/ Atque
„ iterum ex vno generato plura re-
„ nasci: Hoc fiunt/ fixumq; sibi non
„ permanet æuum. At quo mutan-

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus octaui de Physico auditu Aristotelis/ ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.

1 CAP.I.

ATrum autẽ factus est aliquando motus/ cum non esset prius/ et corrumpitur rursus adeo vt moueat nichil: an neq; factus est/ neq; corrũpit̃/ sed semper erat et sẽper erit? Et hoc immortale/ et sine quiete ijs ineſt quæ sunt: veluti vita quædã quæ ineſt natura subsistẽtibus omnibus. Esse igitur motũ omnes affirmãt de natura aliquid dicentes: propterea q̃ mundũ faciũt/ et de generatione et corruptione est contemplatio omnibus ipsis/ quam impossibile est esse nisi sit motus. ¶Sed quotquot quidẽ infinitos mũdos & esse dicũt/ & quosdam quidem fieri quosdã autem corrũpi mundos: semper dicunt esse motum.
2 necessarium enim est generationes et corruptiones ipsorum: esse cum motu. Quicunq; autem vnum/ aut nõ esse semper: etiam de motu supponunt/ secundum rationem. Si igitur contingit aliquando nichil moueri: dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim: vt Anaxagoras dicit. Inquit enim ille/ simul omnibus existentibus/ et quiescentibus infinito tempore: intellectũ/ fecisse motum et disgregasse. Aut vt Empedocles: in parte moueri/ et rusus quiescere. moueri quidem: cũ amicitia ex multis facit vnũ/ aut lis multa ex vno. quiescere vero in intermedijs temporibus: sic dicens. Quatenus vnũ quidem ex pluribus cõsueuit nasci/ Et rursus vno generato plura perfici-
untur: Eatenus quidem et fiũt/ et non est ipsis firmũ q̃uũ. Quatenus vero permutã

Anaxagoras

Empedocles

Tral.ve.ex græ.recog.

tur oĩno neq; ſimul deſinũt: eatenus ſem
per ſunt immobilẽ ſecundũ circulũ. Hoc
enim/ quatenus permutãt: hinc illuc di-
cere ipſum opinandum eſt. Conſideran
dum igitur de hoc: quomodo ſe habet.
operæprecĩũ enim eſt non ſolũ ad eam
quæ de natura eſt conſiderationem aſpi-
cere veritatem: ſed et ad ſciẽtiam quæ de
3 principio primo eſt. ¶Incipiamus autẽ
primũ: ex definitis a nobis prius ĩ phyſi-
cis. Dicimus itaq; motum eſſe: entelechi
am mobilis ſecundum quod eſt mobile.
Neceſſe eſt ergo: exiſtere res quæ poſſunt
moueri ſecundum vuumquẽq; motum.
et ſine etiam motus diffinitione: omnis
vtiq; confitebitur neceſſarium eſſe mo-
ueri id quod poteſt moueri ſecundũ vnũ
quemq; motum. vt alterari quidem/ alte-
rabile: ferri autem/ ſecundum locum mu-
tabile. quare prius oportet combuſtibile
eſſe/ q̃ cõburatur: et combuſtiuũ prius q̃
cõburat. ergo et hęc/ neceſſariũ eſt aut fa-
cta aliquando eſſe cum non eſſent: aut
perpetua eſſe. Si igitur factũ eſt mobiliũ
ac motiuorum vnumquodq;: neceſſariũ
eſt prius q̃ accepta/ aliam eſſe factã mu-
tationem/ et motum ſecundum quem fa
ctum id quod poteſt eſſe motum/ aut mo
uiſſe. Si autẽ quæ ſunt/ ante erãt ſemper/
motu non exiſtente: irrationabile quidẽ
videtur/ etiam ijs qui a ſeipſis ſciunt. At
vero magis/ vltra progreſſis: hoc neceſſa-
rium eſt accidere. Si enim/ alijs quidem
mobilibus exiſtentibus/ alijs autem mo-
tiuis/ aliquando quidem erit quid primũ
mouens/ aliquid autem quod mouetur/
aliquãdo autem nichil/ ſed quieſcit: opor
tet hoc mutari prius. erat enim aliquid
cauſa quietis. quies enim: priuatio mo-
tus eſt. Quare: ante primã mutationem/
erit mutatio prior. Alia enim mouent/
ſingulariter: alia autem ſecundum con-
trarios motus. vt ignis quidem calefacit:
frigefacit autẽ/ non. ſcientia autẽ: videtur

Argyropylus

tur nunq̃ ceſſante recurſu: Hoc ‹‹
ſic perpetuo ſtabilem verſantur ‹‹
in orbem. Cum enim dicit/ at quo
mutantur nunq̃ ceſſante recurſu:
id Empedoclem arbitrandum eſt
intelligere/ hinc inquam illuc/ &
illinc huc fieri motum. Conſide- 3
randum eſt igitur de hoc: quonã
modo ſe habet. eſt enim operæ-
precium hanc perſpicere verita-
tem: & non ſolum ad naturalem
contemplationem/ ſed ad eam do-
ctrinam quæ circa principiũ pri-
mum verſatur/ vehementer con-
ducit. ¶Ex ijs autẽ ordiemur: 4
quæ prius a nobis in libris natu-
ralis ſcientiæ ſunt definita. Dici-
mus itaq; motum: ipſius mobilis
hoc/ actũ eſſe/ quo mobile eſt. Ne
ceſſe eſt ergo: res eas eſſe quæ vno
quoq; motu moueri poſſunt. & ſi-
ne definitione etiam motus/ qui-
uis profecto fatebitur neceſſarium
eſſe id moueri quod ſingulis mo-
tibus moueri poteſt. ceu alterari
quidem/ id quod eſt alterabile: fer-
ri autem/ id quod loco mutabile
eſt. Quare/ ſit antea combuſtibile
q̃ comburatur/ & combuſtiuũ an-
tea q̃ comburat: oportet. Igitur & 5
hæc ipſa neceſſe eſt: aut ſi non erãt
aliquando facta eſſe/ aut perpetua
eſſe. Si igitur vnumquodq; mobi- 6
lium ac motiuorum eſt factum:
neceſſe eſt ante motum acceptũ/
aliam mutationem motumq; fu-
iſſe/ quo quidem ortum id eſt
quod aut moueri aut mouere po-
teſt. Sin ſemper erant/ motus ta- 7
men non erat: abſurdum & ex ſeſe
quidem ſi animaduertatur vide-
tur. Magis tamẽ ſi proficiſcamur/
vlterius: hoc neceſſe eſt euenire.
Nam ſi quædam ſunt mobilia/
quædam motiua/ & interdum eſt
actu quid primum mouens/ &
aliquid quod mouetur/ interdum
nichil ſed quieſcit: hoc prius mu-
tetur oportet. erat enim aliquid:
cauſa profecto quietis. quies enim
eſt priuatio motus. Quare: ãte pri
mam mutationem/ mutatio prior
erit. Nam quæda vnicẽ: quædam 8
& motibus contrarijs mouent.
ignis namq; calefacit: ſed non fri-
gefacit. at ſciẽtia vna contrariorũ

Argyropylus

esse videtur. illic etiam: sim ile quid esse videtur. nam frigidum versum quodammodo atq; abiens/calefacit:sicut & isce qui peccat sua sponte/ cum contra scietia vtitur. Verũ ea quæ agere aut mouere/& ea quæ pati aut moueri possunt: nõ omnino hoc possunt/sed si sic se habẽt atq; ad propinqua sibi euadunt. Quare cum id fuerit aliud mouet/aliud mouetur: & cum id euenerit/vt aliud sit mobile aliud motiuum.

9 Si igitur nõ semper mouebatur: non ita sese habebant vt alterum mouere/ alterũ moueri posset/vt patet. sed alterũ ipsorum: mutari oportebat. In ijs enim quæ sunt ad aliquid:id accidere necesse est. veluti si duplũ non erat/ & nunc duplum euasit: si non vtrunq;/alterum saltem mutatum esse/ necesse est. Erit ergo quædam mutatio:prior prima.

10 Insuper quonã modo prius atq; posterius erit/si non sit tempus: aut tempus/si nõ sit motus? Qz si tempus numerus motus/aut quidam sit motus:si tempus est semper/& motum perpetuum esse necesse est. At de tempore: vniuersi præter vnum consentire videntur. omnes enim tempus inquiunt ingenitum esse. atq; per hoc Democritus impossibile esse demõstrat: omnia esse facta. tempus enim dicit: non esse ortum. Plato vero solus:ipsum ortum esse ait. etenim vna cum cœlo dicit ipsum ortum fuisse: cœ-

11 lumq; factum asserit esse. Qz si impossibile quidem est tempus esse/ac intelligere sine nunc ipso/ nunc autem ipsum medium est quoddã principij simul finisve subiens rationem/principij quidem futuri/ finis vero transacti: tempus sit semper profecto necesse est. vltimum namq; temporis eius quod sumptum extremum est: in aliquo ipsorum nunc erit. nichil enim in tempore/ præter nunc ipsum: accipi potest. Quare cum ipsum nunc principium sit atque finis: citra ipsum ac vltra tẽpus sit semper

Tral ve. ex græ. recog.

contrariorum esse vna. Videtur igitur et illic: esse aliquid eiusmodi. frigidum enim calefacit/versum quodam modo et abscedens: sicut et peccat voluntarius/ sciens/ quando ecõtrario vtitur scientia. At vero quæcunq; possunt facere aut pati/aut mouere aut moueri: ea moueri non penitus possunt/sed si sic se habeãt/ et appropinquẽt sibi inuicem. Quare cũ propinqua fuerint et ita fuerit vt sit hoc quidẽ motiuũ/illud autẽ mobile: aliud quidem mouet/ aliud autẽ mouet. Si igitur non semper mouebatur: manifestũ est/ q̃ non sic se habebãt/ vt posset hoc quidem mouere/illud autem moueri/ sed oportebat mutari alterũ ipsorũ. necesse enim est in ijs quæ sunt ad aliquid: hoc accidere. vt si non erat duplum/nũc duplũ est: mutari si nõ vtrũq;/alterum. erit ergo/quædam mutatio: prior prima. Ad hæc autem / prius et posterius quonam modo erũt/tẽpore non existente: aut tẽpus/non existente motu? Si vero tempus est ipsius motus numerus/aut motus quidam: si quidem tempus semper est/ necesse est et motum perpetuum esse. At vero de ipso quidem tempore: præter vnum concordes esse videntur omnes. ingenitum enim: esse dicunt. et propter hoc Democritus monstrat: q̃ impossibile est omnia esse facta. tempus enim: ingenitum esse. Plato vero: ipsum generat solus. simul enim ipsum cum cœlo/factum esse: cœlum autem / factum esse ait. Si igitur impossibile est et esse et intelligere tempus sine ipso nunc/nunc autem est medium quoddam/et principium et finẽ habens simul/sed principium quidem futuri temporis/finem vero preteriti: necesse est semper esse tempus. vltimum enim finiti accepti temporis: in aliquo ipsorum nunc/erit. nichil enim est accipere in tempore: pręter nunc. Quare/quoniam est et principium et finis ipsum nunc: necesse

Democrit9

Plato

Tral.ve.ex græ.recog.

est ipsius vtraq; ex parte/semper esse tē-
pus. ¶ At vero si tempus: manifestū est
4 q; necesse est et motū esse.siquidem tem-
pus:passio quædā motus est. Eadem au-
tem est ratio:et de eo qđ est/ incorrupti-
bilem esse motum. Vt in eo quod est/fa-
ctum esse motum/ accidit quandam esse
priorem mutationem prima:sic hic po-
steriorem vltima . non enim simul desi-
nit moueri et esse mobile : vt cōburi et
esse combustibile.cōtingit enim:combu-
stibile esse/qđ nō cōburitur.Nec:motiuū
et mouēs.et ipsū autē corruptibile:opor
tebit corruptū esse cū corrūpitur. et hu
ius corruptiuū:rursus posteri9.corruptio
enim:mutatio quędā est. CAP.II.

SI igitur hæc/ impossibilia
sunt:manifestum est/q; est
perpetuus motus/ & non
aliquando quidem est/ali-
quando autem non. Ete-
nim sic dicere:figmento
magis assimilat. similiter autē et dicere/
q; aptū natura sic est:et hoc oportere pu
tare principiū esse . Quod quidem vide-
tur Empedocles dixisse:q; vincere et mo-
uere in parte amicitiā et litē/ inest rebus
ipsis ex necessitate.quiescere vero:in me-
dio tēpore. Fortassis autē et vnū princi-
piū faciētes/vt et Anaxagoras: sic vtiq;
dixerit.At vero nichil inordinatū est:eo-
rū q̄ natura/et secundū naturā fiūt.natu
ra enī:causa ordinis est omnibus.infinitū
autē:ad infinitū nullā rationē habet.or-
do autē omnis:ratio est.Infinito autē tē
pore quiescere/postea motū esse aliquā-
do/ huius autē nullam esse differentiam
quare nunc potius q̄ prius/ neq; rursus
aliquē ordinē habere:nō āplius naturæ
est opus.aut enī simpliciter se habere o-
portet id qđ natura est:et nō aliquando
quidē sic/aliquando vero aliter (vt ignis
sursū natura fertur:& nō aliquādo qui-
dem/aliquādo vero non)aut rationē ha-

Empedo-
cles

Anaxago
ras

Argyropylus

necesse est. ¶ At si tēpus semper
esse necesse est: patet & motum
necessario semper esse/. quippe
cum tempus : affectus sit qui-
dam ipsius motus / vt patuit.
Eadem erit ratio:& qua motum 12
corrumpi non posse probabitur.
Nam vt si motus ortus esse di-
catur / fit vt prima mutatione
sit aliqua prior: sic hic fiet vt vl-
tima mutatione posterior aliqua
sit. non enim moueri desinet/&
esse mobile simul : ceu cōburi &
cōbustibile esse.esse nāq; combu-
stibile potest: & non comburi.
Nec itidem: desinet simul moti-
uum & mouēs esse. et ipsum au-
tem corruptibile:corruptum fo-
re oportebit cum corrumpitur.
& post hoc:rursus id qđ huius
est corruptiuum.corruptio nāq;:
mutatio quædam est.

CAP. II.

QVod si hæc fieri nō 13
possunt:patet mo-
tum perpetuum es-
se/ & nō aliquādo
esse/ aliquando nō
esse. etenim ita dicere:potius si-
mile est figmento. Et item dice- 14
re sic esse aptum: atq; hoc opor-
tere principium esse/putare. Qđ
quidem Empedocles dixisse vi-
detur:rebus inq̄ cōpetere necessa
rio/ vt nunc concordia/ nūc dis-
cordia vincat ac eas moueat/ in
medio vero tēpore quiescāt. For 15
tasse etiā & qui principiū vnum
faciunt vt Anaxagoras:hoc di-
xerint modo . At vero nichil
eorum quæ natura secundumq;
naturam fiunt: ordine vacat.na-
tura namq; vniuersis est ordinis
causa. at infinitum: nullam ra-
tionem habet ad infinitum.omn-
is vero ordo:ratio est.Infinito
autem quiescere tempore/ dein-
de aliquando moueri / huiusq;
differentiā nullam cur nunc ma-
gis q̄ prius/ nec vllum ordinem
esse: nō est profecto ipsius opus
naturæ.nam id quod natura fit:
aut simpliciter sese habet (vt
ignis sursum natura fertur : &
non interdum sursum/ interdum
non sursum) aut rationem ha-

bet: si nō simpliciter se habet eodēq; modo. Quocirca præstabili9 est/ rē ita sese habere vt Empedocles et si quis alius ita dixit: interdū inquam quiescere/ interdū moueri. tale enī: ordinē iam quendā habere videtur. Verū & eum qui ita dicit: non solum id dicere/ sed ipsius causam etiā afferre/ & non ponere neq; censere vllam sine ratione sentētiam/ sed aut inductionem aut demōstrationem afferre oportet. ipsa enī quæ sunt supposita: nō sane causæ sūt. neq; hoc erat concordiæ vel discordiæ esse: sed illius qdē cōgregare/ huius aūt disgregare officiū est. Q; si īsuper assignauerit ipsum interdū: dicēdū est & in quibus sic fit. ceu esse apud nos aliquid quod cōgregat homines/ amicitiā inquam: et esse etiā aliquid quod īimicos seiungit/ inimicitiam inquam. hoc enim: & in ipso toto esse supponit. in quibusdā enī: sic esse videtur. Per æqualia vero ita fieri tēpora: alicuius īdiget rationis. Omnino autē hoc principiū sufficiēs esse putare/ semper inquā esse sic aut fieri: non recte sese habet. ad quod/ Democrit9 causas naturales reducit: sic inquiēs et prius fiebat. Ipsius autē semper: nō quęrere principiū cēset. in qbusdā hoc recte dicēs: in ōnibus autē nō recte. etenī triāgulus: suos angulos duobus rectis semper æquales habet. Attamē æternitatis huius est alia causa. principiorū tamē quæ qdē sūt ꝑpetua: nō est alia causa. Tot igit a nobis sint dicta: qbus iam patet nullū vnq̄ fuisse vel fore tēpus/ quando non erat aut nō
16 erit tēpus. Ea vero quæ sunt hisce cōtraria: nō est difficile soluere. ¶ Nam ex hisce videbitur posse maxime motū esse ortū: & antea nunq̄ fuisse. Primo: qa nulla mutatio perpetua est. ōis nāq; mutatio: suapte natura e quopiā ad qppiā est. quare mutationis ōnis finis sint ea cōtraria inter quæ fit: & nichil in infinitū moueatur/ ne
17 cesse est. Deinde videmus/ id posse moueri: quod neq; mouet/ neq; motū in se vllū habet. qđ intueri licet in expertibus animæ: quorū

bere quod non simpliciter. Quare melius est/ vt Empedocles & si quis alius dixit/ sic se habere: in parte vniuersum quiescere/ ac rursus moueri. ordinem enī iā quēdā habet: qđ tale est. Sed & hoc dicētem oportet nō affirmare solū: sed & causam ipsius dicere/ & non ponere neq; cēsere vllam sententiam irrationabilē/ sed aut inductionem aut demōstrationem afferre. hęc enī quę supposita sunt: causę nō sunt. Neq; hoc erat/ litis vel amicitiæ esse: sed huius quidē aggregare/ illius vero disgregare. Si vero insuper determinet ipsum in parte: dicēdū est in quibus sic. vt ꝙ est aliquid qđ congregat homines/ scilicet amicitia: & fugiūt inimici abinuicē. hoc enim: supponitur: & in toto esse. videtur enim in quibusdam: sic esse. Hoc autem & per æqualia tempora: indiget & aliqua ratione. Omnino autē existimare principiū esse hoc sufficiens/ ꝙ semper aut est sic/ aut fit: non recte est opinari. ad quod Democritus reducit de natura causas: ꝙ sic & prius fiebat. ipsius autē semper: nō vult principiū quærere. dicēs in quibusdā recte: in omnibus autē nō recte. Etenī triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales: sed tamē est quædā perpetuitatis huius altera causa. principiorum tamē quæ perpetua sūt: nō est altera causa. Q; igit nullū tēpus aut erat aut erit quando motus aut nō erat aut non erit: tot dicta sint. cōtraria autē his: non difficile est soluere. ¶ Videbitur autem ex hisce/ con- 6
siderantibus: contingere maxime/ motū esse aliquando/ cum non esset omnino. Primo igitur: quia nulla ꝑpetua mutatio est. mutatio enī ōnis: apta natura est esse ex quodā in qđdā. quare necesse est: ōnis mutationis terminū esse cōtraria in quibus fit. in infinitum autē: moueri nichil. Amplius videmus/ ꝙ possibile est id moueri: quod neq; mouetur/ neq; habet in seipso vllū motū. vt in inanimatis quorum

Empedocles.

Democrit9

Tral.ve.ex græ.recog.

neqꝫ pars vlla neqꝫ totum mouetur/ ſed quieſcens mouetur aliquando. Oportebat autem aut ſemper moueri/aut nunq̃: ſi nō fit cum nō eſſet.multo autem magis quod tale eſt/ in animatis eſſe: manifeſtū eſt.cum enim in nobis nullus inſit motus aliquando/ſed quieſcamus:mouemur tamē aliquādo/ & fit aliquādo ī nobis ex nobiſipſis principium motus/ etſi nichil extrinſecus moueat.hoc enim in inanimatis ſimiliter nō videmus: ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum quæ ſunt extra. Animal autem ipſum: dicimus ſeipſū mouere. Quare/ ſi quieſcit aliquādo penitus:in immobili motus vtiqꝫ fiet a ſeipſo/ & nō ab externo.Si autē in animali hoc poſſibile eſt fieri:quid prohibet idem hoc accidere/& in vniuerſo? ſi enim in paruo mūdo fit:& in magno.et ſi in mūdo:et in infinito.ſi cōtingit quidē:moueri infinitū totū & quieſcere. ¶Horū igitur id qđ 7
primū dictum eſt/non eundem ſemper & vnum numero eſſe motum/ qui ad oppoſita fit:recte dicitur.hoc enim fortaſſis neceſſariū eſt:ſi non ſemper vnum & eundē numero eſſe poſſibile eſt/vnius & eiuſdem motū.Dico autē:vt vtrū vnius chordæ vnus & idē ſonus ſit/ an ſemper alius/ipſa ſimiliter ſe habēte & mota. At tamē qualitercūqꝫ tandē ſe habeat: nichil prohibet vnū & eundē eſſe aliquē/quo cōtinuus eſt atqꝫ perpetuus.manifeſtū autē erit magis: ex ijs quæ poſterius. moueri autē id qđ non mouetur/ nullum eſt inconueniens: ſi aliquando quidē ſit id quod mouet extrinſecus/ aliquando autem non. Hoc tamen quomodo vtiqꝫ erit: inquirendum eſt. dico autem: vt idem ab eodem motiuo exiſtente/ aliquando quidem moueatur aliquando autem non.nichil enim aliud dubitat hoc dicēs:q̃ propter quid nō ſemper eorum quæ ſunt/alia quidem quieſcunt/ alia vero mouētur.Maxime autem videbitur tertiū habere dubitationē/ ꝓpterea

Argyropylus

neq; pars vlla neq; totum mouet/ ſed quieſcentia aliquando mouentur. At oportebat aut ſemper aut nunq̃ moueri:ſi nō oritur primo motus/ſed ſemper erat. multo autem magis: hoc in ipſis animantibus patet. nullus enim interdum in nobis eſt motus/ ſed quieſcimus: & tamen aliquando mouemur/ & fit in nobis a nobiſipſis principium motus/ etiam ſi nichil prorſus extrinſecus mouerit. hoc enim expertibus animæ fieri ſimiliter non videmus: ſed ſemper aliquid aliud eorum quæ ſunt extra ipſa/ nimirum mouet. Animal autem ipſum: dicimus ſeipſū mouere. Quare/ſi aliquando omnino quieſcat: fiet in ipſo ſane immobili motus a ſeipſo/ & nō ab vllo externo. Qz ſi id in animali fieri poteſt:quid prohibet vt in vniuerſo etiam idem fiat? nā ſi in paruo fit mundo: & in magno etiā fiet. et ſi in iſto:& in infinito etiā fiet. ſi modo fieri poſſit: vt infinitum totum moueatur atqꝫ quieſcat. ¶Horum igitur/ id 18
quod primo eſt dictum/ eum inquam non eūdem ſemper vnūqꝫ numero motum eſſe/ quo ad oppoſita itur:recte admodū dicitur. hoc enim fortaſſe neceſſariū eſt: ſi fieri nequeat vt ſemper is vnus idemqꝫ ſit motus/qui vnius eiuſdemqꝫ mobilis eſt. Dico autem vtrum vnus idemqꝫ ſit ſonus vnius chordæ quæ ſimiliter ſeſe habet atqꝫ mouetur:an alius atqꝫ alius ſemper? Verumtamen vtrouis modo id ſeſe habeat: nichil obſtat/ vt hoc motus aliquis idē ſit/ quo continuus atqꝫ perpetuus eſt. atqꝫ hoc/ per ea quæ poſterius dicentur:magis patebit. Mo- 19
ueri autem quippiam quod prius non mouebatur/ non eſt abſurdum:ſi nunc adſit/ nunc non adſit id externū quod illud mouet. Hoc tamen quærendum eſt: quonam ſit pacto/ idem inquā ab eodem motiuo nunc moueri nūc nō moueri. nichil enim aliud dubitat qui id dicit:q̃ cur non ſemper aliæ rerum quieſcunt/ aliæ mouentur. Maxime vero tertium il- 20
lud dubitationē habere videbit/

Argyropylus

propterea q̄ fit motus nullo alio p̄cedēte: id inq̄ ipſū qđ ī animantibus fieri ſolet. Nā animal prius q̄eſcēs/poſtea mouet ac ābulat: a nullo/vt videt/externo motu ī preſſo. hoc autē: eſt falſū. cernim⁹ enī ſemper aliqd eorū quę natura inſūt in animali: moueri. huius autē motus cauſa non aīal eſt: ſed ipſū fortaſſe cōtinens. At animal ipſū ſeipſum mouere dicimus: nō omni motu/ſed eo qui ad locū accōmodatur. nichil igitur prohibet/quin potius fortaſſe neceſſarium eſt: complures a continenti in corpore fieri motiones/& harū nonnullis mentem vel appetitū moueri. hęc vero: totum iam animal ipſum mouere. quale accidit circa ſomnos. Nā tametſi nullus tūc ſenſitiuus ī animalibus ineſt motus: ieſt tamē aliquis mot⁹/& aīalia rurſus expgiſcūtur. at enī hęc: p ea q̄ ſequunt patebūt. CAP. III.

21 RIncipiū autē conſiderationis id erit/quod fuit & dubitationis: cur nam aliqua eorū quæ ſunt/ īterdū mouētur/interdū quieſcūt. Neceſſe eſt itaq̄: aut vniuerſa ſēper quieſcere/aut vniuerſa ſemp mouerivt vult Heraclit⁹/aut q̄dā moueri/quædā quieſcere. Et horū rurſus aut ea quæ mouentur/ſemper moueri: & ea quæ quieſcunt/ ſemper quieſcere. aut vniuerſa eſſe apta ſimul vt moueātur atq̄ q̄eſcāt: aut id eſſe qđ reſtat atq̄ tertiū eſt. eorū inq̄ quæ ſūt: alia ſemper īmobilia eſſe/alia ſemper moueri/alia vtrūq̄/moueri inq̄ atq̄ quieſcere poſſe. qđ quidē: a nobis dicēdū eſt. hoc enim eorū omniū quæ dubitanť/ſolutionē habet: & huiuſce noſtræ tractationis eſt fi-

22 nis. ¶ Vniuerſa itaq̄ cēſere quieſcere/& huius quærere rationē/ipſum poſthabēdo ſenſū: imbecillitas eſt profecto mētis ac hebetudo. & de toto quodam/ſed nō de parte quadā: eſt cōtrouerſia. Neq̄ ſolū eſt aduerſ⁹ Philoſophū naturalē/ſed aduerſus etiam oēs ſcientias (vt ſimpliciter dicā) opinioneſq̄ ōnes: propterea q̄ ōnes motu vtunť. Pręterea/vt ificiationes

Tral. ve. ex græ. recog.

q̄ fit cum non eſſet prius/motus: id videlicet quod accidit in animatis. quieſcēs enī prius/poſtea vadit: mouente exteriorum nullo/vt videtur. hoc autē: falſum eſt. cōſpicimus enī ſemper aliquid eorū quæ cōgenita ſunt: moueri in animali. huius autē motus: ipſum animal cauſa nō eſt/ſed cōtinēs forſitan. Ipſū autē dicimus ſeipſum mouere: nō ſecundū omnē motū/ſed ſecūdū motū ſecūdū locū. Nichil igitur prohibet/magis autē fortaſſis neceſſariū eſt: in corpore multos fieri motus a cōtinēte. horū autē q̄buſdā: intellectū/aut appetitū mouere. illo autē: totū iā animal mouere/ quale accidit circa ſomnos. ſenſibili enim nullo inexiſtēte motu/inexiſtēte tamē aliquo: rurſus excitātur animalia. ſed manifeſtū erit et de his: ex ſequētibus. CAP. III

8 RIncipium autem conſiderationis id erit/quod & dictæ dubitationis: quare quædā eorū quæ ſunt/aliquando quidē mouentur/ aliquādo autē rurſus quieſcunt. Neceſſe eſt autē: aut ōnia quieſcere ſemper/aut omnia ſemper moueri/aut alia quidem moueri/alia autem quieſcere. Et rurſus horum aut ea quæ mouētur/ moueri ſemper: quæ vero quieſcunt/quieſcere. aut ōnia apta nata eſſe ſimiliter moueri & quieſcere: aut relīquū eſt adhuc & tertium. cōtingit enim eorū quæ ſunt: alia quidem ſemper immobilia eſſe/alia vero ſemper moueri/alia autem vtraq̄ paricipare. quod quidē: a nobis dicendū eſt. Hoc enim habet ſolutionē omniū dubitatorum: & finis nobis eſt huius negocij.

9 ¶ Dicere igitur omnia quieſcere/& huius rationem quærere/dimiſſo ſenſu: infirmitas quædā eſt ītellectus. et de toto aliquo/ ſed nō de parte: ābiguitas eſt. neq̄ ſolū cōtra Phyſicū/ſed cōtra ōnes ſcientias (vt ita dicam) & omnes opiniones: propterea q̄ motu vtuntur omnes. Amplius autem/

Tral.ve.ex græ.recog.

de principijs inſtantiæ/ vt in ijs quæ circa Mathemata ſunt rationibus nichil ſunt ad Mathematicum / ſimiliter autem & in alijs:ſic neq; de eo quod nūc dictum eſt/ad Phyſicū.ſuppoſitio enim eſt:q; natura/ principium motus eſt. ¶ Fere autem & omnia dicere moueri/ falſum qui dē eſt:minus autem hoc prēter ſciētiā.poſita enim eſt natura in phyſicis: principium motus et quietis.ſimiliter autem phyſicum eſt: motus. & dicunt quidam moueri / eorum quæ ſunt / non aliqua quidem/ alia vero non: ſed omnia & ſemper/ ſed latere hoc noſtrum ſenſum. Ad quos quamuis non determinent quo motu dicant/ an vniuerſis: non eſt difficile occurrere.neq; enim augeri/ neq; minui poſſibile eſt continue:ſed eſt et medium. Eſt autē ſimilis ratio illi quæ eſt de eo quod eſt guttā cōterere:& enaſcētia/lapides diſcindere.non enim ſi tantum expulit aut remouit gutta: & dimidiū in dimidio tēpore prius. ſed vt nauis tractio:ita & guttæ tot/tantū mouent.pars autē illarū:in nullo tempore tantū.diuiditur enim quod remotum eſt/in plura: ſed nichil eorū motū eſt ſeorſū/ ſed ſimul. Manifeſtū eſt igit/q; nō eſt neceſſariū ſemper aliquid abire q̄a diuiditur ipſa diminutio in infinita:ſed totū aliquādo abire. Similiter autē: & in alteratione qualibet.nō enī ſi partibile eſt in infinitū id quod alteratur/ob id & alteratio:ſed ſimul vniuerſa fit ſępe/ſicut cōgelatio. Amplius cū ægrotauerit aliquis:neceſſe eſt tēpus fieri in quo ſanabitur/& nō in termino tēporis mutari.neceſſe eſt autē in ſanitatē mutari: & in aliud nichil. Quare dicere continue alterari: valde manifeſti s eſt aduerſari. in cōtrariū enī: alteratio eſt. Atq; lapis: neq; durior fit / neq; mollior. Et de ipſo ferri/ mirabile eſt: ſi latuit lapis deorſum ferri/ aut manere in terra. Amplius autem/terra & aliorum vnumquodq;:ex neceſſitate manent quidem in

Argyropylus

principiorū in rationibus mathematicis nō ad ipſū Mathematicū pertinēt/ ī cæteriſq; ſimili modo: ſic neq; idipſū refellere quod nūc eſt dictū/ad naturalē Philoſophū attinet. eſt enī apud ipſū hęc ſuppoſitio:naturā pricipiū mot9 eſſe ¶Aſſerere autē cūcta moueri/ eſt quidē fere falſū:at minus ſciētiæ naturalis fines egredit.quanq; enī ī naturalib9 poſita eſt natura mot9 / pricipiū & qetis; tamē motus naturale magis eſſe videt. Atq; ī- 23
quiūt quidā/nō eorū quę ſūt alia moueri/alia nō moueri: ſed vniuerſa ſempq; moueri/nō tamē videri/ ſed latere id noſtrū ſenſum. quibus/et ſi nō diſtinguūt quonā motu/an ōnibus dicāt:nō eſt difficile occurrere/falſamq; hāc ſentētiā eſſe oſtēdere. fieri enim nō poteſt/vt incremēta cōtinue vel decremēta ſuſcipiātur:ſed eſt et mediū ipſum. Eſt autē hæc ſentētia perſimilis ei q̄ eſt de cōſūptione lapidis a gutta:& de diuiſione ſaxorū/cū a plātis quæ inde pullulāt/diſcindunt.nō enī ſi tantū pepulit plāta/aut abſtulit gutta:& dimidiū in dimidio tēporis pepulit aut abſtulit prius. ſed vt in nauis fit tractu:ſic et tantū & tot guttæ mouēt. pars autē ipſarū:nullo in tēpore tātū mouet. atq; diuidit quidē id qđ eſt ablatū: plures in partes. attamē illarū nulla ſeorſū eſt mota: ſed totū ſimul eſt motū. Patet igit nō neceſſariū eſſe ſemp aliqd abire/qa diuidit in infinita decretio! ſed totū iterdū abire. Similiter et ī quauis alteratiōe: dicē dū eſt. nō enī ſi id qđ alterat in infinitū eſt diuiſibile/ ideo et alteratio fit ſimul p ptes:ſed pſępe fit ſimul/ vt cōgelatio. Prēterea cū q̄ſpiā ægrotauerit:neceſſe eſt tēp9 ī quo ſanabit fieri/& nō in tēporis fine mutari. atq; ad ſanitatē/et ad nichil aliud mutet:neceſſe ē. Quare alterari cōtinue dicere:reb9 eſt perſpicuis admodū aduerſari. alteratio enī: ad cōtrariū eſt trāſitio. lapis etiā:neq; durior fit/neq; mollior. atq; de latiōe/ mirabile ē ,pfecto: ſi lapis latuit deorſū ferri/aut ī terra manere. Prēterea/ terra cę 24
teraq; ſingula corpora:neceſſario

Argyropylus

ſuis in locis manēt: ex his autē violeter mouētur. Qz ſi q̄dā ipſorum ſunt ſuis in locis: neq; loco ōnia moueri neceſſe eſt. Ex his igitur atq; ſimilibus alijs crediderit quiſpiam fieri nō poſſe: vt aut omnia ſemper moueantur/ aut omnia ſemper quieſcant. ¶At vero neq; fieri poteſt vt alia ſemper moueantur/ alia ſemper quieſcant: et nichil interdū moueatur/ interdū quieſcat. Atq; dicendum eſt: vt antea dicta eſſe non poſſunt/ ſic & hæc eſſe non poſſe. videmus enim dictas mutationes: fieri in eiſdem. Et inſuper is qui contendit: rebus profecto manifeſtiſſimis aduerſat. neq; enim accretio/ neq; violentus motus erit. pfecto: ſi nō præter naturam mouebitur / prius quieſcens. Præterea: generationem hæc ſententia/ corruptionēve tollit. Pene autem & ipſum moueri: fieri quoddā vniuerſis & corrumpi/ videtur. ad quod enim quippiam mutatur: id fit/ aut in hoc. ex quo vero mutat: in id corrumpitur / aut hinc.

25 ¶Quare perſpicuum eſt rerum eſſe nonnullas quæ mouētur interdum/ atq; quieſcūt. omnia autem interdum moueri/ interdum quieſcere cenſere: hoc iam ad olim dictas rationes eſt adiungēdū. Principium autē idem rurſus qđ prius fecimus: poſt hæc eſt ſumendum quæ modo deter-

26 minauimus. Aut enim vniuerſa quieſcunt/ aut vniuerſa mouētur: aut quędam quieſcunt/ quędā mouētur. Et ſi quædā eorum quę ſunt quieſcūt/ quædā mouētur: aut cūcta nūc quieſcāt nunc moueantur/ aut alia ſemper quieſcāt alia ſemper moueātur/ alia interdum moueantur interdum quieſcant neceſſe eſt. Impoſſibile igitur eſſe cūcta quieſcere: dictū quidē & prius eſt. dicam9 autē et nūc idipſū: atq; probemus. nā et ſi vere res ita ſe habet / vt quidam inquiūt/ id quod eſt infinitum eſſe atq; īmobile: non tantū ſenſu ſic eſſe videtur/ ſed eorū quę ſūt cōplura mouenī. Si

Tral. ve. ex græ. recog.

propriſs locis: mouentur autem violente ex his. Si igitur quædā ipſorum ſunt in propriſs locis: neceſſe eſt neq; ſecundū locū/ ōnia moueri. Qz igitur nō impoſſibile ſit/ aut ſemper omnia moueri/ aut ſemper omnia quieſcere: ex his & alijs ſimilibus crediderit vtiq; aliquis ¶At vero neq; a-

11 lia quidē contingit ſemper quieſcere/ alia vero ſemper moueri: aliquando autē nichil quieſcere/ aliquādo vero moueri. Dicēdū eſt autē: q̄ īpoſſibile ſit/ quēadmodū & ī dictis prius/ & in his. videmus enī ī eiſdē: fieri dictas mutationes. Et adhæc: q̄a aduerſatur manifeſtis/ qui cōtendit. Neq; enim augmētatio/ neq; violentus erit motus: ſi non mouebitur præter naturā/ quieſcens prius. Generationem igitur aufert et corruptionē: hic ſermo. Fere autem et ipſum moueri: fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus. in quod enim mutatur: fit hoc/ aut in hoc. ex quo autē mutatur: corrumpitur hoc/ aut hinc. ¶Quare 12 manifeſtum eſt q̄ alia quidem mouentur/ alia vero quieſcūt. cēſere autem omnia aliquando quidem quieſcere aliquādo vero moueri: hoc iam coniungendum eſt olim dictis rationibus. Principiū autē rurſus idem faciendum eſt a nunc determinatis: a quo quidem īcœpimus prius. aut enim omnia quieſcunt/ aut ōnia mouentur: aut eorū quæ ſunt/ hæc quidem quieſcūt/ hæc autē mouētur. Et ſi eorū quę ſūt/ alia quidem quieſcunt alia vero mouētur: neceſſe eſt aut ōnia aliquādo quidē quieſcere alia quando vero moueri/ aut ipſorum quædā quidē ſemper quieſcere alia vero ſemper moueri/ alia autē aliquando quidē quieſcere aliquādo vero moueri. Qz igitur nō poſſibile ſit omnia quieſcere: dictū quidē eſt & prius. Dicamus autē: & nunc. ſi enī ſecundū veritatē ſic ſe habet/ ſicut quidā dicūt/ eſſe id qđ eſt infinitū et īmobile. at non videtur aliquid ſecundum ſenſum: ſed mouentur multa eorum quæ ſunt. ſi

Tral.ve.ex græ.recog.

igitur ſit opinio falſa/aut ōnino opinio:& motus eſt/ etiā ſi phātaſia ſit/ et ſi aliquā-do quidem ſic videatur eſſe/ aliquā do autem aliter. phantaſia enim & opinio:motus quidam eſſe videntur. Sed de hoc quidem cōſiderare/& quęrere rationem eorū quæ melius habemus q̄ ſi ratione indigeremus: male iudicare eſt id qđ melius eſt & peius/ & credibile et non credibile/ & principium et non principium. Similiter autē:impoſſibile eſt et omnia moueri/ aut alia quidem ſemper moueri/alia vero ſemper quieſcere. Ad ōnia enim hæc:ſufficiēs eſt vna fides. videmus enī quędā: aliquā-do quidē moueri/aliquā do quidē quieſcere. Quare manifeſtū eſt/ ꝙ impoſſibile ſit ſimiliter:omnia quieſcere/et omnia moue ri contínue/eo ꝙ alia quidem ſemper mouentur/alia vero quieſcunt ſemper. Relíquum eſt igitur cōſiderandū: vtrū omnia ſint huiuſmodi vt moueantur & quieſcāt/ an aliqua quidem ſic/aliqua vero ſemper quieſcāt/aliqua autē ſemper moueanť.hoc enī:demōſtrandū eſt a nobis. CAP.IIII

13 MOuētium igitur & eorum quæ mouentur: alia quidē per accidens mouent & mo uētur/ alia autē per ſeipſa. Per accidēs quidē: vt quæ-cūq̄/ ex eo quia ſunt in mouentibus aut ijs quæ mouentur/ & quæ per partē. Per ſeipſa autem:quęcunq̄ nō ex eo quia ſint in mouente aut in eo qđ mouetur/neq̄ ex eo quia pars aliqua ipſorum mouet aut 14 moueť. ¶Eorū autē quæ per ſe:alia qui-15 dem a ſeipſis/alia vero ab alio. ¶Et alia quidem/natura:alia vero/violentia & prę-ter naturā.quod enim ipſum a ſemetipſo mouetur: natura mouetur . vt vnumqđq̄ animaliū. mouetur enim animal: ipſum a ſeipſo. quorūcunq̄ autē motus principi-um in ſeipſis eſt: hæc natura dicimus mo ueri. Quapropter/animal quidem totum: natura ipſū ſeipſum mouet. corpus tamē

Argyropylus

igitur ſit opinio falſa/vel omni-no opinio:& motus etiā eſt/et ſi imaginatio etiam ſit/ & ſi inter-dum ſic de quibuſdā/interdū ali ter videatur. imaginatio enī & opinio:motus quidam eſſe vidē tur. Sed de his quidē conſidera-re/et eorū quærere rationē quæ melius habemus q̄ ſi rationis i-digeremus : hominis eſt profe-cto/ male id quod eſt melius & id quod eſt deterius/id quod eſt credibile & id quod nō eſt credi bile/principiū deniq̄ & nō prin cipiū diſcernentis. Similiter au tē eſt impoſſibile:et omnia mo-ueri/ aut alia moueri ſemper/ a-lia quieſcere ſemp. Ad hæc enī omnia: vna eſt ſufficiens fides. Videmus enim quædam ínter-dum moueri:interdum quieſce-re. Quare patet/ īpoſſibile eſſe ſi-militer: cuncta quieſcere/ & om-nia cōtinue moueri/ ac alia mo-ueri ſemper/alia quieſcere ſem-per. Reſtat igitur contemplan- 27
dum eſſe: vtrum vniuerſa talia ſint vt moueantur atq̄ quieſcāt/ an alia quidem talia ſint/alia ve ro ſemp quieſcāt/et alia cōtinue moueātur. Hoc enim:iā a nobis eſt demonſtrandum. CAP.IIII.

EOrū igitur quę mo uent & quæ mouen tur: alia p accidēs/ alia per ſe mouent atq̄ mouentur. Per accidēs quidem:ea quæ ſunt in hiſce quæ mouēt aut mouētur/ & quæ per partē. Per ſe autē: ea quæ mouēt aut mouētur/ nō ex eo quia ſunt in hiſce quę mouēt aut mouentur/ neq̄ rurſus ex eo quía pars aliqua ſua mouet aut mouetur. ¶Eorum autē quę per ſe mouentur: quædam a ſeipſis/ q̄dā ab alio motu ciētur. ¶Atq̄ alia/natura: alia/violentia præ-terq̄ naturā mouētur, id enī qđ a ſeipſo moueť:natura ſane mo-uetur . vt animaliū vnūquodq̄. animal enim:a ſeipſo motu cie-tur. Ea vero/natura moueri dici mus: quorum principium mo-tus in ipſis ineſt. Quamobrem/ totum quidem animal : natura ſeipſum mouet. corpus tamen:

& natural& præter naturã moueri poteſt. intereſt enim/tali an tali moueatur motu:& ex quo magis elemẽto cõſtet. Eorum autẽ quæ mouẽtur ab alio:quædã natura/quædam præter naturã mouentur. præter naturã:terra ſurſum/ignis deorſum. Partes inſuper animaliũ:ſæpenumero præter naturam mouentur/ ob poſitiones motuſq; modos. Atq; maxime quidem perſpicitur:id qđ mouetur ab aliquo motu cieri/ in hiſce quæ præter naturã mouẽtur/propterea q; ab alio moueri patet. Poſt ea vero quæ præter naturam mouentur:perſpicitur in hiſce quæ natura quidem mouentur/a ſe autem ipſis motu cientur/ in animalib9 inquã. non eſt enim obſcurũ/ ſi animal ab aliquo moueatur: ſed quonã pacto diſtinguere oportet id qđ mouet ipſius/& id quod mouetur. ¶Nam vt in nauigijs/& in hiſce quæ non natura conſtant: ſic & in animalibus quod mouet & quod mouẽtur diuiſum eſſe videtur. atq; hoc pacto:totũ ipſũ animal ſeipſũ motu ciere. Maxime vero dubitatur reliquũ dictæ diuiſionis vltimę mẽbrũ. eorum enim quę motu ciẽtur ab alio:quædã præter naturam moueri diximus/quædã natura moueri. hæc autem ſunt:quæ dubitationẽ afferũt a quonã mouentur/ceu leuia grauiaq;. hæc enĩ: ad oppoſita quidẽ loca vi pulſa mouentur. ad propria vero: leuia quidem ad ſupera/grauia vero ad infera ſuapte natura ferũtur. A quonã autẽ mouẽt/ nam impoſſibile eſt:a ſeipſis ipſa moueri. eſt enĩ hoc officiũ: vitæ ac animãtiũ proprijũ. Cõſiſtere etiã a ſeipſis poſſent. nã ſi quippiã ſibi cauſa ſit ambulandi:eſt etiã cauſa ſibi non ãbulãdi. Quare/ſi collocatũ eſſet i igne moueri ſurſũ:eſſet ĩ ipſo ſitũ deorſũ etiã ferri. metas quoq; rationis egrediẽ: & vno motu dũtaxat a ſeipſismo ueri/ ſi ipſa ſeipſa moueat. Preterea qui fieri poteſt: vt cõtinuũ qđ/ copulatũue ſeipſũ moueat?

contingit: & natura/ & præter naturam moueri. Refert enim/& quali motu moueatur: & ex quali elemento conſtet. Et eorum quæ ab alio mouentur: alia quidem mouẽtur natura/alia vero præter naturam. præter naturã quidẽ. vt terrea/ ſurſum: & ignis/ deorſum. Amplius autem/ partes animalium:ſæpe mouẽtur præter naturã/iuxta poſitiones & mutationis modos. Et maxime/ moueri ab eo qđ mouetur in ijs quę præter naturam mouentur: eſt manifeſtum/ propterea q; manifeſtum eſt ab alio moueri. Poſt ea autem quæ ſunt præter naturam:eorum quæ ſunt ſecundum naturã/ipſa quæ a ſeipſis/ vt animalia. nõ enĩ hoc eſt imanifeſtũ/an ab aliquo mouentur: ſed quomodo oportet accipere id ipſius qđ mouet et id qđ mouetur. ¶Videtur 16 enĩ vt in nauibus/& in ijs quę nõ natura cõſtant:ſic & in animalibus eſſe diuiſum id quod mouet & id quod mouetur/ et ſic totũ ipſum/ſeipſũ mouere. Maxime autẽ dubitatur:reliquũ dictæ vltimæ diuiſionis. eorũ enĩ quæ ab alio mouẽtur: hæc quidẽ præter naturã poſuimus moueri/ alia autẽ relinquũtur opponi/ quia natura. Hęc autẽ ſunt: quę dubitationẽ afferũt/a quo moueãtur. vt leuia/ et grauia. hæc enĩ: ad oppoſita q; dẽ loca violẽtia mouentur. ad propria autẽ: leue quidẽ ſurſum/ graue autẽ deorſum natura. A quo autẽ/non adhuc manifeſtum: vt cũ mouẽtur præter naturã. etenim ipſa a ſeipſis/dicere: impoſſibile eſt. vitale enĩ hoc: et animatorum eſt proprium. Et ſiſtere poſſent: ſeipſa. dico autẽ: vt ſi ambulãdi cauſa ſit ſibi/et nõ ãbulãdi. Quare ſi in ipſo igne eſt/ ſurſum ferri: manifeſtum q; in ipſo & deorſum. irrationabile autem eſt illud: vno motu moueri ſolum a ſeipſis/ ſi ipſa ſeipſa mouent. Amplius quomodo contingit: continuũ aliquod/ et cõſitũ ipſum ſeipſũ mouere?

Tral.ve.ex græ.recog.

Quatenus enim vnum & cõtinuum/ nõ tactu: eatenus impassibile est. sed quatenus separatum est: eatenus hoc quidem aptum natura est facere/ illud vero pati. neq; ergo horum vllum: ipsum/ seipsum mouet (consita enī sunt) neq; aliud continuum vllum. sed necesse est diuidi mouens in vnoquoq;: ab eo quod mouetur. vt in inanimatis videmus: cum aliquod animatorũ/ mouet illa. sed accidit: & hęc
17 ab aliquo semper moueri. ¶ Fiet autem vtiq; manifestum: diuidentibus causas. est autem: & in mouẽtibus accipere quæ dicta sunt. alia enim præter naturã ipsorum: motiua sunt. vt vectis: non natura/ ponderis motiuus est. Alia vero: natura. vt actu calidum: motiuum est/ calidi potentia. Similiter autem: & in alijs huiusmodi. & mobile autem similiter natura: quod est potentia quale/ aut quantum/ aut vbi/ cum habeat principium tale in seipso/ & non secundũ accidens. erit enim idem: & quantum/ & quale/ sed alterum alteri accidit/ & non secundum se ineſt. Ignis itaq; & terra: mouentur ab alio. violentia quidem: cum præter naturam. natura autem: cum ad suos ipsorũ actus/ potentia existunt. Quoniam autem quod potentia est/ multipliciter dicitur: hæc causa est/ vt non sit manifestum a quo hæc moueãtur. vt ignis/ sursum: & terra/ deorsum. Est autem potẽtia aliter sciens: qui discit/ & qui habet iam & non contemplatur. semper autem/ cum simul actiuum & passiuum sint: fit aliquando actu/ quod est potentia/ vt ipsum discẽs. et ex eo quod potẽtia est: alterum fit potentia. qui enim habet scientiam/ non autẽ contemplatur: potentia est sciens quodã modo/ sed nõ vt & antea q̃ disceret. cũ autẽ sic se habet: si aliquid non prohibeat/ operatur & contẽplatur/ aut erit in contradictione et ignorãtia. Similiter autem hæc se habent: et in physicis. fri-

Argyropylus

Nam quo quippiam vnum atq; continuum est/ nõ tactu: hoc passionis est expers. quo vero separatũ est: eo nimirũ aliud agere/ aliud pati est aptum. Neq; ergo quicq̃ ipsorum: seipsum mouet (quippe cũ copulatum sit) neq; aliud continuũ vllũ. sed in vnoquoq; diuisum sit/ quod mouet & quod mouetur: necesse est. qđ intueri licet in expertibus animæ: cũ quippiã animantiũ ipsa mouet. Verum fiet vt hæc etiã 31
semper ab aliquo moueantur.
¶ Quod quidẽ patebit: si causas diuidamus. atq; licet: & i mouẽtibus ea quę dicta sunt/ sumere. Alia namq;: pręter naturam motiua sunt. vt est vectis: motiuus ponderis/ non natura. Alia sunt motiua natura. vt calidum actu: motiuum est eius quod est potentia calidum. Similiter: & in huiuscemodi cæteris. Mobile etiam id est natura: quod est potẽtia quale vel quantum vel vbi/ cum in seipso tale principium & non per accidens/ habet. erit enim idem: & quantum & quale. sed accidit alterum alteri: & non per se competit. Ignis igitur atq; terra: mouentur ab aliquo. vi quidem/ cum pręter naturam: natura vero/ cum sub potentia/ suos ad actus mouentur.
Quoniã autem esse potẽtia mul- 32
tipliciter dicit: hæc est sane causa vt nõ sit perspicuũ a quonam talia moueantur. vt ignis/ surſũ: & terra/ deorsum. Diuerso autem modo potentia sciens est qui discit: et qui iam scientiam habet/ et non contemplatur. Cum autẽ actiuum atq; passiuũ sint simul: euadit interdum id quod est potentia/ actu tale. vt id quod discit. et ex eo quod est potentia: fit aliud potentia rursus. qui namq; scientiam habet/ et non contemplatur: est potentia quodammodo sciens/ sed nõ vt erat antea q̃ didicisset. Atq; cum ita sese habet: nisi quid prohibeat/ operatur ac contemplatur/ vel i cõtradictione ignorationeq; erit. Simili modo sese habẽt hęc:
et in ipsis naturalib9 rebus. fri-

Argyropylus

gidum enim: eſt potentia calidum. cum autem eſt mutatum: iam eſt ignis atq; comburit/ niſi quid prohibeat atq; impediat. Similiter res ſeſe habet: & circa graue & leue. ex graui nāq; : fit ipſū leue. vt aer : ex aqua. hoc enim erat primo potentia: & iam eſt leue. atq; continuo operabitur: ſi non aliquid obſtet. actus autē leuis: eſt alicubi eſſe/ atq; in ſupero loco. prohibetur vero: cum eſt in loco cōtrario. Et hoc ſimiliter ſeſe habet: & in quanto & quali. Quæritur igitur: propter quid leuia grauiaq; ad ſua loca mouentur? Eſt autem cauſa: ipſa apta eſſe aliquo moueri. atq; hoc eſt ipſius grauis leuiſq;: eſſe infero loco ſuperoq; diſtinctum. leue vero graueq; potentia: pluribus eſt modis / vt diximus. nam cū eſt aqua: leue potentia quodammodo eſt. & cum eſt aer: adhuc potentia eſt. fieri enim poteſt: vt ob impedimentum non ſit ſupero in loco. ſed ſi id quod impedit/ fuerit ſublatum: operatur/ ſemperq; ſuperius fit. Similiter & quale ipſum: ad actu tale mutatur. continuo namq; contemplatur & iſce qui ſcientiā habet: niſi quid obſtet. Et ipſum etiā quantū extēditur: ſi nichil ſit qđ impediat. Qui vero id quod ſuſtinet prohibetq;/ dimouit: partim mouet/ partim nō mouet. vt qui columnam diuellit: aut ab vtre qui eſt in aqua / lapidem premētem dimouit. per accidens enim mouet. quemadmodum & pila reflexa: non a pariete/ ſed ab eo qui proiecit/ eſt mota. Nichil igitur horum (vt patuit) ſeipſum mouet: ſed motus quidem habet principium/ non mouendi tamen
33 atq; agendi/ ſed patiendi. Q; ſi omnia quæ mouentur / aut natura aut præter naturā & violētia motu ciētur/ & ea quę vi prętерq; naturā mouētur ab aliquo cuncta atque ab alio mouentur/ vt patet/ et ea rurſus quę natura mouent ab aliquo motu cientur/ ſiue a ſeipſis moueantur vt animalia / ſiue nō a ſeipſis vt leuia grauiaq; (nā aut ab eo mouentur

Tral. ve. ex græ. recog.

gídum enim : potentia calidum eſt. cum autem fuerít mutatum: iam ignis eſt. vrít autem : niſi quid prohíbeat/ et impediat. ſimíliter autem ſe habet: et circa graue et leue. leue enī: fit ex graui. vt ex aqua aer. hoc enim potētia primū: et iam leue eſt. et operabít confeſtím: niſi quid prohíbeat. actus autē ipſius leuis: eſt alícubi eſſe/ et ſurſum. prohíbetur autem: cum in contrario loco eſt. et hoc ſimíliter ſeſe habet: & in quāto/ et ī quali. Attamē quæritur hoc: quare ad ſuum locum mouentur leuia et grauía? Cauſa autē eſt: quía apta natura ſunt aliquo. et hoc ineſt ipſi graui et leuí: eſſe hoc quidem ipſo ſurſum/ illud autem ipſo deorſum / determinatum. Potentia autem eſt et leue et graue multipliciter: ſicut dictum eſt. cum enim eſt aqua : potentía quodammodo eſt leue. et cum aer eſt: adhuc potentía eſt. cōtingit enim impeditum : non ſurſum eſſe. ſed ſí auferatur impedimentum : agit/ et ſemper ſuperius fit. ſimíliter autem et quale: vt actu ſit / mutatur. ilíco enim contemplatur ſciens: niſi alíquid prohíbeat. Et ipſum quantum extenditur: niſi quid prohíbeat. Qui autem íd quod ſuſtinet et prohíbet mouit: eſt vt moueat/ eſt vero vt nō. vt qui colū nam díuulſit: aut qui lapidem remouit a vaſe ín aqua. ſecundum accidēs enim mouet. ſicut reflexa ſphęra: nō a pariete mota eſt/ ſed a proijciente. Q; igitur nichil horum/ ipſum mouet ſeipſum: manifeſtū eſt/ ſed motus habet principíum/ non mouendi neq; faciendi/ ſed patiēdi. Si igitur omnía quæ mouentur aut natura mouentur aut præter naturam et violentia/ et quæ ví & præter naturam omnía a quodam & ab alío / eorum autem quæ natura rurſus / et quæ a ſeipſis mouentur/ ab aliquo mouentur/ et quæ non a ſeipſis/ vt grauía et leuía (aut enim ab eo

4
5

Tral.ve.ex græ.recog.

qđ generauit / et fecit leue aut graue: aut ab eo quod impedientia et prohibentia soluit) omnia vtiq; quæ mouẽtur/ab aliquo mouebuntur.

CAP. V

18 HOc autem: dupliciter. Aut enim non per seipsũ mouens/ sed per alterum quod mouet/mouens: aut per seipsum. Et hoc: aut primum post vltimum / aut per plura, vt baculus mouet lapidẽ/ & mouetur a manu mota ab homine. hic autem: non amplius/ex eo quia 19 ab alio moueatur. ¶Vtraq; igitur mouere dicimus/et primum et vltimum mouentium: sed magis primum, illud enim: mouet vltimum. sed non hoc: primũ. Et sine primo quidem: vltimum non mouebit. illud autem: sine hoc. vt baculus non 20 mouebit: non mouente homine. ¶Si ergo necesse est omne quod mouetur et ab aliquo moueri / et aut ab eo quod mouetur ab alio/aut non/et si ab alio quidem quod mouetur: necesse est aliquid esse primum mouens / quod non ab alio. Si autem huiusmodi est primum: non necesse est esse alterũ. impossibile enim est: in infinitũ abire mouens et ipsum quod mouetur ab alio. infinitorum enim: nichil est primũ. ¶Si ergo omne quidem 21 quod mouetur ab aliquo mouetur / primum autẽ mouẽs mouetur quidem/non autem ab alio: necesse est ipsum a seipso moueri. Amplius autem: et sic ipsam hãc rationem est aggredi. omne enim mouens: & aliquid mouet/ et aliquo. Aut enim seipso mouet / ipsum mouens: aut alio. vt homo: seipso/aut baculo. et ventus deiecit: aut ipse/ aut lapis/ quẽ impulit. Impossibile est autem mouere: sine eo quod seipso mouet/id quo mouet. sed si ipsum seipso mouet: non necesse est aliud esse quo mouet. si vero sit alterum

Argyropylus

quod generauit ac leue fecit vel graue: aut ab eo quod ea quæ prohibẽt obstãtq; dimouit) vniuersa quæ motu cientˉ/ab aliquo profecto mouentur. CAP. V.

HOD autem quod mo 34
uet: est duplex. Aut enim non per seipsũ mouet/ sed per aliud quod quidẽ id motu ciet qđ mouet: aut per se mouet. Et hoc: aut primũ post vltimũ/ aut per plura media mouet. vt baculus mouet lapidem: & mouetur a manu quę quidem ab homine motu cietur. at is nõ vlteriꝰ ex eo mouet: quia ab alio ipse motu cietur. ¶Vtrũq; igitˉ mouere dicimus/& vltimum mouentium & etiam primum: sed magis primum. hoc enim: vltimum mouet. sed vltimum: primum non mouet. & sine primo quidẽ: vltimũ nõ mouebit. sine vero hoc: primũ mouere potest. baculus enim: si homo nõ moueat/non mouebit. ¶Si igitur om 35
ne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est/& aut ab eo quod mouetur ab alio/aut ab eo quod non mouetur ab alio/& si ab eo mouetur quod ab alio motu cietur: mouens aliquod esse primũ quod non ab alio moueatur necesse est. Sin vero tale est primum: nõ necesse est alterũ esse. fieri enim non potest: vt in infinitum proficiscatur id quod mouet atq; mouetur ab alio. quippe: cum ĩfinitorum nichil sit primũ. ¶Si igitur (vtidiximus) omne quidem quod mouetur ab aliquo motu cietur/id vero quod primũ mouet mouetur quidem/ at non ab alio: ipsum profecto primum a seipso moueatur necesse est. Præterea: hoc etiã ratio- 36
nem hanc eandem transigere licet. Omne namq; quod mouet: & aliquid/& aliquo sane mouet. aut enĩ seipso/aut alio: mouet. vt homo: aut seipso/aut baculo mouet. & aut ipse vẽtus deiecit: aut lapis quem pepulit ventus. Fieri vero nõ potest: vt id quo motus affert/moueat absq; eo qđ mouet seipso. Sed si id qdẽ sit qđ motũ

Argyropylus

affert ſeipſo: nō neceſſe eſt aliud eſſe/quo motꝰ afferꝝ. Sin vero ſit aliud quo motus affertur: eſt aliquid profecto qđ quidem nō aliquo ſed ſeipſo mouebit/ vel ī infinitum abibitur. Si igitur mouet quippiam atq; mouetur: ſtetur & non in infinitum pergatur / neceſſe eſt. nam ſi baculus moueat quia mouet a manu: manus ipſa profecto baculo motū affert. ꝙ ſi manū etiam quippiā aliud mouеat: & illud identidē manu mouet. ¶Cū igīt id qđ motū affert aliud aliquo mouet: tū id ſit prius qđ ſeipſo mouet/ neceſſe eſt. ꝙ ſi hoc motu qdē cietur/ ab alio autē non mouet: neceſſe eſt ipſū profecto ſeipſū motu ciere. Quare hac etiam ratione: aut ab eo ſtatim quod ſeipſū mouet id quod mouetur motu cietur/ aut ad hoc
36 ipſum tādem acceditur. Inſuper ſi ſic etiam conſiderabimus: eadē accident vniuerſa. nam ſi omne quod mouetur / ab eo mouetur quod motu cietur: aut hoc ipſis rebus per accidens competit/ vt quippiam moueat quidem motum & ipſum ſuſcipiens/ non tamen quia mouetur/ aut non per accidens/ ſed per ſe ineſt. Si igitur per accidens competit: non neceſſe eſt moueri quod motu cietur. Qz ſi id ſit: patet poſſe aliquando nichil eorum quæ ſunt moueri. non enim eſt neceſſarium id quod accidit: ſed poteſt nō eſſe. Si igitur id eſſe poſuerimus qđ eſſe poteſt: nullū accidet impoſſibile/ ſed forſitā falſum. At non eſſe motū: eſt impoſſibile. id enim iam demonſtratū eſt: motū
37 inq̄ neceſſario ſēper eſſe. Atq; id ipſū: cū ratione etiā accidit. Tria nāq; neceſſe eſt eſſe: id qđ mouetur/ id qđ mouet/ & id inſup quo mouens mouet. Id igitur quod mouetur: moueri quidem neceſſe eſt. at nō neceſſe eſt: motū ciere. Id autē quo motus affertur: & mouere neceſſe eſt & moueri. cū enī ſit ſimul cū eo qđ motu cietur: vna cū ipſo mutatur. qđ intueri licet: in hiſce quæ loco mouent. nā aliquo in tēpore tangat ea q̄ mouent: neceſſe eſt. at id qđ

Tral.ve.ex græ.recog.

id quo mouet: eſt aliquid quod mouebit/ non quodā/ ſed ſeipſo/ aut in infinitum abibit. Si vero aliquid quod mouet/ mouet: neceſſe eſt ſtare/ et non in infinitū ire. ſi enī baculus mouet/ ex eo quia mouetur a manu: manus mouet baculū. ſi autem & hanc aliud mouet: et hunc aliud aliquid mouēs eſt. ¶Cū itaq; aliquo mo- 22
ueat ſemper alterū: neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouēs. Si igitur mouetur quidem hoc/ non autem eſt aliud mouēs ipſū: neceſſe eſt ipſū/ ſeipſo mouere. quare & ſecundum hanc rationem/ aut mox id quod mouetur ab eo quod ipſum ſeipſo mouet mouebitur: aut venit aliquādo ad aliquid tale. Poſt ea autem quę dicta ſunt/ ſic conſiderantibus: accidēt hæc eadem. ſi enim ab eo quod mouetur/ mouetur omne quod mouetur: aut hoc rebus ipſis ineſt ſecundum accidens (vt moueat quidem id quod mouetur/ non tamen propterea ꝙ mouet ipſum ſemper) aut non/ ſed per ſe. Primum igitur: ſi ſecundum accidens/ non eſt neceſſe moueri id quod mouetur. Si autem hoc eſt: manifeſtum eſt/ ꝙ contingit aliquando nichil moueri eorum quæ ſunt. nō enim neceſſarium eſt accidens: ſed contingit non eſſe. ſi ergo ponamus poſſibile eſſe: nullum impoſſibile accidet/ falſum autē fortaſſis. ſed motum non eſſe: impoſſibile eſt. oſtenſum enim eſt prius/ hoc: ꝙ neceſſe eſt motū ſemper eſſe. Et rationabiliter hoc accidit. tria enim/ neceſſe eſt eſſe: qđ mouetur/ et mouens/ et id quo mouet. Id igitur quod mouetur/ neceſſe eſt quidem moueri: mouere autem/ non neceſſe eſt. id autem quo mouet: et mouere & moueri. Pariter enī mutatur hoc: ſimul et ſecūdum idem cum eo quod mouetur exiſtens. manifeſtū autem eſt: in mouētibus ſecundum locum. tangant enim ſeinuicem: neceſſe eſt / ſic vſq; ad aliquid. mouens autē ſic vt ſit non id quo mouet/

Tral.ve.ex græ.recog.

immobile. Quoniam autem videmus vltimum/quod moueri quidem potest/motionis autem principium non habet/& quod mouetur quidem/ab alio autē/sed non a seipso: rationabile est (vt ne necessarium dicamus) et tertiū esse quod mouet quidem cum sit immobile. Quapropter & Anaxagoras recte dicit/intellectum impassibilē inquiens & immixtū esse: quoniam motus principiū/ipsum facit esse. sic enim vtiq; solum mouebit/cū sit immobilis: & vincet cum sit immixtus. At vero/si non secundum accidens sed ex necessitate mouet mouens/si autē non moueatur nō vtiq; mouebit: necesse est mouēs quatenus mouetur/aut sic moueri vt secundum eandem speciem motus/aut secundum alteram. Dico autem/quale est aut calefaciens & ipsum calefieri/& sanans sanari/& ferens ferri: aut sanans ferri/ferēs autem augeri. Sed manifestū est: q̄ impossibile est. oportet igitur vsq; ad indiuidua diuidentem: dicere. vt si quid docet geometrice operari: hoc doceri geometrice operari secūdum idem. aut si proiicit: proijci secundum eundem modū proiectionis. sic quidē aut nō: sed secūdum aliud ex alio genere. vt qđ fert quidem/augeri: quod aūt hoc auget/alterari ab alio. Quod autem hoc alterat: secundum alium quendam moueri motum. sed necesse est stare. finiti enim sunt: motus ipsi. Rursus autē reflectere/et alterās dicere ferri: idem facere est/ac si mox dicat ferens ferri/et doceri docens. manifestū enim est q̄ et a superiore mouente mouetur: id quod mouetur omne/et magis a primo mouentiū. At vero/hoc quidem impossibile est. docens enim accidit discere: quorū hoc quidē non habere/illud aūt habere scientiā necessariū est. Amplius autē/his magis irrationabile est: q̄ accidit omne motiuū esse mobile/si omne quod mouetur ab eo qđ mouetur/mo-

Argyropylus

ita mouet vt eiꝰ nō subeat rationē quo motus affertur: immobile nimirū est. Cum igitur sit & vltimum ipsum vt cernimus quod motu quidem cieri potest/principium autem motus nō habet/& id itē quod mouetur quidem sed ab alio non a seipso cietur: rationi consentaneum est (ne necessarium dicam) & ipsum tertium esse quod mouet quidem/immobile autē est. Quapropter & Anaxagoras recte dicit/mentem inquiens passione vacare & nō mixtam esse: quippe cum motus ipsam principium faciat. hoc enim pacto solū mouebit/ nullū suscipiēs motum: & vincet/ mistione penitus vacans. At vero 38
si non per accidēs/sed necessario mouet id quod motū alijs affert/ atq; adeo vt non moueat si non moueatur: necesse est ipsum vt motum subit/ aut eadem specie motus aut alia moueat/ ceu aut si calefaciat calefiat/& si sanet sanetur/& si ferat feratur: aut si sanet feratur / & si ferat accrescat. At primū (vt patet) fieri nequit. nam dicere hæc oportet: vsq; ad indiuidua descendendo. ceu si quid Geometriā doceat/ id eandem Geometriā doceri: & si proijciat/ eodem proiectionis proijci modo. Nec etiam sic vt motus alio genere moueatur. ceu vt id quidem quod fert/ incremēta suscipiat: id autem quod hoc auget: ab alio alteretur. & id qđ illud alterat: alio motu quodā itidem moueatur. nā stetur necesse est. motus enim: finiti sunt. Qui vero redire dicit/ idq; quod alterat ferri: perinde facit atq; si statim id ferri dicat quod fert/ & id doceri qđ docet. patet enī omne quod motu cietur: & a superiore moueri mouente/ atq; magis ab eo quod cætera antecedit. At id fieri nequit. accidit enī vt id discat quod docet: quorū alterum habere scientiā/ alterū non habere necesse est. Hoc præterea magis q̄ dicta/ rationis fines egreditur: omne inq̄ motiuū mobile esse. quod accidit: si omne quod mouetur ab eo mouet quod mo-

Argyropylus

tu cietur. erit enim mobile perinde atq; si quispiam dicat omne sanatiuum ac sanans sanabile / & ædificatiuum ædificabile esse / aut statim / aut per plura; ceu si moueri quidem ab alio motiuum omne: sed non eo motu quo mouet propinquum sibi / sed diuerso moueri dicat. vt sanatiuum: discere / non sanari. At id: ascendens perueniet tandem ad eandē speciem motus / vt antea diximus. Horum igitur alterum est impossibile: alterū figmentum. absurdum est enim: alteratiuum / accrescens necessario esse.

39 Nō ergo necesse est id quod mouetur: ab eo semper moueri quod ab alio motu cietur. Erit igitur: exitus huiusce tādem processionis. Quare qđ primo mouetur: aut a quiescente mouebitur / aut ipsum seipsum motu ciebit. At vero si considerare etiam oporteat vtrum sit causa motus atq; principium / vtrum id quod motu seipsum ciet / an id quod ab alio agitatur: illud omnes vtiq; ponēt. qđ enim per se causa est: id semper prior est eo causa qđ per aliud rationem causæ subit.

40 Quæ cum ita sint: considerandū est alio principio sumpto / si quid seipsum moueat / quonam modo se motu ciet. Omne itaq; quod mouetur: in semper diuisibilia diuisibile esse necesse est. demonstratum est enim prius in his quæ de natura vniuersaliter dicebamus: omne quod per se mouetur / continuum esse. Fieri igitur nequit vt id quod motu secundum ipsum ciet: se totum penitus moueat. vnum enim ac indiuiduum specie: feretur totum / feretq; latione eadem / & alterabitur & alterabit. quare docebit atq; docebit: simul & sanabit atq; sanabitur eadē vtiq; sanitate. Præterea definitū est antea / id moueri qđ mobile est: hoc autē est potētia cū mouetur / nō actu. sed quod est potētia: proficiscitur nimirū ad actū. Motus autē: actus est mobilis imperfectus. At id quod mouet: actu iā est / vt patet. calefacit enī id quod est ca-

Tral.ve.ex græ.recog.

ueatur. erit enim: mobile. vt si aliquis dicat / ꝙ omne sanatiuū: et sanans et sanabile erit. & ædificatiuum: ædificabile / aut statī aut per plura. dico autē / vt si mobile quidem ab alio est omne motiuū: sed nō secūdum eundem motū mobile quo mouet propinquum / sed secūdum alterum. vt sanatiuū / discibile. sed hoc / ascendēdo perueniet aliquando ad eandem speciē: vt diximus prius. Alterū igit horū / impossibile est: alterum autem / figmentum. inconueniens enim est alteratiuum: augmentabile ex necessitate esse. non ergo necesse est: semper moueri quod mouetur ab alio / eoq; moto. stabitur ergo. Quare aut a quiescente mouebitur id quod mouetur primū: aut ipsū seipsum mouebit. At vero si oportet etiam considerare / vtrum causa motionis sit & principium / ipsum seipsum mouēs / an id qđ ab alio mouetur: illud ōnis vtiq; ponet. id enim quod per se est causa: semper prius est eo etiam ipso quod secundū alterū est. Quare hoc considerandum est / sumpto alio principio: si quid mouet seipsum quo modo mouet / & secundum quem modum. necesse igitur est omne quod mouetur: esse diuisibile / in semper diuisibilia. hoc enim ostensum est prius / in ijs quę vniuersaliter de natura: ꝙ omne qđ per se mouetur / continuū est. impossibile igitur est: ipsum mouēs seipsum / penitus mouere ipsum seipsum. Feretur enim totum & feret secundū eandem loci mutationē: vnū existens & indiuiduū specie. & alterabitur / & alterabit. quare docebit vtiq; & docebitur simul: & sanabit & sanabitur secundū eandem sanitatem. Amplius autem determinatū est: ꝙ mouetur / id qđ mobile est. hoc autem est potentia cum mouetur: non actu. Quod autē potētia est: ad actum pergit. Est autem motus: actus mobilis imperfectus. mouēs autē: iam actu est. vt calefacit / ca-

Tral. ve. ex græ. recog.

lidum: et omnino id quod habet ſpeciem/ generat. Quare ſimul/ idem & ſecundū idem: calidum erit/ & non calidum. ſimiliter autem: & aliorum vnūquodq; eorū quæ neceſſe eſt mouens habere vniuocū. Eius ergo quod ſeipſum mouet: hoc quidem mouet/ illud autē mouetur. Q; autem non eſt ipſum ſeipſum mouens ſic/ vt vtrūq; ab vtroq; moueatur: ex his manifeſtum eſt. neq; enim erit primum mouens vllum: ſi vtrumq;/ vtrūq; mouebit. quod enim prius: magis cauſa eſt mouendi q̄ ſequens/ & mouebit magis. Dupliciter enī mouere eſt: aliud quidem id ipſum quod ab alio mouetur/ aliud autē ſeipſo. Proximius autem eſt/ quod lōgius eſt ab eo quod mouetur/ principio: q̄ quod in medio eſt. Amplius non neceſſe eſt mouens moueri: niſi a ſeipſo. ſecundum accidēs ergo: contra mouet alterū. At ſumpſi: contingere non mouere. erit ergo aliud quidem quod mouetur: aliud autem mouens immobile. Amplius non neceſſe eſt mouēs contra moueri: ſed aut immobile aliquid mouere neceſſe eſt/ aut ipſum a ſeipſo moueri/ ſi neceſſe quidem eſt ſemper motum eſſe. Amplius ſecundum quem mouet motum: etiam vtiq; mouebitur. quare calefaciens: calefit. At vero neq; ipſius primo ſeipſum mouentis/ aut vna pars aut plures mouebūt/ ipſa ſeipſam vnaquæq;. totum enim ſi mouetur ipſum a ſeipſo: aut ab aliquo eorum quæ ſunt ipſius mouebitur/ aut totum a toto. Si igitur quia mouetur aliqua pars/ ipſa a ſeipſa: hæc vtiq; erit illud primum ipſum ſeipſum mouens. ſeparata enim/ hæc quidem: mouebit ipſa ſeipſam. totum autem: non amplius. Si vero totum a toto mouetur: ſecundum accidens hæ
23 mouebunt ipſæ ſeipſas. ¶ Quare ſi non neceſſario: accipiantur nōn moueri a ſeipſis. Ipſius igitur totius/ aliud mouebit cum immobile ſit: aliud autē mouebitur.

Argyropylus

lidum actu/ & omnino generat id quod formā iam habet. Quare ſimul idem eodemq; calidum erit atq; non calidum: & vnumquodq; cæterorum ſimiliter quæ terminos habeant eiuſdem nominis rationiſq; neceſſe eſt. Eius ergo qđ motu cietur interno & ſuo: aliud mouet/ aliud mouetur. Eſſe autē ipoſſibile ſeipſū quicq̄ 41
hoc pacto mouere/ vt ab vtroq; moueat vtrūq;: ex hiſce ſane patebit. nam ſi vtrumq; mouebit vtrūq;: nichil erit profecto quod moueat primū. id enim qđ prius mouet: cauſa magis eſt vt moueatur id qđ motu cietur/ q̄ id qđ illi cohæret. Duplex eſt enim id quod motu ciet: vt diximus. qđdam enim mouet/ ab alio ſuſcipiens motum: quoddam ſeipſo mouet. Atq; id quod longius ab eo diſtat quod motu cietur: propinquū eſt magis principio motus/ q̄ id quod in medio collocatur. Præterea/ quod mouet: non neceſſario mouetur/ niſi a ſe moueatur. per accidens ergo: mouet alterum cōtra. At accepi iam: poſſe ipſum nō mouere. aliud ergo mouebitur: aliud mouebit īmobile. Præterea non eſt neceſſarium id quod mouet contra moueri: ſed neceſſe eſt aut īmobile quippiam moueat/ aut quod a ſeipſo motu cietur/ ſi motū eſſe ſemper neceſſe eſt. Præterea: moueretur etiam eo motu profecto quo mouet. quare: calefit id qđ calefacit. At vero neq; aut vna pars eius 42
quod primo ſeipſum mouet: aut plures ſeipſas mouebūt. totū enī ipſum ſi a ſeipſo mouetur: aut ab aliqua ſui parte/ aut a toto totum mouebit. Si igitur quia pars aliqua mouetur a ſeipſa/ totū ipſum ſeipſum mouet: illa pars erit id plane quod primū ſeipſū mouet. ſeparata nāq;: ſeipſā illa mouebit. totū autē: nō ſeipſum mouebit. Sin vero totū a toto mouet: per accidēs ipſę partes ſeipſas ſane mouebūt. ¶ Quare ſi ſeipſas nō neceſſario mouēt: ſumātur nō a ſeipſis moueri. ipſius ergo totius/ quædam pars mouebit immobilis: quædam mouebitur.

Argyropylus

hoc enī pacto dūtaxat: aliquid ſeipſum mouere poteſt. Præterea ſi totum ſeipſum mouet: aliud ipſius mouebit/ aliud ſane mouebitur. Ipſum igitur A B: a ſeipſo/
43 & ab ipſo mouebitur A. Cum autem eorum quidem quæ mouēt quoddā ab alio moueaī quoddā immobile ſit/ eorū vero quę mouentur aliud moueat aliud non moueat quicq̄: id quod ſeipſum mouet ex eo ſane quod mouet & non mouetur/ & ex eo quod mouetur & non neceſſario mouet/ ſed interdum mouet interdum non mouet/ conſtare neceſſe eſt. Nam ſit A quidem mouēs immobile: B vero id quod ab A mouetur/ & mouet etiam C. hoc autem moueatur quidem: ſed nō moueat quicq̄. nā & ſi fit vt per plura quoq; perueniaī ad ipſum C: per vnum tamē ſolū nūc accedatur. Totū igitur A B C: ſeipſū mouet. ſed ſi auferā C: ipſum quidem A B ſeipſum motu ciebit. quippe cū A moueaī/ B moueaī: vt patet. At C non ſeipſum motu ciebit: neq; omnino mouebitur. At vero nec ipſum B C: ſine A ſeipſum mouebit. nam ex eo B mouet/ quia ab alio motu cietur: & non ex eo quia mouetur a ſe/ parte ſua mouente. Ipſum igitur A B ſolum: ſeipſum mouet. Quæ cū ita ſint: id ōne qđ ſeipſū mouet/ habeat neceſſe eſt & id quod mouet & eſt immobile/ & id quod motu cietur non autem neceſſario mouet/ quæ quidem aut ſeſe mutuo tangūt/ aut alterum alterum tangit. Oz ſi id quod mouet/ continuum ſit (nā id quod motu cietur: neceſſario continuum eſt) patet totum ſeipſum motu ciere/ non ex eo quia aliquid ipſius eſt tale vt ipſum ſeipſum moueat/ ſed quia totum ſeipſum mouet. mouetur autem/ & etiam mouet: ex eo ſane quia ipſius eſt aliquid/ & id quod mouet & id quod mouetur. non enim totum mouet/ neq; totum mouetur: ſed mouet quidem A/ mouetur autem tantummodo B. ipſum vero C: non neceſſario mouetur a B.

Tral. ve. ex græ. recog.

ſolū enim ſic poſſibile eſt: aliquid per ſe ipſum motiuū eſſe. Amplius ſi linea tota ipſa ſeipſā mouet: hoc quidem mouebit ipſius/ illud autē mouebiť. Linea igitur A B: et a ſeipſa mouebiť/ et ab A. Quoniā autē mouet aliud quidē qđ mouetur ab alio/ aliud autē imobile exiſtēs/ et mouet hoc quidē mouēs/ illud autem nichil mouēs: ipſū ſeipſū mouēs neceſſe eſt ex immobili eſſe mouēte tamē/ et adhuc ex eo qđ mouetur non mouet autē ex neceſſitate/ ſed qualitercunq; euenit. Sit enim A mouens quidem/ & immobile: B vero id quod et mouetur ab A/ et mouet id in quo C. hoc autem: motum quidem ab ipſo B/ mouens autem nichil. ſi enim et per plura veniat aliquando in C: ſit per vnum ſolū. Totū ergo A B C: ipſum ſeipſū mouet. ſed ſi aufero ipſum C: ipſum quidē A B mouebit ſeipſum. ipſum enim A eſt mouens: B vero id quod mouetur. ipſum autem C: nō mouebit ſeipſum/ neq; penitus mouebitur. At vero neque linea B C: mouebit ipſa ſeipſam ſine ipſo A. nam B: mouet ex eo quia mouetur ab alio/ non quia a ſe ipſo/ parte aliqua. Ipſum igitur A B ſolum: ſeipſum mouet. Neceſſe eſt igitur ipſum ſeipſum mouens: habere mouens immobile tamē/ et id quod mouetur nichil autem mouet ex neceſſitate/ tangentia autem/ aut vtraq; ſeinuicem aut alterum alterum. Si igitur continuum eſt id quod mouet (quod enim mouetur: continuum eſſe neceſſarium eſt) manifeſtum eſt q̄ totum ipſum ſeipſum mouet/ non eo q̄ ipſius aliquid huiuſmodi ſit vt ipſum ſeipſum moueat/ ſed totum mouet ipſum ſeipſum & mouens & motum/ eo q̄ ipſius aliquid eſt ipſum mouens/ & id quod mouetur. non enim totū mouet/ neq; totū mouetur: ſed mouet quidem ipſum A/ mouetur autē ipſum B ſolum. ipſum autem C: ab ipſo B/ nō amplius.



Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

impossibile est vt ... mouentur re-
linquantur id quod primo
mouetur ipsum & ipsum mo-
uere

notandum est quod ista dubita-
tio est extra ordinem quod supra pro-
nunciat qđ in primo motorum
si ipsum non mouerit ipsum
si fuisset tertia remota illa ... adhuc compositum ex duabus partibus
seipsum mouerit si fuisset primum
mouens dictum autem est hoc in
quo immobilium capitis
tertio insuper quod si aliquando mobile
vt in 6 libro aristoteles ponit non est
primum mouens neq; primum mo-
bile qui sunt tales quibus priori
dictum est / sed potuerit aliquando
prober quod aliquod mouens ... diuisibile ... aeq; ... equaliter
diuidi ... eandem ... partem
quę ... quod mouens ... primum habeat

impossibile enim est. Dubitationē autē habet: si auferat aliquis aut ab ipso A si continuū est id quod mouet quidem sed immobile est / aut ab ipso B quod mouet / an reliquū vtiq; ipsius A mouebit / aut reliquū ipsius B mouebit? si enī hoc: non vtiq; erit quæ primo mouetur a seipsa / linea A B. remota enī linea ab A B: adhuc mouebit seipsam / reliqua A B. An potentia quidem vtrūq; nichil prohibet / aut alterum id scilicet quod mouetur diuisibile esse: actu autem indiuisibile? si autem diuidatur: non vlterius esse eandē habēs potentiā? quare nichil prohibet in ijs quę diuidi possūt: potētia primo inesse. Manifestū est igit ex his: q̄ est primū mouēs / immobile. siue enim confestim id quod mouetur ab aliquo autem mouetur stet ad immobile primū / siue ad id qđ mouetur quidē ipsum autē seipsū mouēs est et sistens: vtroq; modo accidit vtiq; id quod primū mouet in omnibus esse motis / immobile.

CAP. VI.

24 QVoniam autem oportet motum semper esse / et nō intermitti: necessarium est esse aliquid perpetuū qđ primum mouet siue vnū sit siue plura / et primū mouēs immobile esse. Vnūquodq; igitur immobiliū quidem non autem mouentiū / perpetuum esse: nichil ad præsentē sermonē. Qz autem necessariū est esse aliquid quod semper immobile quidē ipsum sit omni extranea mutatione & simpliciter & secūdum accidens / motiuū autē alterius: manifestum est considerātibus sic. Sit autē / si quis velit: in quibusdam contingens / vt sit aliquando & nō sit sine generatione & corruptione. fortassis enim necessariū est / si quid impers aliquādo quidem est / aliquādo autē nō est: sine mutatione aliquando quidē esse / aliquādo autē non esse omne tale. & principiorum immobi-

est enim hoc impossibile. Exi- 44
stit autem dubitatio hoc loco quædam: si quispiam aut ipsius A si continuum sit id quod mouet quidem sed nō mouetur / aut ipsius B quod mouetur aliquam auferat partem / mouebit ne reliquū ipsius A / aut reliquū ipsius A motu ciebitur? nā si mouebit aut si mouebit: non erit A B profecto id quod a seipso primo mouetur. ablata enī ab eo parte: reliquū A B seipsū adhuc mouebit. An nichil prohibet vtrūq; / aut alterū id inq̄ quod mouetur: diuisibile quidē esse potentia / indiuisibile aūt actu? si vero diuisū fuerit: nō vlterius potētiā eandē habere? quare nichil obstat: vt in ipsis diuisibilibus aliquid insit potentia primo tale. Patet igitur ex hisce quæ diximus: esse id quod primo mouet / imobile. nā siue statim ad ipsum primum īmobile / siue ad id quod mouetur quidem ipsum vero seipsum mouet sistitq; gradum cum libet / fiat ex eo quod mouetur ab aliquo vero mouetur accessio: vtroq; modo nimirū accidit id qđ primo mouet / in ōnibus ijs esse quę mouētur / imobile.

CAP. VI.

45 QVm autem semper esse motū oporteat / & nullas eius intercapedines fieri: esse quippiā primo mouens perpetuū immobileq; / aut vnum aut plura necesse est. Vnū- 46
quodq; igitur eorum quæ immobilia sunt atq; mouent / perpetuum esse: non ad præsentem sermonem pertinet. Esse autem aliquid necessario qđ semper omnis quidem sit mutationis tam absolute q̄ per accidens expers / aliud autem moueat: perspicuū / si hoc pacto considerabimus / fiet Atq; sit ita si cui placeat: ī aliquibus fieri posse vt aliquādo sint aliquādo nō sint / sine generatiōe corruptioneve. fortasse nāq; necessariū est: si quid partib9 vacās aliquādo est aliquādo nō est: oē tale sine mutatione esse atq; nō esse. Et hoc insuper cōcedat: fieri posse vt principiorū immobi-

Argyropylus

lium motiuorum quædã aliquan
do ſint/ aliquando non ſint. ſed
impoſſibile eſt hanc omnia con-
ditionem ſubire. nam aliquã hiſ-
ce cauſam eſſe patet: quæ ipſa ſe-
ipſa mouent/ vt aliquãdo ſint a-
liquando non ſint. etenim id qui-
dẽ quod ſeipſum mouet/ magni-
tudinem habeat omnem neceſſe
eſt/ ſi nichil partibus vacans mo-
uetur. id autem quod mouet: nul
la neceſſitate eſt tale. Vt igitur
alia generentur/ alia corrumpan-
tur/ idq; continue ſit: nichil eo-
rũ eſt cauſa quæ immobilia qui-
dem ſunt/ tamẽ non ſemper ſunt.
Neque rurſus: eorum quæ ſem-
per quidem hæc mouent/ alia ve-
ro alia mouent. perpetui enĩ atq;
continui: nec vnum ipſorũ eſt cau
ſa/ nec vniuerſa. nã ſic ſeſe qui-
dem habere: perpetuum ac neceſ-
ſario eſt. vniuerſa autem ſunt in-
47 finita: & nõ ſimul omnia ſunt. Pa-
tet igitur etſi infinities nonnulla
principia immobilia mouẽtia &
multa eorum quæ ſeipſa mouent:
partim corrũpuntur partim inſu
per generantur/ atq; hoc quidem
hoc aliud autem hoc mouet. at ni
chilominus aliqd eſſe qđ hæc om
nia continet. idq; præter vnũqđq;
iſtorũ aliud quid eſſe: quod quidẽ
eſt cauſa vt alia ſint/ alia nõ ſint/
& mutationis continuæ. atq; hoc
quidem hiſce: hæc autem cæteris
48 motus cauſam eſſe. ¶ Si igit̃ mo-
tus perpetuus eſt: perpetuum erit
& mouens primum ſi vnum ſit.
ꝙ ſi ſint plura: plura quoq; per-
petua erunt. Vnum autẽ potius q̃
plura putandum eſt eſſe: & finita
q̃ infinita. ſemper enim finita po
tius q̃ infinita ſumẽda ſunt: ſi mo
do eadem fiant. in iſs enim quæ
ſunt natura: finitum ſit potius/ et
id quod melius eſt oportet/ ſi mo
do eſſe poſſit. ſufficiens autem eſt
& vnum: quod cum primum im-
mobilium ſit perpetuumve/ cæ-
49 teris erit principium motus. Ex
hoc etiam patet: aliquid eſſe ne-
ceſſario vnum perpetuũve quod
primo mouet. demonſtratum eſt
enim: ſemper neceſſario motum
eſſe. ꝙ ſi neceſſe eſt ſemper eſ-
ſe: neceſſe eſt & continuum eſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

lium quidem motiuorum autem quædã
aliquando quidem eſſe aliquando autem
non eſſe: cõtingat & hoc. ſed nequaq̃ om
nia quidẽ poſſibile eſt. manifeſtum enim
eſt: ꝙ cauſa quædam iis quæ ipſa ſeipſa
mouent/ ineſt vt aliquando quidem ſint
aliquando autem non ſint. ipſum enim ſe-
ipſũ mouẽs õne/ neceſſe eſt magnitudinẽ
habere: ſi nichil mouetur impers. id autẽ
quod mouet: nulla neceſſitate eſt ex dictis.
Vt igiť alia quidẽ generẽtur/ alia vero cor
rũpãtur/ & hoc ſit cõtinue: nulla cauſa eſt/
imobiliũ quidẽ/ nõ ſemper autẽ exiſtẽtiũ.
Neq; rurſus: eorũ quæ ſemper quidẽ hæc
mouent/ horum autem alia. ipſius enim
qđ ſemper eſt/ & cõtinui: neq; vnũquodq;
ipſorũ cauſa eſt/ neq; omnia. nã ſic ſe ha-
bere: perpetuum & ex neceſſitate eſt. om-
nia autẽ/ infinita: et nõ ſimul omnia ſunt.
Manifeſtum eſt igitur ꝙ q̃uis decies mi-
lies aliqua principia immobilium quidẽ
mouentium autẽ/ et multa eorũ quæ ipſa
ſeipſa mouẽt corrũpantur/ alia vero inſu-
per generenť/ et hoc quidẽ imobile exiſtẽs
hoc mouet/ alterũ autẽ/ hoc: at nichilo mi-
nus aliquid eſſe qđ cõtinet. et hoc præter
vnũqđq; eſſe id qđ eſt: cauſa vt alia quidẽ
ſint alia vero non/ et continuę mutatio-
nis. et hoc quidem/ his: hæc autem alijs/
cauſa motus ſint. ¶ Si igitur perpetuus 25
motus eſt: ꝑpetuũ erit et mouẽs primũ ſi
vnũ eſt. ſin vero plura: plura ꝑpetua. Vnũ
autẽ magis q̃ multa: et finita q̃ infinita o-
portet exiſtimare. eiſdẽ enĩ accidentibus:
ſemper finita magis accipere oportet. in
iis enĩ quæ natura ſunt: oportet finitũ/ &
id quod melius eſt/ ſi cõtingat/ eſſe magis.
ſufficiens autẽ eſt/ etiã ſi vnum: quod cum
primum immobilium perpetuum ſit/ erit
alijs principium motus. Manifeſtũ autẽ
eſt ex his: ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquid vnum/
et perpetuum primum mouens. oſtẽſum
eſt enim: ꝙ neceſſe eſt/ ſemper motũ eſſe.
ſi vero ſemper: neceſſe eſt et continuũ eſſe.

Tral.ve.ex gre.recog.

eteni qđ ſemper eſt: cõtinuũ eſt. quod autem conſequenter eſt: non eſt continuum. At vero ſi continuus eſt: vnus eſt. vnus autem: ſi & ab vno mouente/ & vnius ſit qđ mouetur. ſi enim quiddam aliud & aliud mouebit: non continuus totus motus/ ſed cõſequenter erit. Ex his igitur crediderit aliquis eſſe quid primũ immobile: et rurſus cum reſpexerit ad principia mouẽtiũ. Eſſe igiť quædã entiũ quæ aliquãdo quidẽ mouẽtur/ aliquãdo vero quieſcũt: manifeſtũ eſt. Et ꝙ hoc fuit manifeſtũ: ꝙ neq; oĩa mouentur neq; oĩa quieſcũt/ neq; alia quidẽ ſemper quieſcunt alia vero ſemper mouẽtur. Quæ nãq; ad ambo prona ſunt & potentiam habent vt aliquando quidẽ moueantur/ aliquãdo vero quieſcant: demonſtrãt de ipſis. Quoniã autem huiuſcemodi/ omnibus ſunt manifeſta/ volumus autẽ demonſtrare & duorũ vtramq; naturam/ ꝙ ſũt alia quidẽ ſemper immobilia/ alia autẽ quæ ſemper mouẽtur/ procedentes autem ad hoc & ponẽtes omne quod mouetur ab aliquo moueri/ & hoc eſſe aut immobile aut quod mouetur/ & quod mouetur aut a ſeipſo aut ab alio ſemper: proceſſimus vt accipiamus ꝙ eorum quę mouentur eſt principium. eorum quidem quæ mouentur: id qđ ipſum ſeipſum mouẽt. oĩm autẽ: id qđ ĩmobile eſt. Videmus autem & manifeſte eſſe eiuſcemodi: quæ mouẽt ipſa ſeipſa/ vt animatorũ et animalium genus. Hæc igitur et opinionẽ præbebant: ne forte contingat motum fieri/ cũ non eſſet omnino. propterea: ꝙ nos in his videmus hoc contingere. immobilia enim cum ſint aliquando: mouentur rurſus vt videtur. Hoc autem oportet accipere: ꝙ ſecundum vnum motum ipſa mouent/ & ꝙ ſecundum hunc non proprie. non enim ex ipſis eſt cauſa: ſed inſunt alij motus naturales animalibus/ ſecũdũ quos nõ mouẽtur per ſeipſa. vt augmẽtatio/ diminutio/ reſpiratio: q bus mo-

Argyropylus

ſemper enim eſſe: continuum eſt. deinceps autem eſſe: non continuum eſt. At ſi cõtinuus eſt: vnus nimirum eſt. vnus autem motus: a mouente proficiſcitur vno/ & vnius mobilis eſt. nã ſi aliud atq; aliud mouebit: totus ipſe motus non continuus/ ſed deinceps erit. Ex his ergo: quiſpiam eſſe primum quid immobile credet. Et rurſus: ſi ad eorum principia quæ mouẽt reſpexerit. Eſſe igiť quædam eorum quæ ſunt/ quæ aliquando mouentur/ aliquando quieſcunt: luce clarius extat. Atq; per hoc ipſum iam patuit: nec vniuerſa moueri nec vniuerſa quieſcere/ nec alia ſemper quieſcere alia ſemper moueri. ea namque quæ potentiam habent vt interdum moueantur interterdũ quieſcant: veras haſce ſententias eſſe demonſtrant. Cum autem talia cunctis ſint manifeſta: oſtendere volumus & vtramq; duorum naturã/ eſſe inquam & quæ ſemper ſunt ĩmobilia & quæ ſemper mouentur. Atq; ad idipſum proficiſcentes poſito hoc/ omne quod mouetur ab aliquo moueri/ idq; aut immobile eſſe aut moueri vel a ſeipſo vel ab alio ſemper: ad hoc ſumendum tandem proceſſimus/ eorum inquam quæ mouentur principiũ eſſe ſubeuntium quidem motum/ id quod ipſum ſeipſum mouet/ omnium autem id quod immobile eſt. Cernimus autem atq; admodũ clare: res eſſe tales quæ quidem ſeipſas mouent/ quale eſt animãtium ac animalium genus. Hæc igitur & opinionem nobis præbebant: ne fortaſſe contingat motum omnino nõ eſſe deinde oriri/ quia in ipſis id accidere cernimus. nam prius immobilia ſunt/ vt videtur: deinde mouentur. Hoc autem nos ſumamus oportet: vno inquam hæc ſeipſa motu ciere/ atq; illo non proprie. quippe cum non in ipſis eius ſit cauſa: ſed inſũt aĩalibus naturales alij motus quib⁹ ipſa non per ſeipſa mouentur. vt accretio/ decretio/ reſpiratio: qbus vt patet aĩaliũ vnumquodq; mo-

uetur: cū qescit. et nō mouet eo motu: quo ipsum seipsū ciet. Atq; horū causa est: cōtinēs ipsū/ & eorū multa q corpus ingrediūtur. vt nōnullorū ipsū alimentū. cū enī digerīt dormiūt: cū disgregat/ expgiscūtur & seipsa mouēt/ ac ipsum primū principiū est externū. Ideirco nō semp continue a seipsis mouētur. aliud est enim id qđ mouet ipsū subiēs motū atq; mutationē: ad vnūqđq; eorū quæ seipsa motu ciēt. In vniuersis aūt his/ id qđ primo mouet/ & id quod est causa vt ipsa seipsa moueāt: a seipso mouet/ per accidēs tamē. corpus enī: mutat locum/ vt patet. quare & id qđ in corpore est: & motione vectis/ seipsū mouet. Ex quibus credi potest impossibile esse/ si quid īmobile quidē est/ mouet autē & ipsū subiēs p accidēs motū: id cōtinuo motu mouere. quare si necesse est cōtinue motū esse: sit aliqd oportet primū mouēs immobile/ neq; p accidēs subiens motū/ si oportet in hisce quę sūt incessabilē quēdā esse motū et īmortalē vt dixīmus/ atq; ipsū qđ est ī seipso ac in eodē pśistere. manēte nāq; principio: & vniuersū ipsū maneat necesse est. quippe cū ad principiū ipsū cōtinuū sit. Nō est aūt idē: p accidens a seipso moueri/ atq; ab alio. hoc enī: nonnullis etiā quæ sunt in cœlo principijs inest quę lationibus plurib9 ferūtur. alterū autē: corruptibilibus solū cōpetit.

53 ¶ At vero si sit qppiā semper tale/ mouens quidē aliquid/ īmobile aūt semper manēs atq; perpetuū: & id sane quod ab ipso primū mouet/ perpetuū esse necesse est. Hoc autē vel ex eo patere potest: quia secus nō esset cæteris in rebus generatio corruptiove atq; mutatio/ nisi quippiā moueret subiēs motū. id enī quod īmobile est: eodē ac vno motu pfecto modoq; semp eodē mouebit/ cū nullo pacto mutetur ipsum ad id quod motu cietur. At id quod mouet ab eo quod motu quidē ciet/ mouet autē iam ab eo quod est immobile/ quoniā aliter ad res atq; aliter sese habet nō eiusdem erit causa motus. sed quoniā contrarijs in locis est/ atq;

uetur animaliū vnumquodq; cū quiescit: & nō mouetur secundū eū motū qui est a seipso. Horum autem causa est: continens/ & multa ingredientiū. vt quorundā alimētū. nā dū cōcoquitur/ dormiūt: dū autem disgregatur/ excitātur & mouēt seipsa/ cum primū principium ab externo sit. Quapropter: nō semper mouētur cōtinue a seipsis. aliud enī est mouēs ipsū quod mouetur et mutatur: ad vnūquodq; mouētiū seipsa. In ōnibus autē his mouetur primū mouēs: et causa est vt ipsū seipsū moueat a seipso/ secūdū accidēs tamē. mutat enī locū: corpus. quare & quod in corpore existit/ & vectis motione: mouet seipsū. Ex quibus credere licet/ q; si quid est īmobiliū quidē/ mouētiū autē/ & ipsorū quæ mouētur secūdū accidēs: impossibile est cōtinuo motu mouere. Quare si necesse est quidē cōtinue esse motū: esse quid oportet primū mouēs īmobile/ & nō scđm accidēs/ si futurū est (vt dixīmus) in ijs quę sūt vt sit incessabilis quidā & īmortalis motus/ & manere ens ipsū in seipso & in eodē. principio enī manēte: necesse & ōne manere cōtinuū existēs ad principiū. Nō est autē idē: moueri secūdū accidēs a seipso/ & ab altero. moueri enim ab alio: & eorū quæ sunt in cœlo quibusdā principijs inest quæ secūdū plures ferūtur lationes. alterū autē: corruptibilibus solū. ¶ At vero si aliquid est semper huiusmodi/ mouēs quidē/ immobile autē et ipsū perpetuū: necesse est et ipsum primū quod ab hoc mouetur/ perpetuū esse. Est autem hoc manifestū quidē: & ex eo q; non aliter esset generatio et corruptio/ et mutatio in alijs/ nisi aliquid moueat id quod mouetur. īmobile enī: eodē & vno motu semper mouebit eodē modo/ tanq; nichil ipsū mutetur ad id qđ mouetur. Quod autē mouetur ab eo qdē qđ mouet/ ab īmobili autē mouet iā: propterea q; aliter ac aliter se habet ad res ipsas/ nō eiusdē motus erit causa. sed ꝓpterea q; in cōtrarijs est locis/ aut

Cap. 6

Tral.ve.ex græ.recog.

ſpeciebus:cõtrarie præſtabit vt moueatur vnũquodq; aliorũ/& aliquãdo quidẽ quieſcat/aliquãdo autem moueatur. Manifeſtum igitur factum eſt ex dictis/ & quod in principio dubitabamus: curnam nõ omnia aut mouentur aut quieſcunt/ aut alia quidem mouentur ſemper alia vero quieſcunt/ſed quædam aliquando quidem aliquãdo autem non. Huius enim cauſa:manifeſta nunc eſt/ q̃ alia quidem ab immobili ſempiterno mouẽtur. quapropter ſemper mutantur.alia vero: ab eo quod mouetur/& mutatur.quare: & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile autem/vt dictum eſt/ tanq̃ ſimpliciter/et eodẽ modo/& in eodẽ permanẽs: ſecundũ vnũ et ſimplicem mouebit motum.

CAP. VII.

27 ATvero & alio facto principio: magis erit de his manifeſtum. cõſiderandum enim eſt:vtrũ aliquẽ motũ contingat eſſe cõtinuũ an non/et ſi contingit quis eſt hic/& quis primus eſt motuũ. Manifeſtũ eni eſt q̃ ſi neceſſariũ quidẽ eſt ſemper motũ eſſe/primus autẽ hic & cõtinuus eſt: q̃ primũ mouens mouet ſecũdũ hũc motũ/ quẽ neceſſariũ eſt vnũ & eundẽ eſſe & cõtinuũ & primũ. 28 ¶ Tribus autẽ exiſtentibus motibus/ alio quidẽ ſecũdũ magnitudinẽ/ & alio ſecundũ paſſionem/& alio ſecundum locum quẽ vocamus loci mutationẽ:hũc neceſſarium eſt eſſe primũ.impoſſibile enim eſt augmentationẽ eſſe:alteratione nõ præexiſtẽte.quod eni augmẽtatur:eſt quidẽ vt ſimili augeatur/eſt autem vt diſſimili. contrariũ eni: alimẽtũ dicitur eſſe cõtrario. Adiũgitur autẽ omne:factũ ſimile ſimili. Neceſſe igitur eſt alterationẽ:eſſe eã quæ in cõtrariũ eſt mutationẽ. At vero ſi alteratur:oportebit eſſe alterãs/ & agẽs ex potẽtia calido actu calidũ. Manifeſtũ eſt igitur: q̃ mouẽs nõ ſimiliter ſe habet/ſed aliquãdo q̃dẽ ppinquio eſt/aliquãdo aũt lõgius/ab eo qđ alte-

Argyropylus

formis: contrario modo quãq; cæterarum rerũ motu diſponet. atq; interdum quieſcentem:interdum ſubeũtem motum/ prębebit. Perſpicuũ igitur iam euaſit ex hiſce quæ diximus/ & id quod initio dubitabamus: curnam non vniuerſa aut quieſcunt aut mouentur/ aut alia ſemper mouentur alia ſemper quieſcunt/ ſed quædã interdum mouentur interdũ quieſcunt. Huius enim cauſa: vltro ſeſe offerre videtur.quædã enim: ab immobili ſempiterno mouentur. quocirca ſemper mouentur. quædam : ab eo quod mouetur atq; mutatur. quare & ipſa mutentur:neceſſe eſt. Id autem quod eſt immobile/cum ſimpliciter eodemq; modo ac in eodem ſemper permaneat: vno motu ſimpliciq; mouebit.

CAP. VII.

ATqui ſi principium 54
etiam aliud conſiderationis fecerimus: de hiſce magis patebit. eſt enim conſiderandum: ſi poſſit aliquis continuus motus eſſe necne/ & ſi poſſit quiſnam hic ſit/ & quiſnam motuum primus ſit. etenim ſi motum quidem ſemper eſſe neceſſe eſt/primus autẽ hic atq; continuus eſt:patet id quod primum mouet/ hoc ſane motu mouere/ quẽ vnũ & eũdẽ et cõtinuũ ac primũ eſſe neceſſe eſt. Cũ itaq; tres ſint 55
motus in magnitudine/ ĩ affectu/ atq; in loco quẽ quidẽ lationem cõſueuimus appellare: hunc primum motuũ eſſe neceſſe eſt. fieri namq; non poteſt/ vt accretio ſit: niſi alteratio antecedat. etenim id quod incrementa ſuſcipit:tũ ſimili tum diſſimili creſcit. Contrariũ namq;: contrarij nutrimentum dicitur eſſe. Additur autem alimentum omne: cum ſit ſimile ſimili. Sit igitur alteratio neceſſe eſt: ea mutatio qua ad contraria proficiſcitur. At vero ſi alteratur: ſit id oportet quod alterat/ & ex potentia calido calidum actu facit. Patet autem id quod mouet non ſeſe habere ſimili modo: ſed iterdũ eſſe propinquius ei quod alte-

Argyropylus

ratur/interdū remotius ab eodem. At hæc:absq; latione nequeunt esse. Si igitur semper motum esse necesse est:& latio sit semper motuum prima necesse est. q; si lationis alia prior/alia posterior est: prior nimirum omnes antecedat necesse est. Præterea/ densitas raritasq; principium omnium affectuum est. etenim graue ac leue/ molle & durum/ calidum deniq; frigidūq; densitates quædam ac raritates esse videntur. Densitas autem raritasq; congregatio est ac segregatio/ quibus vt (inquiunt) substantiæ generantur ac corrumpuntur. at ea quæ congregantur ac segregantur: loco mutentur necesse est. At vero magnitudo: etiam eius loco mutetur quod accrescit atq; de-
56 crescit. Insuper/ & hinc (si animaduertamus) lationem/ primum motum esse patebit. primum enim ipsum: vt in alijs/sic & in motu multipliciter dici potest. Dicitur autem prius:& id quo sublato cætera tolluntur/ ipsum autem alijs sublatis est. Et id: quod tempore præcedit. Et id deniq;: quod substantia præstat. Quare si necesse est continue motum esse/ erit autem continue aut isce qui continuus est aut isce qui est deinceps/magis autem erit isce qui est continuus / præstatq; continuum esse/atq; id quod præstat in natura semper esse putamus modo possit esse/potest autem continuus esse vt posterius demonstrabitur/ nunc autem supponatur/atq; hic nullus alius esse potest nisi latio tantum: latio profecto motus sit primus necesse est. Nulla namq; necessitas est: vt id quod fertur/ accrescat vel alteretur vel generetur vel corrumpatur. At harum mutationum nulla esse potest:si cōtinuus isce motus quo mo
57 uet primum mouēs/auferatur. Præterea primum tempore esse: necesse est. hic enim solus:corporibus æternis accommodatur. At in vnoquoq; quidē eorum quæ generantur:lationem motuum vltimam esse/necesse est. post ortum enim:alteratione primū/ accretioneve deinde/iā perfectum latione mouetur.

Tral.ve.ex græ.recog.

ratur/est. Hæc autē: sine loci mutatione nō contingit esse. Si ergo necesse est semper motum esse: necesse est & loci mutationem esse semper primā motuum. et si loci mutationis alia quidem prior / alia vero posterior est:primam. Amplius autē/omniū passionū principiū est: densitas & raritas. eteni graue & leue/et molle & durū/& calidū & frigidū:densitates videtur esse & raritates quędā. Dē sitas autē & raritas:cōgregatio & disgregatio/secūdū quas generatio et corruptio substātiarū dicitur. quæ autē cōgregātur et disgregātur:necesse est et secūdū locū mutari. At vero et eius qđ augmētat & diminuitur:mutat secundū locū magnitudo. Amplius et hinc cōsiderātibus erit manifestū:q; loci mutatio/prima est. primū eni:vt et i alijs/sic et in motu dicetur vtique multifariam . Dicitur enim prius:et quo nō existente nō erūt alia/ illud vero sine reliquis. Et qđ tēpore. Et qđ secūdū substātiā. Quare quoniā motum quidē necessariū est esse cōtinue/erit autē continue aut qui cōtinuus est aut qui cōsequēter/ magis autē qui cōtinuus est/ et melius est cōtinuū q̄ cōsequēter esse/ quod autem melius est semper arbitramur in natura esse si possibile est/possibile autē est cōtinuū esse/demōstrabit autē posterius nunc autē hoc supponatur/& hūc nullum posse esse nisi lationē:necesse est lationem esse primam. Nulla enim necessitas est:aut augmētari aut alterari/ id qđ fertur. neq; igitur generari aut corrūpi. horū autē/nullū esse cōtingit:si cōtinuus nō sit secundū quē mouet primū mouēs. Adhuc: tēpore primā. perpetuis eni solū:cōpetit moueri scđm hūc. Sed i vnoquoq; eorū qdē quæ habēt generationē:loci mutationē necesse est postremū esse motuū. post eni generationē: primum alteratio est/ & augmentatio. sed loci mutatio: iā perfectorum motus est.

Tral.ve.ex græ.recog.

Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecun-
dum loci mutationem prius/quod & ge-
nerationis cauſa erit iis quæ fiunt/nō ge-
neratum:vt id quod genuit/ eo quod ge-
neratum eſt. Videbitur autem genera-
tio vtiq; eſſe prima motuū:propterea q̄
factam eſſe oportet rem primū.hoc au-
tem in vno quidē quouis eorum quæ fi-
unt/ſic ſe habet: ſed alterum quid neceſ-
ſe eſt prius moueri/ex iis quæ fiūt/quod
& ipſum non fit/ et hoc alterum prius.
Quoniam autem generationem impoſ
ſibile eſt eſſe primam (omnia enim quæ
mouētur:eſſent corruptibilia) manifeſtū
eſt q̄ neq; eorū qui cōſequēter ſunt/mo-
tuū vllus prior eſt. Dico aūt cōſequēter:
augmētationē/ poſtea alterationē & di-
minutionē/& corruptionē.oēs enī: poſte
riores ſunt generatione. Quare ſi neq;
generatio prior loci mutatione eſt: neq;
aliarum vlla mutationum. Omnino au-
tē videtur id quod fit/eſſe imperfectum:
& ad principium ire. Quo fit vt quod
generatione poſterius eſt: natura prius
ſit. vltimo autem/loci mutatio: ineſt om-
nibus iis quæ ſunt in generatione. Qua-
propter viuentiū alia quidē ōnino immo
bilia ſunt: propter indigentiam inſtru-
menti. vt plātæ/& multa genera anima-
lium. aliis autem cum perficiuntur: ineſt.
Quare ſi magis ieſt loci mutatio/iis quæ
magis nacta ſunt naturam:& motus hic
primus aliorum erit ſecundum ſubſtan-
tiā/et propter hæc/ & quia minime mo-
tuū id quod mouetur dum fertur a ſub-
ſtātia diſcedit. ſecundū enim ſolum: ni-
chil mutatur ab eſſe. vt cū quid alterat/
qualitas : cum vero augetur & diminu-
itur/ quātitas. Maxime autē manifeſtū
eſt q̄ mouēs ipſū ſeipſū:maxime ſecūdū
hūc mouet proprie qui ſcđm locū eſt. et
etiā dicimus hoc eſſe eorū quæ mouent
& mouēt principium: & primū iis quæ
mouent/id ſcilicet qđ ipſū ſeipſū mouet.

Argyropylus

Verum aliud prius neceſſe eſt eſſe
ſubiens lationē/ quod & generati-
onis hiſce quæ fiūt cauſa erit/ non
ipſum ſubiens generationem/vt id
quod genuit rē generatā p̄cedat.
Nā generatio motuum ob hoc pri
ma eſſe videbitur: quia res ſit orta
prius/oportet. At hoc i vna quidē
quauis re generāda ita ſeſe habere
videt/aliquid tamē aliud ante mo
ueatur neceſſe eſt:quod quidem ex
his eſt quæ oriūtur & occidūt non
ſubiens generationē/& hoc itē ali-
ud prius. Quoniā autē impoſſibile
eſt generationē eſſe primā(eſſent e-
nim oia quæ mouenī:caduca)patet
nec vllū motuū qui ſunt deinceps/
priorē eſſe. Dico autē motus dein-
ceps:accretionē deinde alterationē
& decretionē atq; corruptionē. om
nes hi motus poſteriores ſunt ge-
neratione. Quare ſi generatio pri-
or latione non eſt: neq; cæterarum
profecto mutationum eandem vlla
p̄cedit. Omnino autē id quod ge 58
neratur:imperfectū eſſe videtur/ &
ad principium proficiſci. Quo fit
vt id natura ſit prius:quod genera
tione poſterius eſt. at vniuerſis hiſ
ce quæ generantur:vltimo latio cō
petit. Quocirca quędam viuētium
omnino/ quia inſtrumētis vacant/
immobilia ſunt:vt plātę & anima-
liū genera multa. quædā cū perfi-
ciūtur:hoc(vt patet) motu cientur.
Quare ſi magis ineſt iis latio/quæ
magis naturā ſunt cōſecuta:motus
hic quoq; cæteris motibus ſubſtan
tiā prior erit. Atq; hoc ita ſe habet: 59
nō ſolū ob ea quæ dicta ſūt/ ſed ob
hāc etiā rationē. quia id quod hoc
motu cieť:minime dū fertur/ ſubſtā
tiā ſuā amittit. ſola nāq; latione:ni
chil in hiſce quę inſūt ſibi/ mutat.
vt cū quippiā alteratur/& cū incre
mēta decremētave ſuſcipit:in qua-
litate fit (vt patet) atq; in quanti-
tate mutatio. Maxime vero patet 60
ex eo: quia id quod interno mo-
tu ſeipſum ciet/eo ſe maxime mo-
tu proprie mouet qui ad locū ac-
cōmodatur. Atq; hoc dicimus eo-
rum quæ mouentur ac mouēt prin
cipium eſſe: & primū eorum quæ
mouentur / id inquam quod ſe-
ipſum interno motu ſuoq; ciet.

Argyropylus

61 Patet igit ex hiſce quæ diximus: latione motũ eſſe primũ. Nũc autẽ demonſtrandũ eſt: quænã ſit latio prima. atq; ſimul eadẽ via patebit/ & id qđ nũc & antea ſuppoſuimus: cõtinuũ inquã motũ atq;
62 perpetuũ aliquẽ eſſe poſſe. ¶ Nullũ itaq; cæterorũ motuũ cõtinuũ eſſe poſſe: ex hiſce ſane patebit. omnes enim motus atq; mutationes/ ex oppoſitis ſunt ad oppoſita migrationes: vt patet. nã generationis quidẽ atq; corruptionis: id qđ eſt & id qđ nõ eſt/ terminos eſſe cõſtat. alterationis vero/ cõtrarias qualitates atq; affectus. accretionis item decretioniſve: aut magnitudinẽ paruitatẽq;: aut perfectionẽ magnitudinis imperfectionẽve. Cõtrarij vero ſunt motus: quibus ad cõtrarios fines itur. id autẽ qđ nõ ſemper hoc motu cietur (modo ſit prius) quieſcat prius neceſſe eſt. id igit qđ mutat: vt patet/ in cõtrario profecto quieſcet. Similiter & ĩ ipſis mutationibus fit. corruptioni namq; generatio ſimplici ſimplex: & cuidã/ quędã opponitur. Quare ſi fieri non poteſt vt ſimul oppoſitis mutationibus quicq̃ mutetur: nõ erit mutatio profecto cõtinua/ ſed iter ipſas mediũ tẽpus erit. nichil enĩ interest/ cõtrariæ ſint an non cõtrarię: mutationes eæ. quarum termini cõtradictoriã oppoſitionẽ ſuſcipiũt: ſi modo ſimul eidẽ adeſſe nõ poſſint. hoc enim: non eſt rationi cõducẽs. nec ſi nõ neceſſe eſt in cõtradictione quieſcere: nec eſt mutatio quieti contrarium. forſitan enim id quod haud eſt: non quieſcit. corruptio vero: ad id quod haud eſt/ vt patet: mutatio eſt. ſed ſi ſolum inter ipſas ſit tempus. ſic enim: continua non erit ſane mutatio. neq; enim in prioribus contrarietas conducebat: ſed idipſũ/ ſimul inquam ineſſe non poſſe. Atq; non conturbemur oportet: ſi contrariũ ſit pluribus idẽ. vt motus: quieti/ et ei motui quo ad cõtrariũ itur. ſed hoc tantum ſumamus: tum motui/ tũ quieti motũ opponi. vt ęquale ac mediocre: ei qđ excedit/ & ei quod exceditur.

Tral. ve. ex græ. recog.

Q igitur loci mutatio primus motuũ ſit: manifeſtum eſt ex his. Quæ autẽ loci mutatio prima ſit: nunc demonſtrandum eſt. ſimul autem & quod nunc & quod prius ſuppoſitum eſt/ ꝙ contingit quẽdam motum cõtinuum eſſe & perpetuũ: manifeſtũ erit eadẽ methodo. ¶ Q 29
igitur aliorũ motuũ cõtinuũ nullũ cõtingit eſſe: ex his manifeſtũ eſt. omnes enĩ: ex oppoſitis ad oppoſita ſunt & motus & mutationes. vt generationi & corruptioni: ens & nõ ens termini ſunt. alterationi autẽ: contrarię paſſiones. augmẽtationi vero & diminutioni: aut magnitudo et paruitas/ aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Cõtrarij autem ſunt: qui ſunt in contraria. id auem quod nõ ſemper mouetur hac motione / exiſtit autem prius: neceſſe eſt prius quieſcere. manifeſtum eſt igitur ꝙ quieſcet in contrario id quod mutatur. Similiter autẽ: & in mutationibus. opponũtur enim generatio & corruptio ſimpliciter: et ſingularis ſingulari. Quare ſi ipoſſibile eſt ſimul mutari ſecundum oppoſitas: nõ erit continua mutatio/ ſed inter ipſas mediũ erit tempus. nichil enim differt contrarias aut non contrarias eſſe: quæ ſecundum contradictionem ſunt mutationes/ ſi modo impoſſibile ſit ſimul eidem adeſſe. hoc enĩ: ratiõi nichil vtile eſt. Nec ſi nõ neceſſe eſt quieſcere in contradictione: neq; eſt mutatio quieti contrarium. non enĩ fortaſſis quieſcit: qđ nõ eſt. corruptio autẽ eſt: in nõ ens. ſed ſi ſolũ mediũ ſit tẽpus. ſic enĩ: nõ eſt mutatio/ cõtinua. neq; enĩ in prioribus cõtrarietas/ vtilis erat: ſed nõ cõtigere ſimul eſſe. Nõ oportet autẽ turbari: ꝙ idẽ pluribus erit contrarium. vt motus: et ſtatui/ et motui qui eſt in cõtrariũ. ſed ſolũ hoc accipere: quod opponitur quodãmodo et motui et quieti/ motus contrarius. vt æquale & mediocre: excedẽti/ et ei quod exceditur.

Tral.ve.ex græ.recog.

& ꝙ nõ cõtingit ſimul oppoſitos eſſe: aut motus aut mutationes. Amplius autem & in generatione & corruptione/etiã penitus abſurdum eſſe videbitur: ſi factũ cõfeſtim neceſſe eſt corrũpi/ & nullo tẽpore ꝑmanere. Quare ex his: vtiq; fides aliis fiet. phyſicum enim eſt: ſimiliter ſe habere in omnibus.

CAP. VIII.

30 QVod autem cõtingit eſſe quendam infinitum vnũ exiſtentem/ & continuũ/ & hic eſt circularis: nũc dicamus. Omne enĩ qđ fertur: mouetur aut circulari/ aut recto/ aut mixto. quare ſi neq; illorum alter continuus eſt: neq; illũ qui ex vtriſq; compoſitus eſt/ eſſe eſt poſſibile. ꝙ autem id quod fertur recto & finito/ non feratur continue: manifeſtum eſt. reflectitur enim. reflexum autem recto: cõtrariis mouetur motibus. cõtrarius enim ſecundum locum eſt: is qui eſt ſurſum/ ei qui eſt deorſũ. & qui eſt in ante: ei qui eſt i retro. et qui eſt ad ſiniſtra: ei qui eſt ad dextra. loci enim contrarietates: hæ ſunt. Quis autem eſt vnus/ & continuus motus: prius definitum eſt/ ꝙ is qui eſt vnius/ & in vno tempore/ & in non differenti ſecũdũ ſpeciem. tria enĩ ſunt: & quod mouetur/ vt homo/ aut deus. & quando: vt tempus. et tertiũ: id in quo. hoc autem eſt: locus/ aut paſſio/ aut ſpecies/ aut magnitudo. contraria autẽ/ differunt ſpecie: & non vnũ ſunt. Loci autẽ ſunt: dictæ differẽtiæ. Signũ autẽ eſt ꝙ motus contrarius eſt qui eſt ab A ad B/ ei qui eſt ab ipſo B ad A: quia ſtant/ et ſiſtunt ſeinuicem ſi ſimul fiãt. & in circulo ſimiliter. vt qui eſt ab A ad B: ei qui eſt ab A ad C. ſiſtunt enim ſi continui ſint/ & non fiat reflexio: propterea ꝙ cõtraria mutuo ſe corrũpunt et impediũt. ſed nõ is qui eſt in latus: ei qui eſt ſurſũ.



Argyropylus

& inſuper fieri nõ poſſe: vt motꝰ oppoſiti mutationeſq; ſimul eidẽ inſint. Præterea in generatiõe corruptioneve penitus abſurdũ eſſe videbitur: ſi corrũpi cõtinuo generatũ/ nulloq; in tẽpore permanere neceſſe eſt. Quare de cęteris ex his: idẽ profecto credeꝫ. eſt enĩ naturale: in vniuerſis mutationibus ſimiliter ſe habere. CAP. VIII. 63

NVncautem dicamus motum infinitũ aliquem eſſe poſſe/ qui quidẽ vnus ſit & cõtinuus: atq; hũc eſſe cõuerſionẽ. Omne nãq; qđ fertur: aut verſatur/ aut recta pergit/ aut mixto motu cietur. quare ſi motꝰ rectus nõ ſit cõtinuꝰ: nec iſce ꝑfecto ꝙ ex vtriſq; cõponit/ cõtinuꝰ eſſe poteſt. Patet autẽ: id qđ recto motu finitoq; fertur/ continue nõ moueri. reflectitur enim. ſed quod recto motu reflectitur: id cõtrariis motibus ꝑfecto cietur. loco nãq;/ cõtrarius eſt motus quo deorſum itur: motui quo pergitur ſurſum. et iſce quo retrorſũ itur: ei quo cõtraria loca petunt. & is itẽ quo dextrorſũ itur: ei quo pergit ſiniſtrorſũ. hęc enim: ſũt loci cõtrarietates/ vt patet. Quis eſt autẽ vnꝰ atq; cõtinuus motus: prius eſt definitum. eſt enim iſce: qui vnius eſt mobilis/ in vnoq; fit tempore/ atq; nullam ſpecie differentiã habet. tria nãq; ſunt. id quod mouetur: vt homo vel deus. & quando: vt tẽpus. & tertiũ: id in quo. hoc autẽ eſt: aut affectus/ aut forma/ aut locus/ aut etiam magnitudo. Contraria vero: ſpecie differunt/ & non vnũ ſunt. atq; ea quę diximus: ſunt differentiæ loci. Indicat autẽ motum quo ex A pergitur ad ipſum B/ contrarium eſſe ei quo itur ex B in A: id quod ipſis accidit. ſeſe enim mutuo ſiſtunt: ſi ſimul fiant. Et in circulo: ſimili modo. Is enim quo itur ex A per B: cõtrarius eſt ei/ quo itur ex A per C. ſeſe enĩ mutuo ſiſtũt/ ſi cõtinui ſint/ & nõ reflexio fiat: quia contraria mutuo ſe corrumpunt/ ſibiq; fiunt impedimento. At is quo itur in latus: non eſt contrarius ei quo pergit ſurſum.

Agyropylus

Maxime autē patet ex eo/motū qui ſuper linea recta fit/continuum eſſe non poſſe: quia id quod reflectitur cōſiſtat/nō ſolum ſi ſuper linea recta ſed etiam ſi ſuper circulo feratur / neceſſe eſt. non enī idem eſt: ſuper circulo ferri/ atq; verſari. Fieri namq; poteſt vt interdum proſequatur motū: interdum ad id profectum vnde moueri cœpit/redeat acreflectatur. Eſſe vero neceſſarium ſtare: non modo ſenſu/ſed ratione etiam credere profecto cōpellimur. eſt autem principium:hoc.Cum enim ſint tria/principium inquā/ medium/ atq; finis : medium vtrūq; eſt ad vtrumq;. & numero quidem eſt vnum: ratione autē duo. Pręterea aliud eſt eſſe potentia: aliud actu. Quare quoduis rectæ lineæ punctum quod inter extrema eſt collocatum/ potentia quidem eſt medium/actu vero non eſt: ſi non id quod fertur eam diuiſerit/ conſtiteritq;/atq; incœperit rurſus moueri. Hoc autem pacto:mediū ipſum/principium fit & finis. principium quidem poſterioris:finis autem primæ.Dico autem: ſi id quod fertur atq; ſit D/in ipſo conſtiterit B/ & rurſus feratur ad C. ſed cum continue fertur/nec affuiſſe nec abfuiſſe in puncto B poteſt: ſed eſſe ſolum in ipſo nunc.in tē pore vero nullo: niſi in eo toto cuius nunc ipſum diuiſio eſt.Qz ſi affuiſſe quiſpiam & abfuiſſe poſuerit: ſemper ipſum D ſtabit cum fertur.impoſſibile eſt enim: ipſum D in B affuiſſe ſimul ac abfuiſſe. ergo in alio temporis atq; alio puncto. Tempus igitur id erit: quod eſt inter puncta tēporis illa. Quare D quieſcet in B:& in cęteris identidē punctis. quippe cū ſit eadē in omnibus ratio.Cū autē D qđ fertur vtetur B medio/ prīcipio/atq; fine:cōſiſtat ipſum neceſſe eſt.propterea q̄ illud duo perinde facit:atq; ſi illud ita mēte perceperit. Sed ab A quidē pūcto vt a prīcipio: abfuit.in C vero fuit:cū moueri
66 deſierit ſteteritq;.Quapropter & addubitationē hoc eſt dicendū:

Tral.ve.ex græ.recog.

Maxime autem manifeſtū eſt: q̄ impoſſibile eſt eum motum eſſe continuum qui ſuper recta fit linea . quia reflexum/ neceſſarium eſt ſtare : non ſolum ſuper recta/ſed etiam ſi ſecundum circulum feratur.non enim idem eſt: circulo ferri / & ſecundū circulū.eſt enim aliquando quidem vt id cōtinuet/qđ mouetur: aliquādo autem vt in idem profectū vnde moueri cœpit/reflectaṫ iterum.Qz autē neceſſe eſt ſtare:fides eſt non ſolum in ſenſu/ſed et in ratione.Principium autem: hoc eſt.tribus enim exiſtentibus principio/medio/et fine: medium ad vtrumq; ambo eſt. et numero quidem vnum: ratione vero duo. Amplius autem aliud eſt eſſe potentia:et eſſe actu . Quare rectæ quodlibet ſignum eorum quæ inter extrema ſunt/potentia quidem eſt medium/ actu autem non eſt / niſi diuiſerit hanc/et ſuperſtans iterum cœperit moueri.ſic autem:medium ipſum principium fit/et finis.principium quidem/ poſterioris: finis autem/prioris. Dico autē:vt ſi A quod fertur ſtet in B / et iterum feratur in C.cum autem continue feratur: neq; adeſſe neq; abeſſe poteſt A in B ſigno/ ſed ſolum eſſe in ipſo nunc/in tempore autem nullo / niſi cuius ipſum nunc diuiſio eſt/in toto A B C.Si autem affuiſſe ponat aliquis & abfuiſſe : ſemper ſtabit A quod fertur.impoſſibile enī eſt: ſimul et affuiſſe A in B et abfuiſſe. in alio ergo et alio ſigno tēporis.tempus igitur erit : quod in medio eſt . quare: quieſcet A in B. Similiter autē:et in aliis ſignis.eadē enim ratio eſt:& in omnibus.Cū autē vtatur ipſum A qđ fertur/ ipſo B medio/et fine/et principio:neceſſe eſt ſtare / propterea q̄ duo facit/ſimiliter atque ſi cogitauerit . ſed ab A quidem ſigno:abfuit principio.in C autem affuit: cum finierit et ſteterit . Quapropter:& ad dubitationē/hoc eſt dicendū.



Tral.ve.ex græ.recog.



si enim sit linea E lineæ F æqualis/et A feratur continue ab extremo ad C/simul aũt sit A in B signo/et D ferat ab F extremo ipsius ad G regulariter et velocitate eadẽ ipsi A: ipsũ D ante veniet ad ipsũ G/q̃ ipsũ A ad C.prius enī se mouens et discedẽs: prius venire necesse est. Nõ ergo simul affuit A in B:et abfuit ab eodem.quapropter posterius fit.si enim simul:non posterius erit/sed necesse erit stare.Non ergo ponendum est: cum A affuit in B / ipsum D moueri simul ab F extremo. si enim affuerit A in B: erit & abfuisse / et non simul. sed erat in sectione temporis:et non in tempore.Hic igitur est impossibile sic dicere in continuo. sed in eo quod reflectitur: necesse est sic dicere.Si enim G feratur ad ipsũ D/& iterum reflectẽs deorsum feratur: extremo D fine & principio vtetur vno signo vt duobus.Quapropter stet/necesse est:& nõ simul affuit in ipso D/ et abijt ab ipso D.ibi enim simul esset/& non esset: in eodem nunc. At vero quę olim illata fuit solutio : non dicenda est. non enim contingit dicere:q̃ est in D/ipsum G/ in sectione / neq; autem affuit/ neq; abfuit.necesse enim est ad finem venire: qui actu est/non potentia.quod igitur in medio est: potentia est. hoc autem actu/ & finis quidem/a deorsum:principiũ autem/de sursum. Et motuũ ergo similiter. necesse est ergo stare : qđ reflectitur super recta.non igitur contingit:continuũ motum esse perpetuum super recta. Eodem autem modo occurrẽdum est:& ijs qui interrogãt Zenonis rationem/& volunt si semper dimidiũ transire oportet/ hæc autẽ infinita sunt/infinita autẽ trãsire impossibile est.Aut/vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant:volentes simul cum quid mouetur/ dimidium prius numerare cum adest secundũ vnũquodq̃ dimidiũ.quare cũ pertrãsie-

Zeno

Argyropylus

habet enim hic locus:hanc dubitationem. Nã si sint duæ lineæ rectæ A B C et D E/quarũ D E sit æqualis B C/& F mobile ex A cõtinue moueatur ad C/atq; cũ est in B puncto G mobile ex D ad E vniformiter eademq; celeritate feratur:G prius accedet ad E/q̃ F ad terminũ perueniet C. quod enim prius recessit ac abiit: id prius accedat necesse est. nõ ergo F mobile:simul in B pũcto fuit atq; abfuit ab eodẽ.idcir co & posterius accedit ad C.nã si fuit ac abfuit simul: non posterius ad terminum perueniet C/sed stet i illõ necesse est.Nõ est igitur ponẽdũ: cũ F fuit in B/simul G ipsum ex D moueri.nã si F in pũcto fuerit B:abfuerit etiã ab eodẽ atq; nõ simul. at in diuisione tẽporis:in illo/& nõ in tẽpore erat.Igitur hic quidẽ in cõtinua magnitudine impossibile est: hoc dicere modo.in eo vero qđ redit atq; reflectit:hoc soluere pacto necesse est.Nã si A feratur e B in C/rursusq; rediẽs e C in B moueat:ipso C tũ extremo & principio vtit nimirũ & fine/ vno inq̃ pũcto vti duob9. Quocirca cõsistat ipsum necesse est:& nõ simul accessit ad C/& recessit a C.alioquin:ibi simul erit atq; nõ erit in eodẽ tẽporis puncto. At vero nõ est dicẽda ea solutio: quã antea diximus.dici nãq; nõ potest:A mobile in diuisione tẽporis i ipso G esse/& nec affuisse nec abfuisse.ad finẽ enī accedat necesse est:qui quidẽ est actu nõ potentia finis.eteni id qdem qđ est in medio:potẽtia est.atq; hoc est actu/atq; finis est/cũ pgit sursũ:principiũ vero/cũ itur deorsũ. Et ipsorũ ergo motuũ simili modo. stet igit id qđ redit sup linea recta necesse est.quæ cũ ita sint: perpetuus motus esse nõ potest. Eodẽ autẽ modo et ijs est obuiãdũ:q̃ Zenonis rationẽ iterrogãt cẽsentq; si semper dimidium trãsire oporteat/ dimidia vero sint infinita/ et ifinitorũ transitio esse nõ possit/motũ nõ esse/ neq; posse quicq̃ moueri. Aut vt quidam hãc eãdẽ interrogãt rationẽ:cẽsẽ

Argyropylus

tes mobile cum mouetur dimidia ſingula ſuper que ferī enumerare. Quo fit: vt ab eo cum totū trāſierit ſpaciū/enumerat9 ſit numerus infinitus. hoc autē: omniū ſententia fieri nequit. In primis igitur de motu ſermonibus/ex eo rationē hanc ſoluebamus: quia tēpus infinita in ſeipſo habet. nō eſt enī abſurdū: ſi infinito in tēpore trāſeat quiſpiā infinita. Infinitio autē: ineſt tāī lōgitudine/q̄ in tēpore ſimili modo. Sed hæc ſolutio: ad interrogantē quidem ſufficiēter ſe habet. interrogabatur enī: ſi fieri poſſit vt finito in tempore quippiā trāſeat aut enumeret infinita. Ad rem autem ipſam veritatemq;: profecto nō ſatiſfacit. nam ſi quiſpiam omiſſa lōgitudine dictaq; interrogatione/ſi fit inq̄ vt finito in tēpore pertranſeat quippiam infinita/hæc de ipſo interroget tēpore (habet enim tēpus: infinitas diuiſiones) nō erit ſufficiens hæc ſane ſolutio. Sed ea dicēda eſt veritas: quam paulo ante diximus. nam ſi quiſpiam lineam diuidat in duo dimidia: is vno puncto vtitur vt duobus. facit enim ipſum: principium atq; finem. Sic autem facit: et qui numerat/& qui in dimidia diuidit. quo ſic diuidēte: neq; linea eſt cōtinua/neq; mot9. cōtinuus enī motus: cōtinui eſt. in cōtinuo aūt: inſūt quidē dimidia infinita ſed non actu ſed potētia ſunt/vt patet. Si vero qſpiā dimidia faciat actu: nō cōtinua faciet/ſed modū ipſorum ponet. quod quidem in eo accidere patet: qui dimidia numerat. Vnū nāq; pūctū vti duo numerare: ipſū neceſſe eſt. alterius enim dimidij principiū/alterius finis erit: ſi nō vt vnū ipſum continuā lineā/ſed vt dimidia numeret duo. Quare ad interrogantē ſi fieri poteſt vt in tēpore aut i lōgitudine pertrāſeat quiſpiā ifinita: partim poſſe/partī fieri nō poſſe/dicamus oportet. Si enī infinita ſint actu: fieri nequit. ſin vero potētia: fieri poteſt. Qui nāq; mouet cōtinue: p accidēs ſane nō ſimpliciter ifinita trāſiuit. accidit enī lineę: vt dimidia ſint ifinita. ſubſtātia vero ipſius: diuerſa

Tral.ve.ex græ.recog.

rit totam: infinitū accidit numeraſſe numerum. hoc autem in cōfeſſo eſt: impoſſibile eſſe. In primis ergo de motu ſermonibus/ſoluebamus: quia tēpus ifinita habet in ſeipſo. nichil enī abſurdū eſt: ſi in infinito tēpore/infinita tranſit aliquis. ſimiliter autem infinitum: & in longitudine eſt/& in tempore. Sed hæc ſolutio: ad interrogantem quidem ſe habet ſufficienter. interrogabatur enī: ſi in finito contingit infinita trāſire/aut numerare. Ad rem autem ipſam/atq; veritatē: non ſufficienter. ſi enim aliquis dimittens magnitudinem/& interrogationem ſi in finito tempore cōtingit infinita tranſire/interroget de ipſo tempore hæc (habet enim tempus/infinitas diuiſiones) non amplius ſufficiēs erit hęc ſolutio. ſed verū illud dicendum eſt: quod quidem diximus in nuper dictis ſermonibus. Si enim aliquis continuā diuiſerit in duo dimidia: hic vno ſigno tanq̄ duobus vtitur. facit enim ipſum: et principiū et finem. ſic autē facit: et qui numerat/et qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente: neq; erit cōtinua linea/neq; motus. continuus enim motus: continui eſt. in continuo autē: inſunt quidem infinita dimidia/ſed nō actu/ſed potentia. Si vero faciat actu: non faciet continuū/ſed ſtabit. quod quidē in numerāte dimidia: manifeſtum eſt/q; accidit. vnū enim ſignum: neceſſe eſt ipſi numerare duo. alterius enim dimidij principium/alterius autem finis erit: ſi non vnam numeret continuam/ſed duo dimidia. Quare dicendum eſt ad interrogantem ſi contingit infinita tranſire/aut in tempore/aut in longitudine: q; eſt quidem ſic/eſt autem non ſic. actu enim ſi ſint: non contingit. potentia autē: contingit. qui enī cōtinue mouetur: ſecundū accidens infinita tranſiuit/ſimpliciter autem non. accidit enim lineæ: infinita dimidia eſſe. ſubſtantia autem ipſa: altera

Tral.ve.ex gre.recog.

est/& esse. Manifestū autem est/& ꝙ nisi aliquis faciat tēporis signū(quod prius & posterius diuidit)semper posterioris ad ipsam rem: erit simul idem/ens et nō ens/et quādo factum erit non erit. signū igitur vtriscꝫ cōmune est/et priori et posteriori:et idem et vnū numero/ ratione autē non idem. huius enim/ finis est:alterius autē/principiū.ad ipsam aūt rem: semper posterioris passionis est.Sit tempus:in quo A C B.res:in quo D.hęc in A quidem tempore/alba:in B vero/non alba.in C ergo:alba et non alba.in quolibet enim ipsius A/verū est dicere/albā/ si toto hoc tempore erat alba : & in B non albā.C autem:in vtriscꝫ.non ergo dandum est / in toto : sed præter vltimum nunc in quo C . hoc autem iam posterius.et si fiebat non albū/ et si corrumpebatur album in toto A: factum est aut corruptum in C . quare album aut non album/ primum in illo verum est dicere: aut cum est factum nō erit/ & cum corruptum est/erit.aut simul album et non albū/ens et nō ens esse:necesse est. Si vero quod fuerit prius non ens/necesse est fieri ens/et cum fit non est : non est possibile in impartibilia tempora diuidi tempus.si enim in A tempore/ fiebat D album/factum est autem simul et est in altero impartibili tempore sed contiguo in B/si in A fiebat nō erat/ in B vero est: generationem oportet esse quandā mediam.Quare: et tempus erat in quo fiebat.non enim eadem ratio erit:et ijs qui non impartibilia dicunt.sed ipsius temporis in quo fiebat / factum est et est/in vltimo signo cui nullum est contiguū aut consequenter . impartibilia autem tempora : consequenter sunt . manifestum autem est si in A toto tempore fiebat: ꝙ non est maius tēpus in quo factum est/et fiebat/ q̄ id in quo toto solum fiebat.Quibus igitur aliquis tāquam pro-

Argyropylus

est/atqꝫ esse.Atqui perspicuū etiā 69
est/si quispiā temporis punctum qđ prius posteriusqꝫ diuidit/ non posteriori tēpori/respectu rei tribuat semper: idem esse simul atqꝫ non esse/& cum est ortū non esse. punctū igit tēporis/vtriscꝫ cōmune est priori inq̄ posterioricꝫ:& vnum ac idē est numero/ratiōe vero nō idē.alterius enī finis:alterius/principium est.at respectu rei posterioris est semper affectus.Sit tēpus quidē A C B. Res autē D: q̄ quidē in A C tēpore sit alba/ in C B vero nō alba.in ipso ergo C: alba est simul/atqꝫ nō alba.In quouis nāqꝫ tēporis A C puncto/licet ipsum D vere dicere album esse:si toto tēpore illo est albū/& in quolibet etiā ipsius B C nō albū esse. C vero est in vtriscꝫ.nō est igitur dandū in omni tēporis A C puncto/D albū esse:sed in quouis prēter vltimū C.hoc autē iam ipsum posterius est.& si nō albū fiebat/& si albū corrūpebatur in A C toto: factū est sane aut corruptū in C. quare albū aut nō albū esse/primū in illo vere dicere licet: vel cū est ortū nō est/& cū corruptū est erit. aut albū aut non albū/& ens omnino atqꝫ nō ens simul esse: necesse est. Q̄z si id generet necesse est qđ prius non est/ & cū generatur non est:fieri profecto nō potest,vt tēpus in indiuidua tēpora diuidatur.Nā si in A tēpore/D ipsum albū fiebat/factū est autē simul & est in alio īdiuiduo tēpore B hærēte tēpori A/si in A quidē fiebat & non erat/ est autem in ipso tempore B:generationem aliquam nimirum mediā esse oportet. Quare: & tēpus id erat in quo fiebat. non enim eadem & ijs erit ratio:qui non ex indiuiduis inquiunt tempus constare. sed factum est in temporis ipsius in quo fiebat vltimo puncto : cui quidem nichil hęret/neqꝫ deinceps est.indiuidua vero tempora:sunt deinceps.Quæ cum ita sint: patet si in A toto tempore/D fiebat/non esse maius id tempus in quo factū est atqꝫ fiebat/ eo tēpore quo toto solū fiebat. Hæ igitur talesve quædā sūt rationes:ex quibus vt pro- 70

Argyropylus

prijs quiſpiã credet motũ rectum perpetuo continuũ eſſe non poſſe. Hoc idẽ inſup ita ſeſe habere videbit: & ſi diſſerẽdi modo idipſũ cõſiderabim⁹. Oẽ itaq; qđ cõtinue mouet: modo nichil phibeat/ ad id & ãtea ferebat/ ad qđ per motũ acceſſit. ceu ſi peruenit ad B/ ferebat ad B: & non ſolũ cũ erat prope ſed ſtatim etiã vt incœpit motu cieri. cur enĩ nũc magis: q̃ prius? & hoc ad cæteros accõmodabitur motus. At id qđ ex A fertur ad B: veniet rurſus ad A cõtinuo motu. Cũ igitur ex A mouetur ad B: tum fertur etiã ad A/ eo motu quo pergit ex ipſo B. Quo fit: vt cõtrarijs ſimul motibus moueat (recti nãq; motus: cõtrarij ſunt) & inſuper vt ex eo mutet i quo ipſũ non eſt. Q̃ ſi hoc fieri nequeat: in ipſo B ſtetur neceſſe eſt. nõ igitur hic vnus eſt motus, qui nãq; motus intercipitur ſtatu: is vnus profecto non eſt/ vt luce clarius extat.

71 Præterea: ex hiſce magis vniuerſaliter de omni motu perſpicuum idem erit. nã ſi omne quod mouetur: aliquo motu dictorum motuum omnino mouetur. & quod quieſcit: ex his aliqua quiete quieſcit quæ opponuntur. nullus enĩ alius in ratione rerũ præter aſſignatos: eſt motus. id autẽ qđ non ſemper hoc motu mouetur/ eorum motuum inquam qui ſpecie differunt & non motus totius cuiuſpiam partę: neceſſe eſt oppoſita quieſcat quiete. eſt enim quies: priuatio motus. Si igitur hæc ita ſe habent/ & motus quidem recti contrarij ſunt/ fieri vero nequit vt ſimul quicquam motibus contrarijs moueatur: id profecto ex A fertur ad B/ non ex B quoq; ſimul feretur ad A. Atque cum non ſimul motibus vtriſq; feratur/ moueatur autẽ dicto motu ex A pergendo ad B: prius in ipſo B quieſcat neceſſe eſt. hic enim eſt ea quies: quę opponitur ei motui quo itur ex B ad A. Patet igit ex hiſce quæ diximus: motum nullum rectum continuum eſſe poſſe.

72 Inſuper hoc etiam modo: ratio magis erit accommodata. ſimul enim corruptum eſt nõ album: &

Tral.ve.ex græ.recog.

prijs credet rationibus: hæ & huiuſmodi quędam ſunt. Rationaliter autem conſiderantibus: & ex his videbitur alicui idem hoc accidere. Omne enim quod cõtinue mouetur: ſi a nullo prohibeatur/ in quod quidem venit ſecundum loci mutationem/ in hoc & prius ferebatur. vt ſi ad B venit: ferebatur ad B. et non cũ prope erat: ſed mox vt cœpit moueri. cur enim magis nunc: q̃ prius? ſimiliter autem: et in alijs. Quod autẽ ab A ad C fertur: rurſus veniet ad A continue motum. Cum ergo ab A ad C ferebatur: tũc et ad A fertur/ eo qui a C eſt motu. Quare ſimul contrarijs. contrarij enim ſunt: qui ſecũdum rectam fiũt. Simul autẽ et ex hoc mutatur: in quo non eſt. ſi igitur hoc impoſſibile eſt: neceſſe eſt ſtetur in C. non eſt ergo: vnus motus. qui enim ſtatu intercipitur: nõ eſt vnus.



Amplius autem: et ex his manifeſtũ eſt vniuerſaliter magis de omni motu. ſi enĩ omne quod mouetur/ moueat aliquo dictorũ motuũ/ & quieſcat aliqua oppoſitarum quietũ (non enim erat alius præter iſtos) quod autem non ſemper mouetur ſecundum hunc motum/ dico autem quicũq; ſunt diuerſi ſpecie/ & non ſi qua pars eſt totius: neceſſe eſt prius quieſcere ſecũdum oppoſitam quietẽ. quies enĩ: priuatio motus eſt. Si igitur cõtrarij quidem motus ſunt/ qui ſecundum rectam fiunt/ ſimul autem non contingit moueri contrarijs motibus: quod ab A ad C fertur/ non vtiq; feretur ſimul/ & ab ipſo C ad A. Quoniam autem non ſimul feratur/ mouebitur autem ſecundum hunc motum: neceſſe eſt prius quieſcat apud C. hæc enĩ eſt: oppoſita quies/ ei qui eſt a C/ motui. Manifeſtũ igitur eſt ex ijs q̃ dicta ſunt: q̃ nõ eſt cõtinuus motus. Amplius autem & hæc ratio: magis propria eſt ijs quæ dicta ſunt. ſimul enim corruptum eſt non album: & factum eſt al-

Tral.ve.ex græ.recog.

bum. Si igitur continua alteratio eſt ad album/et ex albo/ et non manet aliquo tempore:ſimul corruptū eſt non album/ & factum eſt non albū. trium enim: erit idem tempus.

CAP. VIIII.

AMplius non ſi continuū eſt tempus:et motus/ſed conſequenter. quomodo enim erit vltimū idē contrariorum: vt albationis et denigrationis? Qui autem ſuper circularē fit:erit vnus et continuus. nichil enim: impoſſibile contingit.quod enim ex A mouetur:ſimul mouebitur ad A/ ſecundum idem propoſitum.ad quod enim veniet:et mouetur ad hoc/ ſed non ſimul mouebitur cōtrarijs/ neq; oppoſitis. non enim omnis qui eſt ex hoc: ei qui eſt ad hoc/contrarius eſt/ aut oppoſitus. Sed contrarius quidem eſt:qui ſuper recta fit. huic enim eſt cōtrarius:ſecundū locum.vt qui ſecūdum diametrū fit.diſtat enim:plurimū. Oppoſitus autē eſt:qui eſt ſecundū eādē lōgitudinē. Quare nichil prohibet: cōtinue moueri/et nullo tēpore deficere. Circularis enim motus eſt:qui ab eodē in idem. rectus autem:qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit: nunq̄ in eiſdem eſt, qui vero ſecundum rectā: ſæpe in eiſdem. Eo igitur qui ſemper in alio & alio fit: contingit moueri continue.eo vero qui in eiſdem ſępe:nō contingit.neceſſe enī eſſet:ſimul moueri oppoſitis. Quare neq; in ſemicirculo/neq; in alia circūferentia vlla:contingit moueri continue. ſæpe enim neceſſe eſt: ſecūdū eadē moueri/et cōtrarijs mutari mutationibus.non enī copulatur principio: finis. qui autem circuli eſt/ copulatur:et ſolus eſt perfectus. Manifeſtum autem eſt et ex hac diuiſione: q̄ non alios contingit motus eſſe continuos. in omnibus

Argyropylus

ortū eſt albū. Si igit alteratio quaitur ad albū atq; ex albo/ continua ſit/ & nullo in tempore maneat:ſimul profecto corruptum eſt nō album/ & factū eſt album atq; nō album. horū enim trium: idem tempus erit/ vt patet. CAP. VIIII.

PRæterea non ſi tempus continuum eſt: & motus continuus eſt/ ſed deiceps. quonamq; pacto cōtrariorum motuum/ vt dealbationis ac denigratiōis: idem fuerit finis? patet igitur motum rectum: continuum perpetuo eſſe non poſſe. Motus autē iſce qui ſuper circularē lineā fit: vnus atq; cōtinuus erit. nullū enim impoſſibile accidit. etenim id quod ex A mouetur: ſimul ad ipſum mouebitur A/ eadem nimirum appetitione. ad quod enim perueniet: ad id & mouetur/ ſed non ſimul cōtrarijs ciebit motibus/ neq; oppoſitis ſane. non enim omnis motus quo pergitur ad hoc: cōtrarius ei quo itur ex hoc/ aut oppoſitus eſt. Sed cōtrarius quidē eſt: rectus. huic enim motus loco accōmodatus: contrarius eſt, vt is qui per diametrum fit, termini enim: plurimū diſtāt. Oppoſitus autē eſt: qui per eandē fit longitudinē. Quare nichil vetat: vt talis motus continuus ſit/ nullaſq; prorſus ītercapedines habeat. Etenim cōuerſio quidē/ a ſeipſo in ſeipſū: rectus aūt motus/ a ſeipſo in aliud tranſitio eſt. Et iſce quidē motus q fit in circulo: nunq̄ fit in eiſdē. rectus aūte: ſæpe fit in eiſdē. Is igitur motus qui ſemp in alio atq; alio fit: cōtinue fieri poteſt. at iſce cōtinue fieri non poteſt: qui ſæpe fit in eiſdē. motibus enī oppoſitis: id qđ mouetur ſimul moueaī neceſſe eſt. Quare fieri nō poteſt: vt aut ī ſemicirculo quicq̄/ aut ī alia vlla circūferētia cōtinue moueaī. ſępe enī in eiſdē moueaī/ & cōtrarijs mutationib⁹ muteī: neceſſe eſt. nō enī cōiūgūtur hic: principiū atq; finis. circuli autē: cōiūgūtur/ & hic eſt ſolus motus pfectus. Ex hac aute diuiſione patet fieri nō poſſe: quo cæterorū motuū quiſq̄ continuus ſit. accidit enim

Argyropylus

in vniuerſis: vt per eadem quiſq; fiat. vt in alteratione/per medium ipſum: & in motu qui quantitati accommodatur/per magnitudines medias. & in generatiõe corruptioneve: ſimiliter. nichil enim intereſt/pauca quiſpiam an plura faciat ea media in quibus eſt ipſa mutatio: & addat quid an auferat. fit enim vtroque modo: vt per eadem ſæpe motus efficiatur. Ex his igitur patet: nec eos naturales bene ſenſiſſe/qui res vniuerſas ſenſibiles inquiũt ſemper moueri. nam motuum iam dictorum aliquo moueant/maximeq; ſecũdum illos alterentur: neceſſe eſt. fluere enim inquiũt eas ſemper: decrementaq; ſuſcipere. Preterea generationẽ atq; corruptionẽ: alterationẽ eſſe dicũt. Ratio vero noſtra nũc dixit: nullo qcq̃ oĩno motu præter cõuerſionẽ cõtinue moueri poſſe. Quare: nec alteratione/nec accretione decretioneve. Hęc igiť ſatis ſint dicta: ad demõſtrandum nullam infinitam eſſe mutationem aut cõtinuam/præter ipſã
57 ſolam cõuerſionem. ¶ Ipſam autem conuerſionem/lationum omnium eſſe primam: perſpicuum inde fieri poteſt. omnis enim latio: aut circularis eſt/aut recta/aut mixta/ſicut & antea diximus. At hac quidem: illas priores eſſe neceſſe eſt. ex illis enim: conſtat vt patet. Recta vero: circularis eſt prior. eſt enĩ: ſimplex perfectaq; magis. Fieri igitur non poteſt: vt ſuper infinita linea recta quicq̃ feratur. non eſt enim id in ratione rerum: quod hoc pacto dicitur infinitum. at neq; ſi eſſet: moueretur quicq̃ omnino. non enim id fit quod impoſſibile eſt. Impoſſibile autem eſt/vt patet: tranſire quippiam infinitum. Ea vero latio quæ ſuper finita recta linea fit: ſi reflectatur/compoſita erit profecto/duoq; motus. ſi nõ reflectatur: impfecta ac corruptibilis. At imperfecto perfectũ & incorruptibile corruptibili: natura prius eſſe & ratione atq; tẽpore cõſtat. Hiſce pręterea motus qui perpetuus eſſe poteſt: prior eſt eo qui perpetuus eſſe nequit. at conuerſio quidem:

Tral.ve.ex græ.recog.

enim accidit: ſecundũ eadẽ moueri ſæpe. vt in alteratione/per media: et in eo qui eſt quantitatis / per medias magnitudines. et in generatione et corruptiõe: ſimiliter. nichil enĩ differt: ea pauca vel multa facere/in quibus eſt mutatio/aut medium addere quippiã/vel auferre. vtroq; enim modo accidit: per eadẽ moueri ſępe. Manifeſtũ eſt igiť ex his/ q̃ neq; qui de natura differunt bene dicunt/qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicunt. moueri enim neceſſe eſt: aliquo illorum motuum/ & maxime ſecundum illos eſt alterari. fluere enim dicũt ſemper: atq; diminui. Amplius autem & generationem et corruptionem: alterationẽ eſſe dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuerſaliter de omni motu: q̃ nullo motu contingit moueri continue / præter q̃ circulari. Quare: neq; ſecundum alterationem / neq; ſecundum augmentationem. Q7 igitur neq; infinita fit mutatio vlla/neq; cõtinua pręter circularẽ lationẽ tot a nobis dicta ſint. ¶ Q7 autẽ lationum/ circularis prima ſit: manifeſtũ eſt. omnis enim latio/ ſicut et prius dixim9: aut circularis eſt/ aut ſuper recta/aut miſta. Hac autem neceſſe eſt: priores eſſe illas. ex illis enim: conſtat. Recta autem: circularis. ſimplex enim: & perfecta eſt magis. in infinitũ enim non eſt: ſecundũ rectam ferri. quod enim ſic eſt infinitũ: non eſt. ſed neq; ſi eſſet: moueretur vtiq; aliquid. non enim id fit: quod impoſſibile eſt. tranſire autem infinitã: impoſſibile eſt. Ea aũt latio que ſuper finita recta fit: ſi reflectatur quidem cõpoſita eſt/et duo motus. ſi vero non reflectať: iperfecta eſt et corruptibilis. Prius autem et natura/et ratione/ et tempore / quod perfectum quidẽ eſt/imperfecto eſt: corruptibili autem incorruptibile. Amplius/motus prior eſt quem cõtingit perpetuum eſſe: eo quem non contingit. circularem igitur:

32

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

tingit perpetuũ eſſe.aliorum autẽ:neq; loci mutationem neq; alium vllum.ſtatum enim oportet fieri.ſi autem ſtatus eſt:corruptus eſt motus. Rationabiliter autem accidit:circularem vnum eſſe/et continuum/et non eum qui ſuper recta fit. eius enim qui ſuper recta fit : determinatum eſt et principium/et medium/et finis / & omnia habet in ſeipſo. Quare eſt: vnde id incipiat quod mouetur/& vbi deſinat. apud enim terminos: quieſcit omne/aut vnde/aut vbi. Ipſius autẽ circularis:indeterminata ſunt.cur enim magis quoduis eorum quæ ſunt in linea: terminus erit? ſimiliter enim vnumquodq;:et principiũ & medium/& finis eſt/ vt ſemper quędã ſint in principio & fine/& nunq̃. Quare mouetur et quieſcit quodammodo:ſphęra.eũdem enim occupat locum. cauſa autem eſt:quoniã omnia hæc acciderũt ipſi cẽtro.principiũ enim & mediũ magnitudinis/& finis:eſt. Quare fit vt propterea q̃ hoc extra circũferẽtiã eſt/nõ ſit vbi id quod fertur quieſcat/ quaſi tranſierit.ſẽper enim fertur circa medium: ſed nõ ad extremũ . propterea autẽ q̃ hoc manet: & ſemper quieſcit quodãmodo totum/ & mouetur cõtinue. Accidit autem ecõuerſo . etenim quoniam menſura motuum circulatio eſt : primum neceſſe eſt ipſam eſſe.omnia enim:mẽſurantur primo.et quia primus eſt:menſura eſt aliorum. Amplius autem/& regularem contingit circularem eſſe: ſolum. qui enim ſuper recta fiunt: irregulariter et a principio feruntur et ad finem. omnia enim q̃to plus diſtant ab eo quod quieſcit: ferũtur velocius. Circularis autem ſolius: neq; principium neq; finis in ipſo natura eſt/ſed extra. Q̃ autem ea quę eſt ſecundum locum mutatio/ primus motuũ ſit:teſtãtur omnes/quicunq; de motu fecerunt mentionem.principia enim ipſius tribuũt mouentibus ſecundũ huiuſmodi

perpetua eſſe poteſt.cæterorũ aũt motuũ:nullus ꝓpetuus eſſe poteſt. ſtatꝰ enĩ:fiat oportet.q̃ cũ eſt:corruptus eſt iã ipſe motus atq; euanuit. Atqui recte cũ rationeq; accidit:cõuerſionẽ vnũ eſſe motũ atq; cõtinuũ/& nõ eã lationẽ qua ſup recta linea pergit.huius enĩ principiũ & finis & mediũ definitum eſt:& vniuerſa hęc ſũt ĩ ipſa. Quo fit: vt id ſit vnde incipiat qđ mouet̃/& id itẽ ad qđ pueniet deſinetq; moueri.in ipſis nãq; finibꝰ qeſcit:id oẽ qđ motu recto cieť/aut ĩ eo ex quo ĩcipit motu cieri/aut ĩ eo ad quẽ accedit. ſed in circũferẽtia: ſũt hęc(vt patet)idefinita. quod enĩ ipſius pũctũ:finis potiꝰ rationẽ q̃ pricipij ſubit:æque enĩ qđuis pũctorũ pricipiũ eſt & mediũ atq; finis: vt ſẽp id qđ mouet̃/ in pricipio ſit & medio atq; fine/ & nũq̃ in vno tantũ. Quapropter ipſa ſpħera mouet̃:& aliquo modo qeſcit.eundẽ enĩ occupat locũ. cauſa aũt eſt:hęc oĩa accidiſſe ipſi cẽtro.nã pricipiũ eſt & mediũ magnitudinis:atq; finis. Quare fit: vt qa hoc extra circũferẽtiã eſt/nõ ſit id ĩ quo quieſcit id qđ fert̃/quaſi tranſierit. ſẽper enĩ circa mediũ: ſed nõ ad vltimũ fert̃. quia vero ſemp hoc manet:ideo totũ ipſum cõtinue parti qeſcit/parti mouet̃. Accidit aũt hæc cõuerſio : vt cõtra cõuerſio/motuũ ſit prima atq; mẽſura.quia nãq; motuũ eſt mẽſura ipſa cõuerſio: ideo primus ſit ipſa motꝰ neceſſe eſt.ipſo enĩ primo: oĩa mẽſuranť. et quia rurſus primus eſt omniũ motꝰ:ideo ipſa mẽſura eſt cęterorũ. Pręterea: vniformis etiã motꝰ ſola cõuerſio eſſe poteſt.quę nãq; recto motu cienť: difformiter ſane ferũtur. diſcrepãt enĩ partes motus ꝓpinquæ principio: ab hiſce partibus q̃ ꝓpinquę ſũt fini. eteni vniuerſa q̃ ſuapte natura ferũtur: quo magis ab eo loco recedũt ex quo moueri cœperint/eo celeriꝰ moueri videtur. At ſola in cõuerſione neq; principiũ eſt neq; finis:quippe cũ nõ ſit in ipſa circũferẽtia quicq̃ tale/ſed extrã. At vero ſentẽtię huiꝰ/lationẽ inq̃ primũ motuũ eſſe teſtes ſũt vniuerſi: qui mentionẽ motus fe-

cerũt.principia enim ipſius hiſce tribuunt:quæ motu iſtiuſmodi cient. ſegregatio namq; congregatioue:motus in loco ſunt. hoc autem modo:concordia atq; diſcordia mouent. altera namq; ipſarum ſegregat:altera congregat.Anaxagoras quoq;:mentem quę mouit prius ſecernere dicit. Eadem & ij ſentiũt:qui nullam aliam talem cauſam ponunt/ ſed ob vacuum inquiunt res moueri.Et hi namq; naturam eo motu qui loco accommodatur: moueri dicunt. motus enim qui fit ob vacuum:latio nimirum eſt/ & vt in loco motus/ vt patet.Cæterorum autem motuum nullum ipſis ineſſe primis: ſed in hiſce duntaxat quæ conſtant ex illis/ putant. accreſcere enim hæc decreſcereq; ac alterari:congregationem ſegregationemq; ſubeuntibus indiuiduis corporibus dicunt.Eadem & ij cenſent:qui dẽſitate raritateve generationẽ corruptionemve conficiunt. cõgregatione namq; ſegregationeve: hæc vniuerſa diſponunt. Accedit ad hæc eorum quoq; ſententia: qui cauſam motus animam faciunt. id enim quod ſeipſum mouet:eorum quæ mouentur prĩcipium eſſe dicunt.Animal autẽ omneq; animãs:motu ad locum accõmodato ſeipſum mouet. Id præterea ſolum proprie moueri dicimus: quod eo motu cietur qui ad locum accommodatur. Qz ſi quippiam quieſcat quidẽ eodem in loco/ incrementa vero vel decrementa ſuſcipiat/ vel alteretur:id aliqua ex parte & nõ abſolute moueri dicere conſueuimus.Motum igitur omni in tempore ſemper fuiſſe ſemperq; fore/ & quod eſt principium perpetui motus/ quis præterea primus eſt motus/ & quis ſolus perpetuus eſſe poteſt/ & id inſuper quod primum mouet immobile eſſe: ſatis iam hiſce quæ dicta ſunt explicauimus.

motum. diſgregatio enim & congregatio: motus ſecundum locum ſunt. ſic enim mouent: amicitia et lis. ipſarũ enim/ hæc diſgregat:illa autem/ congregat. Atq; intellectum primũ moueẽte dicit Anaxagoras:diſgregare. Sí militer autem:& quicunq; talem quidem nullam cauſam dicunt/ ſed propter vacuum moueri dicũt. etenim hí eo qui ſecundum locum eſt motu:naturã moueri dicunt. motus enim qui propter vacuum fit: loci mutatio eſt/ & vt in loco. Aliorum autem nullum ineſſe primis: ſed ijs quæ ſunt ex his/ putant.augmentari enim & diminuí/ & alterari/ cũ congregantur & diſgregãtur impartibilia corpora:dicũt. Eodem autem modo:& quicunq; per dẽſitatem aut raritatem conficiunt generationem aut corruptionem. congregatione enĩ & diſgregatione: hæc diſponũt. Amplius autem & præter hos: qui animam cauſam motus faciunt. ipſum enim ſeipſum mouens: principium eſſe dicunt/ eorum quæ mouentur. mouet autem animal ſeipſum/ & omne animatum: eo qui ſecundum locum eſt/ motu. Et proprie autem moueri dicimus ſolum: quod mouetur eo qui ſecundum locũ eſt motu. Sí autẽ quieſcat quidem in eodem/ augmentetur autem aut diminuatur aut alteretur:quodammodo moueri/ ſimpliciter autem moueri/ non dicimus. Qz igitur ſemper et motus erat & erit omni tempore/ & quodnam ſit principium perpetui motus/ adhæc autem quis motus primus/ & quẽ motum perpetuum contingit ſolum eſſe/ & q primum mouens immobile ſit:dictum eſt.

Anaxagoras

Tral.ve.ex græ.recog.

CAP. X.

33 QVod autem hoc neceſſe eſt impers eſſe/ & nullã habere magnitudinem: nunc dicamus / primum de prioribus ipſo definientes. Horum autem vnum quidem: eſt ꝙ impoſſibile eſt vllum finitum mouere infinito tempore. tria enī ſunt: quod mouetur/ & mouēs/ & tertium in quo/ ſcilicet tēpus. Hæc autem aut omnia infinita ſunt/ aut omnia finita: aut aliqua/ vt duo/ aut vnum. Sit igitur A mouens: quod autem mouetur B. tempus infinitum: in quo C. Ipſum D igitur: moueat aliquam partem ipſius B/ quæ ſit in quo E. Non igitur: in æquali ipſi C. in maiore enim: maius. Quare non eſt infinitū tēpus illud: quod eſt ipſius F. Sic itaq; ipſi D addēdo: conſumam ipſum A. & ipſi E: ipſum B. tempus autem: non conſumam ſemper remouēs æquale. infinitum enim eſt. Quare totum A/ totum B mouebit: in tempore finito ipſius C. Non ergo poſſibile eſt: a finito/ moueri aliquid ſecūdum infinitum motum. Qꝛ igitur non contingit finitum/ infinito tempore mouere: manifeſtum eſt. Qꝛ autem omnino non contingit in magnitudine finita/ infinitam eſſe potentiam: ex his manifeſtum eſt. Sit enim maior potentia ſemper: quæ æquale in minori tempore facit. vt quæ calefacit/ aut dulcefacit: aut proijcit & omnino mouet. Neceſſe eſt ergo & a finito quidem/ infinitam autem habente potentiam: pati aliquid patiens/ & plus q̄ ab alio. maior enī eſt: ifinita potentia. At vero: tēpus quidē nō cōtingit eſſe vllū. Sit enim in quo A tēpus/



Argyropylus

CAP. X.

NVnc autem partibus hoc vacare/ magnitudinemq; nullam prorſus habere neceſſarium eſſe: dicamus ac demōſtremus oportet/ prius hiſce definitis quæ hanc ſententiam antecedūt. Atq; horum vnum eſt hoc: fieri inquam non poſſe quo finitum quicq̄ tēpore moueat infinito. Tria nāq; eſſe in omni motu conſtat: id qđ mouetur/ id quod mouet/ & tertium ipſum tempus. Atq; aut hæc omnia infinita ſunt / aut finita: aut horum aliqua/ vt duo aut etiam vnum. Sit igitur A quidem mouens/ B autem id quod mouetur: & tempus infinitum ſit C. Pars itaq; ipſius A quæ quidem ſit D/ moueat partem aliquam ipſius B: ſitq; illa pars E. atq; patet: non toto C tempore ipſam mouere. in maiore nāq;: maius nimirum mouet. Quare fit vt tēpus illud infinitum non ſit. deſignetur: atq; ſit F. Hoc igitur pacto addens ipſi D/ atq; E parti partem: totum A tandem/ & B ſimiliter totum conſumam. tempus autem nunq̄: æqualē F parti ſemper auferens partem. quippe cum ſit/ vt eſt ſuppoſitum: infinitum. Quare totum A mouēs totum B: ipſum finito in tempore C mouebit. Fieri ergo non poteſt: vt a finito quicquā infinito in tēpore moueatur. Perſpicuū igitur eſt: fieri non poſſe quo finitum quicq̄ tēpore moueat infinito. Fieri vero nō poſſe vt finita ī magnitudine vires ſint infinitę: ex hiſce ſane fuerit notū. Sint enī maiores eę ſemp vires q̄ æquale minore in tempore faciūt ceu calefaciūt/ aut dulcedine afficiunt/ aut ꝓijciūt oinoq; mouēt. qđ cū ita ſit: ab eo quoq; profecto qđ īfinitū qdē eſt/ ifinitas autē vires habet/ patiēs qppiā patiaī & magis q̄ ab alio patiatur neceſſe eſt. ifinitæ nāq; vires: viribus ſūt maiores finitis. At nullū eſſe tēpus oino poteſt: quo vires illæ moueret. nā ſi ſit A tēpus quo vires ifinitæ calefecerunt vel pepulerūt:

78

79

Argyropylus

A B vero: ſit tempus id in quo finitæ quædam vires mouerunt. hiſce viribus ſi maiores finitas vires ſemper addidero: ad eas tãdem vires perueniam quæ mouere in A tempore poſſunt. finito namq; cuiuis ſi finitum ſemper addidero: omni quouis illud definito faciã maius. & ſi abſtulero: minus identidem faciã. Ergo tempore in eodem aut ęquali: finitę ac infinitæ vires mouebũt. hoc autem: eſt impoſſibile. fieri ergo non poteſt: vt magnitudo finita vires habeat infinitas. Neq; igitur fieri poteſt: vt infinita in magnitudine finitę ſint vires. atq; q̃q̃ fit vt minore in magnitudine plus virium inſit: multo tamẽ maiores ſunt in maiore. Sit itaq; magnitudo infinita: A B. itaq; pars eiꝰ C B: vires aliquas habet quibus D mouit aliquo in tẽpore qđ E F literis deſignetur. Si igit̃ ipſius C B duplã cœpero magnitudinem (hac enĩ nũc ratione vtamur) illa tẽporis ĩ dimidio qđ eſt E G/ idẽ D profecto mouebit. Q; ſi hoc pacto ſumpſero partes: A B quidẽ magnitudinẽ nunq̃ tranſibo. tẽpore vero dato: ſemper accipiam minus. Erũt ergo vires ipſius A B magnitudinis: infinitæ. oẽs enĩ finitas exuperant vires. Oĩm autẽ finitarũ viriũ: tẽpus etiã finitum eſſe neceſſe eſt. nam ſi aliquo in tempore moueãt tãtæ: maiores minore in tempore quidem at definito/ mouebũt cõuerſione cõtraria rationis. Sunt autẽ infinitæ vires: perinde atq; multitudo magnitudoq; infinita eſt ea quæ multitudinẽ omnẽ magnitudinẽq; exuperat definitã. Licet autẽ: hoc idẽ ſic etiã demõſtrare. accipiemus enim magnitudinis finitæ cuiuſpiã potẽtiã aliquã generis eiuſdẽ/ potentię q̃ĩ magnitudine eſt ĩfinita: q̃ finitã potẽtiã ĩfinitæ magnitudinis metietur. Ex ijs igit̃ q̃ dicta ſunt: patet fieri nõ poſſe vt finita ĩ magnitudine vires ſint ĩfinitę/ autĩ ĩfinita finitæ. ¶Sed de ijs quæ ferũtur: bene ſeſe habet aliquã primo dubitationẽ afferre.

Tral. ve. ex græ. recog.

in quo ĩfinita vis calefecit/ aut pepulit. A B autẽ: in quo finita quędã. ad hãc/ maiorem ſemper accipiendo finitam: peruenĩã aliquãdo ad id quod eſt in A tempore mouiſſe. ad finitũ enim ſemper addens: excedam omne determinatum. & auferens: deficere faciam ſimiliter. In æquali ergo tempore mouebunt: finita ac infinita. hoc autem: eſt impoſſibile. nullum itaq; finitum: contingit infinitam potentiam habere. Neq; igitur in infinito: finitam. attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe. ſed adhuc in maiori maiorem. Sit igitur id in quo A B: infinitum. pars igitur B C habet potentiã aliquã: quę in aliquo tẽpore mouit D/ in tẽpore ſcilicet in quo E F. Si igitur ipſius B C duplũ accipiam: in dimidio mouebit tempore ipſius E F. ſit enim hæc proportio. Quare: ĩ F H mouebit. ergo ſic accipiẽdo ſemper: ipſũ A B nunq̃ tranſibo. tempore autem dato: ſemper minus accipiam. Infinita ergo: potentia erit. omnem enim finitam potentiam: excedit. Omnis autem finitæ potẽtiæ: neceſſe eſt finitum eſſe & tempus. ſi enĩ in quodam/ tanta: maior in minori quidem/ ſed determinato mouebit tempore ſecundum conuerſionem proportionis. Infinita autẽ omnis potẽtia eſt: vt & multitudo & magnitudo quæ excedit omnem finitã. Eſt autẽ: et ſic demõſtrare hoc. accipiemus enim quandã potẽtiam/ eandem genere ei quæ eſt in infinita magnitudine/ in magnitudine finita exiſtẽtẽ: quę mẽſurabit eã quæ in infinita eſt/ finitam potentiam. Q; igitur non infinitam contingit eſſe potentiam in finita magnitudine/ neq; finitam in infinita: ex his palam eſt. ¶De ijs autem quæ feruntur: bene ſe habet dubitare quãdam dubitationẽ primũ.



Tral.ve.ex græ.recog.

Sí enim omne quod mouetur/ mouetur ab aliquo: quæcunq; non ipſa ſeipſa mouent/quomodo mouent aliqua continue/ non tãgente eo quod mouit/ vt proiecta? Sí autem ſimul mouet & aliud quid/ is qui mouit/ vt aerem qui cum mouetur mouet: ſimiliter impoſſibile eſt primo non tangente neq; mouente moueri/ ſed ſimul omnia & moueri et quieſcere: cũ id quod primũ mouet ceſſauerit. et ſi facit quẽadmodũ lapis: veluti ſi mouet id qđ mouit. Neceſſe autẽ eſt hoc quidem dicere/ ꝙ primum mouens facit vt poſſit mouere aut aer hic/ aut aqua/ aut aliud quid huiuſmodi quod aptum natura eſt mouere & moueri ſed non ſimul ceſſat mouere & moueri / ſed moueri quidem ſimul cum mouens ceſſauerit moueri / mouens autem adhuc eſt .quapropter mouetur quid alij contiguum. & in hoc: eadem ratio eſt. Ceſſat autẽ:cũ in ipſo cõtiguo minor fuerit virtus q̃ vt moueat. tandem autem ceſſat:cũ nõ amplius fecerit prius mouẽs/ ſed motum patiens ſolum.hæc autem neceſſe eſt ſimul ceſſare: hoc quidem mouere/ hoc autem moueri/ & totam motionẽ.Hic igitur in ijs quę poſſunt aliquando quidem moueri/ aliquando quidẽ quieſcere/fit motus:& non continuus/ſed videtur.aut enĩ exiſtẽtium cõ ſequenter eſt:aut ſe tangentium.non enim vnum mouens eſt: ſed contigua adinuicem ſunt. Quapropter & in aere / et in aqua fit: huiuſmodi motus/ quem dicunt quidam antiperiſtaſin eſſe.Impoſſibile autem eſt aliter dubitata ſoluere: niſi dicto modo. Antiperiſtaſis autem:ſimul omnia moueri facit et mouere. quare et ceſſant. Nunc autem videtur vnum aliquid : continue moueri a quouis.non enim:ab eodem.Quoniam autem in ijs quæ ſunt/

Argyropylus

Nam ſi omne quod mouetur ab aliquo moueatur: quo pacto eorum quæ ſeipſa mouent cõtinue nonnulla mouẽtur eo qđ moueratur non tãgente/ vt corporum ea quæ proijciuntur? Qz ſi iſce qui mouit & aliquid aliud ſimul mouet/ vt aerẽ qui quidem mouet ſubiens motũ: ſimili modo profecto fieri nequit/vt illa mouean tur ipſo primo nõ tangente neq; mouente/ ſed ſimul omnia moueantur/ rurſuſque moueri tum deſinant cũ id quod primo mouet deſinit mouere/ neceſſe eſt. & ſi perinde facit vt magnes:veluti ſi mouet quod mouit. At enim hoc dicatur neceſſe eſt: id quod primum mouit facere vt mouere etiam poſſit aut aer aut aqua aut aliquid tale quod quidem eſt aptum mouere motũq; ſubire/ ſed nõ ſimul deſinit mouere atq; moueri/ ſed deſinit q̃dẽ moueri cũ is qui mouet moueri deſinit/eſt autem adhuc mouens. quapropter mouetur alij hęrẽs.et in hoc:eadem ratio eſt. Deſinit autem:cum mouẽdi potentia minor ſit in eo quod hæret. penitus autem deſinit: cum antecedens non vlterius mouẽs fecerit/ ſed motum ſubiens ſolum. hæc autem ſimul deſinere/alterum mouere/alterum moueri/ totumq; motũ: neceſſe eſt. Is igitur motus:in hiſce fit quæ nõnũq̃ moueri nõnunq̃ quieſcere poſſunt/& non eſt continuus ſed apparet. nam aut deinceps collocatorum/aut tangẽtium eſt. non eſt enim vnum mouẽs: ſed plura quorum aliud alij hæret. Quocirca talis motus in aere fit & in aqua: quem quidam antiperiſtaſin eſſe dicunt. Impoſſibile autem eſt alio modo ſoluere ea quæ dubitata ſunt:q̃ dicto modo.Ipſa autem antiperiſtaſis:cuncta ſimul mouere moueriq; facit.quare & deſinunt ſimul.Nũc autem:vnũ quid cõtinue ab aliquo moueri videtur. non enim:ab eodem mouetur. Quoniam autẽ in hiſce quæ ſũt

Argyropylus

cõtinuum eſſe motum neceſſe eſt. hic vero: eſt vnus. atq; vnum motum magnitudinis cuiuſpiam eſſe neceſſe eſt (nõ enĩ id mouetur; quod magnitudinis eſt expers) & vnĩ9 eſſe atq; ab vno. alioqui con continuus non erit: ſed hærens alius alij atq; diuiſus. Id qđ mouet ſi vnum eſt: aut ſubiens motum mouet/ aut immobile eſt. Si igit̃ mouetur: ſimul ſequatur ipſũ atq; mutetur/ & inſuper ab aliquo moueatur oportet. Quare ſtabit̃: atq; ad id accedetur quod mouet & eſt immobile. hoc enim non ſimul mutari neceſſe eſt: ſed poterit ſemper mouere. nã hoc pacto mouere: ſine labore profecto eſt. et hic motus: aut ſolus aut maxime eſt vniformis. id enim quod mouet: nullam ſubit mutationem. Id etiã quod ab illo mouetur: vt motus ſit ſimilis/ non ſubeat mutati-
84 onem oportet. ¶ Atqui illud: aut in medio/ aut in orbe eſſe neceſſe eſt. hæc enim: principia ſunt. at ea quæ propinquiſſima ſunt mouenti: ſumma cum celeritate mo-
85 uentur. Talis autem eſt: ipſius totius mot9. illic igitur eſt: id quod mouet. Exiſtit autem dubitatio: ſi fieri poſſit vt quippiam motum ſubiens continue moueat/ ſed nõ vt id quod iterum iterumq; pellit ex eo continue mouet quia motus deinceps ſunt. aut enim ipſũ pellere vel trahere vel vtrũq; facere oportet: aut aliud aliudq; ſuccedens perinde ſit atque in hiſce quæ proijciuntur vt antea diximus/ ſi cũ facile diuiſibilis ſit vel aqua vel aer aliud ſemper mouet ſubiens motum. At neutro modo motus vnus eſſe poteſt: ſed plures hærentes erunt. Solus igitur is eſt cõtinuus motus: quo id qđ eſt immobile mouet. ſemper enĩ ſimiliter ſeſe habens: & ad quod mouetur ſimiliter & continue ſe-
86 ſe habebit. His hoc pacto determinatis: patet impoſſibile eſſe primum mouens atq; immobile magnitudinem vllam habere. nam ſi habet: aut finitam/ aut infinitam ipſam eſſe neceſſe eſt.

Tral.ve.ex græ.recog.

neceſſe eſt ſemper motum eſſe continuum. hic autem: vnus eſt. neceſſe autẽ eſt vnũ: & magnitudinis alicuius eſſe (non enĩ mouetur: quod magnitudine caret) et vnius/ & ab vno. non enĩ eſſet cõtinuus: ſed contiguus alter alteri/ & diuiſus. Mouens igitur/ ſi vnum eſt: aut ſubiens motũ mouet/ aut immobile exiſtens. Si igitur motum ſubiẽs: cõſequi oportebit & mutari ipſũ/ ſimul autẽ moueri ab aliquo. Quare ſtabitur: & perueniet̃ ad id qđ eſt moueri ab immobili. hoc enim nõ neceſſe eſt ſimul mutari: ſed ſemper poterit aliquid mouere. nam ſine labore eſt/ ſic mouere: & regularis hic motus/ aut ſolus/ aut maxime. non enim habet mutationem vllã: id quod mouet. oportet autem id quod mouetur ab illo: nõ habere mutationem/ vt ſimilis ſit motus. ¶ Ne- 35
ceſſe eſt autẽ: aut in medio/ aut in circulo eſſe. hęc enĩ: principia ſunt. ſed celerrime mouentur: quæ proxima ſunt mouenti. Huiuſmodi autem eſt: ipſius totius/ motus. illic ergo eſt: ipſũ mouẽs. Habet autẽ dubitationẽ/ ſi cõtigat aliquid qđ mouetur/ mouere continue: ſed non vt id quod pellit iterum & iterum/ & eo cõſequenter ſint/ continue. aut enim ipſum oportet pellere/ aut trahere/ vel vtrumq;: aut alterũ aliquid excipiens aliud ab alio ſicut dudum dictũ eſt in ijs quæ proijciũtur/ ſi cum diuiſibilis ſit aer aut aqua mouet/ ſed vt qui ſemper mouetur. vtroq; autem modo non poſſibile eſt vnum eſſe: ſed cõtiguum. Solus itaq; is continuus eſt: quo ipſum immobile mouet. ſemper enim ſimiliter ſe habens: & ad id qđ mouetur ſimiliter ſe habebit & cõtinue. Determinatis autem his: manifeſtũ eſt q; impoſſibile eſt primũ mouens & immobile/ habere aliquã magnitudinem. ſi enim magnitudinem habet: neceſſe eſt aut finitã ipſã eſſe aut infinitã. Q; igitur infinitã nõ contingat magnitudinẽ eſſe;

Cap. 10

Tral.ve.ex græ.recog.

oſtẽſum eſt prius in Phyſicis. Q; autem finitam/ impoſſibile eſt habere infinitã potentiam/ & ꝙ impoſſibile eſt a finita moueri aliquid finito tempore: demonſtratum eſt nunc. primum autẽ mouens: perpetuo mouet motu & infinito tempore. Manifeſtum itaq; eſt: ꝙ indiuiſibile eſt & impers & nullam habẽs magnitudinem.

Argyropylus

at demonſtratum eſt prius in naturalibus: fieri non poſſe vt magnitudo ſit infinita. Et nũc demõſtrauimus finitam magnitudinẽ infinitas vires habere non poſſe: & impoſſibile inſuper eſſe infinito in tempore quicq̃ a magnitudine finita moueri. Primum autẽ mouens: æterno motu/ infinitoq; tempore mouet. Patet igitur: ipſũ indiuiſibile eſſe vacareq; partibus ac magnitudinem nullã prorſus habere.

¶ Trallationis veteris de Phyſico auditu Ariſtotelis/ ex græco recognitæ: octaui libri finis.

¶ Octaui Phyſicorum Ariſtotelis interprete Ioanne Argyropylo/ libri finis.

Et proinde octo librorũ de naturali auſcultatione Ariſtotelis ex veteri trallatione/ fideliter ad exemplaria græca nuper recognitæ/ ad ſingulos quoſq; adiecta interpretatione Argyropyli identidem diligenter recognita.

Argyropylus

¶Primus de cœlo Aristotelis ad R.P.D.Ioannem Archiepiscopũ Strigonienſem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

1 Ciẽtia naturalis: fere plurima circa corpora magnitudies atq; horũ affectus motuſve / & iſuper circa principia quæ ſunt ſubſtantiæ talis/ verſari videtur. eorũ enim que natura ſunt: alia ſunt corpora magnitudineſve/ alia corpora ac magnitudinẽ habent/alia prin-
2 cipia habẽtium ſunt. ¶Cõtinuũ igit̃ eſt: quod in diuiſibilia ſemper diuiſibile eſt. Corp9 autẽ eſt: quod eſt diuiſibile õni ex parte. At magnitudinis ea quidem que ad vnum eſt diuiſibilis: linea eſt. ea vero quæ ad duo: ſuperficies. at ea quæ ad tria: eſt corp9. atq; præter has nulla alia prorſus eſt magnitudo: propterea q̃ ipſa tria omnia ſunt/& ter ipſum omni ex parte. ¶Nã vt Pythagorici etiã inquiũt: ipſũ õne ac õnia tribus ſunt definita. finis enim mediũ atq; principium: ipſius omnis numerum habẽt. hęc autem: trinitatis. Quapropter/hoc a natura numero ſumpto perinde atq; quadam illius lege: & in deorum ſacrificijs celebrandis vti ſolemus. aſſignamus inſuper & appellationes: hoc modo. duo enĩ ambo dicim9/& duos ambos atq; vtroſq;: non omnes. at de tribus: hanc appellationem dicimus primo. hæc autẽ ita dicimus: quia ſequimur vti diximus/ipſam ſic proficiſcẽ-
3 tem naturam. Quare cum omnia/ omne/ atq; perfectum iter ſeſe nõ differant forma/niſi materia tantum & hiſce de quibus dicuntur: corpus profecto magnitudinum ſolum perfectum erit. ſolum enim: iſtis tribus eſt definitum. hoc autem: eſt omne. atq; cum ſit tribus ex partibus diuiſibile: õni

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Trallatio vetus primi de cœlo Ariſtotelis ex græco recognita: ad R. in CHRISTO P. D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP. I.

VÆ de natura eſt/ ſcientia: fere plurima videtur/& circa corpora & magnitudines/& horũ paſſiones atq; mot9/adhuc autem circa principia/ quæ talis ſubſtãtiæ ſunt. natura enĩ conſtantium: hæc quidẽ ſunt corpora et magnitudines: hæc autẽ corpus habẽt et magnitudinẽ/ hæc vero prĩcipia eorũ q̃ habẽt/ſũt. ¶Cõtinuũ igitur eſt: quod di-
2 uiſibile eſt in ſemper diuiſibilia. Corpus vero: qđ oĩquaq; diuiſibile eſt. Magnitudinũ autẽ ea quidẽ quæ ad vnũ: linea. quę autẽ ad duo: planũ. quę vero ad tria: corpus. et pręter has nõ eſt alia magnitudo: propterea q̃ ipſa tria/omnia ſunt/& ipſum ter oĩquaq;. ¶Quẽadmodũ enĩ aiunt Pythagorei/ ipſũ omne & omnia: tribus determinata ſunt. finis enim/ & mediũ/& prĩcipiũ: numerũ habẽt eũ qui ipſius õnis eſt. hæc autẽ: eũ qui trinitatis eſt. Quapropter a natura accipiẽtes tã-
3 q̃ leges/illi9: & ad ſacrificia deorũ hoc vtimur numero. aſſignamus autẽ & appellationes: ad hunc modũ. duo enim ambo quidẽ dicimus/ et duos ambos: oẽs autem non dicimus. ſed de tribus: hanc appellationem dicimus primum. hæc autẽ (quemadmodum dictum eſt) ſequimur: propterea q̃ natura ipſa ſic ĩducit. Quapropter/quoniã omnia & omne et perfectum ſecundũ ſpeciẽ nõ differunt abinuicẽ/ niſi in ipſa materia & in quibus dicũtur: corpus vtiq; ſolũ erit e magnitudinibus perfectũ. ſolũ enim: terminatum eſt tribus. hoc autẽ: eſt omne. tripliciter autẽ

3 Pythagotei.

Tral.ve.ex græ.recog.

cũ sit diuisibile: õniquaq; diuisibile est. aliorum autem: hoc quidem ad vnum/ hoc autem ad duo. vt enim numerum adepta sunt: sic & diuisionem/ & continuitatem. hoc enim: ad vnum cõtinuum est. hoc autem: ad duo. hoc vero: omniquaq; tale. Quęcunq; igitur magnitudines diuisibiles sunt: et continuę hæ sunt. Si autẽ & continuę õnes diuisibiles sint: nõdum manifestum est ex ijs quæ nũc. sed illud quidẽ manifestũ est: ꝙ nõ est in aliud genus trãsitio/ quemadmodum ex longitudine in superficiem. in corpus autem: ex superficie. non enim adhuc talis: perfecta erit/ magnitudo. necesse eni est fieri egressum: secũdum defectionem. nõ est autem possibile: perfectum deficere. omniquaq; enim: est. ¶ Vnũquodq; igitur corporum quę in partis specie sunt: secundũ rationem tale est. omnes enim habet dimensiones: sed ad propinquum tactu terminatum est. Quapropter modo quodã multa: corporũ vnũqđq; est. Ipsũ autẽ õne cuius hæ partes sũt: perfectum necesse est esse. & quemadmodum nomẽ ipsum significat: õniquaq;/ & non hac quidem/ hac autem nõ. De ipsius igitur vniuersi natura/ siue ĩfinita sit secũdũ magnitudinẽ/ siue finita sit secundũ totã molẽ: posterius cõsiderãdũ est. CAP. II

DE ijs autem quæ secundũ speciẽ ipsius partes sunt: nunc dicamus/ hoc facto principio. oĩa eni physica corpora & magnitudines: secũdũ se mobiles secundũ locũ esse dicimus. naturã enĩ: motus prĩcipiũ ipsis esse dicimus. Omnis autẽ motus qui secundũ locum fit quem vocamus lationẽ: aut rectus/ aut circularis/ aut ex his mistus est. simplices enim: hi duo soli. causa autem est: quoniã & magnitudines istæ simplices solum sunt/ recta et circularis. Circularis igitur est: qui circa medium

Argyropylus

ex parte atq; oĩno est diuisibile. cæterarum autem magnitudinũ: altera ad vnum/ altera ad duo est diuisibilis. nam vt numerum subeunt: sic & diuisionis continuationisve participes sunt. alia enĩ ad vnũ cõtinua est: alia ad duo/ alia omni ex parte atq; omnino est talis. Quæ igitur magnitudinum sunt diuisibiles: ex continuę quoq; sunt. At si omnes quoq; continuæ diuisibiles sint: nondũ ex hisce qnæ nunc diximus/ patet. verum illud emersit: in aliud inquam genus e corpore migrationem non esse. vt ex longitudine in superficiem: & ex superficie fit in corpus. non enim talis profecto magnitudo: ꝑfecta erit. fiat enĩ egressio ratione defectionis: necesse est. At perfectum: defectionem habere negant. est enim õni ex parte. ¶ Eorum igitur corporum quæ partis subeunt formam: tale est vnumquodque per rationem. omnes enim: habent dimẽsiones. attamen id ad quod est propinquum: tactu est definitum. Idcirco corporum vnumquodque multa quodammodo est. Ipsum autem omne ac vniuersum cuius hęc sunt partes: perfectum esse necesse est. & omni ex parte atque omnino vt nomen ipsum significat/ et non partim esse/ partim non esse. De ipsius igitur vniuersi natura siue sit magnitudine infinita/ siue tota mole finita: posterius cõsideremus oportet. CAP. II.

NVnc de partib⁹ ipsius per speciem dicẽdũ esse videtur: hinc exordio sumpto. omnia nãq; corpora naturalia magnitudinesve: mobiles per se loco dicimus esse. naturam enim: principium ipsis insitũ esse motus asserimus. Omnis autẽ motus ad locum accommodatus/ quem lationem consueuimus appellare: aut rectus est/ aut circularis/ aut ex hisce mistus. simplices enim ij duo sunt soli: propterea ꝙ & magnitudines hæ solum simplices sunt/ recta & circularis. Circularis igit̃ is est: qui circa me-

Argyropylus

dium fit. Rectus autē: quo ſurſum itur atq; deorſum. Atq; eo ſurſum ire dico: quo e medio pergitur. eo vero deorſum: quo ad mediū
6 proficiſcitur. Quare lationum ſimplicium: aliam e medio/ aliam ad medium/ aliam circa medium eſſe neceſſe eſt. Atq; hoc cū ratione: ea quæ initio dicta ſunt/ ſecutum eſſe videtur. nam & corpus tribus confectum eſt: & ipſius etiam motus. Cum autem corporū/
7 alia ſimplicia ſint/ alia ex hiſce cōpoſita (atq; ea ſimplicia dico: quæ motus ſecundum naturam principium habent/ vt ignem/ terrā/ horumq; ſpecies/ & ea quæ ſunt hiſce propinqua) motiones etiā aliae ſimplices/ alias quodammodo miſtas eſſe neceſſe eſt/ ſimplicium quidem ſimplices/ compoſitorum aūt miſtas/ motieriq; cōpoſita mutu eiuſce ſimplicis qđ in his ipſis
8 dominatur ac ſuperat. ¶Si igitur ſimplex in ratione rerū eſt motus/ conuerſio autē motus eſt ſimplex/ atq; corporis ſimplicis ſimplex eſt motus/ & ſimplex motus corporis ſimplicis eſt (nam ſi cōpoſiti ſit: per id illi ſimplex quod ſuperat competit) ſimplex quippiam eſſe corpus in ratione rerum profecto neceſſe eſt/ quod quidem ſit aptum circulari motu ſuapte
9 natura ferri. Etenim fieri poteſt: vt vi quippiam eo moueatur motu/ q ad aliud et aliud corp9 accōmodaī. at vt eo moueaī ſcdm naturam/ fieri nequit: ſi vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vnus ſit motus ei cōpetens ſecundum naturam.
10 Si hiſce præterea motus qui præter naturam eſt ei qui ſecundū naturā eſt aduerſatur/ vnūq; vni cōtrariū eſt: cū cōuerſio ſit motio ſimplex/ ſi nō ſecundū naturā ei corpori qđ fertur ineſt/ præter naturā inſit eidē neceſſe eſt. Si igiī ignis ſit qđ aduerſaī/ aut quippiā aliud tale: naturalis ipſius motus cōuerſioni contrarius erit. At vnū vni cōtrariū eſt: atq; motus ijs quibus infera ſuperaq; loca petūtur inter
11 ſeſe contrarij ſunt. Sin vero quippiā aliud corpus adſit quod præter naturā in orbem fertur: erit alius quiſpiam motus ipſius ſecun-

Tral. ve. ex græ. recog.

fit. Rectus autē: qui ſurſum/ & deorſum. Dico autem/ ſurſum quidē: eū qui a medio. deorſum vero: eum qui ad medium. Quare neceſſe eſt/ omnē eſſe ſimplicem lationem: hanc quidem a medio/ hāc vero ad medium/ hāc autem circa mediū. Et videtur ſequi ſecundum rationē: hoc: ea quę a principio. eteni et corpus/ perfectū eſt in tribus: & motus ipſius. Quoniam autem corporum/ hæc quidem ſūt ſimplicia/ hæc autem compoſita ex his (dico autem ſimplicia quidem: quæcūq; motus principium habent ſecundū naturam. puta ignem & terram: & horū ſpecies/ & cognata his) neceſſe eſt & motus eſſe/ hos quidem ſimplices/ hos autē miſtos quodāmodo. ſimpliciū quidē/ ſimplices: miſtos autem/ compoſitorū. moueri autem: ſecundū prædominans. ¶Si 6
igitur eſt ſimplex motus/ ſimplex autem eſt circularis motus/ & ſimplicis corporis ſimplex eſt motus/ & ſimplex motus ſimplicis corporis (etenim ſi compoſiti ſit: ſecundū prædominās erit) neceſſariū eſt eſſe aliquod corpus ſimplex/ quod natum eſt ferri circulari motu/ ſecūdū ſuā ipſius naturā. violentia enim cōtingit: illo qui alterius et alterius eſt. ſecūdū naturam autē impoſſibile: ſi vnus quidem ſit vniuſcuiuſq; ſimpliciū motus is qui ſecūdum naturā. Amplius ſi motus præter naturam contrarius eſt ei qui ſecundum naturā eſt/ & vnum vni contrariū: neceſſe eſt cum ſimplex circularis ſit/ ſi non erit ſecundum naturam lati corporis/ pręter naturam ipſius eſſe. Si igitur ignis/ aut aliud quippiam talium eſt circulariter latū: contraria quæ ſecundū naturam ipſius eſt latio erit circulari. ſed vnum: vni cōtrariū eſt. Q uæ autē ſurſum et deorſum: inuicem contrarię ſunt. Si vero alterū eſt corpus quod circulariter feratur præter naturam: erit ipſius aliquis alius motus ſecundum naturam. Sed

Tral.ve.ex gre.recog.

hoc impossibile est.si enī qui sursū:ignis erit/ aut aer.si autē qui deorsum: aqua/ aut terra. At vero:et primam quidem necessarium est esse/talem lationem. perfectum enim:prius natura est imperfecto. circulus autem:perfectorum est.recta vero linea: nulla. neq; enim:infinita. haberet enim terminum atq; finem. neq; finitarum vlla.extra enim omnes :aliquid est.augeri enim:cōtingit quācunq;.Quare si prior motus prioris sit natura corporis circularis autem prior recto/qui vero super recta simplicium corporum est (et enim ignis: super recta/sursum fertur.et terrea: deorsum ad medium) necesse est et circularem motum alicuius simpliciū esse corporum.mistorū enim lationē:diximus esse secūdū prædominās in mistione simpliciū. Ex his igitī manifestū est: q esse nata est quędā substātia corporis alia pręter eas quę hic sunt cōsistētias/diuinior ac prior his omnibus. Atq; si quis adhuc accipiat omnem esse motum aut secundum naturam aut pręter naturam/et eum qui alij prēter naturam est/esse alteri secundum naturā/quale qui sursum et qui deorsum fiūt patiūtur/hic enim igni hic autem terræ præter naturam et secūdum naturam est : necessarium est sane & circularem motum(quoniam his prę ter naturam est) alterius cuiusdā esse secundum naturā. Ad hæc autem si est circularis alicui latio secundū naturam:palam est q erit vtiq; aliquod corporum simplicium ac primorum quod natum est / quemadmodum ignis sursum & terra deorsum / circulariter ferri secundum naturam . Si autem præter naturam feruntur ea quæ feruntur circulariter/ circulari latione:mirabile & omnino irrationabile est/ continuū solum hūc motum & sempiternum existētem/præter naturam esse.videtur enim in alijs:citissime corrumpi quæ præter naturam

Argyropylus

dum naturam. At id esse non potest.nam si sit isce motus quo sursum itur:ignis vel aer erit,sin isce quo deorsum acceditur: terra erit vel aqua. At vero:talem lationē & 12
primam esse necesse est.perfectum enī:imperfectū antecedit natura. atq; circulus quidem:perfectū est. linea vero recta:nulla est sane perfecta.neq; enim infinita.terminū enim atq; finē haberet. neq; finitarum vlla ratio.est enim quippiam extra omnes: quippe cum fieri possit vt cuiuis incrementū addatur. Quare si prior quidem motus corporis sit prioris natura/ cōuersio vero prior sit recto/atq; ipse rectus corporū sit simpliciū motus(ignis enim loca recto motu supera petit: et terrea corpora eodem ad infera mediumq; ferun tur)et ipsam sane conuersionem cuiuspiam corporis simplicis esse necesse est . mistorum enim lationem:eiusce nutu simplicis fieri diximus/quod in mistione dominatur ac superat. Ex his igitur 13
patet:aliā quandā in ratione rerū corporis subsātiā esse præter eas corporum cōstitutiones quæ hic sunt/ diuiniorē his vniuersis atq; priorē. Præterea si motus omnis 14
aut secundum naturam aut præter naturā est/ et qui motuū est cuipiā prēter naturā is alij naturalis est/qđ qdē ītueri licet in hisce motibus quibus sursū itur atq; deorsū/alter enim igni/ alter terrę secūdum naturam & præter naturam est:conuersionem etiam cum horum respectu sit præter naturam/ alij cuipiam competere secundū naturam necesse est. Insuper si cō- 15
uersio cuipiam competit secundum naturam: patet esse quippiam corporum simplicium atque primorum quod quidem sic suapte natura versatur/ vt ignis sursum & terra deorsum fertur . Si vero corpora quæ versantur circa mediū/ præter naturā ferūtur:mirabile sane metaſq; penitus egredi rationis videtur/hūc solū motū cōtinuū esse perpetuū ve/ qui quidem præter naturam illis corporibus inest. in cæteris enī ea quæ p̄ter naturā sunt:citissime corrūpi

perireq; videntur. Quare ſi ignis ſit id quod verſatur/vt quidam inquiũt: non minus hæc motio prę-
ter naturam eſt ipſi/q̃ ea qua infera loca petuntur. ignis enim eũ eſſe motum videmus: quo recta
16 pergitur e medio ſurſum. Quapropter ex his oĩbus quiſpiam rationibus corpus quippiam aliud eſſe crediderit præter ea corpora quæ hic & circa nos ſunt ſeparatum: tanto pręſtabiliorem habens naturam/quãto plus ab iſtis corporibus diſtat. CAP. III.

17 VM eorum quæ dicta ſunt alia ſuppoſita ſint/alia demonſtrata: patet non omne corpus leuitatem aut grauitatem habere. Atq; ſupponatur quidnam ſit id quod leue/& quid id quod graue nuncupamus / oportet: quoad ſatis eſt ad vſum præſentem/ exactius autem rurſus dicemus cum ſubſtantiam ipſorum conſiderandam aggrediemur. Graue igitur id ſit: qđ aptum eſt ad mediũ ferri. Leue: id qđ aptũ eſt e medio ferri. Grauiſſimum: id quod ſub his omnibus collocatur quæ deorſum feruntur. Leuiſſimũ: id quod ſuper omnia collocatur quæ ſurſum pergunt. Omne autem quod fertur ſurſum/aut deorſum: aut leuitatẽ aut grauitatẽ habeat aut vtrũq;/ at nõ ad idem/neceſſe eſt. Ad alia namq; grauia ſunt leuiaq;: vt aer
18 ad aquã/ & aqua ad terram. Corpus igitur id quod verſatur: impoſſibile eſt grauitatem aut leuitatem habere. fieri enim non poteſt: vt ipſum aut ſecundum naturam aut præter naturam ad medium aut e medio moueatur. latio enim recta: non competit ipſi natura. nã vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis: vna eſſe latio dicebaſ. Quare: erit idem qđ ignis aut cæterorũ quippiã corporũ quę recto motu cientur. q̃ ſi pręter naturam ferat: ſi ea latio qua deorſum fertur ſit præter naturã/ ea ſane qua ſurſum pergitur ipſi competit ſecundum naturam. ſi pręter naturã ſit iſta: ſecundũ naturam illã copetet ſane. poſuimus enim ſi cõtrario-

ſunt. Quare ſi eſt ignis id quod circumfertur / quemadmodum aiunt quidam: non minus ipſi motus iſte præter naturam eſt/q̃ qui deorſum. ignis enĩ motum eum videmus eſſe: qui a medio ſecũdum rectã. Quapropter ex omnibus his/aliquis ratiocinando crediderit: q̃ eſt aliquod præter corpora quæ hic et circa nos ſunt/alterũ ſeparatũ/tãto honorabiliorẽ habens naturam/quanto quidem plus diſtat ab ijs quæ hic ſunt. CAP. III.

7 Voniãautẽeorũquædicta ſunt/hęc quidẽ ſupponũtur/hæc autem oſtenſa ſunt: manifeſtũ eſt q̃ neq; leuitatem/ neq; grauitatẽ habet corpus omne. Oportet autem ſupponere: quid dicimus graue/ et leue. nũc quidem ſufficiẽter quoad in præſentia eſt opus: diligentius autem rurſus/cũ conſiderabimus de ſubſtantia ipſorum. Graue igitur ſit: quod ferri natum eſt ad medium. Leue aũt: quod a medio. Grauiſſimum aũt: qđ omnibus ſubſtat quæ deorſum feruntur. Leuiſſimũ vero: quod oĩbus ſupereminet quæ ſurſum feruntur. Neceſſe eſt autem omne quod fertur aut deorſum/aut ſurſum: aut leuitatẽ habere aut grauitatẽ/aut ambo/nõ autẽ ad idem. adinuicẽ enĩm ſunt grauia et leuia: vt aer ad aquã/& ad terrã aqua. Corpus igitur quod circulariter fertur: impoſſibile eſt habere grauitatẽ aut leuitatẽ. neq; enĩm ſecundũ naturã/neq; pręter naturã contingit ipſum moueri/aut ad medium aut a medio. Nã ſecundũ naturã non ineſt ipſi: quæ ſuper recta fit latio. vna enĩ eſt: vniuſcuiuſq; ſimplicium. Quare erit idem alicui eorũ: quæ ſic feruntur. pręter naturã aũt lato aliquo/ſi qui deorſum fit præter naturam eſt: qui ſurſum fit/ erit ſecundum naturam. ſi vero qui ſurſum/ præter naturam: qui deorſum / ſecundum naturam. poſuimus enĩm cõtrario-

Tral.ve.ex græ.recog.

rũ cui alter prẹter naturã eſt/alterũ eſſe ſecũdum naturam. Quoniam autem ad idem fertur totum et pars ſecundum naturã/vt tota terra & parua gleba: accidit primo quidem ipſum neq; leuitatẽ habere vllã/neq; grauitatẽ. aut enĩ ad mediũ/aut a medio poſſet ferri: ſecũdũ ſuã ipſius naturã. Deinde: q̃ impoſſibile ſit moueri eo quí ſecundũ locũ fit motu aut ſurſum aut deorſum detractũ. neq; enim ſecundum naturã contingit moueri motu alio neq; prẹter naturã: aut ipſũ/aut particularũ vllã. eadẽ enim ratio eſt: de toto et parte. Similiter autem rationabile eſt exiſtimare de ipſo: et q̃ ingenitum & incorruptibile & inaugmentabile et inalterabile ſit. propterea quod fit quidẽ omne id qđ generaẗ: et ex contrario/et ſubiecto quodã. et qđ corrũpitur ſimiliter: et ſubiecto quodam/et a contrario/et in contrarium/quẽadmodum in primis dictũ eſt ſermonibus. contrariorum autem: et lationes contrariæ ſunt. Si igitur huic nichil contrarium contingit eſſe/ex eo quia lationi circulari non ſit aliquis contrarius motus: recte videtur natura/id quod futurum erat ingenitum & incorruptibile/exemiſſe a cõtrarijs. in cõtrarijs enim: eſt generatio atq; corruptio. At vero & id omne qđ augmentaẗ: augetur a cõgeneo aduenięte et reſoluto in materiã. huic autem non eſt: ex quo factum ſit. ſi autem eſt et inaugmentabile & incorruptibile: eiuſdem intelligẽtiæ eſt exiſtimare et inalterabile eſſe. eſt enĩ alteratio: motus ſecundum qualitatem. qualitatis autem habitus quidem et diſpoſitiones: nõ ſine mutationibus fiunt quę ſecundũ paſſiones fiunt/vt ſanitas & morbus. Secundum autẽ paſſionem quæ cũq; naturaliũ corporũ tranſmutãtur: habere videmus oĩa & augmẽtationem & diminutionem/vt & animaliũ corpora/& partes ipſorum/& plantarum. ſimiliter autem: &

Argyropylus

motuum alter eſt cuipiam præter naturam: alterum eidem cõpetere ſecundum naturam. Cum autem ad idem totum & pars ſecundum naturam feratur/veluti tota terra paruaq; gleba: primo quidem fit vt neq; grauitatem neq; leuitatem habeat vllam. nam aut ad mediũ/aut e medio: ſane ferri ſuapte natura poſſet. Deinde fieri nequit: vt ipſum moueatur motu ad locum accommodato: aut ſurſum aut deorſum ſubiens detractionem. neq; enim ſecundum naturam/neq; prẹter naturã alio motu moueri poteſt: aut ipſum/aut pars vlla. eadem enim eſt ratio: de toto & parte. Simili modo rationi cõſentaneũ eſt: & ingenerabile atq; incorruptibile ipſum eſſe exiſtimare/& neq; incrementa decrementaq; ſuſcipere/neq; alterationibꝰ ſubijci poſſe. propterea q̃ omne quod generatur: ex cõtrario & ex ſubiecto fit quodam. & idẽtidem quod corrumpitur: ſubiecta materia & a contrario & ad contrarium ſane corrumpitur/vt primis ĩ ſermonibus diximus. cõtrariarum vero rerum: & lationes cõtrariæ ſunt. Si igitur nichil huic contrarium eſſe poteſt/propterea q̃ & conuerſioni nullus eſt contrarius motus: natura recte id a contrarijs excœpiſſe videẽ quod ingenerabile atq; ĩcorruptibile eſt. generatio namq; corruptioq;: in ipſis contrarijs eſt. At vero & id quod accreſcit: a propinquo quodam accedente/ſubeunteq; reſolutionem in materiam augetur. hoc autem: non habet id ex quo eſt ortum. Q̃ ſi neq; accreſcere neque corrumpi poteſt: eiuſdem eſt profecto ſententiæ & alterationibus ipſum ſubijci non poſſe putare. alteratio enim: motio eſt in qualitate. Qualitatis autem habitus quidẽ & diſpoſitio: non ſine mutationibus in paſſionibus fiũt/vt ſanitas atque morbus. Quæ vero naturalium corporum in paſſionibus mutantur: ea vniuerſa incrementa ſuſcipere decremẽtaq; videmꝰ. vt animaliũ corpora parteſq; ipſorũ: atq; plãtarũ etiã & elemẽtorũ ſimili mo-

Argyropylus

22 do. Quare ſi corpus quod verſatĩ/ neq; incrementa neq; decrementa ſuſcipere poteſt: expers ipſum & alterationum eſſe/conſentaneum eſt rationi. Patet igit̃ ex hiſce quæ dicta ſunt/id quod primum eſt corporum perpetuum eſſe/ & neq; accreſcere neq; decreſcere/ neq; ſeneſcere/ neq; alterationibus neq; paſſionibus ſubijci: ſi quiſpiam hiſce quæ ſunt ſuppoſita credit. Videtur autem & ratio teſtis ijs eſſe quæ apparent: & ea quæ apparẽt teſtes eſſe etiam rationi. omnes enim homines de dijs exiſtimationẽ habẽt: & vniuerſi qui deos eſſe putant/ tam Græci q̃ Barbari ipſum ſupremum locum dijs tribuerunt/ propterea q; immortale ad immortale eſt accõmodatum. alio namq; modo: eſt impoſſibile. Si igitur quippiam eſt diuinum/ quemadmodum & eſt: ea ſane quæ de prima corporũ ſubſtantia dicta ſunt/ bene recteq; ſunt dicta. Emergit autem hoc & per ſenſum: reſpectu fidei humanæ ſufficienter. in toto namq; præterito tempore per traditam ſucceſſione memoriã poſteris: non mutatum vllo pacto fuiſſe videtur aut in toto vltimo cœlo aut in ſuarum partium vlla. Videtur autem & ipſum nomen vſq; ad hoc tẽpus ab antiquis hæc opinatis: quæ & nos dicimus ſucceſſione traditum eſſe, nõ enim ſemel neq; bis: ſed infinities eaſdem opiniones ad nos accedere putare oportet. Quapropter quia primum corpus diuerſum quiddam eſt a terra/igne/aere/ atq; aqua: ætherem ſuperum locum appellauerũt/a ſemper currendo perpetuo tempore poſita appellatione. Anaxagoras vero: hoc nomine abutit̃ nõ recte. pro
23 igne enim: ætherẽ dicit. Patet autẽ ex dictis: & cur impoſſibile eſt numero plura eſſe ea quæ ſimplicia corpora dicuntur. ſimplicis enĩ corporis motũ: ſimplicẽ eſſe neceſſe eſt. ſolos autem motus hoſce ſimplices dicimus eſſe: circularem & rectum. & huius duas partes: vnam qua a medio al-

Tral.ve.ex græ.recog.

elementorum. Quare ſi circulare corpus neq; augmentationem habere contingit/neq; diminutionem: rationabile eſt & inalterabile eſſe. Q̃ igitur primum corporũ/ſempiternũ eſt et neq; augmentationem habens neq; diminutionem/ ſed inſeneſcibile/& inalterabile/& impaſſibile eſt: ſi quis ſuppoſitis credit/ manifeſtũ ex dictis eſt. Videtur autẽ & ratio/ijs quæ apparent atteſtari: & ea quæ apparent/rationi. omnes enim homines de dijs habent exiſtimationẽ: & omnes eum qui ſurſum eſt locũ deo tribuũt/ & Barbari & Græci quicũq; putant eſſe deos/tanq̃ videlicet imortali imortale coaptatũ ſit. impoſſibile enĩ: aliter. Si igitur eſt aliquid diuinũ/quẽadmodum et eſt: et nunc dicta de prima ſubſtãtia corporũ/ dicta ſunt bene. Accidit autẽ & hoc: per ſenſum ſufficienter/quo ad humanã dixiſſe fidem. in omni enim præterito tempore ſecundũ traditã inuicem memoriã: nichil videtur tranſmutatũ/ neq; ſecundum totum vltimũ cœlum/neq; ſecundũ partem ipſius propriam vllam. Videtur autẽ & ipſum nomen ab antiquis traditum eſſe vſq; ad tẽpus præſens: hoc modo exiſtimantibus quo & nos dicimus. neq; enim ſemel/ neq; bis/ſed infinities: oportet putare eaſdẽ peruenire opiniones ad nos. Quapropter tãq̃ altero quodam exiſtẽte primo corpore præter terram & ignem & aerem & aquã: æthera appellauerũt ſupremũ locum/a currẽdo ſemper ſẽpiterno tẽpore ponẽtes ipſi denominationẽ. Anaxagoras autẽ: abutitur nomine hoc/nõ bene. nominat enim æthera: pro igne. Manifeſtũ eſt autẽ ex dictis: & cur maiorẽ impoſſibile ſit eſſe numerũ dictorũ corporũ ſimpliciũ. ſimplicis enim corporis: neceſſe eſt motum ſimplicẽ eſſe. ſolos autẽ hos eſſe dicimus ſimplices: eum qui circularis eſt/et eũ qui ſuper recta fit. & huius duas partes: hãc

Anaxagoras

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

quidem a medio/ hanc vero ad medi-
um.

CAP. IIII.

QVod autem non eſt circulari lationi contraria alia latio: ex multis vtiq; quiſpiam accipiat fidē. Primū quidem: q̄ circulari rectam opponi maxime ponimus. Concauū enim et conuexum: non ſolum adinuicē opponi videntur/ſed & recto/ cōbinata adeptaq; cōpoſitionem. Quare ſi contrarius aliquis eſt: eum qui ſuper recta fit/ maxime neceſſarium eſt contrarium eſſe circulari motui. qui autē ſuper recta fiūt: adinuicem opponūtur/propter loca. ſurſum enī & deorſum: & loci eſt differētia/& contrarietas. ¶ Deinde ſi quis exiſtimet eādem eſſe rationē/quæ & in recta & in circulari eſt (eam enim quæ ab A ad B fit/ lationē: cōtrariam eſſe ei quæ a B ad A) eā quæ ſuper recta fit dicit. hæc enim: finita eſt. circulares autē: infinitæ vtiq; ſunt circa eadem ſigna. ¶ Similiter autē & quæ in ſemicirculo vno fit: vt quæ a C ad D/& quæ a D ad C. eadem enim eſt: ei quæ ſuper diametro eſt. ſemper enī vnūquodq;: diſtare ſecundū rectā ponimus. ¶ Similiter autē & ſi quis circulum faciens: eam quæ ſuper altero ſemicirculo eſt/ lationē contrariā ponat ei quæ in altero. vt in toto circulo/eam quæ ab E ad F/ſemicirculi G: ei quæ ab F ad E/in ſemicirculo H. Si autem & iſtæ ſunt contrariæ: at non profecto eæ quæ ſuper toto circulo fiunt lationes/inuicem propter hoc cōtrariæ ſunt. At vero neq; ea quæ ab A ad B eſt/circularis latio: contraria eſt ei quæ ab A ad C. ex eodē enī in idē: motus eſt. cōtraria aūt latio: determinata eſt ex cōtrario in contrariū eſſe. Si aūt circularis/circulari eſſet cōtraria: fruſtra vtiq; eſſet altera. in idem enim. Præterea neceſſe eſt quod circulariter fertur vnde-











teram/qua ad medium pergitur.

CAP. IIII.

NOn eſſe autē aliam lationē conuerſioni cōtrariam: ex compluribus quiſpiam ſumere fidē poteſt. Primo quidem: ex eo quia circunflexæ lineæ rectam opponi maxime ponimus. Concauum enim & curuum: non ſolum inter ſeſe oppoſita eſſe videntur/ ſed etiā recto/ cōiuncta ſimulq; ſumpta Quare ſi qua eſt contraria latio: eum motum maxime qui fit ſuper linea recta conuerſioni cōtrarium eſſe neceſſe eſt. At ij qui ſuper linea recta fiunt: inter ſeſe oppoſiti ſunt obloca. ſupra enim et infra: differentia loci atq; contrarietas eſt. ¶ Deinde ſi quiſpiam eandem etiam rationem et in recta linea & in circunflexa. (lationē enim ab A ad B: ei contrariam eſſe dicit qua a B ad A pergitur) is eam lationem dicit quę ſuper linea recta fit. hęc enī: finita eſt. circunflexæ autem: circa eadem puncta infinitæ eſſe poſſunt. ¶ Similiter & in ſemicirculo vno: velut a C ad D/ & a D ad C. eſt enim illa: quæ ſuper diametro fit. ſemper enim vnumquodq;: per lineam rectam diſtare ponim⁹. ¶ Similiter reſeſe habet: & ſi quiſpiam circulo facto lationem eam quæ ſuper altero fit ſemicirculo/ei contrariam poſuerit lationi quę ſuper altero fit. veluti toto in circulo eā qua ab E ad F itur ſuper G ſemicirculum: ei qua ab F ad E pergitur in ſemicirculo H. Q⁊ ſi & hæ ſunt contrariæ: at non eæ ſunt ob hoc inter ſeſe contrariæ lationes quæ ſuper toto circulo fiunt. At vero neque ea latio circularis qua B ab A petitur: ei cōtraria eſt qua ab A ad C proficiſcitur. ad idem enī: hæc ex eodē cōtraria eſt motio. cōtraria vero latio: cōtrarijs eſt locis definita. a cōtrario enī ad contrariū itur. Q⁊ ſi circularis motio circulari eſſet cōtraria: fruſtra altera eſſet. ad idem enī fit pfectio p vtraſq;. Præterea id quod verſat: a quo.

Argyropylus

cunq; ſigno inceperit/ad omnia ſimiliter accedere contraria loca neceſſe eſt. Sunt autē loci contrarietates: ſupra & infra / ante & retro / dextrum & ſiniſtrum. Lationis vero cōtrarietates: per locorū ſunt cōtrarietates. Si igit̄ æqualia eſſent: motus ipſorū nō eſſet. Si alterum ſuperaret: alter profecto nō eſſet. Quare ſi vtraq; eſſent: fruſtra ſane corpus alterum eſſet/ ſuum non ſubiens motum. fruſtra enim calceum eum dicimus eſſe: cuius vſus non eſt. At deus & natura: nichil prorſus faciunt fruſtra. CAP. V.

VErū vbi hæc ſatis emerſerunt: de reliquis conſideremus oportet. Atq; primo conſiderandū eſt: vtrum ſit corpus quippiam infinitum/ vt complures antiquorum putarunt: an idipſum vnum quid ſit eorum quæ fieri nequeunt/ hoc enim an illo modo reſeſe habeat: non parum/ ſed totū ad veritatis contemplationem vtiq; refert. etenim hoc fere contrarietatum omnium hiſce quæ de natura tota aliquid dixerunt: principium & fuit & fieri ſane poteſt./ ſiquidem & paruus exitus a veritate: fit hiſce qui exorbitauerunt/ ſi longe progrediantur/ decies milies maior. veluti ſi quiſpiam magnitudinem aliquam minimam dixerit eſſe. Hic enim minima magnitudine introducta: maximas rerū mathematicarū vtiq; dimouebit. Atq; huius cauſa eſt: principiū vi maius q̄ magnitudine eſſe. Idcirco quod in principio paruum eſt: id in fine valde magnum emergit. Infinitū aūt: & principij vim et quantitatis maximam habet. Quare nō eſt abſurdū neq; egreditur rationē: admirabilē differētiam eſſe ex infiniti poſitione/ ſi quiſpiam ſumpſerit infinitū corpus in ratione rerum quippiam eſſe. Quaobrem a principio repetentes: de ipſo dicamus oportet.

¶Omne itaq; corpus: aut ſimplex/ aut compoſitū eſſe neceſſe eſt. Quare & infinitum ipſum:

Tral.ve.ex græ.recog.

cunq; incipit: ad omnia ſimiliter peruenire contraria loca. Sunt autem loci cōtrarietates: ſurſum et deorſum/ ante et retro/ dextrum et ſiniſtrum. Lationis autem contrarietates: ſecundum locorum ſunt contrarietates. ſi enim æquales eſſent: nō vtiq; eſſet motus ipſarum. Si autē alter motus dominaretur: alter vtiq; nō eſſet. Quare ſi ambo eſſent: fruſtra vtiq; alterū eſſet corpus/ non motum ſuo motu. Fruſtra enim calceamentum hoc dicimus: cuius non eſt calceatio. Deus autem/ & natura: nichil fruſtra faciunt. CAP. V.

SEd quoniam manifeſtum eſt de his: et iā de reliquis cōſiderādū eſt. Et primū vtrū ſit quoddā corpus infinitum/ quēadmodū plurimi antiquorum Philoſophorum putauerunt: an hoc ſit vnum quid impoſſibilium. ſic enim aut illo modo ſe habere: non parum ſed totum refert ac omnino/ ad eam quæ de veritate eſt ſpeculationem. fere enim omnium principium contrarietatum: ijs qui aliquid de natura definierunt/ & fuit/ & erit vtiq;. ſiquidem modica tranſgreſſio a veritate diſcedentibus: fit lōge/ decies milies maior. vt ſi quis: minimam quandā eſſe dicat magnitudinē. hic enī minimū introducens: maxima vtiq; auferet mathematicorū. Huius aute cauſa eſt: quia principium virtute maius eſt q̄ magnitudine. Quapropter/ quod in principio modicum eſt: in fine fit perq̄ magnum. Infinitum autem: et principij et quātitatis virtutem habet maximam. Quare nihil abſurdū eſt neq; irrationabile: admirabilem eſſe differentiam ex eo q̄ ſumptū ſit q̄ eſt aliqđ corpus infinitū. Quapropter de ipſo dicendum eſt: a principio reſumentibus. ¶Neceſſe eſt igitur omne corpus: aut ſimplicium aut compoſitorū eſſe. Quare et infinitū: aut ſimplex erit

Tral.ve.ex græ.recog.

aut compositum. At vero/ et ꝙ finitis simplicibus necesse est finitum esse compositum: manifestum est. quod enim ex finitis et multitudine et magnitudine cōponitur: finitum est & multitudine et magnitudine. tantum enim erit: quanta sunt ex quibus est compositum. Restat igitur videre: vtrum contingat aliquod simplicium infinitum esse magnitudine/ an hoc sit impossibile. hoc autē prius tractato de primo corporum: sic consideremus et de reliquis. ¶ Q; igitur necesse sit omne corpus qđ circulariter fertur/ finitum esse: ex his manifestū est. si enim infinitū sit corpus quod circulariter fertur: infinitæ erunt quæ a medio eijciuntur. infinitorū autē distātia: infinita est. distantiā autē dico linearū: extra quam nullā est sumere magnitudinem tangētem lineas. hanc ergo: necesse est infinitā esse. finitarum enim: semper erit finita. Amplius autē: semper est/ data maiorē accipere. Quare quemadmodum numerum dicimus infinitum quia maximus non est: eadem ratio & de distātia. Si igitur infinitum non est pertransire/ infinito autem existēte necesse est distantiam infinitam esse: non vtiq; continget cœlum moueri circulariter. cœlum autem videmus circulariter ferri. et ratione etiā determinauimus: ꝙ alicuius est/ circularis motus. Amplius a finito tempore si abstuleris finitum tēpus: necesse est et reliquum esse finitum/ et habere principiū. si tempus autē incessus habet principium: est principium etiam motus. quare & magnitudinis super qua incessit. similiter autem hoc: & in alijs. Sit itaq; linea in qua A C E: infinita ad alteram partem/ qua est E. Alia autem in qua B B: ad vtramq; partem infinita. si itaq; describat circulum linea A C E/ a centro C: feretur circulariter linea A C E secās aliquando lineam B B/ tem-



Argyropylus

aut simplex aut compositū erit. Atqui patet: si simplicia sint finita/ compositū necessario finitum esse. quod enim ex multitudine finitis ac magnitudine constat: id & multitudine & magnitudine est finitum. tātum enim erit: quāta sunt ea ex quibus cōponitur atq; constat. Restat igitur videre vtrum simpliciū quippiam corporum infinitū magnitudine esse possit: an hoc fieri nequeat. Atq; prius hoc de primo corpore viso ac pertractato: de reliquis deinceps cosideremus. ¶ Corpus igitur quod versatur: necessario omne finitum esse ex hisce patere potest. nam si corpus quod versatur est infinitum: infinitæ profecto erunt & rectæ lineæ quæ e medio protrahuntur. infinitarum autem: interuallum infinitum etiam est. Atq; interuallū linearum id dico: extra quod nulla magnitudo tangens lineas sumi potest. hoc igitur: infinitum esse necesse est. finitarum enim: interuallum semper finitum erit. Fieri præterea potest: vt eo maius semper sumatur quod datum est. Quare eadem ratio est & de spacio: quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitū/ quia maximus non est. Si igitur fieri nequit vt in infinito trāsitus fiat/ atq; si cœlum sit infinitum/ interuallum etiam infinitum esse necesse est: fieri profecto non potest vt ipsum cœlum versetur. at versari cœlum videmus: rationeq; iam definiuimus cōuersionē corporis motionē cuiuspiam esse. Præterea si a finito tempore finitū tempus abstuleris: & reliquū finitū esse pricipiūq; habere necesse est. si tēpus autē ambulationis principiū habet: & motionis etiā principiū est. quare: & principiū magnitudinis eius erit/ super qua ambulatio fuit. eadē est & in cæteris ratio. Sit itaq; A B C linea: altera ex parte infinita qua ipsum est C. & rursus alia infinita vtraq; ex parte: D E. si igit ab A cētro/ circulū linea A B C describat: lineā secās D E/ in orbē aliquādo lata finito in tem-

Argyropylus

pore erit. totũ enim tẽpus quo verſatum eſt cœlum: finitũ eſt. & id ergo tempus finitum eſt: quod eſt ablatum/ in quo ſecãs linea ferebatur. Erit igitur principium quoddam: quo primum A B C linea/ D E lineam ſecuit. at eſſe non poteſt. Non ergo fieri poteſt: vt ĩfinitum verſetur. quare neq; mundus: ſi infinitus
37 eſſet. Præterea ex his etiam patet fieri non poſſe: vt infinitum motu ſit agitatum. Sit enim linea A quæ propter B lineam feratur: finita inquam propter finitam. Simul igitur A lineam a B/ & B ab A abſolutam fore: neceſſe eſt. quantum enim alterius altera occupabit: tantũ illius & altera occupabit. Si igitur ambę in contrarium mouẽantur: citius abſoluentur. ſin altera prope manentem alteram moueatur: tardius/ ſi modo eadem quod prope illam mouetur celeritate feratur. Verum il-
38 lud eſt manifeſtum: fieri nõ poſſe vt finito in tempore quicquã tranſeat infinitum. tranſibit ergo: in tempore infinito. hoc enim eſt demonſtratum prius: in hiſce quæ de motu ſunt pertractata. Nichil autem intereſt: finita prope infinitam feratur/ an infinita prope finitam. nam cũ hæc prope illam mouetur: & illa per hanc tranſire videtur. Similiter: & ſi moueatur & ſi non moueatur. verũ ſi moueant ambæ: citius abſoluẽtur. q̃q̃ nichil prohibet eam interdũ quę prope quieſcentem mouetur/ citius q̃ eam quę fertur cõtra tranſire: ſi quiſpiã eas quidẽ quæ cõtra mouentur/ vtraſq; ferri tarde poſuerit/ eã vero quæ prope quieſcentẽ mouetur/ multo celerius illis ferri. Nullũ igitur rationi prorſus ipedimentũ afferetur: ſi prope quieſcentẽ altera moueatur. cum fieri poſſit vt A ſi prope B lineam moueatur motionem & ipſam etiam ſubeũtem: tardius trãſeat/ vti diximus. Si igit id infinitũ eſt tẽpus quo finita ſubiẽs motum abſoluitur:

Tral.ve.ex græ.recog.

pore finito. totũ enim tempus in quo circulariter latum eſt cœlum: finitum eſt. & ablatũ igitur: quo ſecans ferebatur. erit igitur aliquod principium: quo primum linea A C E lineam B B ſecuit. ſed impoſſibile eſt. Non eſt igitur circulariter verti: infinitum. quare neq; mundum: ſi eſſet infinitus. Amplius autem/ & ex his manifeſtum eſt: q̃ infinitum/ impoſſibile ſit moueri. Sit enim linea A quæ feratur iuxta lineam B: finita iuxta finitam. Neceſſe eſt igitur ſimul & lineam A/ a linea B abſolui: & lineam B/ a linea A. quantum enim altera acceperit alterius: & altera illius tantũ. Si igitur ambæ moueantur in contrarium: velocius vtiq; abſoluentur. ſi autem iuxta manentem feratur: tardius/ eadem celeritate moto eo quod iuxta fertur. Sed illud quidem manifeſtum eſt: q̃ impoſſibile ſit infinitam pertranſire/ in tempore finito. in infinito ergo. oſtẽſum enim eſt hoc prius: in ijs quæ de motu. Refert autem nichil: aut finitam ferri iuxta infinitam/ aut infinitam iuxta illam. cum enim hæc mutatur iuxta illam: & illa mutatur iuxta hanc. Similiter: mota & non mota. verum ſi moueantur ambæ: citius abſoluentur. q̃uis aliquando nichil prohibeat eam quæ moueatur iuxta quieſcentem/ velocius pertrãſire q̃ eam quæ cõtra mouetur: ſi quis fecerit eas quæ contra mouentur/ ambas ferri lente/ eam autem quæ iuxta quieſcentem/ multo illis ferri velocius. Nullum eſt igitur ad rationem impedimentum: q̃ iuxta quieſcentem. quandoquidem motam contingit lineam A iuxta motam lineam B: tardius tranſire. Si igitur infinitum eſt tempus quo finita quæ mouetur/ abſoluitur:



Tral.ve.ex græ.recog.

& id in quo infinita per finitam mota est/ necesse est infinitum esse. Impossibile est igitur: infinitum moueri omnino. si enim etiã per minimã moueatur: necesse est vt infinitũ fiat tempus. At vero cœlũ circũit/et vertitur totũ circulariter: in tempore finito. Quare: circumit circuli totam quæ intus est/vt A B/finitam. Impossibile est igitur id infinitum esse: quod circulariter fertur. Insuper quemadmodum lineam/cuius finis est/impossibile est esse infinitam/sed si ad longitudinem: & superficiem similiter qua finis est nõ cõtingit. Cũ autem fuerit finita: nusqaum vt quadrangulum infinitum/aut circulũ/aut sphæram: quemadmodum neq; pedale infinitum. Si igitur neq; sphæra neq; quadrangulum neq; circulus est infinitus/ non existente autem circulo neq; vtiq; circularis latio erit/similiter autem non infinito existente neq; vtiq; erit infinita: si circulus infinitus non sit/non vtiq; mouebitur circulariter infinitum corpus. Amplius autem si C centrum sit/ linea autem A B infinita/ & linea E ad rectum infinita/ & linea C D quæ moueatur: nunq̃ absoluetur a linea E/ sed semper se habebit quemadmodum linea C E. secat enim qua est F. Non igitur circulariter fertur: infinita. Præterea si infinitũ sit cœlum/moueatur autem circulariter: in tempore finito infinitum erit pertransiens. Sit enim cœlum quidem quod manet/ infinitum: quod autem in hoc mouetur/ æquale. quare si transijt circulariter/ infinitum cum sit: infinitum æquale sibi pertransiuit in tempore finito. sed hoc: erat impossibile. Est autem conuersim dicere: ꝙ si finitum est tempus in quo reuolutum est/ et magnitudinem eam quam pertransiuit/ necesse est esse fini-





Argyropylus

& id sane quo infinita finitam transiuit/ infinitum esse pari ratione necesse est. Vt infinitum ergo sit motũ: minime fieri potest. nam tempus fiat infinitum necesse est: etiam si per minimum fuerit motum. At cœlum tempore finito versatur: totũq; fertur in orbem. Quare totam eam transit circumferentiã quæ est intus: ceu A B finitam. Impossibile est ergo id infinitum esse: quod subit conuersionem. 39
Præterea vt esse non potest linea infinita ex ea parte qua finis est/nisi ad longitudinem fine careret: sic et superficies infinita esse non potest ea ex parte qua finis est. cum vero fuerit terminata: nulla ex parte est infinita/ quadratum enim aut circulum aut sphæram infinitam esse non dixeris: quemadmodum neque lineam bipedalem. Si igitur neq; sphæra neq; circulus neq; quadratum est infinitũ/ atq; si circulus nõ est cõuersio nõ erit/ & si infinitus nõ est infinita non erit: si ipse circulus infinitus non est/ versari profecto corpus infinitum non potest. Præterea si C sit cẽtrum/ 40
A B vero sit infinita/ & E sit recta ad rectos angulos infinita/ & insuper infinita sit C D subiens motum: nunq̃ ipsa C D ab E linea absoluetur/ sed semper perinde atq; A B linea/ sese habebit. secat enim: in ipso punctο. nõ ergo infinita versatur. Insuper si cœlum est infi- 41
nitum atq; versatur: infinitum profecto finito tempore pertransibit. sit enim cœlum quidem quod manet/ infinitum: id autem quod in hoc mouetur/ æquale. Quare si versatum fuerit cum sit infinitum: æquale sibi infinitum tempore finito transibit. at hoc esse: impossibile dicebatur. Atqui dicere cotra etiam 42
licet: cum finitum sit id tempus in quo est versatũ: magnitudinẽ quoq; finitã esse necesse est eam quam conuersione transiuit. At

Argyropylus

æquale ſibi: conuerſione tranſiuit. et ipſum ergo cœlum: finitum eſt. Corpus igitur id quod
43 verſatur/exitu non vacare nec infinitum eſſe/ ſed finē habere: ex hiſce iam quæ diximus/patuit.

CAP. VI.

44 AT vero neq; id qđ e medio/neq; id qđ ad medium fertur: infinitionē ſubibit. lationes enim eas quibus ſurſum itur atq; deorſū: contrarias eſſe conſtat. contrarijs autem: contraria loca petūtur. Atq; contrariorū ſi alterum definitum eſt: et alterum definitum erit. medium vero: eſt definitum. Nam ſi vndeuis deorſum feratur id quod ſub omnibus collocatur: fieri non poteſt vt vltra medium ipſum progrediatur. Cum igitur medium ſit definitum: & ſuperum locū definitum eſſe neceſſe eſt. Qz ſi loca ſunt definita atq; finita: & cor-
45 pora ſane erunt finita. Præterea ſi ſuperus ac iferus locus eſt definitus: & id quod eſt inter hæc/ definitum eſſe neceſſe eſt. nam ſi id definitum non eſt: motus infinitus erit profecto. hoc autem impoſſibile eſſe: antea demōſtrauimus. ergo mediū ipſum: eſt definitum. Quare & id corpus definitum eſt ſane: quod in hoc eſt/ aut fore poteſt. At id corpus qđ ſurſum et deorſum fertur: in hoc fore poteſt. aliud enim e medio/ aliud ad medium: ferri ſuapte na-
49 tura poteſt. Ex his igitur patet: corpus infinitum in ratione rerum eſſe non poſſe. Et inſuper ſi pondus non ſit infinitum: neq; quicq̄ horum corporum infinitum eſſe profecto poteſt. infiniti namq; corporis pondus: infinitum eſſe neceſſe eſt. Eadē fuerit ratio: et de corpore leui. nam ſi eſt grauitas infinita: eſt & leuitas infinita/ ſi id eſt infinitū qđ
47 ſuper omnia eminet. Quod quidem: ex hiſce patere poteſt. Sit enim finitum: atq; ſumatur infi-

Tral.ve.ex græ.recog.

tam. æquale autem ſibi: pertrāſiuit. finitum igitur: et ipſum eſt. Qz igitur id qđ circulariter mouetur non eſt interminatum neq; infinitum/ ſed habet finem: manifeſtum eſt.

CAP. VI.

AT vero neq; id quod ad 8
medium / neq; quod a medio fertur: infinitum erit. contrariæ enī ſunt lationes: quæ ſurſum/ & quæ deorſum. contrariæ autem: ad contraria loca. Contrariorum autem ſi alterum determinatum eſt: & alterum determinatum erit. medium autem: determinatum eſt. Si enim vndecunq; feratur deorſum / id quod ſubſtat: non contingit tranſire vltra medium. Determinato ergo medio: & eum qui ſurſum eſt locum/ neceſſe eſt determinatum eſſe. Si vero loca definita ſunt & terminata: & corpora erunt terminata. Amplius ſi ſurſum & deorſum definita ſunt: & medium neceſſe eſt eſſe definitum. ſi enim non eſt definitū: infinitus vtiq; erit motus. hoc autē qđ impoſſibile ſit: oſtenſum eſt prius. determinatū ergo eſt: mediū. Quare & corpus: quod in hoc aut eſt/ aut fore poteſt. At vero quod ſurſum & deorſum fertur/ corpus: poteſt in hoc fore. natum eſt enim/ hoc quidem a medio moueri: hoc vero ad medium. Ex his itaq; manifeſtū eſt: qđ nō cōtingit corpus eſſe infinitum. Et ad hæc/ ſi grauitas non eſt infinita: neq; vtiq; horum corporum vllum/ erit infinitum. neceſſe enim eſt infiniti corporis: infinitam eſſe et grauitatē. Eadem autem ratio erit: et de leuitate. ſi enī eſt infinita grauitas: eſt et leuitas/ ſi infinitū ſit qđ ſupferē. Patet autē

Tral.ve.ex græ.recog.



ex his. Sit enim finita & ſumatur infinitum quidem corpus in quo A B: grauitas autem ipſius in quo C. auferatur igitur ab infinito: finita magnitudo in in qua B D. & grauitas eius: ſit in quo E. Ipſū igit E: ipſo C minus erit. minoris enī grauitas: minor eſt. mēſuret itaq; minor quotieſlibet. et vt grauitas minor ad maiorem: ita B D ad B F fiat. contingit enim auferri ab infinito: quantumvis. ſi ergo proportionaliter ſe habent magnitudines ad grauitates/minor aūt grauitas minoris eſt magnitudinis: & maior vtiq; erit maioris. æqualis ergo erit: finiti/et infiniti grauitas. Amplius ſi maioris corporis maior eſt grauitas: ipſius G B maior erit grauitas/ q̄ ipſius F B. Quare finiti grauitas: q̄ infiniti maior erit. Et inæqualium etiam magnitudinum: eadem grauitas erit. inæquale enim finito eſt: infinitum. nichil autem refert/ grauitates commenſurabiles ſint/ an incommenſurabiles. etenim ſi incommēſurabilia ſint: eadem erit ratio. Vt ſi E/tertio menſurans: excedat C grauitatem. magnitudinibus enim B D tribus totis ſumptis: maior erit earū grauitas/ q̄ ea in qua C. quare: idem erit impoſſibile. Amplius autē: contingit et cōmenſurabiles ſumere. nichil enim refert: incipere a grauitate/an a magnitudine. Vt ſi ſumatur commenſurabilis grauitas ipſi C/ea in quo E: & ab infinito auferatur id quod habet grauitatē in quo E/ vt B D. deinde vt grauitas ad grauitatem/ B D: ita ad aliam fiat magnitudinem/ vt ad B F. contingit enim infinita exiſtente magnitudine: quantumuis auferri. his enim ſumptis: cōmenſurabiles erūt. & magnitudines & grauitates inuicem. Nichil igitur referet ad demonſtrationē magnitudo: ſimilis ſit grauitatis an diſſimilis. ſemper enim erit æqualis grauí-

Argyropylus

nitū quidē corpus A B: pondus autē ipſius C. ab infinito igitur magnitudo finita auferaī B D: atq; pondus ipſius ſit E. ipſum igitur E pōdus: minus erit ipſo pondere C. minoris enī magnitudinis: pōdus minus nimirum eſt. Minus itaq; pōdus: maī mēſuret numero aliquo repetitum. atq; vt minus ſeſe habet ad maius: ita B D ſeſe habeat ad B F magnitudinē. fieri enim poteſt: vt quantauis āb infinita auferatur. Si igitur magnitudines ſimilitudinem rationū ſubeūt cū pōderibus/& minus pondus minoris eſt magnitudinis: maius etiā magnitudinis erit maioris. æquale ergo finiti pondus erit: ac infiniti. Si maioris præterea corporis maius eſt pondus: ipſius B pōdus maius erit pōdere corporis ipſius B F. quare finiti pōdus: maius erit pōdere infiniti. inæqualiū etiā magnitudinū: idem fuerit pōdus. finitū enī ac infinitū: inæqualia eſſe cōſtat. Nichil 48
autē īntereſt: cōmēſurabilia ipſa pōdera/an incōmēſurabilia ſint. eteni eadē erit ratio: ſi incōmenſurabilia ſint. Veluti ſi E pōdus menſurās C pondus: ter repetitū exuperet. nā ſi tres totæ magnitudines B D ſumāī: pōdus ipſarū maiꝰ erit pōdere C. quare idē euenīet impoſſibile. Preterea fieri 49
poteſt: vt cōmenſurabilia ipſa ſumanī. nichil enī intereſt: a pōdere an a magnitudine initiū fiat. Veluti ſi E pōdus cōmenſurabile ſumaī ipſi pōderi C: atq; ab initio ea magnitudo auferatur quę habet ipſum E pōdus/ ceu B D. deinde allata fuerit alia magnitudo ceu B F: ad quam ita B D magnitudo ſe habet vt pōdus ſe habet ad pōdus. fieri enī poteſt: vt ſi magnitudo A B ſit infinita quantauis ab ea magnitudo auferatur. His enī ſumptis: tā magnitudines q̄ pōdera īter ſeſe ſane cōmenſurabilia erūt. At vero 50
nichil ad demōſtrationē etiā refert: ſimilis ipſa magnitudo ponderis an diſſimilis ſit. ſemper enī ęqualis corpora pōderis/magni-

Argyropylus

tudinis ipſius B D pōderi quotquotuis ab infinito ſumere aut auferēdo aut addēdo licet. quare patet ex his quę diximus: corporis infiniti pōdus finitū nō eſſe. erit igitur infinitum. Qz ſi hoc eſſe nō poteſt: nec infinitū quicq̄ in ratione rerū corpus etiam eſſe
51 poteſt. Atqui pōdus infinitū qd in ratione rerū eſſe non poſſe: ex hiſce patere poteſt. Si enim tantū pondus per tantū ſpaciū hoc in tempore motu cietur: tantū & ſuper in minore ſane mouebit.
52 Atq; tempora ratione eā quā habēt pōdera: cōtra ſane habebūt. veluti ſi dimidiū pōdus hoc tē pore mouetur: duplum in dimidio huiuſce mouetur. Præterea
53 pōdus finitū omne: finitū ſpaciū finito quodā in tempore tranſit. Quæ cū ita ſint: ſi quippiam pōdus ſit infinitū / moueatur ipſum & nō moueatūr neceſſe eſt. moueatur enim neceſſe eſt: quo tātum eſt quantū finitū. & inſuper non moueatur rurſus neceſſe eſt: quo exceſſuum quide ratione ipſum moueri oportet. contraq; maius in minore moueri. Ratiō Vero infiniti: nulla eſt ad finitū. tēporis autē minoris: eſt ad maius tēpus finitū / ſed i minore ſemper. minimū autē nō eſt. Neq; ſi eſſet: vtilitas vlla eſſet. ſumptū enī fuiſſet quippia finitū maius in eadē ratione: in qua reſpectu temporis infinitum ad minus eſſet. Quare æquali in tempore: per ſpacium æquale finitum ac infinitū vtiq; moueretur. at fieri nō poteſt. At neceſſe eſt / ſi infinitū quantouis finito tamē tēpore moueatur: aliud etiā pōdus finitum in hoc eodē per ſpaciū finitum quoddā
54 moueri. Impoſſibile eſt ergo pōdus infinitū eſſe: & ſimiliter leuitatē. Et corpora ergo infinitum pondus habētia / leuitatemve: in ratione rerum eſſe non poſſunt. Patet igitur corpus infinitū nō eſſe: & ſi hoc modo contemplatio de ipſo fiat per rationes particulares & ſi vniuerſaliter conſideret / nō ſolū per rationes eas q̄ in ſermonibus de pricipijs a no

Tral. ve. ex græ. recog.

tatis corpora ipſi B D / ab infinito quantauis aut auferendo aut addendo. Quare manifeſtum eſt ex dictis: q̄ non erit infiniti corporis finita grauitas. infinita igitur. ſi ergo hoc impoſſibile eſt: & infinitū aliquod eſſe corpus / ipoſſibile eſt. At vero / q̄ infinitam quandam eſſe grauitatem impoſſibile ſit: ex his manifeſtum eſt. Si enim tanta grauitas per tantum in hoc tempore mouetur: tanta & adhuc / in minori. et eā analogiam quam grauitates habent: tempora econtrario habebunt. vt ſi dimidia grauitas in hoc: dupla in dimidio huius. Præterea / finita grauitas: omnem finitam lineam tranſibit in quodam tempore finito. Neceſſe eſt igitur ex his: ſi qua eſt infinita grauitas / moueri quidem quatenus tanta eſt / quanta finita / & amplius. non moueri autem: quatenus proportione quidem ſecundum exceſſus oportet moueri. cōtrarie autem maiorē in minori. Ratio autem nulla eſt infiniti: ad finitum. minoris autem temporis ad maius finitum: ſed ſemper in minori. minimum autem: non eſt. neq; ſi eſſet: vtilitas vlla vtique eſſet. Alia enim quæpiam finita maior ſumpta fuiſſet in eadem ratione in qua infinita ad alteram eſſet. Quare in æquali tēpore: per æquale vtiq; moueretur infinita / finitæ. ſed impoſſibile eſt. At vero neceſſe eſt ſi in quantouis tēpore / finito autem / mouetur infinita: & alia in eodem finitam grauitatem moueri per quoddam finitum. impoſſibile eſt igitur: infinitam eſſe grauitatem / ſimiliter autem & leuitatem. Et corpora ergo infinitam habentia grauitatem / et leuitatem: eſſe / eſt impoſſibile. Qz igitur non eſt infinitum corpus: palam eſt & per ea quæ particularia ſunt ſpeculātibus hoc modō / & vniuerſaliter conſiderantibus / nōn ſolum ſecundum rationes quæ in ijs quæ circa principia dictæ ſunt a no-

Tral.ve.ex græ.recog.

bis. Determinatū est enī et ibi vniuersaliter prius de infinito: quomodo est/ et quomodo nō est. sed & nunc: alio modo.

19 ¶ Post hæc autem cōsiderandū est etiā: si infinitū quidē corpus non sit vniuersum ipsum/ verū enī uero tantū quidē sit/ vt plures sint cœli. forte enī vtiq; quis hoc dubitabit: ꝙ quēadmodū q circa nos mūdus est cōstitutus est/ ita nichil ꝓhibeat & alios esse/ plures quidem vno/ non tamē infinitos. Primū autē: dicamus vniuersaliter de ifinito. Necesse est itaq; corpus omne: aut infinitū esse/ aut finitū. & si infinitū: aut dissimilare omne/ aut similare. Et si dissimilare: aut ex finitis speciebus/ aut ex infinitis. Q igitur nō possibile est ex infinitis: manifestū est/ si quis nobis sinat manere primas suppositiones. finitis enim primis motibus existētibus: necesse est & species simpliciū corporū esse finitas. simplex enim est: simplicis corporis motus. simplices autē: finiti motus sūt. necesse autē semper est: motū habere/ omne corpus physicum. At vero si ex finitis erit infinitum: necesse est & partiū vnāquāq; esse infinitam. dico autē: vt aquam/ aut ignem. Sed impossibile est. ostensum est enim: ꝙ neq; grauitas neq; leuitas est infinita. Amplius necessarium est: infinita/ magnitudine esse & loca ipsarum. quare: & motus/ infinitos omnium esse. hoc autem est impossibile: si ponamus veras esse primas suppositiones/ & neq; quod deorsum fertur in infinitum posse ferri/ neq; quod sursū secundum eandem rationem. impossibile enim est id fieri: quod non contingit esse factum. similiter in quali/ & quanto/ & vbi. Dico autem si impossibile est factum esse album/ aut cubitale/ aut in Aegypto esse: et fieri aliquid horum impossibile est. Impossibile est igitur & ferri illuc: quo nullum quod fertur peruenire potest. Præterea etsi discretæ sunt: nichi-

Argyropylus

bis sunt dictæ. Determinatum est enim & illo in loco de infinito vniuersaliter prius: quomodo est/ & quomodo non est. sed etiā nūc: alio modo. ¶ Post hęc autē 55
cōsiderandū est: si infinitū quidē vniuersum corpus nō sit/ tantum tamen sit vt plures sint cœli. Forsitan enim hoc quispiā dubitauerit: nichil obstare vt hic qui nos circūdat mūdus est cōstitutus/ sic & plures alios esse cœlos/ plures quidē vno/ nō tamē īfinitos. Pri 56
us autē: vniuersaliter de infinito dicamus. Omne itaq; corp⁹: aut finitum aut infinitum esse necesse est. et si infinitum est: aut similium/ aut dissimilium partiū esse. et si dissimilium partium est: aut ex finitis specie/ aut ex infinitis cōstare. Patet igitur ex infi 57
nitis constare non posse: si quispiam nobis primas suppositiones manere sinat. nam si primi motus finiti sint: species quoq; simplicium corporū finitas esse necesse est. Et enī simplicis quidē corporis motio: simplex est. simplices autem motiones: finitē sūt. atq; oē naturale corp⁹: motionē habere necesse est. At vero si infinitū ex finitis erit: & quāq; partiū īfinitā esse necesse est. dico autē: aquā vel ignē. At hoc esse nō potest. demōstratū est enī: neq; pōdus neq; leuitatē in ratione rerū infinita esse. Pręterea lo 58
ca quoq; ipsarū: magnitudine īfinita esse necesse est. quare: & motus omniū infinitos esse. hoc autē esse nequit: si primas suppositiones posuerimus veras esse/ & neq; id qđ deorsū neq; id qđ sursum fertur in īfinitū moueri possit. impossibile est enim fieri id: quod ortum subire nō potest/ tā in qualitate q̄ in quātitate/ q̄ etiā in vbi. Dico autem hoc pacto. si impossibile est album quippiam fore/ aut pedale/ aut in Aegypto: & fieri quicquā horum impossibile est. Impossibile est igitur & illuc etiam quicquam ferri: quo nullum corpus peruenire potest subiens lationem. Præ 59
terea etsi leiuncta sunt: non mi-

nus tamen ille qui est ex om-
nibus ignis/ infinitus esse potest.
60 At corpus est: id quod omni ex
parte dimensionem habet. Qua-
re qui fieri potest: vt plura qui-
dem sint dissimilia/ vnūquodq;
autem ipsorum sit infinitū? om-
ni enim ex parte: quodq; infini-
61 tum esse oportet. At vero neq; si-
milium partium: infinitum esse
potest, primo enim: non est ali-
us præter hos/ motus, horum igi
tur: vnum habebit. Q; si hoc cō
cedetur: eueniet sane grauitatem
aut leuitatem infinitam in rati-
one rerum esse. Atqui impossibi-
le est: id quod versatur/ infinitū
esse, fieri enim nō potest: vt in-
finitum ipsum versetur, nichil
enim interest: hoc/ an cœlum in-
finitū esse dicatur. hoc autē de-
mōstratum est: impossibile esse.
62 At vero fieri omnino nō potest:
vt infinitum subeat motum, aut
enim secūdum naturam/ aut vi:
motu ciebitur. Atq; si vi moueā-
tur: est ipsius profecto & secūdū
naturam motus. Quare & locus
proprius alius erit: ad quē ipsū
suapte natura feretur. At hoc:
impossibile esse constat.

CAP. VII.

63 OMnino autem fieri
non posse vt infini
tum a finito patia-
tur/ aut ī quippiā/
finitum agat: ex his
ce patere potest. Sit enim infiniti-
tū quidem A/ finitum autem B:
& tempus in quo finitum mouit
ac infinitum est motū/ C. Si igi-
tur ipsum A calefactum est aut
pulsum a B/ aut aliud quippia-
am passum in tempore C: sit D
ipso B minus/ atq; minus æqua-
li in tempore moueat minus. Sit
autem E: ab ipso D alteratum.
Quod igitur D est ad B: id ipsū
E ad finitum aliquod erit/ puta
64 F. Atq; alterare ponatur: æquale
quidem æquali in tempore æ-
quale/ minus autem in æqua-
li minus/ & maius etiā maius/
atq; tantū sane quātū ratio flagi
tabit quā habet maio ad minus.

lominus continget: qui ex omnibus est
ignem/ infinitū esse. Sed corpus est: quod
vndiq; dimēsionē habet. Quare quomo-
do possibile est: plura quidē esse dissimi-
lia/ vnumquodq; autem eorum infinitū
esse? omni enim ex parte: vnumquodq;
infinitum esse oportet. At vero neq; infi
nitū omne: similare contingit esse, primū
enim: non est alius præter istos motus,
habebit igitur: vnum horū. Si autē hoc:
accidet aut grauitatem infinitam esse/ aut
leuitatem infinitam. At vero non potest
corpus/ quod circulariter fertur: esse infi-
nitum, impossibile enim est: infinitum fer
ri circulariter, nichil enim refert hoc di-
cere: aut dicere cœlū infinitum esse, hoc
autem ostēsum est: q; sit impossibile. At
vero: neq; omnino contingit infinitum
moueri, aut enim secūdum naturā moue
bitur: aut violentia. Et si violētia: est ipsi
& qui secundum naturam est. Quare &
locus alius proprius: in quem feratur,
hoc autem: impossibile est. CAP. VII.

OMnino autem omnino im-
possibile sit infinitum a fi
nito pati aliquid/ aut fini-
tum facere: ex his mani-
festum est. Sit enim infi-
nitum: in quo A. finitum
autem: in quo B. tempus autem/ in quo
mouit aliquid/ aut motum est: in quo C.
Si itaq; ab ipso B/ ipsum A calefactū est/
aut pulsum/ aut aliquid aliud passum/
aut etiam quoduis motum est in tem-
pore in quo C: sit D ipso B minus/ &
minus in æquali tempore minus moue-
at. sit autem id in quo E/ ab ipso D al-
teratum. Quod itaq; est D ad B: hoc e-
rit E ad finitum aliquod. Sit itaq; quod
æquale quidem est: in æquali tempore/
æquale alterans. quod autem minus est:
in æquali/ minus. quod autem maius:
maius. tantū autē: quantū proportiona-
le erit/ id quidē q̄d maius est ad minus.



Tral.ve.ex græ.recog.

Nō igitur infinitum: ab vllo finito mouebitur in vllo tempore. minus enim aliud in æquali tempore a minori mouebitur/ ad quod id quod proportionale



eſt/finitū erit.infinitum enim:ad finitum ī nulla proportione eſt. At vero neq; infinitum:vllo in tempore mouebit finitū. Sit enim in quo A infinitū: B vero finitū.tempus:in quo C.igitur D in C:minus ipſo B mouebit. Sit F. Quod itaq; eſt B & F totum/ ad F: ipſum E eādem proportionem ſit habēs ad D. mouebit igitur E:ipſum B F in C. finitum igitur & infinitum:in æquali tēpore alterabūt. Sed ipoſſibile eſt. in minori enim quod maius eſt ſupponebatur:ſed ſumptū tēpus idē ſemper faciet.quare:nō erit tēpus vllum in quo mouebit. At vero:in infinito quidem nō eſt mouiſſe/neq; motū eſſe.finem enim: non habet. actio autem & paſſio:habent. ¶Neq; infinitum igitur:ab infinito cōtingit aliquid pati. Sit enim A infinitum/ & B: tempus autem in quo paſſum eſt B ab A/ in quo C D. Pars igitur infiniti/in quo E:quia totum B paſſum eſt/nō in tempore æquali/ idē. ſupponatur enim in minori tēpore moueri quod minus eſt.ſit E motum ab A: in tēpore D. quod itaq; eſt D ad C D: hoc eſt ipſum E ad aliquid ipſius B finitum.hoc igitur neceſſe eſt ab A motum eſſe: in tempore C D. ab eodem enim ſupponatur in maiori & minori tempore maius et minus pati:quæ proportionaliter tēpori diuiſa ſunt.In nullo igitur tēpore finito:poſſibile eſt infinitū ab infinito motū eſſe.in infinito ergo.ſed infinitum quidem tempus:nō habet finem. quod autem motum eſt:habet. ¶Si igitur omne corpus ſenſibile habet virtutē actiuam/aut paſſiuā/aut ambas: impoſſibile eſt corpus infinitum/ſenſibile eſſe. At vero et quęcunq; quidem corpora in loco ſunt:omnia ſenſibilia exiſtunt. Nō

21



22

Argyropylus

A nullo ergo finito: vllo in tempore mouebitur infinitum. minus enim aliud æquali in tempore a minore mouebitur: ad quod id quod rationem ſubit/finitum nimirum erit. infinitum enim: ad finitum nullam rationem ſubire poteſt. At vero neq; infinitum: vllo in tempore finitum mouebit. Sit enim infinitū quidem A/finitum vero B: tempus autem C. Igitur D in C tempore: minus B ipſo mouebit. Sit illud F. atq; quam rationem B totum habet ad F/eam habeat E ad D. ergo E: mouebit ipſū B F ī tēpore C. finitū ergo & īfinitū equali in tēpore alterabūt. At fieri non poteſt. ſupponebaī enim maius/minore in tēpore alterare: atq; tēpus ſumptum idē faciet ſemper. quare nullū erit tēpus: in quo mouebit. At vero fieri non poteſt: vt tempore infinito moueat/aut etiam moueatur. finem enim: non habet. actio autē atq; paſſio: habēt. ¶Atqui neq; fieri poteſt: vt infinitum ab īfinito aliquid patiatur. Sit enī tam A q̄ B infinitum. C D autem tempus in quo paſſum eſt B ab A. pars igitur infinitę quæ eſt E: quoniam totum B fuit paſſum/ non æquali tempore paſſa eſt idem. ſupponatur enim minus: tempore minore moueri. ſit E motum ab A: in tempore D F. quod igitur eſt ipſum F D ad C D: id eſt ipſum E ad quippiam finitum ipſius B. hoc igitur ab A: in C D tempore motum eſſe neceſſe eſt. ſupponatur enim ab eodem in maiore tempore atq; minore maiꝰ minuſve pati: quæ quidē diuiſa ſunt per temporis rationem. Nullo ergo tempore finito: infinitum ab infinito moueri poteſt. in infinito ergo. ſed infinitum quidem tempus: finem non habet. id autem quod eſt motum: habet. ¶Si igiť omne ſenſibile corpus actiuam aut paſſiuam aut vtramq; potentiā habet: īpoſſibile eſt corpus infinitū/ſenſibile eſſe. At vero quæ corpora etiam ſunt in loco: omnia ſenſibilia ſunt. Non

65 66 67 68 69

Argyropylus

ergo corpus vllum: extra cœlum infinitum erit. At neq; etiam finitum. Nullum ergo corpus omnino est extra cœlum. nam si intelligibile sit: erit sane in loco. extra enim & intus: locum significat. quare sensibile corpus erit. sensibile autem nullum: est non
70 in loco. Licet etiam & rationes afferre: ad artificē differendi magis accommodatas. Neq; enim versari potest infinitum si sit similium partium: quippe cum non sit medium infiniti. id vero quod versatur: circa medium moueatur. Neque recta moueri. oportebit enim alium tātum infinitum esse locū/ad quem suapte natura mouebitur: & alium item tātum ad quem præter naturam feretur. Præterea siue natura
71 motum habeat recte pergēdi/siue vi moueatur: vtroq; profecto modo mouentes vires infinitas esse oportet. Vires enim infinitæ sunt infiniti: & infiniti vires sunt infinitæ. Quare & id qđ mouet: infinitum esse necesse est. Est autem in hisce quæ de motu sunt dicta/ ratio quædā: qua demonstratur nichil finitorum potentiam infinitam/ neq; quicq̄ infinitorum finitam habere. Si igitur id quod secūdū naturā moueatur & præter naturam moueri potest: erūt infinita duo/ id inquam quod sic mouet/& id
72 quod mouetur. Præterea: quid est id quod infinitum mouet? nam si ipsum seipsum mouet: animatum erit profecto. hoc autē: quonam pacto infinitum animal esse potest? Sin aliud quippiā est: duo erunt infinita profecto/ id inquam quod mouet/& id quod mouetur/ forma potentiaq; di-
73 uersa. Si vniuersum autem non sit continuum/ sed vt Democritus dicit ac Leucippus corpora vacuo sint distincta: vnum omnium esse motū necesse est. sunt enī figuris distincta. naturā autē ipsorū vnā inquiūt esse: perinde atq; si quodq; separatū aurū esset. horū autē/vti dicimus: eundē esse motum necesse est. quo nāq; vna gleba ferī: eo & vniuersa ter-

Tral.ve.ex græ.recog.

est igitur vllum corpus infinitū: extra cœlum. At vero neq; vsq; ad aliquid. Nullum igitur omnino corpus: extra cœlum est. si enim intelligibile sit: erit in loco. extra enim & intra: locum significant. quare erit sensibile. sensibile autē nullū: est non in loco. Rationabilius autem est: aggredi et sic. Neq; enim circulariter possibile est moueri: infinitū similare existēs. medium enim infiniti non est. quod vero circulariter: circa mediū mouetur. At vero neq; super recta possibile est ferri: infinitū. oportebit enim alterū esse tantum locū infinitū/in quem feretur secundum naturam: et alium tantum/in quem pręter naturam. Amplius siue natura habeat motum eūdi in rectum/siue violentia moueatur: vtroq; modo oportebit infinitam esse mouentem potentiam. Et enim infinita/infiniti est: et infiniti/infinita vis. quare erit: & mouens infinitū. Ratio autem est in ijs quæ de motu/q̄ nichil finitorum/ virtutē habet infinitam: neq; infinitorum quicq̄ virtutem habet finitam. Si igitur id quod secūdū naturā/& pręter naturā contingit moueri: erūt duo infinita/et quod mouet sic/et quod mouetur. Amplius: quid est id quod infinitum mouet? si enim ipsum seipsum moueat: animatum erit. hoc autem: quomodo impossibile est infinitum esse animal? Si autē aliud quid est mouens: duo erūt infinita/et mouens et quod mouetur/differentia secundum formā et potentiam. Si autem vniuersum non sit continuum/ sed quēadmodum dicit Democritus & Leucippus/disterminata sunt vacuo: necessariū est omniū vnū esse motū. disterminata enim sunt figuris. naturam autem esse dicunt ipsorum vnam: quemadmodum si aurum esset vnumquodq; segregatum. horum autem/ quemadmodum dicimus: necessariū est eundem esse motum. quo enim vna glæba: et tota ter

Democrit⁹
Leucippus

Tral.ve.ex græ.recog.

ra fertur. atq; totus ignis/& ſcintilla in eundem locum. Quare neq; leue ſimpliciter vllum erit corporũ:ſi omnia habẽt grauitatẽ,ſi autem leuitatẽ:graue nullum erit.Præterea ſi grauitatẽ habet aut leuitatem : erit aut vltimum quid vniuerſi/ aut mediũ.hoc autẽ eſt impoſſibile:cum infinitũ ſit.omnino autem vbi nõ eſt mediũ aut vltimũ:neq; hoc quidem eſt ſurſum/hoc autẽ deorſum.nulluſq; lationis locus erit corporibus . hoc autem non exiſtẽte:motus non erit. neceſſe enim eſt moueri: aut ſecundũ naturã/ aut præter naturã.hæc autẽ:determinata ſunt locis et proprijs et alienis.Præterea ſi vbi prẽter naturam aliquid manet/ aut fertur/ neceſſe eſt cuiuſdã alterius eſſe hũc locũ ſecundũ naturã(hoc autem credibile eſt: ex inductione)neceſſe ſane eſt non omnia grauitatẽ habere aut leuitatẽ/ſed hęc quidem/hæc vero non.Q̃ igitur infinitum non ſit corpus ipſius vniuerſi:ex his manifeſtum eſt.

CAP. VIII.

23 QVr autẽ neq; plures eſſe cœlos poſſibile eſt:dicamus.hoc enim diximus conſiderandũ eſſe:ſiquis non putat vniuerſaliter oſtenſum eſſe de corporibus/q̃ impoſſibile eſt extra mundũ hũc eſſe quoduis ipſorũ/ſed ſolum de indefinite poſitis dictam eſſe rationẽ.Omnia enim: & manẽt & mouentur/violẽtia & ſecundũ naturã.ſecundum naturã quidẽ:in quo manẽt nõ violẽtia & ferũtur/ & in quẽ ferũtur & manent.in quo autẽ violentia:& feruntur violentia.& in quẽ violentia feruntur: violentia & manent. Amplius ſi violẽtia hæc latio fit:contraria ſecundum naturam. Ad medium autem quod hic eſt ſi violẽtia feratur terra illinc:hinc ferẽt illuc ſecundũ naturã. Et ſi manet hic:motus qui illinc fit/non violẽtia fit/& feretur huc ſecundũ naturam.

Argyropylus

ra mouetur.& totus ignis atque ſcintilla:eundem ad locum ferũtur. Quare ſi cuncta pondus habent:nullum corpus leue ſimpliciter erit.ſi cuncta ſunt leuia:nullum erit particeps grauitatis. Præterea ſi pondus habent vel leuitatem : aut vltimum quid vniuerſi/aut mediũ erit,hoc autem eſſe nequit: quippe cum ſit infinitum . omnino autem vbi medium non eſt aut vltimum: neq; hoc quidem eſt ſupra/ hoc autem infra: et nullus lationis locus:corporibus erit . At hic ſi non ſit:motus non erit.moueantur enim:aut ſecundum naturam aut præter naturam/neceſſe eſt. hec autem; definita ſunt propriis alienisq; locis. Præterea ſi vbi præter naturam manet quippiam aut quo fertur/illum alij locũ cuipiam cõpetere natura neceſſe eſt/quod quidem ex inductione patere poteſt: non oĩa ſane pondus aut leuitatẽ habere/ſed quędã habere/quædam non habere neceſſe eſt. Vniuerſi igit corpus infinitum non eſſe: ex iis quæ diximus patet.

CAP. VIII.

76 NVnc autẽ dicamus: cur & plures eſſe cœli non poſſunt, hoc enim conſiderandũ diximus eſſe:ſi quiſpiam demonſtratum eſſe de corporibus vniuerſaliter non putet/ extra mũdum hunc nichil ipſorum eſſe poſſe/ ſed ſermonem dictum eſſe duntaxat exiſtimet de hiſce corporibus quæ indefinite ponuntur.Omnia itaq; corpora: & vi & natura & manent & etiam mouentur . atq; quo in loco non vi manent ad eum ſecundum naturam feruntur :& ad quem non vi ferũtur/in eo manent natura. quo vero in loco vi manẽt: ad eũ & vi ſane ferũtur. & ad quem vi feruntur:in eo vi quoq; manent. Præterea ſi hæc latio vi fit:cõtraria competit ſecundum naturam. Atq; ſi ad hoc 77 medium illinc vi terra feretur: hinc illuc ſecũdum naturam feretur. Et ſi hic terra non vi manet:& huc natura ſane feretur.

Argyropylus

Vnum enim eum motum qui ſecundum naturam competit: eſſe
78 cõſtat. ¶Præterea mundos vniuerſos ex eiſdem corporibus cõſtare/ cum ſint eiuſdē naturæ: neceſſe eſt, corporum etiam vnumquodq; potētiam eādem habere neceſſe eſt: vt terrā/ ignem/ & ea quæ inter hæc collocantur. Nam ſi hæc ſolo cõueniunt nomine/ & non forma eadem ea quæ illic & & hīc ſunt dicuntur: vniuerſum quoq; nomine profecto tantum mūdus dicetur. Patet igitur ipſo rū aliud e medio: aliud ad medium aptū eſſe ſuapte natura ferri/ ſi ignis omnis eiuſdē eſt formæ/ & vnūquodq; etiam cæterorum/ quēadmodum & eæ partes ignis que hoc in mundo ſunt. Hæc autem ita ſese habere neceſſario: ex ſuppoſitionib⁹ hiſce patet/ quas de motibus prius attulimus. Nā & motiones finitæ ſunt: & vnūquodq; elementorum per vnum
79 quēq; motuū dicitur. Quare ſi motiones eædē ſunt: & elemēta ſint eadem vbiq; neceſſe eſt. ¶Partes igitur terræ quæ in alio mundo ſunt: ad hoc medium aptæ ſunt ferri. Et ignis etiam qui eſt ibi: ad hoc vltimum ferri ſuapte natura poteſt. At impoſſibile eſt. ſi enim hoc eueniat: ſurſum quidē terram ſuo in mundo/ ignem autem ad medium ferri neceſſe eſt. Simili modo & terram quæ eſt hic/ e medio ſecundum naturam ferri/ medium illius mundi petētem neceſſe eſt: propterea q; mūdi inter ſeſe talem habēt poſitio-
80 nem. Aut enim ponendum non eſt eandem corporum naturam ſimplicium in cœlis pluribus eſſe: aut ſi eandem eſſe ponamus/ ipſum medium vnum/ & vltimū itidem vnum faciamus neceſſe eſt. q; ſi hoc abſurdum eueniat: vno plures eſſe mundos impoſſibile eſt. ¶Cenſere autem
81 aliā ſimpliciū eſſe naturā/ ſi min⁹ aut plus a propriis locis diſtent: metas egredīt rationis. quid enī refert: tāta lōgitudine/ an tāta diſtēt? Differēt enī tāto ratione magis: quanto plus diſtant. formam autem eandem habent. At vero

Tral.ve.ex græ.recog.

Vnus enim eſt: motus ſecūdum naturā. ¶Præterea neceſſe eſt omnes mūdos ex 24
eiſdem eſſe corporibus: ſimiliter autem exiſtentes ſecundum naturā. At vero & corporum vnūquodq;: neceſſariū eſt eandem habere potentiā. vt dico ignem & terrā: & quę inter hæc media ſunt. Si enī æquiuoca hæc ſunt/ & nō ſecundū eandē ſpeciē dicuntur ea quæ illic & quæ apud nos ſunt: & ipſum vniuerſum æquiuoce dicetur mundus. Palam eſt igitur q; hoc quidem a medio ferri natū eſt: hoc autē ad medium ipſorū/ ſi omnis ignis eiuſdē ſpeciei cū igni eſt/ & aliorū vnūquodq;/ quēadmodum et quę in hoc ſunt/ partes ignis. Q; autē neceſſe ſit ſic ſe habere: ex ijs quæ circa motus dictæ ſunt ſuppoſitionibus manifeſtū eſt. Nam & motus finiti ſunt: & vnumquodq; elementorū dicitur ſecundū vnumquenq; motuum. Quare ſi & motus ijdem ſunt: & elemēta neceſſe eſt eſſe vbiq; eadem. ¶Natæ 25
ſunt igitur ferri/ & ad hoc quidem medium terræ partes: quæ in alio mundo ſunt. & ad hoc quidem extremū: qui ibi eſt/ ignis. Sed impoſſibile eſt. ſi enim hoc accidat: neceſſe eſt ferri/ ſurſum quidem terram in proprio mūdo/ ignem autē ad medium. ſimiliter autem & eam quæ hic eſt terram/ a medio ferri ſecundū naturam/ dum ad mediū quod illic eſt fertur: propterea q; mundi ſic poſiti ſunt adinuicem. Aut enim nō ponendū eſt eādem eſſe naturam ſimpliciū corporū in pluribus cœlis: aut dicētes ſic/ mediū vnum et extremum facere neceſſe eſt. hoc autem cum ſit abſurdū: impoſſibile eſt mundos vno plures eſſe. ¶Exiſtimare autē aliam 26
eſſe naturā ſimplicium corporū/ ſi diſtēt minus aut plus a propriis locis: irrationabile eſt. quid enim refert: tanta dicere lōgitudine diſtare/ an tanta? Different enim ſecundum rationem eo magis: quo plus. ſpecies autem: eadem eſt. At vero

Tral.ve.ex græ.recog.

necesse est aliquem esse motū ipsorū. q̄ enim mouētur: manifestū est. Vtrum igi tur vi omnibus moueri/ & contrarijs dicemus? Sed quod non natū est omnino moueri: impossibile est hoc vi moueri. Si igitur est aliquis motus ipsorū secūdum naturam: necesse est corū quæ eiusdem sunt speciei & singulorū ad vnum numero locū existere motū/ vt ad hoc aliquod medium/ & ad hoc aliquod extremū. Si autem ad specie eadem/ plura autē/ quia & singula plura quidem sunt/ specie autē vnūquodq̄ indifferens est: non huic quidem partium/ huic autē non/ tale erit/ sed similiter omnibus. similiter enim omnes/ secundū speciem indifferētes sunt adinuicem: numero autem altera est quæcūq̄ a quacūq̄. dico autem hoc/ quoniam si partes quæ hic sunt et quę in altero mūdo/ adinuicem similiter se habēt: & sumpta hinc/ nichil differenter se habet ad aliquā earū partiū quę in aliquo alio mūdo sunt/ & quæ in hoc ipso/ sed similiter. differunt enim nichil adinuicem. Quare necessariū est: aut dimouere has suppositiones/ aut mediū vnum esse/ et extremū. hoc autē existente: necesse est & cœlum vnum solū esse/ & nō plures/ his eisdē argumētis & eisdē necessitatibus. Q̄ autē sit aliq̄d quo nata est terra ferri & ignis: palam est & ex alijs. omnino enim quod mouetur: ex quodam in quiddā transmutatur. & hæc/ ex quo & in quod: specie differunt. omnis enim mutatio: finita est. vt quod sanat̄: ex morbo in sanitatē. & quod augmentatur: ex paruitate in magnitudinē. et quod fert̄ igitur: eteni hoc: fit alicunde aliquo. oportet igitur specie differre: ex quo/ & in quod natum est ferri (quemadmodum id quod sanatur) non quo contigerit/ neq̄ quo vult mouens. & ignis ergo & terra: non in infinitū ferūtur/ sed ad opposita. opponūtur autē secūdum locū: sursum & deorsum.

Argyropylus

motum ipsorū aliquem esse necesse est. patet enim ipsa moueri. Omnibus sine igitur motibus vi moueri: cōtrarijsq̄ dicem⁹? at qđ omnino moueri aptū non est: id vt vi moueat fieri nequit. Si igitur est quispiā motus ipsorum secundū naturam: & eorū sane que sunt eiusdem formæ & singulorū ad vnū numero locū/ ad hoc inq̄ medium & ad hoc vltimū/ motionem esse necesse est. Si vero ad 83
eadem specie/ plura autē numero motus ipsorū sit/ propterea q̄ & singula plura quidem sunt/ specie vero non differunt: non huic quidem partiū tale/ huic autē nō tale/ sed similiter omnibus idem accōmodabitur. eadē enim omnes inter sese specie constat esse: numero vero quamuis a quauis differre. Hoc autē ideo dico: quia 84
partes quæ hic sūt/ & partes quæ in altero mūdo sunt inter sese similiter habent/ & ea quæ hinc est sumpta nullam differentiam ad earum partiū vllam habet quæ in alio & in eodē sunt mūdo/ sed eodē se habet ad omnes. quippe cum inter sese non differāt forma. Quare aut hasce suppositiones 85
mouere: aut mediū vnum & vltimum vnū esse necesse est. Qđ si sit: & cœlū his eisdē pfecto signis eisdemq̄ necessitatibus vnū solum & non plures esse necesse est. Esse autem quippiam quo ferri 86
terra est apta ac ignis: ex ceteris etiā patet. omnino enī id quod mouetur: ex quopiā in quippiam mutatur. atq̄ hæc/ ex quo inquā & in quod/ specie differūt. omnis autem mutatio: finita est sane. Id enim qđ sanatur/ ex morbo it ad sanitatē: & id qđ accrescit/ e quātitate parua ad magnā accedit. & id ergo quod fertur legem eandē subit. etenim hoc/ ex loco in locū eundo fit. Id ergo ex quo/ & id ad quod aptū est ferri: specie differre oportet. quēadmodū id quod sanatur/ non quouis sine vllo discrimine pergit: neq̄ quo vult isce qui mouet. Et ignis ergo/ & terra: nō in infinitū/ sed in oppositā sane ferunt. supra aūt & infra: sūt ea quæ in loco subeūt oppositionē.

Argyropylus

Tral.ve.ex græ.recog.

87 Quibus efficitur: vt hæc lationis
ſint fines. nã & cõuerſio: oppoſita
quodãmodo habet ea quę p dia-
metrũ diſtãt. toti vero: non eſt cõ
trarium quicq̃. Quare & ex hiſce
motio: quodãmodo ĩ oppoſita fit
atq; finita. ¶ Sit igĩt quiſpiã exi-
tus & nõ ſine fine feratur: neceſſe
88 eſt. Non ferri autẽ hæc in infini-
tum: ſignũ etiã hoc eſſe videtur.
terra nãq; & ignis quo propin-
quiora ſunt locis ſuis/ illa quidẽ
medio/ignis vero ſupero loco: eo
celerius porro ferũtur. Qz ſi infi-
nitus eſſet ſuperus locus: infinita
nimirũ & celeritas eſſet. et ſi ce-
leritas infinita eſſet: et grauitas
etiã et leuitas infinita eſſet. Nã
vt id quod inferius pergeret/ cele
ritate differẽs/ grauitate celere eſ-
ſet: ſic ſi infinita eſſet huius ac-
cretio/ & incrementũ ſane celeri-
89 tatis infinitũ etiam eſſet. At vero
neq; ab alio/ neq; vi (vt quidã in-
quiũt) extruſũ: ſurſũ alterũ ipſo-
rũ/ deorſum alterũ fertur. tardius
enĩ maior ignis ſurſum: & maior
terra deorſũ vtiq; moueret. nunc
autẽ contrariũ fit. ignis enĩ ma-
ior: & terra etiam maior celerius
ſemp ꝑpriũ locũ petit. Neq; por-
ro celerius prope finẽ pergerẽt: ſi
vi extruſiõeq; mouerẽtur. omnia
nãq; quæ ita mouẽtur: cũ lõgius
ab eo qđ vim attulit diſtãt/ tardi-
us ſane ferũtur. atq; vnde vi pul-
ſa ſũt: illuc nõ vi ſed ſuopte nutu
90 ferunt. Quare fides ex hiſce: ſumi
de hiſce qbus de loquimur ſatis
poteſt. Prẽterea/ per rationes etiã
q̃ ex prima Philoſophia adduci
poſſũt/ & ex ipſa cõuerſione quã
quidẽ hic ſimiliter & in cæteris
mũdis ꝑpetuã eſſe neceſſe eſt: hoc
idem demõſtrari ꝑfecto poteſt.
¶ fuerit inſup manifeſtũ cœlũ neceſ
ſario vnũ eſſe: & ſi hoc cõſiderabi
91 mus modo. Nã cũ tria ſint elemẽ
ta corporea: tria nimirũ & loca
elemẽtorũ erũt. Atq; vnus quidẽ
locus: corporis eius erit qđ ſub
oĩbus collocaĩ/ qui quidem circa
mediũ eſt. Alius aũt: eius qđ orbe
ferĩ/ qui qdem vltimus eſt. Et ter-
tius: eius qđ eſt mediũ corp9/ qui
qdem inter hęc loca medius eſt.
in hoc enĩ id eſſe corpus neceſſe

Quare iſta ſunt termini lationis: quãdo
quidẽ & motus circularis habet quodã-
modo oppoſita ea quę ſecũdũ diametrũ.
vniuerſę aũt: nõ eſt cõtrariũ quicq̃. Qua-
re & his: aliquo modo motus ad oppo-
ſita fit & finita. ¶ Neceſſe eſt igĩt eſſe alĩ
quem finem: & non in infinitũ ferri. Si-
gnum autẽ eſt nõ in infinitũ ferri: & ter-
ram quidem quanto propinquior fuerit
medio/ velocius ferri. ignem autẽ: quan-
to ei quod eſt ſurſum. ſi autem infini-
tum eſſet: infinita vtiq; eſſet & velocitas.
Si vero velocitas: & grauitas/ & leuitas.
vt enim quod inferius tendit velocitate
diuerſum / grauitate vtiq; eſt velox: ſic
ſi infinita eſſet huius additio/ & velocita-
tis additio infinita vtiq; eſſet. At vero
neq; ab alio hoc quidem ipſorũ ſurſum
fertur / hoc autem deorſum: neq; vi (quẽ-
admodũ quidã aiunt) per extruſionẽ. tar-
dius enĩ moueretur maior ignis/ ſurſum:
& maior terra/ deorſum. nunc autẽ con-
tra: ſemper maior ignis velocius fertur/
& maior terra in ſuum locum. Neq;
velocius vtiq; prope finẽ ferrẽtur: ſi vi/ &
extruſione mouerentur. omnia enim ab
eo qđ vim attulit/ lõgius exiſtẽtia: tardi-
us ferũtur. & vnde vi: illuc ferũtur nõ vi.
Quare: ex his/ ſpeculantibus eſt accipere
fidem de ijs quæ diximus / ſufficienter.
Præterea autem et per eas quę ex prima
Philoſophia ſunt rationes / oſtendetur
vtiq; & ex eo qui circulariter fit motu/
quem neceſſarium eſt ſempiternum ſi-
militer hic eſſe / & in alijs mundis. Ma-
nifeſtum autem etiam ſic fiet conſide-
rantibus: q̃ neceſſe eſt vnum eſſe cœ-
lum. tribus enim exiſtentibus corporeis
elementis: tria erunt & loca elemento-
rum. Vnus quidem/ ſubſiſtentis corpo-
ris: qui circa medium eſt. Alter autem/
eius quod circulariter fertur: qui quidem
eſt extremus. Tertius/ qui inter hæc me-
dius eſt: qui medij eſt corporis. neceſſe

Tral.ve.ex græ.recog.

eſt enim in hoc eſſe: id quod ſuperfertur. ſi enim non in hoc: extra erit. ſed impoſſibile eſt extra. hoc enī ſine grauitate: hoc autem habens grauitatē. Magis autem deorſum eſt cuiuſuis corporis grauitatē habentis locus: ſi qui in medio eſt ipſius grauis locus eſt. At vero: neq; præter naturā. alij enim: erit ſecundū naturam. aliud autē: non eſt. neceſſe eſt igitur: vt in medio ſit. huius autē ipſius quæ ſint differētiæ: poſterius dicemus. De corporeis igitur elementis & quæ ſint & quot & quis vniuſcuiuſq; locus ſuperinſuper autē omnino quot ſecundū multitudinē ſint ipſa loca: manifeſtum eſt nobis ex dictis.

CAP. VIIII.

28 DVod autē non ſolū vnus eſt ſed et impoſſibile eſſe plures inſuper autem q̄ ſempiternus cum incorruptibilis ſit et ingenit⁹: dicamus primū dubitatione facta de ipſo. videbitur vtiq; ſic cōſiderantibus impoſſibile: vnū & ſolū eſſe ipſum. in oīb enī & quæ natura et quę ab arte facta ſunt et cōſtāt: aliud eſt ipſa per ſeipſā forma & miſta cū materia. vt ſphęrę: alia ſpecies & aurea et ęrea ſphęra. et rurſus circuli alia forma: & æreus et ligneus circulus. Nā quod quid erat eſſe ſphæræ aut circulo dicentes: non dicemus in ratione aurū aut æs tanq̄ nō exiſtant hæc de ſubſtantia. ſi vero æreā aut aureā: dicemus etiā ſi non poſſumus intelligere aut ſumere aliud aliquid præter ſingulare. quādoq; enim nichil prohibet hoc accidere: vt ſi ſolus vnus ſumat circulus. nichilo enī minus aliud erit eſſe: circulo et huic circulo. & illud quidē ſpecies: hoc autē ſpecies in materia et eorū quæ ſingularia ſūt. Quoniā igit cœlū eſt ſenſibile: ſingulariū vtiq; erit. ſenſibile enī oē: in materia exiſtit. ſi autē ſingulariū: aliud erit eſſe huic cœlo & cœlo ſimpliciter.

Argyropylus

eſt: quod eminet leuitate. nam ſi in hoc non eſt: extra collocabitur ſane. at fieri non poteſt. aliud enī pondere caret: aliud pondus habet. Locus autem eius corporis quod pondus habet inferior eſt: ſi iſce qui eſt in medio grauis eſt corporis locus. At neq; præter naturam in hoc eſt loco. competet enim alij: ſecūdum naturam. at nullum eſt aliud corpus in ratione rerū: vt patuit. In ipſo ergo medio qui eſt iter dicta loca: hoc eſſe neceſſe eſt. huius autē ipſius quænā ſint differētię: poſteri⁹ explicabimus. De corporeis igitur elemētis quænā & quot ſūt & qs cuiuſq; locus & quot inſuper ſunt multitudine ipſa loca: ex ijs quæ diximus patuit.

CAP. VIIII.

92 DIcamus autē deinceps oportet mundū nō ſolū vnū eſſe ſed etiā plures eſſe nō poſſe & inſuper perpetuum eſſe cum neq; corruptionē neq; generationem ſubire poſſit: primo dubitatione de ipſo allata. nam ſi hoc pacto cōſidera uerimus: impoſſibile eſſe videbitur vnū ipſum ac ſolū eſſe. vniuerſis enim rebus quę aut a natura aut ab arte ſunt factæ: aliud eſt ipſa per ſeipſam forma & quę eſt cum materia miſta. ceu ſphæræ forma alia eſt: & aurea atq; ęnea ſphæra. & circuli rurſus alia eſt ipſa forma: & æneus circulus ligneuſve. ſphærę nāq; quidditatē aut circuli aſſignātes: nō aurū nō æs in ratione dicem⁹ quippe cū hæc ſubſtātię hiſce nō ſint. Si vero æneā aut aureā ſphærā: dicemus etiā ſi pter ſingulare quicq aliud intelligere aut ſumere non poſſumus. interdū enī vt hoc accidat nichil obſtat: veluti ſi ſolus vnus circulus fuerit ſūptus. non minus enī: aliud eſſe circuli & huius circuli erit. & illud q̄dem forma: hoc autē i materia forma erit ac ſingulare. Cū igit cœlū ſenſibile ſit: ſingulare erit. pfecto. ſenſibile enī omne: in materia eſt. ſi ſingulare autem eſt: aliud eſſe huiuſce cœli & cœli ſimpliciter erit.

Argyropylus

Est ergo aliud:hoc cœlũ/& simpliciter cœlum. atq; hoc est vt species atq; forma:illud vt cum materia mistum. Quorum autem forma quædam & species est:eorũ aut sunt aut esse plura singulariter possunt. nam si sint vt quidam inquiunt/formæ: hoc accidere sane necesse est. Si nichil sit talium separatum:non minus idem euenire necesse est. in omnibus enim hisce quorum substãtia in materia est:plura esse & infinita ea quæ sunt eiusdem speciei videmus. Quare aut plures sunt cœli:aut plures esse profecto possunt. Ex his igitur quispiam existimauerit: & esse plures cœ-
93 los/& etiam esse posse. Considerandum autem rursus est:quidnã horum dicitur recte/& quid non recte. Aliam igitur esse formæ rationẽ eam quæ sine materia est/ aliã eam quę in materia est:recte profecto dicitur/ atq; verum esse ponatur. nulla tamẽ ob idipsum mũdos aut plures esse aut plures esse posse necessitas est:si hic vniuersa ex materia cõstat/ vt & cõ-
94 stare videtur. Hoc aũt modo: forsitan id quod dicitur magis patebit. si enim simitas concauitas est in naso aut ĩ carne/ caroq; materies est simitatis: si omnibus ex carnibus vna fieret caro/atq; in hac simitas esset orta / nullum aliud simum aut esset aut fore omnino posset. Simili quoq; modo si materies in homine caro est atq; ossa:si vniuersa ex carne atq; ossibus fieret homo/atq; illa dissolui non possent/alius homo profecto esse non posset. Eadẽ fuerit & in cæteris ratio. omnino enim quorum substantia in subiecta materia quadam est:eorum nichil oriri potest/ si non aliqua
95 materia sit. Cœlũ autẽ/est quidem singulare:& ex materia constat. sed si non ex ipsius materiei parte sed ex vniuersa materia cõstat: esse quidem ipsius cœli atq; huiusce cœli/ aliud est. non tamen aut aliud erit/aut plures fieri possunt:propterea q̃ vniuersam hoc materiam est complexum. Restat ergo hoc demonstrare: ex vni-

Tral.ve.ex græ.recog.

Aliud igitur est: hoc cœlũ/ & cœlũ simpliciter.& hoc quidem/vt species & forma:illud autẽ vt cũ materia mistũ. Quorũ autẽ est forma quædã & species:eorũ aut sunt aut esse possũt plura singularia. siue enim sint species/ quẽadmodũ dicũt quidam:necesse est hoc accidere. siue etiam separatum nichil talium sit:non minus. in omnibus enim sic videmus:quorumcũq; substãtia in materia est/ plura & infinita esse ea quę eiusdẽ sunt speciei. Quare aut sunt plures cœli:aut cõtingit plures esse. Ex his igit̃ suspicabitur vtiq; aliquis: & esse/ & contingere plures esse cœlos. considerandũ autẽ est rursus:quid horũ dicitur bene/et quid non bene. Aliam igitur esse formæ rationem eam quæ sine materia est et eam quæ in materia est: bene dicitur/sitq; hoc verum. sed nichilo minus nulla necessitas est: propter hoc plures esse mundos. neq; contingit esse plures:si iste ex tota est materia/quẽadmodum est. Sic autẽ: magis forte/erit quod dicitur manifestũ. si enim simitas curuitas est in naso aut carne/& caro est materia simitatis: si ex omnibus carnibus vna fiat caro/et existat ĩ hac simitas/ nichil vtiq; aliud aut esset simum/ aut cõtingeret fieri. Similiter autem et si carnes & ossa materia sunt hominis: si ex omni carne et ossibus non potentibus dissolui homo fieret/non vtiq; contingeret alium esse hominem. similiter autem: & in aliis. omnino enim quorumcunq; substantia est in subiecta quadam materia: horum nichil cõtingit fieri non existente aliqua materia. cœlũ aũt:est quidem eorũ quę singularia sunt/et eorũ quę ex materia. sed si non ex parte ipsius cõstat/sed ex vniuersa:esse q̃dem ipsi9 cœli & huius cœli aliud est/non tamen aut erit aliud/ aut vtiq; cõtinget fieri plures/ ꝓpterea q̃ hoc materiã cõprehẽdit vniuersam. Hoc igitur ipsum restat ostendere: q̃ ex vni-

Tral.ve.ex græ.recog.

uerſo naturali et ſenſibili cõſtat corpore.
¶Dicamus autem primũ/quid dicimus
eſſe cœlum / & quotupliciter : vt ma=
gis nobis manifeſtum fiat/ quod quæri=
tur. Vno igiť modo cœlũ dicimus: ſub=
ſtantiam extremæ vniuerſi circunlatio=
nis. aut corpus naturale:quod in extre=
ma eſt circũlatione vniuerſi.cõſueuimus
enim maxime:extremum & ſurſum vo=
care cœlum/in quo et diuinũ omne collo=
catũ eſſe dicimus.ˆRurſus autẽ alio mo=
do:corpus continuum extremæ circunla
tioni ipſius vniuerſi/in quo luna / & ſol/&
quædam aſtrorũ ſunt.etenim:hęc in cœ=
lo eſſe dicimus. Præterea aliter dicimus
cœlũ:contentũ corpus ab extrema circũ
latione. totum enim et vniuerſum :con=
ſueuimus dicere cœlũ. ¶Tripliciter igi=
tur cũ dicatur cœlũ:totũ ab extrema con
tentũ circũlatione/neceſſe eſt ex omni cõ
ſtare naturali et ſenſibili corpore.propter
ea ꝙ neq; vllum eſt extra cœlũ corpus:
neq; cõtingit eſſe. Si enim eſt extra extre
mam circunlationem corpus phyſicum:
neceſſe eſt ipſum aut ſimplicium eſſe cor=
porum aut compoſitorum/& aut ſecun=
dum naturam/ aut præter naturam ſeſe
habere. Simplicium igitur nullum vtiq;
erit.quod enim circulariter fertur: oſten=
ſum eſt ꝙ non poteſt permutare ſuum=
ipſius locum . At vero neq; id quod a
medio / eſſe poteſt : neq; quod ſubſtat.
ſecũdum enim naturam:non vtiq; erunt.
alia enim ipſorum ſunt : propria loca .
Præter autem naturam ſi ſunt : alij cui=
dam erit ſecũdum naturam qui extra eſt/
locus. eum enim qui huic præter natu=
ram eſt:neceſſarium eſt alij eſſe ſecundũ
naturam.ſed non eſt aliud corpus præ=
31 ter hæc. ¶Non ergo eſt poſſibile:vllum
ſimpliciũ corporũ extra cœlũ eſſe.ſi au=
tem non ſimplicium:neq; miſtorum.ne=
ceſſe eſt enim & ſimplicia eſſe:miſto exi=
ſtente. At vero:neq; eſſe eſt poſſibile.aut

Argyropylus

uerſo inq; ipſum naturali corpore
ſenſibiliq; conſtare. ¶Dicamus 96
autem primũ quidnam cœlũ eſſe
dicimus / atq; quot modis: quo
magis id nobis manifeſtũ quod
quæritur/fiat. Vno igitur modo
cœlum dicimus:ſubſtantiam vl=
timæ vniuerſi conuerſionis.aut
id naturale corpus: quod eſt in
vltima vniuerſi conuerſione.vl=
timum enim ſuperumq; corpus:
cœlum maxime cõſueuimus ap=
pellare/in quo & vniuerſũ diui=
nũ dicimus eſſe. Alio modo cœlũ
id corpus dicimus:qđ eſt proxi=
mũ vltimæ vniuerſi cõuerſioni/
in quo luna & ſol & nonullæ ſtel
larũ ſũt collocatæ.hęc enĩ:in cœ=
lo dicimus eſſe.Inſuper alio mo=
do dicitur cœlũ: id corpus qđ a
cõuerſione vltima cõtinetur.totũ
enim ac vniuerſum: cœlũ dicere
cõſueuimus. ¶Cũ igiť cœlũ tri= 97
bus modis dicatur:totũ id quod
ab extrema cõuerſione cõtinetĩ/ex
vniuerſali ſenſibiliq; corpore cõ
ſtare neceſſe eſt/propterea ꝙ ex=
tra cœlum neq; eſt quicq̃ corpus/
neq; eſſe omnino poteſt.Nam ſi
extra vltimã conuerſionẽ corpus
ſit naturale: ipſum aut ſimpliciũ
quippiã corporum aut cõpoſito=
rum eſſe/& aut ſecundũ naturam
aut præter naturã ſeſe habere ne=
ceſſe eſt.Simpliciũ igiť corporũ
quicq̃ omnino non erit.demon=
ſtratũ eſt enim:id quod orbe fer=
tur/mutare ſuum locum nõ poſſe.
At neq; id eſſe poteſt/quod e me=
dio fertur: neq; etiam id qđ ſub
omnibus collocat.etenim natura
quidem ibi non erũt.alia namq;
ſunt ipſorum propria loca.Si ve=
ro præter naturam ſunt:alij cui=
piam corporum exterus ille lo=
cus competet ſecundum naturã.
qui namq; huic præter naturam
tribuiť:is alij cõpetat ſcđm natu=
rã neceſſe eſt.at nullũ aliud p̃ter
hęc:ĩ ratiõe rerũ ſimplex eſt cor=
pus.¶Impoſſibile eſt ergo:corpo
rũ extra cœlũ quicq̃ ſimpliciũ eſſe.
Qz ſi corp9 nequeat vllũ eſſe:neq;
quicq̃ miſtorũ etiã eſſe poteſt.ſint
enĩ & ſimplicia:ſi ſit miſtũ neceſ=
ſe ẽ.At vero:neq; fore etiã põt.aut 98

Argyropylus

enim præter naturam: aut ſecundum naturam/& aut ſimplex aut miſtum identidem erit. Quare eadem ratio ſane redibit. nichil enim refert: ſi ſit/an fore poſſit conſiderare. Patet igitur ex dictis: nec eſſe nec fore poſſe vllius extra cœlum corporis molē. vniuerſus enim mundus: ex ſua tota materia conſtat. materia nāq; ipſius: naturale eſt atq; ſenſibile corpus. Quare neq; nunc plures ſunt cœli/neq; fuere/neq; etiam fore poſſunt: ſed vnicum eſt hoc cœlum atq; perfectum.
99 ¶ Patet inſuper: neq; locū extra cœlum eſſe/neq; vacuum/neq; tēpus. In omni nāq; loco: corpus eſſe profecto poteſt. Vacuum autem id eſſe dicunt: in quo corpus non eſt/ſed eſſe poteſt. Tempus vero: motus numerū eſſe cōſtat. & motus: ſine naturali corpo
100 re nullus eſt. At demonſtratū eſt: extra cœlum nec eſſe corpus/nec etiam eſſe poſſe. Patet ergo: neq; locum extra cœlum eſſe/neq; vacuū/neq; tēp⁹. ¶ Quocirca neq; apta ſunt ea quæ illic ſunt eſſe in loco/neque tempus ſeneſcere ipſa facit/neq; vllius eorum eſt vlla mutatio quæ ſuper extima ſunt diſpoſita latione: ſed nullis alterationibus/nullis paſſionibus prorſus ſubiecta/optimam in vniuerſa ſempiternitate vitam & ſufficiētiſſimam habent. diuine namq; nomen hoc pronūciatum eſt ab antiquis. finis enim qui vitæ vniuſcuiuſq; continet tēpus/cuius nichil eſt extra ſecundum naturam: ſempiternitas vniuſcuiuſq; eſt nuncupatus. per eandem etiam rationem finis vniuerſi cœli/ac finis hiſce qui tempus totum infinitūq; cōtinet: ſempiternitas eſt/a ſemper eſſendo appellatione ſumpta/immortalis ſane atque diuina/vnde & cæteris/aliis exactius/aliis offuſcatius/ipſum eſſe viuereque dependet. etenim vt in externis circa diuina ſententijs perſępe rationibus/diuinum omne neceſſario mutatione vacare videtur: primum ipſū ac ſummum ita ſe habens/teſtis

Tral.ve.ex græ.recog.

enī pręter naturā erit: aut ſecūdū naturā/& aut ſimplex/aut miſtum. Quare rurſus eadē veniet ratio. nichil enim refert conſiderare: ſi eſt/an fore poteſt. Manifeſtū eſt igitur ex dictis: q̄ neq; eſt extra/neq; fore re contingit vllius corporis molē. ex tota enim eſt propria materia: totus mundus. materia enim ipſi eſt: naturale corpus & ſenſibile. Quare neq; nūc ſunt plures cœli/neq; fuerunt/neq; contingit fore plures: ſed vnum/& ſolum/& perfectum/ eſt hoc cœlum. ¶ Simul autem manifeſtum eſt: q̄ neq; locus/ neq; vacuum/neq; tempus eſt extra cœlum. In omni enī loco: corpus eſſe poſſibile eſt. Vacuum autem eſſe dicūt: in quo nō eſt corpus/ poſſibile autem eſt eſſe. Tempus autem: eſt numerus motus. motus autem: ſine phyſico corpore nō eſt. extra autem cœlum q̄ neq; eſt/ neq; contingit eſſe corpus: oſtēſum eſt. Manifeſtū igitur eſt: q̄ neq; locus/neq; vacuum/neq; tempus eſt extrinſecus. ¶ Quapropter neq; quæ illic ſunt nata ſunt in loco eſſe/neq; tempus ipſa facit ſeneſcere/ neq; eſt vlla tranſmutatio vllius eorū eſt quæ ſuper extima diſpoſita ſunt latione: ſed inalterabilia & impaſſibilia/ optimam habentia vitam & per ſe ſufficientiſſimam/ perſeuerant toto ęuo. etenim hoc nomen: diuine enunciatum eſt ab antiquis. finis enim qui continet vitæ vniuſcuiuſq; tempus/cuius nichil eſt extra ſecundum naturam: æuum vniuſcuiuſq; vocatum eſt. ſecundum eandem autem rationem: & totius cœli finis/ & finis omne tempus ac infinitatem continens: æuum eſt/ab eo q̄ ſit ſemper ſumpta denominatione/ īmortale et diuinum/ vnde & alijs pendet/ his quidem exactius his autem obſcurius/eſſe & viuere. etenim quemadmodū in encyclijs philoſophiæ diſputationibus circa diuina: ſæpe declaratur rationibus/ q̄ diuinū ipſū intrāſmutabile eſſe neceſſe eſt omne: primū ac ſummū eſt. qđ ſic ſe habēs: at-

Tral.ve.ex græ.recog.

10 teſtatur iijs quæ dicta ſunt. neq; enim aliud melius eſt: quod moueat. illud enim: eſſet vtiq; diuinius. neq; habet prauitatem vllam: neq; indigens ſuorum bonorũ vllo eſt. Et iceſſabili vtiq; motu mouetur: rationabiliter. omnia enim quæ mouentur/quieſcunt: cum venerint in proprium locum. eius autem corporis quod circulariter mouetur: idem eſt locus vnde incœpit/ & in quo finit.

CAP. X.

34 HIs autẽ determinatis dicamus poſt hęc: vtrum ſit ingenerabilis an generabilis/ & incorruptibilis an corruptibilis/narratis prius aliorũ opinionibus. contrariorũ enim demonſtrationes: dubitationes de cõtrarijs ſunt. ſimul autẽ & magis vtiq; credibilia/ erũt dicẽda: ijs qui ante audierint dubitatorũ ſermonũ iuſtificationes. nam videri indicta cauſa condemnare: minus vtiq; nobis inerit. etenim oportet eos/arbitros eſſe/nõ aduerſarios: qui veritatem ſunt indicaturi ſufficienter. ¶ Genitũ igitur omnes eſſe dicunt: ſed genitũ/ hi quidem ſempiternum/alij autem corruptibilẽ/ quẽadmodũ quodcũq; aliud eorũ quæ natura conſtãt. 35 Quidã autẽ viciſſim/ quãdoq; quidem ſic quandoq; autẽ aliter ſe habere patientem corruptionem/ & hoc ſemper perſeuerare ſic: quemadmodũ Empedocles Agrigentinus/& Heraclitus Epheſius. ¶ Genitũ igitur eſſe/ſempiternũ tamẽ eſſe/dicere: impoſſibiliũ eſt. ſola enim hæc ponẽda ſunt rationabiliter: quęcunq; in multis/aut omnibus videmus eſſe. de hoc autem: accidit cõtrariũ. oia enĩ quæ generantur: & corrũpi vidẽtur. Amplius autẽ quod non habet principiũ ſic ſe habẽdi/ſed nõ poteſt aliter habere prius p oẽ ęuũ: ipoſſibile eſt et trãſmutari. erit enim aliqua cauſa: quæ ſi prius eſſet/ poſſibile vtiq; eſſet aliter habere/ quod impoſſibile eſt aliter ſeſe habere.

Argyropylus

eſt dictis. Neq; enĩ aliud pſtabilius eſt: quod quidẽ moueret. illud enĩ porro diuinius eſſet. neq; prauitatis cuiuſq; eſt particeps: neq; bonorum ſuorũ cuiuſq; indiget. Et iceſſabili igitur motu: nõ abſq; ratione mouetur. vniuerſa enim ceſſant deſinuntq; mouere: cum venerint ſuum in locũ. eius autem corporis qđ verſatur: idem eſt locus in quo incœpit/& in quo finit.

CAP. X.

101 HIſce determinatis cõſideremus deinceps oportet: vtrũ mundus ingenerabilis ſit an generabilis/& incorruptibilis an corruptibilis/prius cæterorũ opinionibus recitatis. demonſtrationes enim cõtrariorũ: dubitationes de contrarijs ſunt. Inſuper et dicenda magis credẽtur: ſi ſententiarũ earũ quæ in cõtrouerſiã veniunt/iura prius fuerint audita. abſentes enĩ: condemnari minus vtiq; videbũtur. etenim eos qui ſatis iudicauerint veritatem: nõ aduerſarios/ ſed arbitros eſſe oportet. ¶ Omnes itaq; factũ quidẽ aſſerũt eſſe: ſed factũ quidam 102 perpetuũ/quidã caducũ perinde vt quoduis aliud eorũ quæ natura conſtant/inquiunt eſſe. Quidam viciſſim interdum hoc/ interdũ alio modo ſeſe habere ſubeuntem corruptionem/ idq; ſemper hoc fieri modo dicũt: vt Agrigentinus Empedocles/ vt Epheſius Heraclitus dicit. ¶ Igit factũ quidem eſſe/perpetuum tamen eſſe aſſerere: ex ijs eſt pfecto quæ nequeũt eſſe. ea namq; ſola ponẽda ſunt: quæ in multis aut oĩbus eſſe videmus. De hoc autẽ: cõtrariũ accidit. vniuerſa enĩ quæ fiunt: & corruptionẽ ſubire vidẽtur. Præterea quod nõ ha- 103 bet principium hoc habẽdi modo/ſed aliter habere prius vniuerſa æternitate non poteſt: id & mutari profecto nequit. erit enĩ aliqua cauſa: quæ quidẽ ſi prius eſſet/aliter id ſeſe habere poſſet/ qđ aliter ſeſe habere nõ poteſt.

Argyropylus

Q2 ſi mundus ex aliter prius habētibus cōſtat: ſi ſemper ſic ſe habētibus & nō potētibus aliter ſe habere/ factus ipſe profecto non eſt. ſi vero eſt factus: & illa aliter ſeſe habere poſſe/ & nō ſemper ita ſeſe habere/ neceſſe eſt. Quare & cōſtituta diſſoluētur: & diſſoluta: ãte cōſtiterũt. atq; hoc infinities: aut ſic ſe habuit/ aut poterat ſic habere. quod ſi ita eſt: non vacabit ſane corruptiõe/ neq; ſi olim aliter ſeſe habebat/ neq; ſi aliter ſeſe
104 habere poſſit. Subſidium autem quod quidam eorum qui dicunt mundum incorruptibilem quidē eſſe/ attamen factum eſſe/ ſibi ipſis enituntur ferre: verum non eſſe videtur. Inquiunt enim & ſe perinde vt geometræ qui deſignationes deſcribūt: de generatione mũdi dixiſſe/ nō quia aliquando mũdus eſt ortus/ ſed gratia doctrinæ quia diſcentes magis cognoſcũt/ ſi vt deſignationē viderint factũ.
105 Hoc autē: nō idē eſt/ vti dicimus. nã in deſignationũ quidem effectione: oibus poſitis eſſe ſimul accidit idē. In horũ autē demõſtrationibus: non idē/ ſed impoſſibile ſane accidit. Ea namq; quæ prius poſteriuſve ſumũtur: ſubcõtraria
106 ſũt. ex iordinatis enim olim: inquiunt ordinata fuiſſe. vt autē idē ordinatũ ſit ſimul atq; inordinatum/ fieri nequit: ſed generationē eſſe quæ ſeparat tempuſve/ neceſſe eſt. in deſignationibus vero: nichil eſt tēpore ſeparatũ. Eſſe igit̄ ipoſſibile ppetuũ ipſũ ſimul ac factũ eſſe: ex his quæ dixim9 patet.
107 ¶ Cõſtituere vero mũdũ viciſſim atq; diſſoluere: nil aliud eſſe videt̄ q̄ ipſũ ſempiternũ qdē/ formã aũt mutantē/ extruere. pinde atq; ſi qs interdũ corrũpi/ interdũ eſſe putaret quēpiã: qui vir ex puero/ & ex viro fieret puer. eſt enī perſpicuũ: ſi elementa inter ſeſe cõueniũt/ nõ quēuis ſed eundem ordinem eandēq; fieri conſtitutionem. præſertim ſecundum eos qui hanc ſententiam dicũt: qui quidē vtriuſq; diſpoſitionis cõtrariũ ipſum cauſam inquiunt eſſe. Quare ſi totum quidē corpus continuum permanēs/ interdum hoc/ interdum illo

Tral.ve.ex græ.recog.

Sí autē príus ex aliter habētibus cōſtitutus eſt mũdus: ſi quidem ſemper ſic habētibus & ipoſſibilibus aliter habere/ nō vtiq; factus eſt. ſi autē factus eſt: neceſſe eſt ſcilicet & illa poſſibilia eſſe aliter habere/ & nō ſemp̄ ſic ſe habere. Quare & cōſtituta/ diſſoluētur: et diſſoluta/ príus cōſtituta fuerũt. & hoc ĩfinities: aut ſic habebat/ aut poterat. ſi aũt hoc: nō vtiq; erit ĩcorruptibilis/ neq; ſi aliter habebat aliquã do: neq; ſi poſſibile ſit aliter habere. Auxiliũ autē/ qđ quidã eorũ conãtur afferre ſibiipſis/ qui dicũt incorruptibilē q̄dē eſſe/ ſed factũ: nō eſt verũ. ſimiliter enī dicunt iis qui deſignationes deſcribunt: & ſeipſos dixiſſe de generatione/ non tanq̄ genera to aliquãdo/ ſed doctrinæ gratia/ tanq̄ q̄ magis cognoſcãt ſi velut deſignationē viderit factũ. Hoc aũt ē/ quēadmodũ dicim9: nō idē. ĩ effectiõe enī deſignationũ: poſitis oibus eſſe ſimul/ idē accidit. in horũ autē demõſtrationibus: nō idē/ ſed ím poſſibile. quæ enī accipiũtur príus & poſterius: ſubcontraria ſunt. ex inordinatis enim aliquãdo: ordinata facta eſſe dicũt. ſimul autē idem inordinatũ eſſe & ordinatũ: ipoſſibile eſt: ſed neceſſe eſt: generationē eſſe ſeparantē/ & tēpus. in deſignationibus autē: nichil tēpore ſegregatum eſt. Q̄ igitur eſt ímpoſſibile ſimul ſempiternũ eſſe ipſum/ & factũ eſſe: manifeſtũ eſt. ¶ Viciſſim autē cõſtituere atq; diſſoluere: nichil aliud facere eſt/ q̄ extruere ipſũ ſempiternũ quidē/ ſed trãſmutantē formã. quēadmodũ/ ſi quis ex puero virũ factũ/ & ex viro puerũ: quandoq; quidē corrũpi/ quãdoq; autē eſſe/ putet. palam enim eſt q̄ & in ſeinuicē elemẽtis cõueniẽtibus: non quiuis ordo ſit et conſtitutio/ ſed idē. præſertim et ſecundũ eos qui hũc ſermonē dixerunt: qui diſpoſitionis vtriuſq; cauſam faciunt ipſũ contrariũ. Quare ſi totũ corpus cõtinuum exiſtẽs quandoq; quidē ſic/ quandoq; autē illo

Cap. 10 11

Tral. ve. ex græ. recog.

modo diſponitur/et perornatur/vniuerſi autē conſtitutio mundus eſt & cœlū: nō vtiq; mundus fiet ac corrūpetur/ſed diſpoſitiones ipſius. Omnino autē factum corrumpi/& non reuerti: vno quidē exiſtēte/impoſſibile eſt. priuſq; enim fieret: ſemp exiſtebat/quæ ante ipſū erat cōſtitutio:quam non factam/non poſſibile eſſe dicimus/trāſmutari. infinitis autē exiſtentibus mundis: contingit magis. At vero & hoc vtrum impoſſibile ſit an poſſibile:erit manifeſtum ex ijs quæ poſterius. Sunt autem quidā/quibus fieri poſſe videtur:et ingenitum quippiā exiſtens corrumpi/& genitum īcorruptibile perdurare. vt in Timæo. ibi enim ait: cœlū factū quidē eſſe/nō tamen eſſe corruptibile/ſed fore quidē reliquo ſemper tēpore. ad quos:naturaliter q̄dē/de cœlo ſolū dictū ē. vniuerſaliter aūt de oī ſpeculātib9:erit et de hoc manifeſtū. CAP. XI

Timæus.

38 RImū autem diuidēdū eſt:quomodo ingenerabilia et generabilia dicim9/et corruptibilia et incorruptibilia. Multipliciter enim cū dicantur/et ſi nichil refert ad rationē:neceſſe eſt ītellectū īdeterminate ſe habere/ſi quis eo q̄d multipliciter diuiditur/tanq; indiuiſibili vtatur. immanifeſtū enim eſt: ſecūdū quam naturā ipſi accidit/quod dictū eſt. ¶Dicitur autē ingenitū/vno quidem modo: ſi ſit aliquid nunc/quod prius non erat/ſine generatione et mutatione/ quēadmodū quidā tangi & moueri dicunt. nō enim generari dicunt:id quod tāgitur/neq; id quod mouetur. Altero autem:ſi quid q̄d poteſt fieri aut factū eſſe/ non eſt. ſimiliter enim et hoc/ īgenitū: q; cōtingit fieri. Alio autē:ſi quid oīno impoſſibile eſt factū eſſe/ vt quādoq; quidē ſit/ quandoq; autē nō. Impoſſibile autē:dicitur dupliciter. aut enī ſimpliciter/ quia nō verū eſt

39

Argyropylus

diſponitur modo ac perornatur/ conſtitutio vero totius/mundus eſt atq; cœlum:non vtique mundus/ ſed diſpoſitiones ipſius fiunt ac corrumpūtur. Hoc autem/ 108
ortum inquam mundum omnino corruptum iri & non redire: ſi ſit quidem vnus/impoſſibile eſt. Nā antea q̄ ortus eſſet:cōſtitutio præcedens ipſum/ ſemper nimirum erat:quam quidem haud factam: mutari non poſſe dicimus. ſin vero ſint infiniti:magis fieri poteſt. At vero hoc etiā ſi fieri poſſit nec ne:perſpicuum ex hiſce quæ poſterius dicentur/euadet. Sunt enī 109
quibus fieri poſſe videtur:vt & ingenerabile quippiam corrumpatur/ & ortum vacet corruptione. vt in Timęo aſſeritur. illic enim Timęus/cœlum eſſe quidem ortum:non tamē eſſe caducum/ ſed reliquo ſemper fore tempore dicit. ad quos:naturaliter quidē de cœlo ſolum eſt dictum. Si vero de omnibus vniuerſaliter conſideraverimus:de hoc quoq; fuerit manifeſtum.

CAP. XI.

RImū autem diſtin 110
guam9 oportet:quomodo generabilia et & ingenerabilia/ & corruptibilia et incorruptibilia dicimus. Nā cū multipliciter dicantur: et ſi nichil ad rationē refert/ mentem indefinite ſeſe habere neceſſe eſt/ſi quiſpiam vt indiuiſibili eo vtatur:quod multis diuidit modis. nō eſt enim manifeſtum: per quā ipſorum naturam id accidit q̄d eſt dictum. ¶Dicitur itaq; 111
īgenerabile vno modo: ſi ſit quippiam nunc quod antea nō erat ſine generatione mutationeve. vt ipſum tangi quidā inquiunt atq; moueri. dicunt enim:nō poſſe tāgens generari/neq; ſubiens motum. Alio modo:ſi fieri vel ortum eſſe quippiam poſſit/ et nō ſit. nā et hoc ingenerabile dicitur: quia ortum ſubire poteſt. Alio modo:ſi quippiā omnino factum eſſe impoſſibile ſit/vt īterdū ſit īterdū nō ſit. Impoſſibile autē: dupliciter dicitur. aut enim/quia non verū eſt

Argyropylus

dicere ortum esse posse: aut quia
non facile/nec cito/nec bene oriri
112 potest. Eodem modo & generabi-
le vno dicitur modo: si sit quippi-
am posterius quod prius nō erat/
siue per generatione siue sine ge-
neratione. Alio modo: si possibile
sit/siue veritate siue facilitate pos-
sibile ipsum sit definitū. Alio mo-
do: si generatio sit ipsius ex eo qđ
nō est ad id quod est/ siue iam sit/
per generationem autem sit/siue
& nondum sit/ esse autem possit.
113 Corruptibile etiam & incorrupti-
bile: similiter dicitur. Nā si quip-
piam prius erat/ postea vero non
est/aut est quidem/ nō esse autem
potest/siue per corruptionem mu
tationēve siue sine corruptione:
corruptibile illud dicim⁹ esse. In-
terdum & id quod per corruptio-
nem non esse potest: corruptibile
esse dicimus. Et insuper alio mo-
do: id quod facile corrumpitur/
quod quidem quispiā facile cor-
114 ruptibile dixerit. De incorrupti-
bili: eadem est etiam ratio. Aut e-
nim id quod sine corruptione in-
terdum est interdum non est: in-
corruptibile dicim⁹. quo pacto ta
ctus incorruptibiles esse dicūtur:
propterea q̄ prius erant/ & po-
stea nō sunt sine corruptione. Aut
id quod quidem est: non esse au-
tem non potest, aut non est futu-
rum vnquam: nunc autem est. tu
enim es nunc: & tactus est etiam
nunc. corruptibiles tamen estis:
quia erit aliquando tempus/ quā-
do nec te esse/ nec hæc tangere ve
re dicetur. Id vero maxime ꝓprie
incorruptibile dicitur: quod qui-
dem est/ non potest autem sic cor-
ruptum esse vt nūc quidem sit/ po
stea vero non sit aut non esse pos
sit. Aut & id quod nondum corru
ptum est: nō esse autem posterius
115 potest. Dicitur etiam incorrupti-
bile: & id quod non facile corrum
pitur. Si igitur hæc ita sint: consi
derandum est quomodo possibile
& impossibile dicimus. Nā & qđ
proprijssime incorruptibile dici-
tur: ex eo dicitur sane quia corrū-
pi non potest/ neq; quandoq; esse
quādoq; non esse. Et ingenerabi-
le id proprijssime dicitur: quod

Tral.ve.ex græ.recog.

dicere q̄ factum vtiq; erit: aut quia non
facile/neq; cito/aut bene. Eodē autē mo-
do: & genitum. Vno quidem: si quod nō
erat prius/posterius sit siue genitum/siue
absq; generatione quandoque quidem
non sit/rursus autem sit. Altero autem:
si possibile sit/siue veritate definito possi
bili/siue facilitate. Alio autē: si generatio
ipsius sit ex eo quod non est/ in id quod
est/siue iā existente/ sed per generationē
existētē/siue etiā nondum existente/ verū
contingēte. Et corruptibile autē & incor-
ruptibile: similiter. Aut enim quod prius
aliquid est/posterius autē nō est/aut con-
tingit non esse: corruptibile esse dicimus/
siue corruptionē subiens aliquādo & mu
tationem/siue non. est autem quando et
quod per corruptionem cōtingit nō esse/
corruptibile esse dicimus. Et adhuc ali-
ter: quod facile corrūpitur/quod dixerit
aliquis vtiq; facile corruptibile. Et de
incorruptibili: eadem ratio. Aut enim:
quod sine corruptione quandoq; quidē
est/ quandoq; autem non est. vt tactus
ipsos: quia cū prius sine corruptione sint/
posterius non sunt. Aut existēs quidem:
impossibile autem est non esse. aut etiam
non futurum aliquando: nūc autem exi-
stens. tu enim es & tactus/ nunc: sed ta-
men corruptibiles. quia erit aliquando:
quādo neq; te esse verū erit dicere/ neq;
hæc tāgere. Maxime autem proprie: qđ
quidem est/ sed impossibile est corru-
ptū esse sic/vt nunc existens posterius nō
sit/aut cōtingat nō esse. Aut & id quod
nondū corruptū est: cōtingit autē poste-
rius non esse. Dicitur autē incorruptibi-
le: & quod non facile corrumpitur. Itaq;
si hæc sic se habent: cōsiderādū est quo-
modo dicimus possibile & impossibile.
Proprijssime enim dictum incorruptibi-
le est: eo q̄ non possit corrumpi/neq; ali-
quādo quidē esse/aliquādo autē nō. dicit
autē & ingenitū: qđ ipossibile est/ & qđ

Tral.ve.ex græ.recog.

nō potēs eſt fieri ſic/vt prius quidē nō ſit poſterius autē ſit.vt diametrū commēſu-
40 rabilē. ¶Si igitur aliquid poteſt mouere per ſtadia centū/ aut leuare pondus: ſem per ad plurimū dicimus/vt talēta leuare cētū aut per ſtadia ābulare centum.q̄uis et partes quæ infra ſunt poſſit:ſi & exceſ ſum.tanq̄ oporteat definiri potentiā ad finē exceſſus. neceſſe eſt igitur id quod ſecundū exceſſum tot poteſt: & quæ infra ſunt poſſe.vt ſi talēta centum leuare: & duo.& ſi per ſtadia cētum: & per duo poſſe ambulare.Potentia autē:ipſius exceſſus eſt.& vtiq; ſi quid nō poteſt tātū/ ſecūdū exceſſū nobis dicētibus: & plura nō poteſt. vt nō potēs per mille ābulare ſtadia: manifeſtū eſt q̄ neq; per mille et vnū.Nichil aūt nos turbet.determinetur enim ſecundum exceſſus finem: id quod proprie poſſe dicitur.Forſitan enī inſtabit vtiq; quis:q̄ nō neceſſe ſit/ quod dictū eſt. Vidēs enī ſtadiū:nō vtiq;/quæ infra ſunt/videbit magnitudines.ſed cōtra/ potius potēs videre pūctū/ aut paruum audire ſonum:et maiorum habebit ſenſum. Sed nichil refert ad rationē. determinetur enim aut in potentia/aut in re: exceſſus.id enī quod dicitur: manifeſtū eſt. viſus enim qui minoris eſt/ excedit: velocitas autem/quæ eſt maioris.

CAPVT XII.

41 Determinatis autē his: dicere oportet id quod deinceps eſt.Si itaq; ſunt quędam poſſibilia & eſſe & non:neceſſe eſt tempus aliquod plurimum ipſius eſſe & ipſius non eſſe determinatum eſſe. Dico autē quo poſſibile eſt rem eſſe/ & quo poſſibile eſt non eſſe:ſecundū quodcunq; prædicamentū. vt hominem: aut album/ aut tricubitum/ aut aliud quodcunq; taliū. ſi enim nō erit q̄tū quoddā/ ſed ſemper propoſito maius/& quo non

Argyropylus

ſic generari non poteſt/ vt prius quidem non ſit poſterius vero ſit. qualis eſt diameter commenſurabilis lateri. Si igitur quippiā per 116
decem milia paſſuum moueri poteſt/aut pondus leuare:id qđ maximum poteſt/dicere ſemper ſolemus. veluti centum leuare libras/ aut per decem milia paſſuum ambulare: quāq̄ et partes quæ citra ſunt poteſt/ ſi & exceſſum poteſt. quo patet ad finē atq; exceſſum: definiri potentiam oportere. Id igitur quod poteſt tot per exceſſum:& ea quæ ſunt citra/neceſſe eſt.ceu ſi centum libras leuare poteſt:& duas poſſe.& ſi per decem milia paſſuum ambulare poteſt: & per duo ambulare poſſe. Potentia vero:ipſius exceſſionis eſt.et ſi quippiam tantum non poteſt/eo per exuperationem dicto: et plura non poteſt. qui namq; centum paſſus tranſire non poteſt:is et cētum et vnū non poteſt.Nichil au 117
tē nos cōturbet.id enī qđ proprie poteſt:per finē exceſſionis fit definitū.forſitan enī quiſpiā dicet:id quod dictū eſt nō neceſſario ita eſſe.qui nāq; magnitudinē decē paſſuū videt:is nō et magnitudines eas quæ ſunt citra videbit.ſed cōtra/potius qui punctū videre poteſt/ aut paruū audire ſonū: is et maiorū ſenſum habebit. Verū nichil ad rationem refert.ipſa enim exuperatio: aut in potētia/ aut in re ipſa ſit definita.Id enim quod dicitur:patet. nam viſus quidem iſce qui eſt minoris/ excedit:celeritas autem ea quæ eſt maioris.

CAPVT XII.

His autem determinatis:dicēda ſunt ea q̄ deinceps ſequūtur. Si igitur aliqua ſint quæ eſſe & non eſſe poſſunt:quoddam tempus maximum & eſſendi & nō eſſendi/ definitū eſſe neceſſe eſt. Atq; dico rē eſſe poſſe & nō eſſe poſſe:in vnoquoque prædicamento. vt hominem:aut album/ aut tricubitum/ aut aliquid aliud tale.nam ſi non erit definitum quiddam/ſed ſemper propoſito maius/ & quo non

Argyropylus

est minus: idem erit profecto possi
bile esse tempore infinito/& non
esse alio tempore ifinito. At hoc:
119 esse nequit. ¶ Principium autem
hinc sumatur. Impossibile enī et
falsum: non idem significant. Est
autem impossibile & possibile /
& falsum ac verum: ex suppositi-
one. veluti triangulum impos-
sibile est suos tres ăgulos duobus
rectis æquales habere: si hæc sint
& diameter commensurabilis est.
sunt autē: simpliciter & posibilia
& impossibilia/& vera & falsa. Nō
est igitur idē: falsum aliquid esse
simpliciter/& simpliciter impossi-
bile. te namq; dicere stare: falsum
est quidem/ sed non impossibile.
similiter et eū qui citharā quidē
pulsat/ non autē cantat: cantare di
cere falsum est/ sed non impossibi
le est. simul autem: stare atq; sede-
re/& diametrū commensurabilem
esse: non solum est falsum/ sed eti-
am impossibile. ¶ Non igitur idē
est: supponere falsum ac impossi-
bile. Impossibile autem: ex impos
sibili accidit. ¶ Sedēdi itaq; quip
piam standiq;/ simul potētiam ha
bet: quia quādo habet illam/ eā al
teram habet. at non vt simul stet
atq; sedeat: sed in alio tempore.
120 Si vero quippiam plurium potē-
tiam habeat tempore infinito: nō
est hoc in alio atq; alio tempore/
sed simul. Quare si quippiā quod
est tempore infinito/ est corrupti-
bile: illud vt non sit potētiam ha-
bet. Si igitur est tempore infini-
to: sit id quod potest. simul ergo
erit atq; non erit actu. Falsum igi
tur accidit: quia falsum suppositi-
um est. sed si impossibile non es-
set: non id vtiq; accidit quod et
impossibile esset. ¶ Omne ergo
quod semp est: incorruptibile sim
121 pliciter est. Similiter et ingeni-
tum est. nā si generabile est: erit
possibile aliquo in tempore non
esse. corruptibile enī id est: quod
prius quidem erat nunc vero nō
est/ aut quod nunc quidē est po-
test autem aliquādo posterius nō
esse Generabile vero: id quod pri
us non esse potest. At nō est tēpus
aut infinitū aut finitum: in quo id
quod semper est/ non esse potest.

Tral.ve.ex græ.recog.

est minus: infinito erit tēpore idē possi-
bile esse/& non esse alio infinito. sed hoc:
ipossibile. ¶ Principiū autē sit: hinc. Nā
impossibile et falsum: nō idem significat.
est autē impossibile et possibile/ et falsum
& verū: ex suppositione quidē. Dico au-
tē/ vt triangulū ipossibile est duos rectos
habere: si hæc. & diameter cōmensurabi-
lis est: si hæc. sunt autē: simpliciter & pos
sibilia & ipossibilia: & falsa & vera. Nō
igitur idem est: & falsum aliquid esse sim
pliciter/ et impossibile simpliciter. te enī
non stantē dicere stare: falsum quidem
est/ non autem impossibile. similiter au-
tem & citharizantem non autem cantan
tem/ cantare dicere: falsum quidem est/
sed non impossibile. simul autem stare
et sedere et diametrū cōmensurabilem es
se: non solū falsum est/ sed et impossibile.
¶ Nō igitur idem est supponi falsum: et 43
impossibile. accidit autē impossibile: ex
impossibili. ¶ Sedendi igitur et standi/ si- 44
mul habet potētiā: quia quādo habet il
lā/ et alterā. sed nō sic vt simul sedeat et
stet: sed in alio tēpore. si itaq; aliquid infi
nito tempore/ pluriū habet potentiā: nō
est in alio tēpore/ sed hoc simul. Quare
si quid infinito tēpore existēs/ corruptibi
le est: potētiā habebit vtiq; vt nō sit. Si
itaq; infinito tēpore est: sit id/ quod po-
test/ scilicet nō esse. simul igit: et erit et nō
erit secundū actum. falsum igitur accidet
vtiq;: quia falsū positū est. sed si nō ipos-
sibile esset: nō vtiq; et ipossibile esset/ id
qđ accidit. ¶ Oē igitur quod semper est: 45
simpliciter icorruptibile est. Similiter au-
tem et ingenitum. si enim genitum: erit
possibile tempore aliquo non esse. cor-
ruptibile enī id est: quod prius quidem
erat/ nunc autē nō est/ aut qđ contingit
aliquādo posterius non esse. Genitū au
tē est: quod cōtingit prius non esse. Sed
in quo id quod semper est/ possibile sit
vt nō sit: nullū est tēp9 aut finitū aut ifini

Tral.ve.ex græ.recog.

tū.eteni finito tēpore poteſt eſſe: ſi et infi nito. Non igitur contingit vnū & idem: et ſemper poſſe eſſe/& non eſſe. at vero neq; negationem: ceu inquā/non ſemper eſſe. Impoſſibile eſt ergo:& ſemper quidē aliquid eſſe/atq; corruptibile eſſe. Similiter autem: neq; genitum. duorū enī terminorum ſi impoſſibile ſit poſteriorē ſine priore exiſtere/ hūc autē ſit impoſſi-
46 bile exiſtere: & poſteriorem. ¶ Quare ſi quod ſemper eſt/non contingit aliquando non eſſe: impoſſibile eſt & genitum eſſe. Quoniam autem negatio eius quidē quod ſemper poteſt eſſe eſt quod nō ſemper poteſt eſſe/ qđ autem ſemper poteſt non eſſe/contrariū eſt / cuius negatio eſt qđ nō ſēper poteſt nō eſſe: neceſſe eſt negationes amborum/eidem ineſſe/et eſſe medium eius quod ſemper eſt/& eius quod ſemper non eſt/ id quod poſſibile eſt eſſe et non eſſe. vtriuſq; enim negatio/ quandoq; exiſtet: ſi non ſemper ſit. Quare ſi et qđ nō ſemp nō eſt/ erit quādoq; et non erit:& quod non ſemper poteſt eſſe videlicet/ ſed quandoq; eſt ita vt et non ſit. Idem igitur: erit poſſibile eſſe/et non.& hoc:eſt amborum medium.

A E B

Ratio autē vniuerſalis: hæc eſt. Sint enī A & B:nulli eidē poſſibilia ineſſe. Omni autem:A aut C/& B aut D inſint.neceſſe eſt itaq;: cui neq; A ineſt neq; B/ omni ineſſe C D. ſit itaq; E: medium inter A B. cōtrariorum enim/ quod neutrū eſt:medium eſt.huic itaq;:neceſſe eſt ambo ineſſe/ et D et C. omni enim: aut A aut C ineſt.quare et ipſi E.Quoniam igitur A impoſſibile:ipſum C inerit.Eadem autē ratio:et in ipſo D.Neq; igitur quod ſemper eſt/neq; qđ ſemper nō eſt: genitū aut corruptibile eſt. Manifeſtum autē eſt/ q; et ſi genitum aut corruptibile eſt:non ſempiternum eſſe.ſimul enī: erit poſſibile ſemper eſſe/et poſſibile nō ſemper eſſe.hoc autē q; impoſſibile ſit:oſtē-

A ſemper ens
B ſemper nō ens
C nō ſemper ens
D nō ſēp nō ens
E corruptibile.

Argyropylus

etenim finito tempore eſſe poteſt: quippe cum eſſe et tempore infinito poſſit. Non ergo contingit idem ac vnum:& ſemper eſſe & ſemper non eſſe poſſe. at neq; nō ſemper eſſe:quod patet eſſe negationem.Impoſſibile eſt ergo:& ſemper quippiam eſſe/ et corruptibile eſſe. Pari modo: nec generabile. nam ſi duo ſint termini/ poſteriorq; ſine priore ineſſe non poſſit:ſi ille competere non poteſt/ et poſterior etiā cōpetere nequit. ¶ Quare ſi id qđ eſt ſemper/non eſſe aliquando non poteſt: impoſſibile eſt et generabile eſſe. Cum autem negatio quidem eius quod ſemper eſſe poteſt/ſit id quod non ſemper eſſe poteſt/cōtrarium autem id quod non ſemper eſſe poteſt/ & negatio eſt id quod nō ſemper nō eſſe poteſt:negationes amborum competere eidē neceſſe eſt/et eſſe medium eius quod ſemper eſt & eius quod ſemper nō eſt/id quod eſſe & non eſſe poteſt. vtriuſque namq; negatio quandoq; competet: ſi non ſemper ſit. Quare ſi id quod non ſemper non eſt / erit quandoq; atq; non erit: et id qđ non ſemper eſſe poteſt/ſed quandoq; eſt vt & non ſit / erit ſane atq; non erit. Idem ergo poſſibile erit eſſe atq; non eſſe: & hoc eſt medium vtrorumq;. Ratio autem vniuerſalis:hæc eſt. Nā A & B:nulli eidē ineſſe poſſunt. A vero aut C/& B aut D:cuilibet inſint. Cui igitur neq; A neq; B ineſt:ei C B cuilibet inſint neceſſe eſt. ſit autem id quod inter A & B medium eſt:E. id enim quod neutrū contrariorum eſt: eorundem medium eſſe conſtat. Ambo igitur/C inquam & D: huic inſint neceſſe eſt.nam aut A:aut C cuilibet ieſt. quare & ipſi E. Cum igitur A impoſſibile ſit eſſe: inerit ipſum C. eadē eſt & in ipſo D ratio. Neq; igitur id quod ſemper eſt/neq; id quod ſemper non eſt: generabile aut corruptibile eſt. Patet autem et ſi generabile aut corruptibile ſit:non perpetuum eſſe. ſimul enim:poterit ſemper eſſe et nō ſemper eſſe. hoc autem prius demō-

Argyropylus

125 ſtratum eſt impoſſibile eſſe. ¶Si igitur ingenerabile quippiã eſt atq; eſt ens: id ne ſempiternum eſſe neceſſe eſt: & pari modo: ſi incorruptibile eſt: dico autẽ ingenerabile & incorruptibile: ea quæ proprie dicuntur. Ingenerabile quidem: id quod nunc eſt/ & prius non erat verũ dicere haud eſſe. Incorruptibile vero: quod nunc eſt/ & poſterius verum non erit dicere haud eſſe. ¶An ſi hęc mutuo ſe ſequũtur/ atq; ingenerabile eſt ĩcorruptibile/ & incorruptibile ingenerabile: ipſum etiam perpetuum vtrumq; ſequatur neceſſe eſt: et ſi eſt quippiam ingenerabile/ & ſi eſt quippiam incorruptibile: ſit continuo ſempi
126 ternũ neceſſe eſt. ¶Hoc ita eſſe: & ex diffinitione ipſorum patet. etenim ſi corruptibile eſt: generabile eſſe neceſſe eſt. aut enim ingenerabile: aut generabile eſt. At ſi ingenerabile eſt: incorruptibile eſſe ſupponitur. & ſi generabile eſt: & corruptibile eſſe neceſſe eſt. Aut enim corruptibile: aut incorruptibile eſt. At ſi incorruptibile eſt: ingenerabile eſſe ſane ſupponebatur. Sin vero mutuo ſe non ſequuntur incorruptibile atq; ingenerabile: non neceſſe eſt aut ipſũ ingenerabile aut incor-
127 ruptibile/ perpetuũ eſſe. ¶Sequi autẽ hæc ſeſe mutuo neceſſario: ex his emergere poteſt. generabile enim & corruptibile: mutuo ſe ſequuntur. Manifeſtum eſt autem & hoc: ex antea dictis. eſt enim id medium inter id quod ſemper eſt/ & id quod ſemper nõ eſt: quod neutrũ ſequitur. hoc autẽ: eſt generabile ipſum ac corruptibile. vtrũq; enim: definito tẽpore quodã & eſſe & nõ eſſe po-
128 teſt. Si igit quippiã aut generabile aut corruptibile ſit: id mediũ eſſe neceſſe eſt. Sit enĩ id qdẽ qd ſemp eſt/ A: id autẽ qd ſemp nõ eſt/ B. C vero ſit generabile: & D ſit corruptibile. ¶igitur: inter A & B/ mediũ eſſe neceſſe eſt. illorũ enĩ ad neutrũ vltimũ tempus eſt: in quo A ipſum non erat/ aut B ipſum erat. Generabili autẽ: aut actu aut potentia neceſſe eſt eſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſum eſt prius. ¶Nonne igitur ſi et ingenitum eſt/ atq; ens: hoc neceſſe eſt ſempiternum eſſe? ſimiliter autem: & ſi incorruptibile ſit/ atq; ens? Dico autem ingenitum & incorruptibile: ea quæ proprie dicũtur. Ingenitũ quidem: quod eſt nunc/ & prius nõ erat verum dicere non eſſe. Incorruptibile autem: quod nũc exiſtẽs/ poſterius non verũ erit dicere non eſſe. ¶An ſi hæc quidem inuicem ſeſe ſequũtur/ & qđ ingenitũ incorruptibile eſt/ et quod icorruptibile eſt ingenitũ: neceſſe eſt et ſempiternum/ vtrũq; ſequi? et ſi quid ingenitum/ ſempiternũ: & ſi quid incorruptibile/ ſempiternũ. ¶Manifeſtũ eſt autẽ: & ex definitione ipſorũ. etenim neceſſe eſt: ſi corruptibile ſit/ genitũ eſſe. aut enim ingenitũ: aut genitũ eſt. ſi enim ingenitum eſt: et incorruptibile eſſe ſupponitur. Et ſi genitũ autem: corruptibile eſſe neceſſe eſt. aut enim corruptibile: aut incorruptibile eſt. ſed ſi incorruptibile: ingenitũ eſſe ſupponebatur. Sin vero non inuicem ſe ſequuntur incorruptibile & ingenitũ: non neceſſe eſt/ aut ingenitũ aut incorruptibile/ ſempiternũ eſſe. ¶Q; autem neceſſe eſt ſequi: ex his manifeſtũ eſt. genitũ enim et corruptibile: ſequũtur ſeinuicẽ. Palam autẽ eſt et hoc: ex prioribus. nã inter id qđ ſemper eſt/ et qđ ſemper non eſt: eſt mediũ id quod neutrum ſequitur. hoc autẽ eſt: genitum et corruptibile. poſſibile enim eſt et eſſe et non eſſe vtrunq;: determinato tẽpore. dico autem vtrunq;: et eſſe / & non eſſe/ quanto quodam tempore. Si ergo eſt quid genitũ aut corruptibile: neceſſe eſt hoc mediũ eſſe. Sit enĩ A quod ſemper eſt: B autẽ quod ſemper non eſt. C vero genitũ: D autẽ corruptibile. neceſſe eſt itaq; C: mediũ eſſe iter A et B. horũ enim ad neutrũ terminũ tẽpus eſt: in quo aut A non erat/ aut B erat. genito autẽ eſt neceſſe: aut actũ aut potẽtia eſſe.

47 48 49 50

A ſemp ens
B genitum
C corrupti.
D ſẽp nõ ẽs

Tral.ve.ex græ.recog.

A ſemp ens
B genitum
C corrupti.
D ſẽp nõ ẽs
E ingenitũ
G icorrup
H corrup.

ípſis autẽ A B:neutro modo. Quanto igitur quodã/et determinato tẽpore: ipſum C et erit et rurſus nõ erit. Similiter autẽ et in ipſo D corruptibili. Genitum igitur et corruptibile:vtrũq; eſt.ſequũtur igitur ſeinuicẽ:genitũ et corruptibile. Sit itaq; in quo E ingenitũ:id autẽ in quo F genitũ:id vero ĩ quo G ĩcorruptibile/id aũt in quo H corruptibile. Ipſa igitur F H/q̃ ſequũt ſe inuicẽ:oſtẽſum eſt. Quãdo itaq; ſic poſita ſũt vt hęc/velut F q̃dẽ & H conſequẽtia/ E vero & F nullum idẽ/ quodlibet aũt horũ alterũ/ſimiliter aũt et ipſa G H:neceſſe eſt & ipſa E G ſequi ſeinuicem. Sit enim E/non ſequẽs G. ipſum igitur F : ſequetur. quodlibet enim:aut E aut F. At vero & H:id quod F. Ipſum igitur G ſequetur H. ſed ſupponebatur impoſſibile eſſe. Eadem autem ratio eſt:q̃ G ſequatur E. ſed ſic ſe habet ingenitum in quo E ad genitum in quo F : vt & incorruptibile in quo G/ ad corruptibile in quo H.

51 ¶Dicere autẽ nichil prohibere generatum quippiam eſſe incorruptibile/ et ingenitũ exiſtens corrũpi/ſemel exiſtente/ huic quidẽ generatione/huic autẽ corruptione:perimere eſt datorũ aliquid. Aut enim infinito/aut quanto quodã determinato tempore:poſſunt omnia aut agere aut pati/aut eſſe aut non eſſe.et infinito: propterea q̃ determinatũ eſt aliquo modo infinitũ tẽpus/quo nõ eſt maius. Q đ autẽ aliquo pacto eſt infinitũ:neq; infinitum eſt/neq; determinatũ. Prẽterea cur potius in hoc ſigno id quod ſemper erat prius/corruptũ eſt:aut id quod non erat infinitum/generatum eſt? ſi enĩ nichil potius/ifinita autẽ ſint ſigna:palã eſt q̃ infinito tẽpore erat aliquid generabile & corruptibile. poteſt igitur nõ eſſe ifinito tẽpore. ſimul enĩ:habebit potẽtiã vt nõ ſit et ſit. ipſũ quidẽ prius ſi corruptibile: ipſum autẽ poſterius/ ſi generabile.

Argyropylus

ipſis vero A B:neutro modo. Tẽpore igitur quodam ac definito: C ipſum & erit & rurſus non erit. Similiter eſt dicendũ & de ipſo corruptibili D. Generabile ergo corruptibileve: vtrũq; eſt. generabile ergo corruptibileve: mutuo ſe ſequũtur. Sit itaq; ingenerabile E/generabile F:incorruptibile G/& corruptibile H. Eſt igitur demonſtratum:F atq; H ſeſe mutuo ſequi. Quando autem ſic aliqua vt hæc iacẽt velut F quidem & H ſeſe mutuo ſequũtur/ E vero & F nulli eidem competunt/ ſed alterum omni cõpetit/ & ſimili modo ipſa G atq; H:tũc & E G mutuo ſe ſequãtur neceſſe eſt. E namq;:ipſum G non ſequatur. ergo F ipſum ſequetur: quippe cum cuilibet ipſum E aut F competat. At H etiam id ſequetur:quod ſequitur ipſum F. ergo H/ſequetur G ipſum. at impoſſibile eſſe ſupponebatur. Eadem ratione & G ſequi ipſum E:demõſtrabitur. At ſic ſe habet ingenerabile E ad generabile F: & incorruptibile G ad corruptibile H. ¶Dicere aũt nichil prohibere generatum quippiam incorruptibile eſſe/& ingenerabile quippiam corruptum eſſe ſemel illo generato hoc corrupto:tollere eſt aliquid eorũ quæ data ſunt. Aut enim infinito aut quodam definito tempore: omnia aut agere aut pati/aut eſſe aut non eſſe poſſunt. & infinito:propterea q̃ tempus infinitum aliquo modo eſt definitum/quo non eſt maius. Id vero quod aliqua ex parte eſt infinitum: neq; infinitum eſt/neq; etiam definitũ. Prætera cur magis hoc in ſigno corruptum eſt id quod antea ſemper erat:aut generatum eſt id quod prius nõ erat tempore infinito/nam ſi nõ magis in hoc q̃ in alio/& ipſa ſigna ſunt infinita:erat quippiam vt patet generabile & corruptibile tempore infinito. ergo non eſſe tempore infinito poteſt. ſimul enim:vt non ſit & ſit/potentiam ſane habebit. ipſum quidẽ prius/ſi corruptibile eſt:ipſum autẽ poſterius/ ſi generabile eſt.

Argyropylus

Quare ſi poſuerimus eſſe quæ poſſunt: oppoſita ſimul erunt.
132 Atq; hoc inſuper: in omni ſigno ſimiliter erit. Quare vt nõ ſit & ſit tempore infinito: potentiam ſane habebit. At demonſtratum eſt: hoc impoſſibile eſſe. Præterea ſi actum potentia antecedit: vniuerſo tempore erit/& quod ingenerabile erat atq; non ens / fieri potens tempore infinito. Simul igitur non erat / & vt ſit potentiam habebat: & vt tunc ſit & poſtea
133 tempore infinito. Patet autem & alio modo impoſſibile eſſe: quippiam corruptibile non aliquando corrũpi. ſemper enim ſimul: & corruptibile & incorruptibile erit actu. Quare ſimul erit poſſibile: ſemper eſſe & non ſemper eſſe. Corruptibile ergo aliquando corrumpitur. & ſi generabile eſt: ortum eſt. poſſibile enim eſt ortum eſſe: & non
134 ſemper eſſe. Poſſumus autem & hoc contemplari modo/ impoſſibile eſſe/aut ſi ortum aliquando quippiam eſt incorruptibile eſſe: aut ſi ingenerabile eſt & antea ſemper erat/corruptionem ſubire. nichil enim caſu: aut incorruptibile/ aut ingenerabile eſſe poteſt. Quod enim
135 caſu eſt atq; fortuna: eſt præter id quod ſemper aut plærumq;/aut eſt aut fit. Quod vero infinito tempore aut ſimpliciter aut ab aliquo tempore eſt: id aut ſemper aut plærumq; eſt
136 ens. Talia igitur interdum eſſe interdum non eſſe natura: neceſſe eſt. talium autem eadem potẽtia eſt cõtradictiõis: & vt ſint & non ſint cauſa materies eſt. quare: oppoſita ſimul eſſe actu
137 neceſſe eſt. At vero neq; verum eſt dicere nunc/tranſacto in anno eſſe: neq; tranſacto in anno nunc eſſe. Impoſſibile eſt ergo ſi aliquando non eſt: poſterius perpetuum eſſe. habebit enim poſterius: & potentiam non eſſendi.
138 Verum non vt tunc non ſit quando eſt (eſt enim ens actu) ſed in anno præterito/tem-

Tral.ve.ex græ.recog.

Quare ſi poſuerimus eſſe quæ poſſunt: oppoſita ſimul erunt. Amplius autẽ & hoc ſimiliter: in omni ſigno exiſtet. Quare: infinito tempore exiſtẽdi & non exiſtendi habebit potentiã. ſed oſtenſum eſt: q̃ impoſſibile eſt hoc. Amplius ſi prius potentia exiſtit actu: omni exiſtet tempore et quod ingenerabile eſt/et non ens infinito tempore/ fieri autem poteſt. Simul igitur non erat & exiſtẽdi potentiã habebat: & tunc exiſtẽdi & poſterius infinito tempore. Manifeſtũ eſt autem et aliter: q̃ impoſſibile ſit/quod corruptibile eſt non corrumpi aliquando. ſemper enim erit ſimul: & corruptibile & incorruptibile actu. Quare ſimul erit poſſibile: & ſemper eſſe/& non/ſemper. Corrumpitur igitur ali quãdo corruptibile. & ſi generabile/eſt: factum eſt. poſſibile enim eſt factum eſſe: & non ſemper eſſe. Eſt autem & ſic conſiderare/ q̃ impoſſibile eſt aut factum aliquando quippiã incorruptibile perdurare: aut quod ingenerabile eſt & ſemper prius exiſtẽs corrumpi. nichil enim a caſu: aut incorruptibile/ aut ingenerabile eſſe poteſt. quod enim a caſu eſt atq; a fortuna: eſt prẽter id q̃d ſẽper & q̃d vt plurimũ/aut eſt aut fit. Quod aũt infinito tẽpore aut ſimpliciter/aut ab aliquo tẽpore eſt: aut ſẽper aut vt plurimũ exiſtẽs eſt. Neceſſe eſt igitur natura talia: quãdoq; quidem eſſe/quandoq; autẽ non. talium autẽ: eadem potentia eſt contradictionis. & materia: cauſa eſt vt ſint/& non ſint. quare neceſſe eſt ſimul exiſtere actu: oppoſita. At vero/neq; verum eſt dicere nunc/q̃ eſt in priore anno: neq; in priore anno q̃ nunc eſt. Impoſſibile ergo eſt id quod non eſt aliquando: poſterius ſempiternum eſſe. habebit enim poſterius: & eã quæ eſt non exiſtendi potẽtiam. Verum non eam vt tunc non ſit quãdo eſt (exiſtit enim actu ens) ſed in anno priore &

Tral.ve.ex græ.recog.

præterito tẽpore. Sit itaq; id cuius habet potentiam: exiſtens actu. Erit igitur verum dicere nunc: ꝙ non eſt in priore anno. Sed impoſſibile eſt. nulla eni eſt potentia ipſius fuiſſe: ſed ipſius eſſe/ aut futurum eſſe. Similiter autem & ſi prius ſempiternū exiſtēs: poſterius nō eſt. habebit enim: potentiam eius quod actu non eſt. Quare ſi poſuerimus quod poſſibile eſt: verum erit dicere nunc/ ꝙ hoc eſt in priore anno/ & vniuerſaliter in præterito tẽpore. Et naturaliter autem & non vniuerſaliter cõſiderantibus/ impoſſibile eſt: aut quod ſempiternum erat prius/ corrumpi poſterius/ aut quod prius non erat/ poſterius ſempiternum eſſe. corruptibilia enim omnia: & generabilia & alterabilia ſunt. alterantur autem contrarijs. & ex quibus conſtant quæ natura ſunt: etiam ab eiſdem ipſis corrumpuntur.

Argyropylus

poreq; tranſacto. Sit igitur id actu: cuius potentiam habet. Verum igitur erit: ſi tranſacto in anno non eſſe dicatur. At impoſſibile eſt. nulla namq; potentia eſt reſpectu ipſius fuiſſe: ſed eſſe/ vel fore. Similiter & ſi 139
prius ſempiternum erat: & poſterius non eſt. habebit enim: potentiam eius quod actu non eſt. Quare ſi poſuerimus id qđ poteſt: vere dicetur nunc hoc eſſe tranſacto in anno/ in temporeq; omnino exacto. Natu- 140
raliter etiã & non vniuerſaliter ſi conſideremus: impoſſibile ſane videbitur/ aut corrumpi poſterius quod perpetuum prius erat/ aut poſterius ſempiternum eſſe quod prius non erat. corruptibilia enī: & generabilia & alterabilia ſunt/ vniuerſa. alterantur autem contrarijs. & ex quibus conſtant ea quæ ſunt natura: ab ijs ipſis & corrumpuntur.

¶Trallationis veteris de Cœlo Ariſtotelis/ex græco recognitæ: primi libri finis.

¶Primi de Cœlo Ariſtotelis interprete Ioãne Argyropylo libri finis

Argyropylus

¶ Secundus de Cœlo Aristotelis ad R.P.D. Ioānem Archiepiscopū Strigonienſem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Trallatio vetus ſecūdi de Cœlo Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I.

1 Oelū igitur vniuerſū neq; ortū eſſe neq; corrūpi poſſe vt quidā inquiunt/ ſed vnum eſſe ac ſempiternum/ principiū quidem & exitum æternitatis vniuerſæ nō habens/ infinitum autem habēs & continens in ſeipſo tempus: & ex ijſce quę dicta ſunt/ & per opinionem eorum qui aliter dicunt ipſumq; generant/ fidem ſumere licet. nam ſi ſic quidem ſeſe habere poteſt/ eo autem modo quem illi dicunt non poteſt: magnum & hoc vtiq; momentum ad faciendam fidem de immortalitate
2 æternitateq; ipſius habet. Quare bene ſeſe habet: quemq; ſibi perſuadere veteres & maiorum maxime noſtrorum ſententias veras eſſe/ quæ quidem aſſerunt eſſe quippiam eorum immortale atque diuinum quæ motum quidem ſubeunt/ talem tamen vt nullus ipſius ſit finis/ ſed potius ipſe cæterorum ſit finis. et finem enim ex his eſſe conſtat: quæ continēt. & hic cum ſit perfectus: imperfectos continet/ & eos qui finem habent atque ceſſationem. ipſe namque neque principium/ neque exitum vllum habet: ſed inceſſabilis eſt tempore infinito. cæterorum autem: aut eſt principij cauſa/ aut ſuſcipit exitum ceſſationemve. Atque ſuperum locum cœlumque veteres quidem diis tribuerunt: propterea q; ſolum eſt immor-
3 tale. Præſens autem oratio: teſtis eſt incorruptibile ac ingenerabile eſſe/ vacareque præterea omni difficultate mortali. Et inſu-

Vodigitur neq; factum ſit vniuerſum cœlum/ neq; contingat ipſum corrūpi/ quēadmodum quidam dicūt/ ſed ſit vnum et ſempiternum/ principium quidem & finem non habēs vniuerſi æui/ habens autem & continēs in ſeipſo infinitum tempus: & ex dictis licet accipere fidem/ & per opinionem eam quæ ab aliter dicētibus & generantibus ipſum effluxit. ſi enim ſic quidem ſeſe habere contingat/ eo autem modo quo illi dicunt non contingat: magnum vtiq; habebit & hoc/ momentum ad fidē de immortalite ipſius & ſempiternitate. Quare bene ſe habet quemq; ſibi perſuadere/ antiquos & maxime patrum noſtrorū veros eſſe ſermones: q; eſt imortale aliquid ac diuinum eorum quę motum quidem habēt/ talem tamen habēt vt nullus ſit finis ipſius/ ſed potius iſte aliorum finis ſit. nam & finis continētium eſt. & hæc circularis latio perfecta exiſtens: continet imperfectas/ & habentes finem ac quietem. ipſa quidem/ neq; principium vllum habet/ neq; finem: ſed inceſſabilis eſt infinito tempore. aliorum autem: horum quidem principij cauſa eſt/ horum autē ſuſcipiens quietē. Cœlum autē/ & qui ſurſum eſt locum: antiqui quidem diis attribuerunt/ vtpote quod ſolū eſt immortale. Preſens autē teſtificatur ratio: q; ingenerabile ſit & incorruptibile. Amplio autē: impaſſibile omnis mortalis difficultatis eſt. Amplio

Cap. 1 2

Tral.ve.ex græ.recog.

us autē/ ſine labore: propterea q̄ nulla indiget violēta neceſſitate/quę prohibēs detineat ipſum aptū natura aliter ferri. omne enim tale/laborioſum eſt:quo magis ſempiternum fuerit/& diſpoſitionis optimæ expers. Quapropter neq̄ ſecūdū antiquorū fabulā arbitrandū eſt ſeſe habere:qui dicūt Atlante quodā/ipſi opus eſſe/ad ſalutē. vidētur enim & qui hūc cōſtituerunt ſermonē:eandē habere opinionē quam poſteri. nam quaſi grauitatē haberēt/terreaq̄ eſſēt omnia quæ ſurſum ſunt/corpora:ſubſtituerūt ipſi fabuloſe/ neceſſitatē animatā. Neq̄ itaq̄ hoc modo exiſtimādū eſt/neq̄ ob vertiginē celerioris lationis proprio motu exiſtētē:adhuc cōſeruari tāto tēpore/quēadmodū Empedocles inquit. At vero nec ab anima cogēte:rationabile eſt/manere ſempiternū.neq̄ enim poſſibile eſt:talē eſſe vitam animæ ſine triſtitia/& beatā. neceſſe enim eſt motum cum violētia exiſtētē/ſi quidē mouet/cū ferri aptū natura ſit primū corpus aliter/et mouet cōtinue:negocioſum eſſe & omni carētem ocio mente concepto. ſi neq̄ vt animæ mortaliū animaliū requies ineſt ea quæ circa ſomnum fit corporis remiſſio: ſed neceſſe eſt Ixionis cuiuſdam fatum detinere ipſam/ ſempiternum & indomitū. Si itaq̄ (quēadmodum diximus) cōtingit dicto ſe habere modo de prima latione:non ſolum de ipſius ſempiternitate ſic exiſtimare melius/ ſed & ſolū vtiq̄ habebimus. ſic conſentanee diuinationi ei quæ de diis eſt/enūciare cōcordes ſermones. ſed de talibus quidē ſermonibus: ſatis ſint quæ nūc dicta ſunt. CAP. II.

2 OVoniam autem quidā ſunt qui dicūt eſſe quippiā cœli dextrū/& ſiniſtrū/quēadmodū vocati Pythagorei (illorū enī: hic ſermo eſt) cōſiderā-

Atlas

Empedocles

Ixio

Pythagorei

Argyropylus

per eſſe ſine labore:propterea q̄ nullius indiget vim inferentis neceſſitatis/ quæ quidem prohibens detineret ipſum aptum alio modo ferri. omne namq̄ tale/laborioſum eſt:quo magis perpetuum eſt & optimæ diſpoſitionis expers. Iccirco neq̄ putandum 4
eſt ipſum ita ſeſe habere vt veterum fabula dicit:qui quidem ſalutem ipſius Atlante quodam inquiunt indigere. Et ij namq̄ qui hanc ſententiam attulerūt:idem quod poſteri videntur exiſtimaſſe. nā quaſi pondus haberent ſupera corpora omnia/terreaq̄ eſſent: neceſſitatem animæ participem ipſi fabuloſe ſuppoſuere. Neq̄ igitur hoc modo/ neq̄ ob cōuerſionem/propterea q̄ lationem habēt/motū ſuopte celeriorem/ vt Empedocles dicit: con- 5
ſeruari putandū eſt adhuc ipſum tempore tanto atq̄ incolumem eſſe. At vero/nec ab anima cogēte ſempiternū manere:cōſentaneum eſt rationi. neq̄ enim talis ipſius animæ vita: ſine dolore/ beataq̄ eſſe poteſt. et motū enim qui eſt cum vi/ ſi mouet corpus primum aliter aptum ferri/ continueq̄ mouet: negocioſum atq̄ ab omni voluptate mentis ſemotum eſſe neceſſe eſt. ſi neq̄ vt animæ mortalium animaliū requies ineſt ea quæ circa ſomnum fit corporis relaxatio: ſed Ixionis fatū cuiuſdā ipſam perpetuū inſuperabileq̄ detinere neceſſe eſt. Si igitur (vti diximus) res dicto modo de prima latione ſeſe habere poteſt:non ſolum concinnius eſt ita de æternitate ipſius exiſtimare/ ſed etiam hoc modo dūtaxat conſentaneius ei vaticinationi quam de diis habemus/ ſententias poſſumus certo proferre. ſed de his hactenus.

CAP. II.

OVm autem ſint qui 6
dextrum ipſius cœli quippiam & leuum inquiunt eſſe/ vt ij qui Pythagorici nuncupantur (eſt enim hæc illorum ſententia) conſideran-

Argyropylus

dum eſt vtrum res ſic ſeſe habeat vt illi dicunt: an alio potius modo / ſi hæc principia corpori ipſius vniuerſi ſunt adiungenda? cõtinuo namq; ſi dextrũ ineſt ei leuumq; : priora principia prius in ipſo exiſtimandum eſt eſſe. Determinatum igitur de his eſt in ijs quæ de animalium motibus ſunt tractata: propterea q̃ hæc propria ſunt illorũ naturæ atq; accommodata. manifeſte namq; animalibus ineſſe videntur quibuſdam omnes iſtiuſmodi partes (dextrum inquam atq; ſiniſtrum) quibuſdam nonnullæ: plantis vero ſupera atq; infera
8 ſolum. Q̃z ſi cœlo talium quippiam eſt adiungendum: & id ipſi competere quod primum (vti diximus) in animalibus ineſt: conſentaneũ eſt rationi. vnũquodq; enim trium (dico autẽ trium: ſuperum inferumque / ipſum ante atq; oppoſitũ / & dextrum leuũq;) vt principium quoddam eſſe videtur. has enim omnes dimenſiones: perfectis corporibus ineſſe conſonum eſt rationi. atque ſuperum quidem lõgitudinis / dextrum autem latitudinis: ipſum vero ante altitudinis principium eſt. Inſuper alio modo: motuum ratione. hæc enim principia dico: vnde motus ijs incipiunt quæ hæc habent. Eſt autem ab ipſo quidem ſupero / accretio: a dextris autẽ / ea motio quæ loco accõmodatur. ab ijſce vero quæ ante ſunt: ea motio quæ fit ſenſu. atq; id ante dico: in quo ſunt ſen
9 ſus. Quapropter & non omni in corpore quærendum eſt ſuperum atq; inferum / & dextrum leuũq; / atque ante & retro: ſed in hiſce quæ cum animata ſint / motus in ſeipſis principium habẽt. in nullo enim eorum quæ vacant anima: id cernimus vnde eſt principiũ motus. quædã enim omnino non mouentur: quædam mouentur quidem / ſed omni ex parte ſimili modo. veluti ignis / ſurſũ ſolũ: & terra / ad mediũ. Sed in his
10 ſuperũ & inferũ / dextrũ leuũq; dicimus: ad noſipſos referẽtes. Nã aut reſpectu noſtri dextri leuiq; /

Tral.ve.ex græ.recog.

dum eſt vtrũ hoc ſeſe habeat modo vt illi dicũt / an potius aliter / ſi oportet hęc principia corpori ipſius vniuerſi adiungere? cõfeſtim enim primũ / ſi dextrũ exiſtit et ſiniſtrũ: adhuc prius exiſtimandum eſt priora exiſtere principia in ipſo. Determinatũ eſt igitur de his: in ijs quæ circa animalium motus / propterea q̃ propria illorũ naturæ ſunt. manifeſte enim animalibus ineſſe videtur / his quidem omnes tales partes (dico autẽ: vt & dextrũ & ſiniſtrũ) his autem aliquę: plãtis autẽ ſurſum & deorſum ſolum. Si autẽ oportet accõmodare cœlo aliquid talium / & quod primũ (quẽadmodum diximus) in animalibus ineſt: rationabile eſt exiſtere in ipſo. nam cũ tria ſint: vnũquodq; veluti principiũ quoddã eſt. dico autem tria: ſurſum et deorſum / & ante et oppoſitũ / & dextrũ & ſiniſtrum. has enim diſtãtias omnes: rationabile eſt ineſſe corporibus perfectis. Eſt autẽ ſurſum quidẽ: lõgitudinis principiũ. dextrũ autem: latitudinis. ante vero: profũditatis. Amplius autem aliter: ſecundũ motus. principia enim hæc dico: vnde ijs quæ hæc habent / motus primũ incipiunt. eſt autẽ ab ipſo quidem ſurſum: augmẽtatio. a dextris autem: qui ſecundum locum fit. ab ijs vero quæ ante ſunt: qui ſecundum ſenſum. ante enim dico: in quo ſenſus ſunt. Quapropter & non in omni corpore ſurſum & deorſum / & dextrum & ſiniſtrũ / & ante & poſt quęrendũ eſt: ſed in ijs quæ cũ animata ſint / motus principiũ in ſeipſis habent. in nullo enĩ inanimatorũ videmus: vnde eſt principiũ motus. aliqua enim / omnino non mouẽtur: aliqua vero mouentur quidẽ / ſed nõ ab omni parte ſimiliter. vt ignis / ſurſum ſolum: et terra / ad mediũ. ſed in his quidem dicimus ſurſum et deorſum / et dextrũ et ſiniſtrum: ad nos referentes. Aut enim ſecundũ noſtra dextra / quẽadmo-

Tral.ve.ex græ.recog.

dū diuinatores: aut ſecūdū ſimilitudinē ad noſtra/quēadmodū ea quæ ſunt ſtatuæ/aut quæ cōtrario modo ſe habēt poſitione. Dextrū enim: id quod eſt ſecundum noſtrū ſiniſtrū. Siniſtrum vero: cōtrariū. Et poſt: quod ſecundū noſtrū ante. In his aūt ipſis: nullā videmus differentiā. ſi enī ecōtrario vertātur: cōtraria dicimus dextra & ſiniſtra/ſurſum & deorſum/ante & poſt. Quapropter & Pythagoreos vtiq; quis damnabit: ꝙ duo ſola hæc principia dicebant/dextrum & ſiniſtrū. illa autem quatuor omiſerunt: quæ non minus principalia ſunt. nichilo enim minorē differentiā habent quæ ſurſum ſunt ad ea quæ deorſum/& quæ ante ad ea poſt: q̄ dextra ad ſiniſtra in omnibus animalibus. hæc enim potentia differunt ſolum: illa autem et figuris. & ſurſum et deorſum: omnibus animantis ineſt ſimiliter et animalibus et plātis. dextrū autem & ſiniſtrū: nō ineſt in plātis. Præterea autē vt lōgitudo latitudine prior eſt/ſi ſurſū magnitudinis prīcipiū eſt/dextrū autē latitudinis/prioris autē prīcipiū prī⁹ eſt: ſic prius vtiq; erit ſurſū dextro ſecūdū generationē. quādoquidē multifariā dicit prius. Ad hæc autē/ſi ſurſū quidē eſt vnde eſt motus/dextrū autē a quo/ante autē ad quod: etiā ſic vtiq; quandā potentiā principij habebit ſurſū ad alias ſpecies. Et quia igit̄ omiſerūt maxime prēcipua prīcipia: iuſtū eſt ipſos increpare/& quia hęc in oībus ſimiliter putabāt ieſſe. ¶ Nobis aūt quoniā determinatū eſt prius/ꝙ in habentibus prīcipiū motus tales potētiæ inſūt/cœlū aūt animatū eſt/et habet motus principiū: manifeſtū eſt ꝙ habet ſurſum et deorſum/& dextrū et ſiniſtrū. Nō enī oportet dubitare ex eo quia rotūda ſit figura ipſius vniuerſi: quomodo erit huius/hoc quidem dextrū/hoc autē ſiniſtrū/ſimilibus exiſtētibus partibus oībus/& motis

Argyropylus

vt augures dicunt: aut ſimilitudine noſtri / vt ea quæ ſunt ſtatuæ/aut ea quæ contrario modo ſeſe habent poſitione. Etenim dextrum quidem id dicimus: quod opponitur noſtro ſiniſtro. leuum autem: contrarium. & retro ac ante: ſimili modo. In his autem ipſis: nullam differentiam cernimus. Si contra namque vertantur: contraria dextra leuaq; ſupera ac infera/& ante retroq; ſane dicemus. Quapropter & Pythagoricos quiſpiā mirabitur ſola hæc duo principia dixiſſe: dextrū inq̄ atq; ſiniſtrum. cæteras autem quatuor differentias omiſiſſe: non minus rationem principij ſubeuntes. non enim minorem ad infera ſupera / & ad ea quæ ſunt retro ea quæ ſunt ante: q̄ ad leua dextra vniuerſis in animalibus differentiam habent. hæc enim vi ſolum: illa figura etiam differunt. Et ſuperum quidem ac inferum: omnibus animantibus ineſt/tam animalibus q̄ etiam plātis. Dextrum autē leuumq;: plātis non ineſt. Præterea vt longitudo latitudinem antecedit: ſic prius erit generatione ſuperum dextro / cum multipliciter prius dicatur/ſi longitudinis quidem ſuperum/latitudinis vero dextrū principium eſt/atq; prioris principium antecedit. Inſuper/ſi ſuperum quidem eſt id vnde eſt motio/dextrum autem a quo/& ante ad quod: hoc queq; modo vim quandam principij ſuperū ad cæteras ſpecies habet. Increpandi ſunt igitur Pythagorici: & quia maxime propria principia omiſerunt/& quia in vniuerſis hęc ſimiliter ineſſe putabant. ¶ Cum aūt a nobis ſit antea definitū tales potētias ijs ineſſe quę principiū motus habent/et cœlū ſit animatum atq; principium habeat motus: patet ipſi ſuperū inferumq;/ & dextrum atq; leuū ineſſe. non enim dubitare oportet ob vniuerſi rotundam figurā: quonā pacto aliud ipſius dextrū/aliud leuū erit/ſi partes ſint ſimiles vniuerſæ/ꝑpetuoq; motu

Argyropylus

cieantur/ſed intelligere perinde oportet/atq; ſi quiſpiam in hiſce quæ dextri ad leuum/ figuris quoq; differentiam habent/ circumpoſuerit ſphæram. habebũt enim potentiam differentem. at ob figuræ ſimilitudinem: habere non videbuntur. Eodem modo: de principio quoque motus intelligamus oportet. etenim etſi nunq̃ moueri cœlũ incepit: principium tamẽ habeat ipſum neceſſe eſt vnde incepiſſet ſi inciperet moueri. & rurſus ciebitur
14 motu: ſi ſtabit. ¶Dico autem lõgitudinem ipſius quidem eã eſſe/ quæ eſt inter polos diſtantíam: & polorum alterum ſuperã/ alterum inferam partem. differẽtiam enim in ſolis his ſemiſpęriorum cernimus: ex eo quia poli non mouẽtur. & inſuper in mũdo non ipſum ſuperum atq; inferum: ſed ea quæ ſunt præter polos/ latera dicere conſueuimus. Quo patet: hanc ipſius cœli longitudinẽ eſſe. id eſt enim latus: quod eſt præter ſuperum inferumq;. ¶Polorũ autẽ is quidem qui apud nos videtur: pars infera eſt. is autem qui nobis manifeſtus non eſt: partis rationem ſu
15 perę ſubit. Dextrũ enĩ vniuſcuiuſq; id eſſe dicimus: vnde principiũ ad locũ accõmodatę motionis emerget. Cõuerſionis vero cęli principiũ id eſt: vnde oriunt ſtellæ. quare hoc erit dextrũ. id vero vbi fiũt occaſus: leuũ. Si igit a dextris ĩcipit & circũferẽ ad dextra: polũ eũ qui non videtur ſuperũ eſſe neceſſe eſt. ſi enĩ erit is qui videt: motus ad partes erit
16 ſiniſtras. qđ quidẽ nõ dicim9. Patet igit: eũ polũ qui non videt a nobis/cœli partẽ ſuperam eſſe. & eos qdẽ qui illic habitãt/ĩ ſemiſpęrio ſupo eſſe atq; ĩ dextris: nos autẽ ĩ ĩfero ac ſiniſtris/cõtra atq; Pythagorici dicũt. illi enĩ nos ſupra faciũt dextraq; in parte: illos ĩfra atq; ĩ leuis. cõtrariũ autẽ accidit. ¶Verũ ſcđę cõuerſiõis veluti vagarũ ſtellarũ/ nos quidẽ ĩ ſuperis dextriſq; ſumus: illi vero in ĩferis ſũt atq; ſiniſtris. eſt enĩ: hiſce principiũ motionis cõtra.

Tral.ve.ex græ.recog.

omni tempore/ſed intelligere/quẽadmodũ ſi quis in quibus habeat dextrum ad ſiniſtrũ differẽtiã etiã figuris/ deinde circũponat ſphærã. habebit enĩ potentiam differentẽ. videbitur autẽ minime: propter ſimilitudinẽ figurę. Eodẽ autẽ modo: & de principio motus. etenim etſi nunq̃ incepit: principiũ tamen habeat neceſſariũ eſt vnde incepiſſet/ſi inciperet qđ mouetur/moueri. atq; ſi ſteterit: mouebitur vtiq; iterũ. ¶Dico autẽ longitudinẽ 4
quidem ipſius: eã quæ ſecũdũ polos eſt diſtantiã. & polorũ/hunc quidẽ ſurſum: hunc autẽ/ deorſum. differẽtiã enĩ in his ſolis hemiſphęriorũ videmus: propterea q̃ nõ mouẽtur poli. Simul autẽ & cõſueuimus dicere latera in mundo: nõ qđ ſurſũ eſt & deorſũ/ ſed qđ eſt præter polos tanq̃ hoc lõgitudo ſit. id enĩ ad latus eſt: qđ eſt p̃ter ſurſũ & deorſũ. ¶Polorũ autẽ is quidẽ qui ſupra nos apparet: ea q̃ deorſũ exiſtit/pars eſt. qui vero nobis ĩmanifeſtus eſt: q̃ ſurſũ. dextrũ enĩ vniuſcuiuſq; dicimus: vnde principiũ eſt eius qui ſecũdũ locũ fit motus. Circũlationis aũt cœli principiũ eſt: vnde aſtrorũ ortus ſũt. quare hoc: vtiq; erit dextrũ. vbi autẽ occaſus: ſiniſtrũ. Si igitur et a dextris incipit & ad dextra circumfertur: neceſſe eſt ſurſũ eſſe/eũ qui nõ apparet polũ. ſi enĩ is erit qui manifeſtus eſt: ad ſiniſtra erit motus/qđ quidẽ nõ dicimus. Manifeſtũ eſt igit q̃ ĩmanifeſtus polus/ eſt ſurſũ: et qui illic habitãt/in eo ſũt qđ ſurſũ eſt hemiſphęrio/& apud dextra. nos autẽ ĩ eo qđ deorſũ eſt: & apud ſiniſtra/ ecõtrario q̃ vt Pythagorei dicũt. illi enĩ nos et ſurſum faciũt/& in dextra parte: illos vero/ qui illic ſunt/ deorſum & in ſiniſtra. accidit autem contrariũ. ¶Verum ſecun- 6
dæ circũlationis veluti planetarum/ nos quidẽ in ijs quæ ſurſũ/ & in dextris ſumus: illi autẽ in ijs quę deorſũ/& in ſiniſtris. ecõtrario enĩ: his principiũ motionis eſt.

propterea q̄ cōtrarię ſunt lationes. Quare accidit nos quidē eſſe apud principiū: illos autē apud finē. De partibus igitur ſecundum diſtantias/et ſecūdum locum definitis:tot dicta ſint.

propterea q̄ lationes contrariæ ſunt. Quare fit vt nos in principio ſimus: illi in fine ſint collocati. De partibus igit̄ per dimenſiones/ locove definitis:tot a nobis ſint dicta.

CAP. III.

OVoniam autem non eſt contrarius circularis motus circulari: cōſiderandū eſt curnā plures ſunt lationes/ quanq̄ de longe tentantibus facere quæſtionem. longe autem non adeo loco: ſed multo magis eo q̄ eorum quæ accidunt ipſis de admodū paucis habemus ſenſū. attamen dicamus. cauſa autem de ipſis: hinc ſumenda eſt. Eorum vnumquodq̄ quorū eſt opus: eſt gratia operis. dei autē operatio: immortalitas eſt. hoc autē: eſt vita ſempiterna. itaq̄ neceſſe eſt: motum ſempiternum deo ineſſe. Quoniam autem cœlū tale eſt (corpus enim quoddam diuinū eſt) ob hoc habet circulare corpus/ quod natura circulariter mouetur ſemper. Cur igitur: non totum cœli corpus tale eſt? quia neceſſe eſt manere aliquid corporis lati circulariter: id inquam quod in medio exiſtit. illius autem nullam poſſibile eſt manere partē: neq̄ omnino/neq̄ in medio. etenim motus ipſius ſecundum naturā: eſſet ad mediū. Natura autē: circulariter mouet. nō enī: eſſet ſempiternus/ motus. nā nichil præter naturā: ſempiternū eſt. poſterius autem eſt: quod præter naturā exiſtit eo q̄ ſecūdum naturam. & exceſſus quidā eſt in generatione quod pręter naturam eſt: eius quod ſecūdū naturā. Neceſſe eſt igitur: terram eſſe. hæc enim: quieſcit in medio. nunc igitur ſupponatur hoc: poſterius autē demonſtrabitur de ipſo. At vero ſi terram: neceſſe eſt et ignem eſſe. Contrariorū enim/ ſi alterum natura eſt: neceſſe et alterum eſſe natura ſi ſit contrarium/et eſſe quādā ipſius naturā.

Vm autē conuerſio 17
conuerſioni non ſit contraria: conſiderandum cur plures ſunt lationes/ quāq̄ eminus facere inquiſitionem conamur. eminuſq̄ non adeo loco: ſed multo magis hoc ipſo quod accidentium ipſis cœlis perpaucorum ſenſum habemus. dicamus tamen/atq̄ de ipſis cauſam hinc ſumamus: oportet. Eorum quodq̄ quorum eſt opus: operis ipſius eſſe gratia/ conſtat. dei vero operatio: imortalitas eſt. hoc autem: eſt perpetua vita. Quare deo perpetuum ineſſe motum: neceſſe eſt. Cum autem celum ſit tale (eſt enim: corpus quoddā diuinum) ideo corpus rotundum habet/ quod ſuapte natura ſemper cōuertitur. Cur igitur: totum corpus cœli tale non eſt? quia corporis eiꝰ quod verſatur aliquid/ id inquā quod eſt in medio: manere neceſſe eſt. Huius autē manere nulla pars: aut omnino/aut in medio poteſt. Naturalis enim 18
ipſius motus: ad ipſum medium eſſet. At ipſū ſuapte natura verſatur. motus enim ſempiternus nō eſſet: quippe cum nichil pręter naturam ſit ſempiternum. Id enim quod eſt præter naturam: poſterius eſt eo qđ eſt ſecūdū naturam. atq̄ id quod eſt pręter naturam: exceſſus quidā eſt in ipſa generatione/ eius quod eſt ſecundum naturā. Sit igitur terra: neceſſe eſt. hęc enim: in medio ſane quieſcit. atq̄ nunc quidē hoc ſupponatur: poſterius autem de ipſo dicetur. At ſi terram eſſe. neceſſe eſt: ignem etiam eſſe neceſſe eſt. Cōtrariorum enim ſi alterum eſt natura: & alterum eſſe natura neceſſe eſt ſi ſit contrarium/ atq̄ aliquam ipſius eſſe naturā.

Argyropylus

Est enim eadem cõtrariorũ materies: & affirmatio priuatione est prior/ veluti calidũ frigido. Quies vero ac graue: per leuitatis motu
19 tusve priuationem dicuntur. Atqui si terra est atq; ignis: ea quoq; corpora esse quæ sũt inter ipsa/ necesse est. elementorum enim vnumquodq; contrarietatẽ ad qdq; nimirum habet. atq; hoc etiã nũc supponatur: posterius autẽ est demonstrandum. Hæc cum sint: patet necessario generationem esse/ propterea quod nichil ipsorũ perpetuum esse potest. agunt enim inter sese contraria ipsa: mutuoq; a sese patiũtur ac corrumpuntur.
20 Non est præterea consentaneum rationi: mobile quippiam perpetuum esse/ cuius motus secundum naturam perpetuus esse non potest. at horum est motus. Ex his igitur patet: necessario generationem esse. Qz si generationem esse necesse est: & aliam latione aut vnam aut plures esse necesse est. nam/ vt sese habet totius motio cœli: sic elementa corporum inter sese respectu generationis habere necesse est. et hoc etiam: in sequentibus dilucidius declarabi
21 tur. Nunc tantum patet: quam ob causam plura sunt corpora quæ versantur. generationem enim esse necesse est. et generationem: si & ignem esse necesse est. & hunc cæteraq; si & terram. & hanc/ propterea quod aliquid consistat maneatque semper necesse est: si moueri quippiam semper oportet.

CAP. IIII.

22 Figuram autem cœlum rotundam habere necesse est. Hęc enim: est accommodatissima substantię ipsius/ & natura etiam prima. Dicamus autem vniuersaliter: quænam & in plantis et in solidis figura sit prima. Omnis itaq; figura plana: aut a rectis lineis/ aut a circunferentia continetur. & illa quidem a pluribus: hæc ab vna linea solum.

Tral.ve.ex græ.recog.

Eadem enim est materia/ contrariorum: & priuatione/ prior affirmatio. dico autem: veluti calidum/ frigido. Quies autẽ & grauitas: dicuntur per priuationẽ leuitatis & motus. At vero si est ignis & terra: necesse est & ea quę inter ipsa sũt/ esse corpora. cõtrarietatem enim habet vnũquodq; elementorum: ad vnumquodq; supponatur autem/ & hoc nunc: posterius autem tentandum erit ostendere. His autem existentibus: manifestum est q̃ necesse est generationem esse/ eo q̃ ipsorũ nichil possibile est esse sempiternum. patiuntur enim & agunt contraria a se inuicem: & corruptiua inuicem sunt. Insuper autem non est rationabile quippiam mobile esse sempiternum: cuius non contingit esse secundum naturam/ motum sempiternum. horũ autem: est motus. Q̃ igitur necessariũ sit esse generationẽ: ex his manifestũ est. si vero generationẽ: necesse est & aliã esse lationem/ aut vnam/ aut plures. secundum enim eã quæ totius est: similiter necessarium est sese habere et elementa corporum ad se inuicẽ. dicetur autem & de hoc/ planius: in sequẽtibus. Nunc autem tantum manifestum est: propter quam causam plura sunt circularia corpora/ quia necesse sit generationem esse. generationem autẽ: si & ignem. hunc autem & alia: si et terram. hanc autem/ quia necesse est manere aliquid semper: si moueri aliquid semper oportet.

CAP. IIII.

Figuram autem sphæricã: necesse est habere cœlũ. Hæc enim est: & maxime propria substãtię/ & natura/ prima. Dicamus autẽ primũ vniuersaliter de figuris: quæ prima sit & in planis & in solidis. Omnis itaq; figura plana: aut rectilinea est/ aut circularis. & rectilinea quidẽ: a pluribus continetur lineis. circularis autẽ: ab vna.

8

Tral.ve.ex græ.recog.

Quoniam igitur prius natura in vnoquoq; genere est vnum multis/ & simplex composito: prima vtiq; erit planarum figurarum circulus. Amplius autem/ si perfectũ id est extra quod nichil eorum quæ ipsius sunt possibile est accipere quemadmodum determinatum est prius/et rectæ quidem appositio semper est/ circulari autem nunq̃: manifestum est ꝙ perfecta vtiq; erit ea/quæ continet circulum. Quare si perfectum prius est imperfecto: & ob hæc/ prima vtiq; erit figurarum/ circulus. Similiter autem & sphæra:solidarum. sola enim hæc continetur vna superficie:rectilineæ autẽ/pluribus. vt enim se habet circulus in planis:sic sphæra in solidis. Amplius autem & diuidentes in plana/& ex planis corpora generantes: testes fuisse his videntur.solam enim solidarum sphæram/nõ diuidunt:tanq̃ non habentem plures superficies q̃ vnam. diuisio enim in plana/non vt secans quis in partes diuidet totum/ hoc efficitur modo: sed vt in diuersa specie. Qꝛ igitur solidarum figurarum prima sit sphæra:palam est. Est autem & secundum numerum/ordinem assignantibus/sic ponentibus rationabilissimum: circulum quidem secũdum vnũ/ triangulum autem secundum dualitatẽ/ quoniam duo recti sunt. Si autem secundum triangulum/vnum:circulus non erit figura. Quoniam autem prima quidem figura primi est corporis/primum autem corpus qđ in extrema circũlatione:sphæricũ id vtiq; erit qđ circulari fertur latione. Et qđ igitur cõtinuũ illi est.sphęrico enĩ:cõtinuũ est sphęricũ. Similiter aũt:et quæ ad mediũ horũ sunt.quæ enĩ a sphęrico cõtinentur & tangunt:tota sphærica necesse est esse.quæ autem infra planetas sunt:tangunt eam quæ supra est sphęrã. quare sphęrica vtiq; erit: omnis. omnia enim tangunt:& continua sunt sphęris

Argyropylus

Cũ vnum igitur in vnoquoq; genere prius sit multis natura/compositoq; simplex: figurarum planarum profecto circulus erit prima. Præterea si perfectum id est 23
extra quod nichil eorum quæ sũt ipsius accipi potest/quemadmodum prius est definitum/& lineæ quidẽ rectæ semper additio fieri potest/lineæ vero circulari nũq̃: patet perfectam eã lineã esse quæ ipsum circulum continet. Quare si perfectum prius est imperfecto: ob hæc & circulus prima erit figura. Eodem & sphæra modo: solidarũ figurarum prima erit figura. sola namq;: ab vna superficie cõtinetur. rectarũ vero linearũ figurę: a pluribus cõtinent̃. vt enĩ in planis circulus sese habet:sic in solidis sphæra. Qui prę- 24
terea solida diuidũt in plana/atq; ex planis corpora generãt: his testes fuisse vidẽtur. solam enim figurarum solidarum sphæram nõ diuidunt: vt non plures superficies q̃ vnam habentem. diuisio enĩ in plana non perinde efficitur/ vt quispiã diuidẽs in partes diuidet totũ: sed vt in specie diuersa. Patet igitur:sphęram figurarum esse solidarum primam. Est ĩ super ma- 25
xime consonũ rationi/ si ordo per numerum etiam assignetur: hoc ipsam modo disponere/ vnitatem quidem circulo/ dualitatem autẽ triangulo tribuendo/cum duobus æquales suos angulos habeat rectis. Si vero vnitas triangulo tribuatur: circulus non erit sane figura. Cũ autẽ prima figura primi sit 26
corporis/ primum vero corpus id sit quod est vltima in couersione: rotundum id erit sane quod fertur cõuersione. & id ergo quod illi hęret. quod enim hęret rotũdo: id rotundum etiam est. Similiter & ea quæ in medio collocantur. ea namq; quæ a rotundo corpore continentur ac tangunt: rotunda esse cuncta necesse est. At quæ sunt sub vagarum sphæra: superam sphęram tangũt. quare ipsũ vniuersum rotundũ erit. omnia namq;: tangunt/ hærẽtq; sphęris.

Argyropylus

27 Præterea cum videatur ac ſupponatur vniuerſum ipſum verſari/demonſtratumq; ſit extra cõ uerſionem extimam neq; locum neq; vacuum eſſe: rotundum ipſum eſſe ob hæc etiam ipſa neceſſe eſt. Nam ſi rectarum linearum erit figuræ: eueniet & locum eſſe & corpus & vacuũ extima. nã cum rectarum linearum figura verſatur/nunq̃ eundẽ occupabit locum: ſed vbi prius erat corpus nunc non erit/& vbi nũc nõ eſt rurſus ob angulorum tranſitionem erit. Eadem euenient: & ſi quiſpiam aliquam figuram aliã ipſi tribuerit/non habentẽ eas lineas quæ ex medio progrediuntur æquales/ veluti lentis figuræ ſimilẽ aut oui. in omnibus enĩ: eueniet & locum eſſe & vacuum extra cœlum/propterea quod totum non eundem occupat locũ.

28 Pręterea ſi cœli latio quidẽ menſura eſt motuum propterea q̃ ſola cõtinuus eſt & vniformis ſempiternuſq; motꝰ/in vnoquoq; autẽ genere mẽſura id eſt quod eſt minimũ/minimus vero motꝰ is eſt celerrimus: patet cœli motũ

29 omniũ motuũ celerrimũ eſſe. At eorũ quę ab eodẽ ad idẽ pergũt: minima ipſius circuli linea eſt. per minimã autẽ: eſt motus celerrimus. Quare ſi cœlũ cõuertitur celerrimeq; mouetur: rotundum

30 ipſum eſſe neceſſe eſt. Sumere etiam quiſpiam et ex hiſce corporibus quæ circa medium collocantur: hãc fidem poteſt. Si enim aqua quidem eſt circa terram/ aer autem circa aquam/& ignis circa aerem collocatur: et ſupera corpora per rationem eãdem ita ſe habent. etenim continua quidem non ſunt: tangunt autem hæc. aquæ vero ſuperficies: rotunda eſt ſane. atque quod rotundum tangit/circaque rotundum eſt ſitum: et ipſum tale eſſe neceſſe eſt. Patet hac etiã

31 ratione: cœlum rotũdum eſſe. At vero ſuperficiem aquæ talem eſſe patebit: ſi ſuppoſitionẽ ſũpſerimꝰ/ aquã ſuapte natura ſemp ad magis cõcauũ locũ cõfluere.

Tral.ve.ex græ.recog.

Amplius quoniam videtur & ſupponi tur circulariter circumferri ipſum vniuerſum/demonſtratum eſt autẽ q̃ extra vltimã circũlationẽ/neq; vacuum eſt neq; locus: neceſſe eſt & ꝓpter hæc ſphæricũ eſſe ipſum. Nam ſi erit rectilineũ: accidet et locum eſſe extra/ & corpus/& vacuũ. nã rectilineum qđ circulariter vertitur/ nunq̃ eandẽ occupabit regionem: ſed vbi prius erat corpus nunc non erit/& vbi nunc nõ eſt iterũ erit/propter permutationem angulorum. Similiter autem: & ſi qua alia figura fiat/ non æquales habens eas quæ ex medio lineas/ vt lenticularis aut oualis. in omnibus enim: accidet & locum/ & vacuum eſſe extra lationem/propterea q̃ non eandem regionem totum occupat. Amplius autem/ſi motuum quidem menſura eſt cœli latio/ quia ſola continua eſt/ & regularis/& ſempiterna/ĩ vnoquoq; autem menſura eſt/quod minimum exiſtit/ minus autem eſt motus velociſſimus: manifeſtum eſt q̃ velociſſimus vtiq; erit omnium motuum cœli motus. At vero eorũ quæ a ſeipſo ad ſeipſum ſunt: minima eſt circuli linea. ſecundum autem minimã velociſſimus motus eſt. Quare ſi cœlũ circulariter fertur/& velociſſime mouet: ſphęricum ipſum neceſſe eſt eſſe. Sumet autem vtiq; quis/ et ex his quæ circa medium collocata ſunt/corporibus: hãc fidem. Si enim aqua quidem eſt circa terrã/ aer vero circa aquã/ignis autẽ circa aerẽ: & ſuperiora corpora ſecũdũ eandẽ rationem. cõtinua enĩ quidem non ſunt: tangunt autem hæc. ſuperficies autem aquæ: ſphærica eſt. quod autem ſphærico continuum eſt/ aut mouetur circa ſphæricum: et ipſum tale neceſſarium eſt eſſe. Quare & propter hoc: manifeſtum fuerit q̃ ſphæricum eſt cœlum. At vero q̃ aquæ ſuperficies talis ſit: manifeſtum eſt ſuppoſitione ſumpta/ q̃ apta natura eſt ſemper confluere aqua ad magis concauum. ma-

Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.



gis autem cõcauũ eſt: quod centro propinquius eſt. Ducanť igitur ex cẽtro linea A B/& linea A C. et ꝓducať i qua B C. Ducta igiť ad baſim linea iqua A D: minor eſt eis q̃ ex centro. magis cõcauus igiť locus eſt. quare influet aqua: donec vtiqꝫ ęquetur. Aequalis autẽ eſt ijs quę ex centro: linea A E. Quare neceſſe eſt: apud eas quę ex centro/eſſe aquam. tunc enim: quieſcet. Linea autem quę eas quę ex centro/ tangit: circularis eſt. ſphęrica igitur aquę ſuperficies eſt: in qua B E C. Qꝛ igiť ſphęricus ſit mũdus/ palã eſt ex his: & ꝙ cũ diligẽtia adeo recte tornatus ſit vt nichil aut manufactũ ſeſe habeat ſimiliter/aut aliud ꝙppiã eorũ q̃ apud nos/ in oculis exiſtũt. nichil enī eorũ ex quibus cõſtitutionẽ accepit ſic poteſt regularitatem ſuſcipere/et diligentiã: vt circulariter moti corporis natura. manifeſtũ enī eſt/ꝙ ꝓportionabiliter ſe habet: quẽadmodũ aqua ad terrã et elemẽtorũ ea quę plus ſemper diſtãt. CAP. V.



9 Voniã autẽ eſt dupliciter in circulo moueri/ vt ab A/ alio quidem ad B/alio autem ad C: ꝙ nõ ſint contrarij hi/prius dictũ eſt. ſed ſi nichil vt cõtingit/aut a caſu i ſempiternis eſſe poteſt/ cœlũ vero ſempiternũ eſt/& circularis latio: ꝓpter quã quidẽ cauſam ad altera fertur/ſed nõ ad altera: neceſſe enim eſt: & hoc aut principium eſſe/aut eſſe ipſius principium. Forte igitur de quibuſdam enunciare aliquid tẽtare/& de õnibus/& prætermittere nichil: videbitur vtiqꝫ eſſe ſignum aut multæ amentiæ/aut multę promptitudinis. nõ tamẽ iuſtũ eſt/oẽs ſimiliter increpare: ſed videre oportet cauſam dicendi quænam ſit. Prętera quo pacto ſe habeat in credẽdo: vtrũ humano modo/an validi9? Certiores igitur neceſſitates quando quis fuerit aſſecutus: tũc gratiã habere oportet inueniẽtibus. nunc autẽ id qđ videtur: dicendũ eſt.

Argyropylus

& eũ locũ magis cõcauũ eſſe: qui eſt ꝓpiquior cẽtro. Ducãtur igiť ex A cẽtro: rectę lineę A B & A C. & ex B & C linea ꝓducať B C: ad quã ab A ꝓpẽdicularis ducať A D/& ꝓtrahatur i F. Patet itaqꝫ lineã A D: minorẽ eſſe lineis A B & A C. ergo hic loc9: magis cõcauus eſt. quare affluet aqua: quouſqꝫ fuerit i æqualitatẽ redacta. At A E: æqualis eſt hiſce q̃ a cẽtro ſũt ductæ. quare aquã ipſã in hiſce eſſe quę ſũt ex cẽtro ductę: neceſſe eſt. tunc enim quieſcit. At eã quæ tangit eas quæ ſũt ex cẽtro ductæ: circũferẽtia eſt. Rotunda eſt ergo ſuperficies aquę: quæ quidẽ eſt B E C. Patet igitur ex 32
hiſce quæ dicta ſunt: mundũ eſſe rotũdum/ atqꝫ adeo exacte vt nichil eorũ quæ manu cõficiũtur/ nec aliud quicq̃ eorũ quæ apud nos oculis cernũtur/ ſit tã exacte rotũdũ. nichil enī eorũ ex quib9 cõſtat adeo vniformitatem/ exactãve rotũditatẽ ſuſcipere poteſt: vt ipſius corporis obeũtis natura. manifeſtum eſt enī rationẽ eã ſubire: quã aqua ſubit ad terrã/ et ea quæ plus ſemper remota ſunt atqꝫ diſtant. CAP. V.

Vm autẽ in circulo 33
duo motus fieri poſſint/ vt ab A/ vn9 ad B/ alter ad C: nõ eſſe quidẽ hos cõtrarios prius eſt dictũ. Sed ſi nichil in æternis eſſe fortuito aut a caſu poteſt/ cœlũ vero perpetuum eſt atqꝫ ipſa conuerſio: quam ob cauſam ad altera & non ad altera fertur? Nã et hoc principiũ eſſe/ aut ipſius principium eſſe: neceſſe eſt. De nõnullis igiť atqꝫ de 34
quib9 eniti ꝙppiã dicere nichilqꝫ prætermittere: aut inſignis ſtultitię forſitan/ aut valde parati animi videbiť eſſe. nõ tamẽ oẽs ſimiliter ſũt increpãdi: ſed dicẽdi cauſã quænã ſit videre oportet. et quo præterea modo ſe habet i credẽdo: vtrũ humanę/ an ita vt aſſerat atqꝫ ꝓſiſtat? Cũ igiť quiſpiã exactiores neceſſitates fuerit nactus: tũc hiſce qui inueniunt/ gratias agere oportet. nunc autẽ: id quod videtur/ dicẽdũ eſt.

natura semper id facit quod est optimum eorũ quæ fieri possũt/ vt autem lationum rectarum ea præstabilior est qua locus super⁹ petitur (est enim diuinior locus superus: infero) sic et ea qua itur versus anteriora præstabilior est ea qua itur retrorsum. siquidem ita sese habent & dextrum atq; sinistrũ: vt prius est dictum. Atq; dubitatio dicta: declarat pri⁹ posteriusve cœlum habere. hæc enĩ causa: dubitationẽ soluit. nam si sese habet vt potest optime: hęc erit profecto causa eius quod diximus. est enim optimum sane/ simplici ac ĩcessabili motu cieri: atq; hoc ad id quod pręstabilius est.

CAP. VI.

35 POst hęc motũ ipsius vniformẽ & non difformẽ esse: demõstrem⁹ oportet/ atq; hoc dico: de primo cœlo/ de lationeq; prima. in ijs enim quę sunt sub illo: plures lationes in vnum iã couenere. nã si difformiter mouebitur: patet intensionem lationis statum/ remissionẽq; fore. Omnis enim difformis latio: remissionem/ intensionem/ ac statũ habet. Status autem est: aut vnde mobile fertur/ aut ibi quo fertur/ aut in medio. veluti forsitan hisce quidem quę natura ferũtur: in eo ad quod mouentur. In ijs autem quæ præter naturam ferũtur: in eo vnde mouentur. hisce vero quæ proijciũtur: ĩ medio. At cõuersionis: neq; vnde/ neq; quo/ neq; mediũ est. Neq; enim ipsius prĩcipiũ: neq; finis/ neq; medium est absolute. nã & tempore est sempiterna: & & lõgitudine coacta/ nec frangetur. Quare si lationis cœli status non est: neq; difformitas erit. difformitas enim: ob remissionẽ in-
36 tensionẽve fieri solet. Præterea si omne quod mouetur ab aliquo moueatur: difformitas motionis aut ob id quod mouet/ aut ob id quod mouetur/ aut ob vtrũq; fiat necesse est. nã & si id qđ mouet nõ eisdem viribus moueat/ et si id quod mouetur alteretur/

Si enim natura semper facit eorũ quæ fieri possunt quod optimũ est/ est autẽ quẽadmodũ earũ quæ super recta fiũt lationũ/ ea quę ad eũ qui sursum est locũ/ honorabilior (diuinior enĩ est locus/ qui sursum est: eo qui deorsum) eodem modo & quæ ad ante fit ea quę ad post. siquidẽ sic se habent & dextrũ & sinistrum: quẽadmodũ dictũ est prius. Attestatur etiã dicta dubitatio: ꝙ habet prius & posterius. hæc enĩ causa: soluit dubitationẽ. si enĩ se habet q̃ potest optime: hęc vtiq; erit causa eius qđ dictũ est. optimũ enim est moueri simplici motu & incessabili: & hoc ad id quod honorabilius est.

CAP. VI.

DE motu autẽ ipsius ꝙ regularis sit et non irregularis: deinceps/ post ea quæ dicta sũt/ erit percurrẽdũ. dico autẽ hoc: de primo cœlo/ & de prima latione. in ijs enĩ quæ subter sunt: plures iã lationes cõuenerũt ĩ vnũ. Si enĩ irregulariter mouebitur: manifestũ est ꝙ intensio erit/ & status/ & remissio lationis. Omnis enĩ irregularis latio: & remissionẽ habet/ & intensionẽ/ et statũ. Status autẽ est: aut vnde fertur/ aut quo/ aut in medio. vt forte ijs quidẽ quæ secundũ naturã mouẽtur: quo ferũtur. ijs autẽ qui præter naturã/ vnde. proiectis autẽ: in medio. Circularis autem lationis: non est aut vnde/ aut quo/ aut mediũ. neq; enĩ prĩcipiũ/ neq; finis/ neq; mediũ: est ipsius simpliciter. tẽpore enĩ: sempiterna est/ & longitudine simul ducta/ et minime ĩtersecta. Quare si non est lationis ipsius status: neq; irregularitas erit. irregularitas enim fit: propter intensionem et remissionem. Pręterea autem/ quoniam omne quod mouetur ab aliquo mouetur: necesse est motus irregularitatem fieri/ aut propter ipsum mouẽs/ aut propter id quod mouet̃/ aut propter ambo. siue enim ipsum mouẽs nõ eadem virtute moueat/ siue id qđ mouet̃ alteret̃/

Tral.ve.ex græ.recog.

& nō permaneat idē/siue ambo mutētur: nichil prohibet irregulariter moueri id qđ mouetur.nichil autē horū: possibile est circa cœlū fieri.Nā id quod mouetur: ostēsū est ꝙ primū est & simplex/ & ingenitū & incorruptibile/& oīno immutabile.ipsum autem mouens: multo magis rationabile est esse tale.primū enim primi/& simplex simplicis / & incorruptibile & ingenitum incorruptibilis & ingeniti: motiuū est. Quoniam igitur id quod mouetur non mutatur cū sit corpus:nec id quod mouet mutabitur/incorporeum existēs.Quare: & lationem impossibile est irregularē esse. etenim si fit irregulariter: aut tota mutatur/ & quandoq; quidem fit velocior quandoq; autē tardior rursus/ aut partes ipsius. Partes igitur ꝙ non sunt irregulares: manifestum est.iam enim facta fuissent distantia astrorum in infinito tempore:hoc quidem velocius moto/ hoc autem tardius.non videtur autem vllum: distantijs aliter sese habere.At vero:neq; totam contingit mutari.remissio enim vniuscuiusq;: fit propter impotentiā. impotentia autē: præter naturam est.etenim omnes impotentiæ quæ in animalibus insunt: præter naturā sunt/vt senectus et decrementū.tota enim fortasse animalium constitutio:ex talibus constat/quæ differunt proprijs locis.nulla enim partium: suam habet regionem.Si igitur in primis id non est quod præter naturam est(simplicia enim sunt et immista/ et in propria regione:et nichil est ipsis contrarium) neq; vtiq; impotentia erit.Quare:neq; remissio/ neq; intēsio. si enim intensio fuerit:et remissio.Præterea autē et irrationabile est: infinito tēpore impotens esse id quod mouet/et rursus alio infinito potens. nichil enim:esse videtur infinito tempore præter naturam: impotentia autem præter naturam est. neq; æquali tempore præter naturā et secundum naturam:neq; omnino potens et

Argyropylus

nec idem permaneat/& si vtrūq; mutetur: nichil prohibet id qđ mouetur difformi motu cieri.Nichil autē horū:circa cœlū euenire potest. id enī quod mouetur: & primum & simplex & ingenerabile atq; incorruptibile/& omnino immutabile demōstratum est esse.id etiam quod mouet: lōge magis tale esse cōsentaneum est rationi. primi nāq; primū & simplicis simplex/& īcorruptibilis ingenerabilisve incorruptibile īgenerabileve: motiuū est. Cū igit id qđ mouet/ nō mutet etsi est corp⁹:nec id quod mouet mutari potest corpore vacās. Quare: 37
impossibile est lationē esse difformē.etenī si sit difformis:aut ipsa tota mutat/& interdū celerior interdū tardior fit/aut ipsius partes. Patet igit: partes difformes nō esse.iam enī distantia stellarū in tēpore infinito fuissent: si alia tardius/alia celerius moueretur. At nulla:i distātijs aliter sese habere videt. At neq; tota mutari potest. remissio nāq; cuiusq;: ob imbecillitatē fieri solet. imbecillitas vero:res est profecto præter naturā. etenī omnes imbecillitates quæ in aialibus insunt: præter naturam esse videntur/vt senectus & decrementū. tota nāq; fortasse cōstitutio aialiū:ex talibus cōstat/quæ proprijs differūt locis. nulla enim partiū:est suo in loco.Si igit in hisce quę prima sūt/nō est id quod præter naturā ineſt (simplicia namq; sunt & no mista/et suis in locis sunt: atq; nichil prorsus est cōtrarium ipsis) neq; profecto imbecillitas erit i ipsis. Quare:neq; remissio neq; intensio.nam si intensio fuerit:& remissio etiam erit. Præ- 38
terea cācellos etiā egreditur rationis: id qđ mouet/ viribus carere tempore infinito / & rursus alio tēpore infinito vires habere. nichil enim tēpore infinito: præter naturā esse videtur. et imbecillitas res est vt patet/præter naturam.nec æquali in tempore præter naturā & secundū naturam est: nec omnino potēs ac

Argyropylus

ibecille. si vero motus remittaſ: infinito in tẽpore remittatur neceſſe eſt. At vero neq; fieri poteſt vt ſemper intendatur: aut rurſus remittatur. erit enim ĩfinitus indeterminatuſq; ipſe motus. omnẽ aũt: ex quopiã in quippiã eſſe
39 dicim9 / definitũ ve. Præterea hoc idem emerget: ſi quiſpiam ſumpſerit tempus quoddam minimum eſſe / in minore quo cœlum moueri non poteſt (vt enim neq; ambulare quiſpiam / neq; pulſare citharam quouis in tempore poteſt / ſed vniuſcuiuſq; actionis definitũ eſt minimum corpus in nõ exuperãdo: ſic neq; cœlũ moueri quouis in tempore poteſt) ſi igitur hoc verum eſt: non erit ſane lationis ſemper intenſio. q; ſi non erit intenſio: neq; remiſſio erit. ſimiliter enim ambo erunt ac alterũ: ſi eadem celeritate aut maiore intenditur / atq; tempore
40 infinito. Reſtat igitur dicere: motui celeritatẽ vicißim ac tarditatem ineſſe. hoc autem rationi penitus vacat: & figmento eſt ſimile. Inſuper & rationi magis cõſentaneum eſt / nos idipſum ſi ita ſit non latere. / ea nãq; quæ iuxta ſe ponũtur: facili9 ſane ſenſu percipiuntur. Vnicum igitur cœlum eſſe / & hoc ingenerabile ac ſempiternũ / & vniformi ſemper motu cieri: per ea ſatis quæ iam diximus / patuit. CAP. VII.

41 DE ijs autẽ quæ ſtellæ vocantur: deinceps dicendum eſſe videtur ex quibus conſtãt / qualeſq; figuras habẽt / & quæ ſunt motiones ipſarum. Conſonũ eſt itaq; maxime rationi / & ea quę dicta ſunt comitatur. vnamquãq; ſtellarũ ex hoc aſſerere eſſe corpore in quo lationem habet / cum quippiam eſſe dicamus quod aptũ eſt ſuapte natura ferri conuerſione. vt enim qui dicunt igneas eſſe / ideo dicunt quia ſuperũ corpus ignẽ inquiunt eſſe / quippe cum cõſonũ ſit rationi ex ijs vnamquãq; cõſtare in quibus eſt quæq; : ſic & nos hac in ſententia noſtra dici-
42 mus. ¶ Caliditas autẽ ab ipſis

Tral.ve.ex græ.recog.

ipotẽs. neceſſe aũt eſt: ſi remittaſ motus / infinito remitti tẽpore. At vero neq; intendi ſemper / aut rurſus remitti: poſſibile eſt. infinitus enim vtiq; erit & indeterminatus: ipſe motus. omnẽ autẽ: ex aliquo in aliquid eſſe diximus & determinatũ. Amplius autẽ / ſi quis accipiat eſſe aliquod tẽpus minimũ / quo non contingit in minori moueri cœlũ (vt enĩ neq; ambulare / neq; citharizare in quouis tẽpore poſſibile eſt / ſed eſt vniuſcuiuſq; actionis determinatũ minimũ tempus in non excedendo: ſic neq; moueri cœlũ in quouis tempore poſſibile eſt) ſi igitur hoc verum ſit / non erit vtiq; ſemper intenſio lationis. ſi autem nõ erit intenſio: neq; remiſſio. ſimiliter enĩ ambo & alterũ: ſi eadem intẽditur velocitate aut maiori / & infinito tempore. Reliquũ eſt itaq; dicere: viciſſim ineſſe motui / velocius ipſum et tardius. hoc aũt penitus irrationabile eſt: et figmẽto ſimile. Amplius autẽ / & nõ latere in his: rationabilius eſt. ſenſibiliora enim ſunt: iuxta ſeinuicẽ poſita. Q; igitur vnum & ſolũ eſt cœlũ / & hoc ingenitum / & ſempiternũ / & inſuper motum regulariter: hactenus nobis dictum ſit. CAP. VII.

DE vocatis autem aſtris: conſequens vtiq; erit dicere / & ex quibus cõſtant et in quibus figuris / et quinã ſunt ipſorum motus. Rationabiliſſimum itaq; fuerit / et ea quæ a nobis dicta ſunt conſequens: vnũquodq; aſtrorũ ex hoc facere corpore / in quo exiſtit lationem habens / quoniã diximus aliquid eſſe quod circulariter ferri natura natũ eſt. vt enim ignea dicentes eſſe / ob hoc dicunt quia id quod ſurſum eſt corpus / ignẽ eſſe dicũt / vt pote cũ rationabile ſit vnũquodq; conſtare ex ijs in quibus vnũquodq; eſt: ſic et nos dicimus. ¶ Calor autẽ ab ipſis 12

Tral.ve.ex græ.recog.

et lumẽ generatur: attrito aere ab illorũ latione. Nam natura aptus est motus: ignire & ligna & lapides & ferrum. Rationabili⁹ igit̃ est: id qđ est igni propinquius. propinquius autẽ est: aer. veluti: et in ijs quæ ferũtur/ sagittis. Hæ enim & ipsæ sic igniũtur/ vt plumbei mucrones colliquescãt: & quoniã hæ igniũtur necesse est & eũ qui in circuitu ipsarũ est aerẽ hoc idem pati. Hæ igitur ipsæ incalescũt: quia in aere ferũtur/ qui ob plagã/ motu fit ignis. eorũ autẽ quæ sursũ sunt vnũquodq; in sphęra fertur: vt ipsa quidem non igniantur. aerẽ aũt/ cũ sub corporis circulariter moti sphęra existat: necesse est cũ illa ferẽt/ icalescere/ & hac maxime qua sol extat infixus. Quapropter approximãte ipso/ et oriẽte/ & super nos existẽte: generatur calor. Q; igitur neq; ignea sint/ neq; in igne ferãtur: hęc nobis dicta sint de ipsis.

CAP. VIII.

QVoniã autem videntur & astra transferri/ & totum cœlum: necessariũ est/ aut quiescentibus vtriſq; fieri mutationem/ aut motis/ aut altero q̃dẽ quiescẽte/ altero aũt moto. Vtraq; igitur quiescere: ipossibile est/ quiescẽte quidẽ terra. neq; enĩ fierẽt: q̃ videnť. supponať aũt: terrã quiescere. Reliquũ est: aut vtraq; moueri/ aut hoc q.dẽ moueri/ hoc aũt quiescere. Si igiť ambo mouebũť: irrationabile est easdẽ velocitates astrorũ & circulorũ esse. vnũquodq; enim: æque velox erit atq; circulus/ in quo fertur. vidẽtur enim: vna cum circulis transferri rursus in idem. Accidit igitur simul & astrum pertransiuisse circulũ: & circulum latũ esse sua latione/ suamq; pertrãsiuisse circũferentiã. Nõ est aũt rationabile: eandẽ rationẽ habere velocitates astrorum/ & magnitudines circulorũ. circulos enim/ nichil absurdum est: sed necessari-

Argyropylus

lumẽq; ideo fit: quia aer ab illarũ motione fricatur. Motus enim: & ligna & lapides & ferrũ ignire solet. Magis igitur consentaneum est rationi: id quod est propinquius igni. propinquius vero est aer. quale fit & in hisce sagittis quæ feruntur. Hæ namq; adeo igniuntur: vt ipsum plumbum quod est in ipsis/ liquescat. Atque cum in ipsis hoc fiat: circundans etiam ipsas aer hoc idem patiatur necesse est. Hæ igitur ideo calefiunt: quia in aere feruntur/ qui quidem ob ictum/ motione fit ignis. superorum autem corporum vnumquodq; fertur in sphæra: vt ipsa quidem non igniantur/ sed aer cum sub obeuntis corporis sphæra sit/ ob illius motum necessario calefiat/ & maxime hac in qua sol est infixus. Quocirca cũ propius accedit/ ac oritur/ & super nos est: fit & calor. Hæc igitur a nobis sint dicta de ipsis: quibus patet neq; igneas ipsas esse/ neq; in igne ferri.

CAP. VIII.

VM autem & stellæ transferri videantur & totum cœlum/ vtriſq; quiescẽtib⁹ aut vtriſq; subeuntibus motum/ aut altero quiescente altero subeunte motum: hinc fieri mutationem necesse est. Ambo igitur quiescere terra quiescente: impossibile est. non enim fierent quæ videntur, at supponatur terram quiescere. Restat igitur ambo moueri: aut alterum quiescere/ alterum motu cieri. Si igitur ambo mouebuntur: ratione profecto vacat easdem stellarum aut circulorum esse celeritates. vnaquæq; enim: æque celeris erit atq; circulus in quo fertur. simul enim cum circulis: in idem redire videtur: Accidit igitur simul stellam circulum transiuisse: & circulum lationem suam egisse/ suãq; circũferentiam transiisse. Non est autẽ consentaneũ rationi: cæleritates stellarũ & magnitudines circulorũ eandẽ rationẽ habere. circulos enĩ nõ est absurdũ: sed necessari-

Argyropylus

um: celeritates habere rationem ſubeũtes eandẽ/ quã & magnitudines ſubeũt. ſtellarũ autem earũ quãq; quæ ſunt in iſtis: nullo modo conſentaneũ eſt rationi. nã ſi neceſſario ea celerior erit quę per maiorẽ circulũ ferẽ: patet q; ſi circulos ſuos ſtellæ mutabũt/ alia celerior alia tardior erit. hoc autem modo motionem propriam non habere: ſed ab ipſis orbibus ferri
45 videntur. Sin caſu accidit: neq; hoc pacto conſonum eſt rationi/ vt in omnibus ſimul & circulus ſit maior/ & latio ſtellæ quæ eſt in ipſo celerior. vnam enim vel duas hoc modo ſeſe habere: non eſt abſurdum. vniuerſas vero ſimili modo ſeſe habere: figmento eſt ſimile. & inſuper/ in hiſce quę ſunt natura: non eſt id quod fit caſu. neq; id quod vbiq; & in omnibus eſt: proficiſcitur a fortuna.
46 At vero ſi orbes quieſcant/ ſtellæ autem moueantur: eadem abſurda & ſimiliter erunt. eueniet enĩ celerius eas moueri q̃ ſunt extra: & celeritates per orbium magnitudines eſſe. Cũ igitẽ neq; vtraq; neq; ſtellã ſolum moueri conſentaneũ ſit rationi: reſtat orbes quidem moueri/ ſtellas vero quieſcere & infixas in ipſis orbibus ferri. hoc enim modo dũtaxat: nichil accidit quod rationis fines egrediatur. Et velocitatem enim orbis maioris celeriorẽ eſſe: conſentaneum eſt rationi/ circa idem centrũ in orbibus ſtellis infixis. Vt enĩ in cæteris maius corpus celerius latione propria fertur: ſic & in orbibus ipſis. pars enĩ orbis maioris: maior eſt hiſce partibus quæ auferũtur ab eo plano quod
47 per centrũ extẽditur. Quare: congrue æquali tẽpore maior orbis circũferetur. & cœlũ accidet non diuelli: & ꝓpter hoc ipſũ/ & quia demõſtratũ eſt totũ ipſũ cõtinuũ
48 eſſe. Præterea cũ ſtellæ ſint rotũdæ quẽadmodũ & cæteri dicunt/ & nos etiam vt noſtris conſonũ ſentẽtijs dicimus ex illo corpore ipſas generãtes/ rotundiq; ipſius duę ſint ꝓ ſe motiones volutio & cõuerſio: ſi ſtellæ ꝓ ſe mouerẽt/ harũ altera motiõe mouerẽt. at neu-

Tral. ve. ex græ. recog.

um eſt proportionabiliter ſe habere velocitates: ad magnitudines. aſtrorũ autẽ eorũ vnũquodq; quæ in his ſunt: nequaq̃ rationabile exiſtit. Siue enim ex neceſſitate illud quod maiori circulo fertur velocius erit: palam eſt q; ſi tranſferantur aſtra in ſuos inuicem circulos/ hoc quidem erit velocius/ hoc autem tardius. ſic autem non habebunt vtiq; proprium motum: ſed ferentur a circulis. Si vero a caſu accidit: neq; ſic rationabile eſt/ vt in omnibus ſimul & circulus ſit maior/ & latio velocior eius aſtri quod in ipſo eſt. vnum enim aut duo/ hoc modo ſeſe habere: nichil abſurdum eſt. omnia autẽ ſimiliter: figmento ſimile eſt. ſimul autẽ/ & non eſt in iis quæ ſunt natura: id quod fit vt accidit. neq; id quod vbiq; & in oibus eſt: fit a fortuna. At vero rurſus ſi circuli manẽt/ ipſa autẽ aſtra mouẽtur: eadem & ſimiliter erũt abſurda. accidet enim velocius moueri quæ ſunt extra: & velocitates eſſe ſecundũ magnitudines circulorũ. Quoniã igitur neq; vtraq; moueri rationabile eſt/ neq; aſtrũ ſolũ: reliquũ eſt circulos quidem moueri/ aſtra autẽ quieſcere & infixa circulis ferri. ſolum enĩ ſic: nullum abſurdũ accidet. celeriorẽ enim eſſe maioris circuli velocitatẽ rationabile eſt: circa idem centrum infixis. Vt enim in aliis maius corpus velocius fertur propria latione: ſic et in circularibus. maius enim eſt eorũ quæ auferuntur ab iis quæ ex cẽtro: maioris circuli ſegmẽtum. Quare: rationabiliter in æquali tẽpore maior circũferetur circulus. et non diuelli cœlũ: et propter hoc accidet/ et quia oſtenſum eſt totũ ipſum cõtinuũ eſſe. Præterea quoniã ſphęrica ſunt aſtra quẽadmodũ & alij dicũt et nobis cõſentaneum dicere ex illo quidem corpore generantibus/ corporis autem ſphærici duo motus ſunt per ſe/ volutatio & vertigo: ſi mouerentur aſtra per ſeipſa/ altero vtiq; horũ mouerẽtur. ſed neu-

Tral.ve.ex græ.recog.

tro videtur. Si enī vertigine agerētur vtiq; manerēt in eodē/ & non mutarēt locum. quod & videtur:& omnes dicūt. Amplius autem: omnia quidem rationabile est eodē motu moueri. solus autem astrorum sol:hoc facere videtur/oriens & occidens. & iste non per se: sed ob elongationē nostri visus. Visus enim porrectus longe/ hutat propter infirmitatē: quæ forte causa est vt scintillare videantur stellæ fixæ/ planetæ autem non scintillare. planetæ enim: prope sunt. Quare visus potēs existēs:ad ipsos peruenit. ad manentes autē: tremit propter longitudinē porrectus longe valde. Tremor autem ipsius:facit astri videri esse motum. nichil enim refert:moueatur visus/ an id quod videtur. At vero q̄ non voluantur astra: manifestū est. quod enim voluitur:verti necesse est. lunæ autem semper id patens est:quod vocatur facies. Quare/quoniam ea quidem quæ per seipsa mouētur/propriis moueri motibus rationabile est/his autē nō videtur moueri:palam est q̄ non mouebūtur per seipsa. Ad hæc: irrationabile est nullum organū ipsis præbuisse naturam ad motum(nichil enim/vt cōtingit:facit natura) neq; curā quidem animaliū habuisse/quæ autem tam preciosa sunt/desperxisse. sed videtur tanq̄ ex industria abstulisse omnia/per quæ contingebat progredi per seipsa:et q̄plurimū semouisse ab ijs quæ organa ad motum habent. Quapropter & rationabiliter vtiq; videbit:& totum cœlū sphæricū esse/ & astrorū vnūquodq;.ad eū enim qui in eodē fit motū: sphæra figurarū maxime vtilis est. sic enī vtiq; velocissime mouebitur: & maxime occupabit eundem locum. ad eum autem qui in ante fit:ineptissima. nequaq̄ enim similis est: per seipsa motiuis. nichil enim depressum habet/neq; eminēs/vt rectilineum: sed plurimum a figura corporum quæ progrediuntur/ distat. Quoniam

Argyropylus

tra moueri videntur. Si versaren tur enim:eodem in loco sane manerent locū ve non mutarent. videtur aūt locū mutare:ac omnes dicūt. Prēterea:omnes quidē cōsentaneum est rationi eodem motu cieri. Sol autem stellarū solus: hoc facere videtur cū oritur atq; occidit. & hic non per se:sed ob nostri sensus remotionem. Visus enim longe sese extēdens: versatur ob imbecillitatē: quę quidem fortasse causa est vt & stellę qdem fixæ micare/vagātes autē nō micare videātur. vagę namq; stellę: sūt ppe. Quare visus: sui cōpos ad ipsas accedit. ad fixas autē lōge valde sese extendēs:ob longitudinē tremit. Tremor autē ipsius: facit vt hęc motio stellę ipsius esse videatur. nichil enī interest: visus an id qđ cernit moueatur. At vero:nec volui stellas ꝓspicuū esse videtur. id enim quod voluitur: versetur necesse est. at id lunę qđ facies nūcupatur: semper videt. Quare/cū consonū sit rationi stellas hisce motib⁹ qui ad ipsas sunt accōmodati moueri/si per se moueātur/his autē moueri nō videātur:patet ipsas per se nō moueri. Insuper nullū ipsis instrumē tum ad motū tribuisse naturā:metas egreditur rationis. nichil enī casu natura facit. neq; animalia quidē ipsi curæ fuere: adeo vero præstabiles res despexit. sed vniuersa videt tanq̄ de industria abstulisse quibus per se procedere ipsa possent: atq; ab hisce quæ instrumenta ad motum habent q̄plurimum semouisse. Quapropter & totum cœlum rotundum cum ratione:& vnaquæq; stellarum esse videbitur. sphæra enī: figurarū maxime vtilis est ad eū motum qui eodem in loco sit. sic enī & celerrime moueri: & eundē maxime locū occupare potest. ad motū autē eū quo ad ea pergitur loca quæ sūt ante: maxime inutilis est. est enī minime similis hisce: quæ per seipsa mouētur. nichil enī dependēs/nichil eminēs habet/vt rectarū linearū figura:sed plurimū a corporib⁹ hisce q̄ pgrediūt figura semota est. Cū

Argyropylus

Cum igitur cœlũ quidem in ſe ipſo moueri oporteat/ ſtellas autem non per ipſas procedere: cũ ratione nimirum ſit vtrũq; figurę rotundæ ſit. ſic enim: alterũ quidem motu ciebitur/ alterum vero quieſcet. CAP. VIIII.

52 EX his autem patet id quod dictũ eſt a quibuſdam/ horum inquã latione concentum fieri ſonis emergentibus inde ratione rata diſtinctis: lepide quidem eſſe dictum atq; concinne/ non tamẽ eſſe verum/ nec ita rem ſe habere. Sunt enim quibus neceſſariũ eſſe videtur ſonum fieri tantorũ corporũ latione: quippe cum & eorum corporum motu quæ apud nos ſunt/ neq; molẽ habentium æqualem/ neq; talem motionis celeritatem qualis eſt ſolis & lunę/ ſonus efficiatur. Et inſuper cũ tot multitudine tantæq; magnitudine ſtellæ tanta celeritate motus ferãtur: impoſſibile eſt ſonum non fieri grãdem. Hæc autẽ ſupponentes & celeritates inſuper cõcentuũ rationes ex interuallis habere: varios æqualiter ſonos/ ſtellarũ conuerſione fieri dicunt. Quoniã vero ratiõis fines egredi videbatur/ nos hũc ſonitũ non audire: cauſam huius inquiunt eſſe/ continuo ſonum hunc eſſe cũ orimur/ vt non ſit ad ſilentium contrariũ manifeſtus. vocis enim ſilẽtij ve perceptionẽ: viciſſitudine fieri dicũt. Quare vt hiſce qui mulcent ferrum ob conſuetudinẽ nichil intereſſe videtur: ſic & hominibus idem accidere aiũt. Hoc vt dictum prius eſt/ concinne quidem muſiceq; dicũt: impoſſibile eſt autẽ ita ſeſe habere.

53 Non enim ſolum hoc eſt abſurdũ/ nichil inq; nos audire/ qđ quidem ſoluere aggrediẽtes dictam cauſam afferunt: ſed etiã illud ne ſenſu nichil omnino pati. exuperãtes enim ſoni: & inanimatorũ corporũ moles offendũt. Tonitrui nãq; ſonus: lapides & robuſtiſſima corpora ſcindit. Qz ſi tot feruntur corpora/ atq; ad eam magnitudinem quæ fertur/ mul-

Tral.ve.ex græ.recog.

igitur oportet cœlum quidem moueri eo qui in ipſo eſt motu/ alia autem aſtra nõ progredi per ſeipſa: rationabiliter vtiq; vtrũq; erit ſphæricum. ſic enim maxime: hoc quidem mouebitur/ hoc autem quieſcet. CAP. VIIII.

MAniſeſtum eſt autem ex his/ q; & dicere fieri his latis harmoniã/ tanq; conſonis factis ſonis: ſcite quidẽ ac egregie ab ijs qui dixerunt dictũ eſt/ non tamen ſic ſeſe veritas habet. Videtur autem quibuſdam neceſſarium eſſe tantis latis corporibus fieri ſonum: quoniam & ijs quæ ſunt apud nos/ neq; moles habentibus ęquales neq; tali velocitate qualis eſt ſolis & lunæ/ latis. Amplius autem tot aſtris multitudine/ tantiſq; magnitudine/ latis velocitate/ tali latione: immenſum quẽdam magnitudine ſonum nõ fieri eſt impoſſibile. ſupponẽtes autem hæc/ & velocitates ex ſpacijs habere conſonãtiarum rationes: vocem fieri dicunt harmonicam/ latis circulariter aſtris. Quoniã autem irrationabile videbatur nos vocẽ hanc non audire: cauſam huius dicũt eſſe/ genitis cõfeſtim adeſſe ſonum/ vt non ſit manifeſtus ad contrariũ ſilentium. inuicẽ enim: vocis & ſilentij eſſe diiudicationẽ: Quare quẽadmodũ fabris ferrarijs propter cõſuetudinẽ nichil videtur intereſſe: & hominibus idem accidere. hoc autem/ quẽadmodum dictum eſt prius/ cõcinne dicunt & muſice: impoſſibile eſt autẽ hoc ſeſe habere modo. Non enim ſolum hoc/ nichil audire/ abſurdum eſt/ de quo ſoluere conantes cauſam illam afferunt: ſed & illud/ nichil pati ſine ſenſu. excedentes enim ſoni: deſtruunt etiã inanimatorum corporum moles. vt ſonus tonitrui: lapides/ & corporum validiſſima diſſipat. Tot autem latis/ & ſono pertranſeunte ad eam magnitudinem quæ fertur/ mul-

Tral.ve.ex græ.recog.

tiplicē magnitudinem: neceſſarium eſt & peruenire huc/& ingēs eſſe robur violentiæ. Sed rationabiliter neq; audimus/ neq; pati videtur corpora violentā vllam paſſionem: quia nullus ſit ſonitus. Simul autem erit & cauſa horū manifeſta/ & teſtimonium dictorū nobis ſermonum: q; ſint veri. Id autem quod dubitatū eſt/ feciteq; Pythagoreos dicere fieri cōſonantiā illis latis: nobis erit indicium. quæcunq; enim per ſeipſa ferūtur: faciunt ſonum & plagam. quęcūq; autem in eo quod fertur infixa ſunt/ aut inſunt vt in naui partes: nō eſt poſſibile ſonare. neq; ipſam naui: ſi feratur in fluuio. q̄uis eiſdem rationibus vtiq; licebit dicere/ q; abſurdū eſt: ſi tantę nauis malus latus/ et puppis non facit ſonum multū/ aut rurſus ipſa nauis mota. Quod autem in eo fertur quod nō fertur/ facit ſonum: in eo autē quod fertur continue & non facit plagam/ impoſſibile eſt ſonare. Quare hic dicendū eſt/ q; ſi ferrentur corpora horum/ ſiue in aeris multitudine fuſa per vniuerſū/ ſiue ignis/ quēadmodum omnes dicunt: neceſſariū eſſe vt facerent ingentem magnitudine ſonū. hoc autem facto: & huc peruenire/ ac deſtruere. Quare quoniā non videtur hoc accidere: neq; animata/ neq; violenta feretur latione vllum ipſorum/ veluti id quod futurū erat prouidēte natura/ q; non hoc modo ſeſe habēte motu/ nichil vtiq; eſſet eorum quę ſunt circa hic exiſtentē locum/ ſimiliter ſe habēs. Q; igitur ſphærica ſint āſtra/ & q; non moueantur per ſeipſa: dictum eſt.

CAP. X.

DE ordine autem ipſorum/ quo quidem modo ſingula diſponuntur vt quædā ſint priora/ quædam vero poſteriora/ & quomodo ſpacijs ſe habēt ad ſe inuicē: ex ijs q̄ circa Aſtrologiā/ cōſideret. dicit enim: ſufficienter. Accidit autē ſecundum

Argyropylus

tiplicem ſonitus magnitudinem trāſit: huc profecto perueniat ipſe ſonus/ ac ipſius violentiæ magnæ ſint admodum vires neceſſe eſt. Sed non ſine ratione neque nos audimus/ neq; corpora pati quicq̄ violentū videtur: propterea q; nullum ſtellę motione ſonū efficiunt/ atq; ſimul iſtorum cauſa patet & teſtis eſt hiſce quæ a nobis ſunt dicta/ veraq; eſſe declarat. Id enim quod dubitatum eſt/ Pythagoricoſve cōpulit hanc ſententiam ferre/ ſtellarum inquā latione concentum fieri; indicium efficitur nobis. Quæ namq; per ſe ferūtur: ea ſonitum ictūve faciunt. quæ vero in eo quod fertur infixa ſunt/ aut inſunt/ vt in nauigio partes: ea ſonum elicere nequeunt/ neq; ipſum nauigium ſi in fluuio feratur. Et tamen eādem dicere licebit abſurdum eſſe: ſi tantæ nauis malus motione puppiſve/ aut ipſum nauigiū vehementem non faciat ſonum. Quod vero fertur in eo quod nō fertur/ id facit ſonum: ſi quod eſt in eo qđ fertur ictumve nō facit/ id efficere ſonum impoſſibile eſt. Quare dicendum eſt hic/ ſi ſtellarum corpora per aerem fuſum per vniuerſum/ aut ignē (vt omnes aiunt) ferantur: neceſſario vehementem fieri ſonum/ atq; huc peruenire & hęc offendere corpora. Sed cū fieri nō videatur: neq; animātis motu neq; violēto vlla ſtellarū ferri poſſet/ quaſi futuris ipſa prouidente natura. q; ſi hoc modo non ſeſe habet motus ſtellarum: nichil prorſus eorum eſſet quę hoc in loco ſunt/ quod ſimili modo ſeſe haberet. Stellas igitur eſſe rotūdas/ & per ſeipſas nō moueri: ſatis iam diximus.

CAP. X.

DE ordine vero ipſarum quomodo quęque diſpoſita eſt vt quædam ſint priores/ quædam poſteriores/ & quomodo ſeſe habent interuallis: ex hiſce quæ in Aſtrologia dicuntur contemplemur oportet. dicitur enim ibi: ſufficienter. Accidit autem per

Argyropylus

rationem ſingularum fieri motiones ipſis nimirum interuallis: vt aliæ ſint celeriores / aliæ tardiores. Nam cũ ſupponatur extimam quidem cœli lationem ſimplicem atq; celerrimam eſſe / cæteras vero tardiores ac plures (quæq; namq; ſtella: motu fertur contrario atq; cœlum / ſuo in orbe) conſentaneum iam eſt rationi eam quidem quæ propinquiſſima eſt ſimplici primæq; conuerſioni / plurimo in tempore ſuum orbem tranſire eam vero quæ remotiſſima eſt in minimo. cæterarum autẽ ſemper eam quæ eſt propinquior / in maiore: eã vero quæ eſt remotior / in minore. propinquiſſima namq; maxime ſuperatur: remotiſſima vero minime omnium / ob remotionem. At media: per diſtantiæ iam rationem / vt Mathematici quoq; demonſtrant. CAP. XI.

59 AQui figurã vniuſcuiuſq; ſtellarũ rotundam: maxime non abſq; ratione quiſpiam eſſe exiſtimabit. nam cum demonſtratũ ſit ſtellas haud aptas eſſe per ſe moueri / naturaq; nichil abſq; ratione fruſtraq; faciat: patet eam figuram / ipſam immobilibus tribuiſſe quæ minime eſt motiua. talis autem eſt rotũda: propterea q̃ inſtrumentũ nullũ habet ad motum. Quare patet: ſtellarũ molẽ rotundã eſſe. Preterea: ſimiliter ſeſe habẽt omnes ac vna. At luna per ea quæ circa viſum accidũt: rotunda eſſe oſtẽditur. non enim accreſcens atq; decreſcẽs: pluries quidẽ altera ex parte curua altera cõcaua fieret / aut vtraq; ex parte curua / ſemel autẽ duas in partes æquales bipartita videretur. Et rurſus per Aſtrologiã. nõ enim ſol cũ deficit: cõcauus ea ex parte qua deficit / videreẽ. Quare ſi ſtella vna eſt talis: patet & cæteras oẽs rotũdas eſſe. CAP. XII.

60 CVm aũt duæ ſint dubitatiões de quibus quiuis nõ immerito dubitauerit: enitamur id dicere quod

Tral.ve.ex græ.recog.

rationẽ fieri vniuſcuiuſq; motus ipſis ſpacijs: vt alij quidem ſint velociores / alij autẽ tardiores. Quoniã enĩ ſupponitur / extremam cœli circulationẽ & ſimplicẽ eſſe & velociſſimã / eas autem quę aliorum ſunt / & tardiores & plures (vnumquodque enim contra fertur cœlo: in ſuoipſius circulo) rationabile iam eſt propinquiſſimũ quidem ſimplici & primæ circulationi in plurimo tempore pertranſire ſuum ipſius circulũ / longiſſime autẽ diſtans in minimo. aliorũ autẽ ſemper propinquius in maiori: longius autem diſtans in minori. propinquiſſimũ enim maxime ſuperatur: quod autem longiſſime abeſt / omniũ minime / propter diſtantiam. Media autẽ: ſecundum rationẽ iam diſtantiæ / vt etiam oſtendunt Mathematici. CAP. XI.

IGuram autem vniuſcuiuſq; aſtrorum ſphæricã eſſe: maxime vtiq; quis rationabiliter exiſtimabit. Quoniã enim oſtẽſum eſt / q̃ neq; natura ſunt apta moueri per ſeipſa / natura autẽ nichil abſq; ratione / fruſtraq; facit: palã eſt q̃ & figurã talẽ dedit immobilibus quæ minime eſt motiua. minime autẽ motiua eſt ſphæra: propterea q̃ nullũ habet organũ ad motum. Quare patet: q̃ ſphærica vtiq; erũt mole. Amplius autẽ: ſimiliter quidẽ omnia / ac vnũ. Luna autẽ: oſtẽditur / per ea q̃ circa viſum / q̃ ſpærica ſit. nõ enĩ vtiq; fieret accreſcẽs et decreſcẽs: plurimũ quidem menoeides aut amphicyrtos ſemel aũt dichotomos. Et rurſus: per Aſtrologica. Quia nõ vtiq; eſſẽt: ſolis eclypſes / lunulę ſpeciẽ præ ſe ferentes. Quare ſi vnũ eſt tale: palã eſt q̃ et alia vtiq; erũt ſphærica. CAP. XII.

17 DVbitationibus autem exiſtentibus dubitationibus de quibus merito quilibet dubitauerit: tentandum eſt id dicere quod videtur /

Tral.ve.ex græ.recog.

veneratione dignam esse/magis q̃. temeri tate/ reputãtes promptitudinem illam si quis propter Philosophiæ sitim/etiã paruas in ijs sufficiẽtias amet de quibus maximas habemus dubitationes. Amplius autẽ/cũ multa sint huiusmodi:non minus exist mirabile/propter quã causam non semper ea quæ plus distãt a prima latione moueantur pluribus motibus/sed media plurimis. Rationabile enim esse videbitur:primo corpore vna latione lato/propinquissimum pauciss̃imis moueri motibus / veluti duobus . contiguum autem tribus:aut aliquo alio tali ordine. Nũc autem:accidit contrarium, paucioribus enĩ sol & luna mouentur motibus:q̃ errantiũ astrorũ nonnulla/q̃uis longius a medio/et propinquius primo corpori sint q̃ ipsa. Manifestũ autem hoc:de quibusdam etiã visu factum est. Lunam enim vidimus dichotomon quidem existentem/subintrasse ex astris illud quod est Martis: quod occultatũ quidem fuit secundũ nigrũ illius/exiuit autem secundũ clarum & lucidum. Similiter autem & de alijs dicunt astris/qui dudum ea obseruauerunt a plurimis annis Aegyptij et Babylonij:a quibus multam fidem habemus de vnoquoq; astrorum. Atq; hoc merito dubitauerit vtiq; aliquis/ & propter quã causam in prima quidem latione tanta sit astrorũ multitudo/vt ex ijs quæ numerari nequeunt/esse videatur totus ordo: in alijs autẽ vnum seorsum singulare/duo autẽ aut plura non videãtur in eadem infixa latione. De his igitur quęrere quidem bene se habet & ad eam quæ ad plura se diffundit intelligẽtiã/q̃uis paruas habeamus causas/tãtaq; elõgatione distemus ab ijs quę circa ipsa accidũt:si tamen ex talibus contẽplemur/nichil vtiq; irrationabile videbit id esse qđ nũc dubitatur. sed nos de ipsis vt corporib⁹ solũ et vnitatib⁹ ordinẽ quidem habẽtibus/ inanimatis autẽ:om-

Argyropylus

nobis videtur. atq; hunc omnium veneratione potius dignum q̃ temerarium arbitrari oportet: si quispiam ob Philosophiæ sitim exiguas etiam in hisce rebus facultates amet/de quibus maximas dubitationes habemus. Est autẽ in talibus quę multa sunt non minus admirabile: quam ob causam non semper hę stellæ quæ plus a prima latione distãt pluribus motibus/sed mediæ plurimis mouentur. Consentaneum enim rationi videbitur: primo corpore vnam lationem subeunte/propinquissimum minimis motibus moueri/ceu duobus. id autem quod hæret illi tribus:aut aliquo alio ordine tali. Nunc vero cõtrarium accidit. paucioribus enim sol & luna mouentur:q̃ stellarum nonnullæ vagarum/ quæ tamen lõgius a medio distant/& propinquiores primo corpori sunt. Manifestum autem hoc:de nonnullis etiam ipso visu fuit. lunam enim vidimus dimidia parte lucidam/ Martis stellam subijsse: quæ celata quidem fuit in parte obscura/egressa autem per lucidam partem. Similiter de cęteris stellis Aegyptij & Babylonij dicunt:qui plurimis iam annis ante hæc obseruauerunt/ & a quibus multa fide digna de singulis stellis accipimus. Hoc etiam non iniuria 61
quispiam dubitauerit: quam ob causam etiam in prima quidem conuersione tanta est multitudo stellarum vt vniuersus ordo subire nõ posse numerum videatur. In cæteris autem: vna seorsum est stella. duæ vero aut plures:eodem in orbe non videntur esse infixæ. De his igitur bene se habet & maiorem quærere cognitionem/& si paruæ occasiones habentur/tãtaq; est eorum remotio quæ accidunt circa ipsa:si tamen ex talibus contemplemur/ non egredi metas rationis videbitur id quod nunc dubitatur. sed nos de ipsis vt de corporibus ac vnitatibus ordinem quidem habentibus/inanimatis autem:pe-

Argyropylus

nitus cogitamus. oportet autem ipsa viuẽtia esse existimare: atq; actionem habere. sic enim id qđ accidit: non videbitur a ratione exorbitare. Nã ei quidem quod optime sese habet: inesse ipsũ bonum sine actione videtur. ei vero qđ illi est propinquissimũ: p paruã ac vnã. At hisce quæ sunt remotissima: per plures/ quẽadmodum & in corporibus fieri solet. aliud enim bene sese habet nullũ exercitium subiens: aliud leui deãbulatione facta. aliud: & cursu indiget & luctatione ac pulvere. Alij rursꝰ neq; quouis exercẽti modo: hoc nunq; inerit bonũ/ sed aliud quippiã cõsequeẽ. Recte autẽ agere/ aut multa aut sæpe: difficile est. veluti talos Coẽses mille proijcere: ipossibile est. sed vnũ vel duos: facilius est. Et rursus cum hoc quidẽ illius gratia/ illud autem ob aliud/ & illud item ob aliud est faciẽdũ: in vno quidẽ duobusve facilius quispiã finẽ attinget. ac quo per plura procedit: eo illũ difficilius assequetur. Quapropter & stellarum actionẽ talẽ existimare oportet: qualis animaliũ est ac plãtarũ. etenĩ hic hominis actiones: plurimæ sunt. multa enĩ bona cõsequi potest. quare multa agit: & aliorũ nimirũ gratia. Ei vero qđ q̃optime sese habet: nõ est opus actione. est enim id: gratia cuius cætera agũt. Actio vero semp in duobus cõsistit: quãdo & id gra cuiꝰ agit est/ & id qđ huiꝰ grã agit. At cęterorũ aĩaliũ: pauciores sũt. Et plãtarũ: parua q̃dã est/ ac vna fortasse. aut enĩ vnũ qdẽ est qđ cõsequi possunt quẽadmodũ & homo: aut & ipsa multa/ õnia antecedũt ad ipsũ optimũ cõsequẽdũ. Aliud igit habet optimũ ipsũ/ & particeps est ipsius: aliud p pauca prope accedit/ aliud per multa. aliud nõ aggreditur: sed satis est prope ad ipsum vltimũ puenire. veluti si sanitas est finis: aliud semper est sanũ/ aliud macie affectũ/ aliud cursu facto in macie deductum/ aliud & alio quopiã acto ipsiꝰ gratia cursus. Quare: plures ipsiꝰ sũt motiões.

Tral.ve.ex græ.recog.

nino cogitamus. oportet autem acsi participarent actione & vita: existimare. sic enim nichil/ id esse videbitur præter rationem: quod accidit. Videtur autem/ optime quidem se habenti: inesse ipsum bonum sine actione. propinquissimo autem: per paucam ac vnam. ijs autem quæ longissime absunt: per plures. quemadmodũ in corpore. hoc quidem: neq; exercitio vtens/ bene habet. hoc vero: si modicum deãbulauerit. huic autẽ: & lucta est opus/ et cursu/ & pugna. Rursus autẽ alij neq; quãtũlibet laborãti: hoc quidẽ adhuc inerit bonũ/ sed aliud aliquid. Est autẽ difficile: aut multa/ aut sæpe recte agere. veluti multos astragalos Coos iactare/ difficile est: sed vnũ aut duos/ facile. Et rursus quãdo hoc quidẽ opus fuerit huius gratia facere/ hoc aũt alterius/ & hoc alterius: ĩ vno quidẽ aut duobus facile est adipisci. quãto autẽ vtiq; per plura: difficilius. Quapropter oportet putare et astrorũ actionẽ esse talẽ: qualis animaliũ est ac plãtarũ. etenĩ hic hominis actiones: plurimæ sũt. multa enĩ bona potest adipisci: ita vt multa agat & aliorum gratia. Ei autẽ quod q̃optime sese habet: nichil actione est opus. est enĩ ipsum: id cuius gratia. Actio vero semper est in duobus: cum & cuius gratia sit/ et quod huius gratia. aliorum autem animalium: pauciores. plantarum autem: parua quædam/ ac vna fortasse. aut enim vnũ aliquid est quod assequitur/ quemadmodum & homo: aut etiam ipsa multa/ oĩa pręuia sunt ad optimum ipsum. Hoc igitur: habet/ et particeps est optimi. illud autẽ: peruenit prope per pauca/ aliud vero per multa. aliud autem ne aggreditur quidẽ: sed satis est ad id qđ est prope vltimum/ peruenire. vt si sanitas est finis: hoc quidẽ semper sanũ est/ aliud vero attenuatũ/ aliud autẽ cũ cucurrit et attenuatum est/ aliud autem etiã alio quopiam facto currẽdi gratia. Quare: plures sũt motus:

Tral.ve.ex græ.recog.

Aliud autem non poteſt ad ſanitatẽ peruenire:ſed ad hoc ſolũ vt currat/ aut attenuetur.& horum alterũ:finis eſt ipſis.maxime enim eſt optimũ omnibus:illum ſortiri finem.Sí autem nõ ſemper:melius eſt/ quanto propinquius fuerit optimo.Et ob hoc terra quidem:omnino non mouetur. propinqua vero: paucis motibus. non enĩ perueniunt: ad ipſum vltimum/ ſed quouſq; diuiniſſimum illud principium ſortiri poſſunt.Primum autẽ cœlum: ſtatim ſortitur per vnum motũ. quæ autem ſunt in medio primi ac vltimorum: peruenĩũt quidem /ſed per plures peruenĩũt motus. ¶De dubitatione autẽ/ q̃ in prima quidem quę vna eſt latione/aſtrorum magna multitudo conſiſtat/aliorum autem ſingulatim vnũquodq; acceperit proprios motus:ob vnum quidem vtiq; quis primum rationabiliter exiſtimauerit hoc eſſe.Intelligere enim oportet: vitæ & principij vniuſcuiuſq; multum eſſe exceſſum primi ad alia. Erit autem vtiq; hic/ accidens:ſecũdũ rationem. prima enim vna exiſtens: multa mouet corporum diuinorũ. multæ autem exiſtẽtes:vnum/ſolum vnaquæq;. errantiũ enim vnũquodq;: pluribus fertur lationibus. Sic igitur exæquat natura/ & ordinem quendam facit:vni quidem lationi multa tribuẽdo corpora/vni vero corpori multas lationes.Et inſuper ob hoc/vnũ habent corpus aliæ lationes: quia multa corpora mouẽt eę quæ ſunt ãte vltimã/ et eam quæ vnum aſtrum habet. in multis enim ſphæris:vltima ſphæra fertur innexa . vnaquæq; autem ſphæra : corpus exiſtit.Illius igitur: commune erit opus. hęc enim eſt:propria quæq; per naturam latio.hæc autem: velut adiacet.omnis autem finiti corporis ad finitum: potentia eſt. Sed de aſtris quidẽ circulari motu latis:dictum eſt qualianam ſecundũ ſubſtãtiam ſint/& ſecundum figuram/et de latione et ordine ipſorum.

Argyropylus

Eſt & id quod ad ſanitatem ipſã accedere nequit: ſed ad curſum ſolum aut ad maciem.atq; horũ alterum:eſt ipſi finis.Nam maxime quidem eſt optimum omnibus:illum conſequi finem. Q2 ſi hoc non fiat: ſemper melius eſt quãto optimo propinquius eſt. Et idcirco terra quidem non mouetur omnino: propinqua vero paucis motibus mouentur . nõ enim ad vltimum ipſum perueniunt:ſed quouſq; conſequí diuiniſſimũ ipſum principiũ poſſunt.Primũ autem cœlum: continuo per vnum motum illud aſſequitur. at ea quæ ſunt in medio primi ac vltimorum:peruenĩunt quidem/per plures tamen motiones pueniũt. ¶Illud autẽ/ in prima quidẽ latione magnã copiã eſſe ſtellarũ/ ceterarũ vero ſtellarũ quãq; ſeorſum proprias motiones habere: ob vnũ quidem primum quiſpiã cũ ratione eſſe putabit. Primæ namq; vitę & principij cuiuſq; primi:magnam ad cætera intelligere exceſſionẽ eſſe oportet.Hoc autẽ accidere:per rationẽ videtur.prima namq; vna quidem eſt:multa autem diuinorũ corporum mouet. cæteræ vero multę quidem ſunt: vnum tamen quæq; tantummodo mouet. vagarum enim ſtellarum quæque:pluribus lationibus fertur.Hoc igitur pacto natura ipſa in ęqualitatem hæc redigit/ atq; ordinem quendam facit:vni quidẽ lationi multa corpora/ vni corpori lationes cõplures reddens. Et inſuper ob hoc/ vnum cæteræ ſphæræ corpus habent/quod multa corpora mouent:& quæ ſunt ante vltimam/ & quę vnã poſſident ſtellam. In multis enĩ ſphęris: vltima ſphæra ligata fertur . ſphæra autem quæq;: corpus eſt. Illius igitur: ipſum opus cõmune erit. etenĩ cuiuſq; ꝓpria natura latio. Ipſa aũt:quaſi adiacet.ad finitũ vero: finiti corporis oĩs potentia eſt. Sed de ſtellís qdẽ quę cõuerſione ferunt/qualeſnã ſubſtãtia ſint atq; figura/& de loco ipſarũ atq; ordine:ſatis iam diximus.

Argyropylus

CAP.XIII.

72 REſtat autem de terra dicere: vbinã iaceat/ & vtrũ ex hiſce ſit quę quieſcũt/ an ex his quæ mouẽtur/ & de ipſius quoq; figura. De ſitu itaq; ipſius/ non eandem omnes opinionem habẽt: ſed plurimi quidẽ in medio iacere dicunt/ qui totũ cœlum infinitũ inquiunt eſſe. Ij vero qui Italiæ partem habitant Pythagoricíq; vocantur: cõtrarium aſſerunt. nam in medio quidem ignem eſſe aiunt: terram autem vnam eſſe ſtellarum ferríq; circa medium/ atq; hoc pacto noctem ac diem efficere. Aliam autem huic contrariam terram confingunt/ quam terram aduerſam vocant: non ad ea quæ videntur rationes cauſaſq; quærentes/ ſed ad quaſdã ſuas rationes opinioneſve ea quę videntur trahẽtes
73 atq; ornare conãtes. Compluribus etiam alijs non ex his quæ apparent/ ſed ex rationibus potius ſumentibus fidem: locũ reddere terrę medium non oportere videri poteſt. præſtabiliſſimum enim corpus/ locum occupare præſtabiliſſimum oportere putant: atq; ignem quidem prę-ſtabiliorẽ terra. finem autẽ: mediis ipſis præſtabiliſſimum eſſe. Quare ex his ratiocinantes: non ipſã i medio ſphæræ iacere/ ſed potius ignẽ putãt. Præterea Pythagorici & quia maxime conſeruari oportet id quod eſt maxime præcipuum vniuerſi/ mediũ vero eſt tale: ideo eſſe ignẽ qui locũ hũc occupat/ cuſtodiã
74 Iouis appellãt. Quaſi medium ſimpliciter diceretur: & mediũ magnitudinis & rei medium eſſet atq; naturæ. Enimuero vt in animalibus non idem eſt animalis atq; corporis medium: ſic eſt magis & circa ipſum totum cœlum exiſtimãdũ. Igitur propter hãc cauſam non oportet ipſos circa vniuerſum turbari/ neq; cuſtodiam ad centrum adducere: ſed illud quærere/ mediũ ipſũ quale quid eſt/ et vbi eſt aptum eſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

CAP.XIII.

RElíquum autem eſt de terra dicere: & vbi poſita ſit/ & vtrum de ijs ſit quę quieſcunt/ an ex ijs quæ mouẽtur/ & de figura ipſius. De poſitione igitur: nõ eandẽ omnes habent opinionẽ. ſed cum plurimi qui totũ cœlũ finitũ eſſe aiũt/ ĩ medio iacere dicant: cõtra qui circa Italiam ĩcolũt vocãturq; Pythagorei/ dicũt. in medio enĩ: ignem eſſe inquiunt. terram autem aſtrorũ vnũ exiſtentẽ/ circulariter latã circa mediũ: noctẽ & diẽ facere. Amplius autẽ oppoſitam aliam huic cõficiunt terrã: quam antichthona nomine vocant. non ad apparentia/ rationes & cauſas quærẽtes: ſed ad quaſdam opiniones & rationes ſuas apparentia attrahẽtes/ & tentantes adornare. Multis autẽ & alijs videbitur: nõ oportere/ terræ mediĳ regionem aſſignare/ fidẽ non ex ijs quæ apparent cõſiderantibus/ ſed potius ex rationibus. honorabiliſſimo enim/ putant conuenire: honorabiliſſimã cõpetere regionẽ. eſſe autẽ/ ignem quidem terra honorabiliorem: terminum autem/ mediĳs ipſis. extremum autem & medium: terminũ eſſe. Quare ex his ratiocinãtes: ipſam non putant in medio ſphæræ iacere/ ſed magis ignem. Amplius autẽ Pythagorei quidẽ/ propterea q̃ maxime cõuenit id ſeruari qđ eſt principaliſſimũ ipſius vniuerſi/ mediũ aũt eſſe tale (quẽ Iouis carcerem nominant) hanc habere regionem/ ignem. Tãquam medium ſimpliciter diceretur: & magnitudinis medium/ & rei medium eſſet atq; naturæ. quãuis/ quemadmodum in animalibus non idem eſt animalis & corporis medium: ſic exiſtimandum eſt magis & circa totũ cœlũ. Propter hãc igiť cauſã/ nichil eos oportet turbari circa vniuerſũ/ neq; adducere carcerẽ ad cẽtrũ: ſed illud quęrere/ mediũ ipſũ quale quid eſt/ & vbi natura aptũ eſt eſſe.

19

Pythagorei

Pythagorei

Tral.ve.ex græ.recog.

illud enim medium: principium eſt & honorabile. loci autem medium: aſſimilatur extremo magis q̃ principio. quod enim determinatum eſt: medium eſt. quod vero determinat: finis eſt. Honorabilius autem eſt continens & finis: q̃ finitum. hoc enim/ materia eſt: illud autem/ ſubſtantia conſtitutionis eſt. De loco igitur terræ: hanc habẽt quidam opinionem. ſimiliter autem: & de quiete & motu. Non enim eodem modo omnes exiſtimant: ſed quicunq; quidem/ non in medio iacere aiunt ipſam/ moueri circulariter circa mediũ. nõ ſolũ autem hanc: ſed & antichthona/ quẽadmodũ diximus prius. Q uibuſdã autẽ videtur: & plura corpora talia poſſe ferri circa mediũ/ nobis immaniſeſta propter obiectum terræ. Quapropter & lunæ eclipſes plures q̃ ſolis/ fieri inquiunt. eorum enim quæ feruntur vnũquodq; : occultare ipſam/ ſed nõ ſolam terram. quoniam enĩ terra non eſt cẽtrum/ ſed diſtat per totum ipſius hemiſphęriũ: nichil prohibere putant ea quæ apparẽt/ accidere ſimiliter nõ habitantibus nobis in cẽtro/ ſicut ſi in medio etiam eſſet terra. nichil enim neq; nũc efficere inſigne: per dimidium diſtantibus diametri. Q uidam autem: & iacentem in centro dicunt ipſam volui & moueri circa ſemper ſtatum polum/ quemadmodum in Timæo ſcriptum eſt. Similiter autẽ: & de figura ambigitur. Alijs enim terra eſſe videtur ſphærica: alijs vero lata/ & figura tympano ſimilis. faciunt autem indiciũ (quia occidẽs & oriens ſol: rectã & non circularẽ occultationẽ ſub ipſa terra facere videt. tanq̃ oporteat ſi ſit ſphęrica: circularẽ fieri abſciſſionẽ) non attẽdẽtes & diſtantiã ſolis ad terrã/ & circũferẽtiæ magnitudinẽ/ quomodo in apparentibus paruis circulis/ recta apparet alonge. Propter hãc igit̃ apparẽtiã/ nichil ipſos nõ credere oportet: non rotũdã molẽ eſſe terræ. Sed adhuc addũt/ atq; dicunt: propter quietẽ

Argyropylus

illud enim medium: principium eſt ac precioſum. mediũ vero loci: ſimile eſt magis extremo q̃ principio. medium enim: terminatur. terminus autem: eſt ipſe finis. Precioſius autem eſt id qđ continet & finis: q̃ id quod finitur. hoc enĩ materies: illud ſubſtantia conſtitutionis eſt. De loco igitur terræ hanc habent quidam opinionem: ſimiliter & de quiete motuve. nõ enim eodem modo omnes exiſtimãt: ſed qui in medio ipſam non eſſe putãt/ circa mediũ moueri dicunt. atq; non ſolum hanc: ſed etiã aduerſam terram/ vti prius eſt dictũ. Quibuſdam etiam & plura talia corpora circa medium ferri poſſe videtur/ nobis imaniſeſta ob terræ obiectionem. Quocirca: & lunæ defectiones plures q̃ ſolis fieri dicunt. vnumquodq; enim eorũ quæ feruntur: obijcere ſe ſe lunæ inquiunt/ non ſolum terram. Nã cum terra centrum nõ ſit/ ſed per ipſius totum ſemiſpęrium diſtet: nichil prohibere putant ea accidere quæ videntur ſimiliter non habitantibus nobis in centro/ ſicut ſi in medio etiam eſſet terra. nichil enĩ neq; nunc oſtendit: per dimidiam diametrũ diſtãtibus nobis. Quidã autem: in centro ipſam iacẽtem volui/ & circa ipſum polum per vniuerſum extenſum moueri dicũt/ vt in Timęo eſt ſcriptũ. Simili modo: de figura quoq; ipſi9 contẽdit̃. Quibuſdã enĩ rotũda eſſe videtur: quibuſdã vero lata/ vt tympanum/ qui hoc idicium faciunt (cum occidit enim atq; oritur ſol: per rectam lineam/ ſed non per curuam celari videtur. quippe cũ oporteret/ ſi eſſet rotunda terra: diuiſionẽ fieri curuam) non animaduertentes diſtantiam ſolis ad terram & circunferentiæ magnitudinẽ/ quomodo in hiſce circulis qui parui eminus videntur/ linea recta apparet. Propter igitur hãc apparẽtiam: nõ oportet ipſos terræ molem credere rotundã non eſſe. Addũt iſuper atq; inquiũt:

figuram hanc necessario ipsam propter quietē habere. Eteni modi qui de motione quiereve sūt
77 dicti; complures sunt. Omnes igitur: de hoc dubitasse necessarium est. forsitan enim mētis est vacantis ratione non admirari curnā parua quædā pars terræ si eleuata dimittatur/ fertur quiescereq; non solet/ maiorq; semper celerius fertur: vniuersa autem terra si quispiā ipsam sublimem eleuatamq; dimittat ferri non potest/ nūc vero tantū pōdus quiescit. At vero si quispiā etiam partes ipsius cum ferūtur/ anteq̄ cadāt/ auferat terrā: deorsū sane ferētur
78 si nichil obstiterit. Quare dubitare quidē: omnibus ob Philosophiam euenit. Operam autē eos non dedisse vt solutiones nō magis absurdę q̄ dubitatio videantur: mirum cuipiam sane videbitur. Quidam enim ob hoc infinitam inferam terræ partem inquiunt esse: in infinitū ipsam radicatam esse dicentes. vt Xenophanes Colophoni9 dixit: ne molestias habeant causas quæritantes. Quocirca & Empedocles sic increpauit. Si infinita est profunditas terræ copiosusq; æther: quę per multa iam ora linguasq; dicta frustra sunt effusa hominum eorum qui perparum ipsius vniuersi viderūt? Quidam: super aquam iacere dicunt. hanc enim: sententiam vetustissimam accepimus/ quam Thalem Milesium dixisse ferunt/ terram inquā ideo quiescere/ perinde atq; lignū aut
79 quippiā tale natat. Etenim nichil horū super aerē manere est aptū sed super aquam: quasi nō eadem sit de terra ratio/ atq; aqua quę terram vehit. neq; enim aqua sublimis manere est apta: sed super aliqd semper est. Præterea vt aer leuior est aqua: sic & aqua leuior est terra. Quare: quonā modo id quod est leuius inferius eo quod grauius est natura iacere putant? Præterea si tota est apta super aquam manere: patet & quamque partem ipsius identidem aptam esse.

esse necessariū ipsam/ figurā hanc habere. eteni de motu & quiete dicti modi: multi sunt. Dubitasse igitur omnibus contigisse: necessariū est. forsitan enī mētis fuerit irrationabilioris/ non admirari quonā modo parua q̄dē terrę particula si eleuata dimittat/ fertur & manere nō vult/ & maior semper velocius: totā autem terram si quis dimittat cum eleuauerit/ non vtiq; feratur/ nunc vero quiescit tanta grauitas. At vero si quis etiam latis particulis ipsius anteq̄ cadant subtrahat terram: ferentur deorsum nullo obsistente. Quare dubitare quidē: omnibus vt philosopharētur/ merito causa fuit. Circa autem huius solutiones: q̄ non magis absurdę videātur esse dubitatione ipsa/ mirabitur vtiq; aliquis. ij enim ob hæc/ infinitā inferiorem terræ partem esse aiunt: in infinitum ipsam radicatam esse dicentes/ quemadmodum Xenophanes Colophonius/ ne negocia habeant quærentes causam. Quapropter & Empedocles: sic increpauit dicens.

Xenophanes Empedocles

Immēsūne patēt t́rę ima/ ac largior ęther: "
Vt frustra lingua multorū dicta/ fuere "
Ore effusa/ hoīm de toto pauca vidētū? "

Alij autem: in aqua iacere. hunc enim antiquissimum accepimus sermonem quē dixisse aiunt Thalem Milesium. tanquā ex eo quia natans sit/ ipsa maneat: quemadmodum lignum/ vel aliquid tale aliud. etenim horum super aerem quidem nichil natura aptum est manere/ sed super aquam: tanquam non eadem sit ratio de terra/ & aqua vehente terram. neq; enim aqua nata est manere subleuata: sed super aliquid est. Amplius autem quemadmodū aer aqua leuior est: sic & aqua/ terra. Quare: quonā mō possibile est id q̄d leuius est deorsum magis iacere eo quod grauius est secundū naturam? Præterea: si tota nata est manere sup aquā: manifestū est q̄ et particularū ipsius vnaquęq;.

Thales Milesius

Tral.ve.ex græ.recog.

nunc autē non videtur hoc fieri: sed quę-
libet particula fertur in fundum/ & velo-
cius maior. Verum videntur vsq; ad ali-
quid/quærere: sed non quousq; dubitari
possibile est.omnibus enim nobis hoc cō
suetum est:nō ad rē/quæstionē facere/sed
ad cōtraria dicentē. etenim ipse in seipso
quærit:quoad nō amplius habeat ipse si-
biipsi cōtradicere.Quapropter bene quę-
siturum: per proprias in genere instanti-
as/ad instandū idoneū esse oportet.Hoc
autē est: ex eo q; omnes cōtemplatus sit
differentias. Anaximenes autē & Ana-
xagoras & Democritus:latitudinem/cau
sam manēdi ipsam/esse dicunt. non enim
diuidere/sed eū qui subtus est aerē obtu-
rare: quod corpora quę latitudinē habēt
vidētur facere. hæc enī & ad ventos cum
difficultate mobilia sese habent: propter
reluctātiā.Hoc igitur ipsū facere latitudi
ne terrā ad suppositū aerem:hūc autē nō
habentē quo trāsferatur locū sufficientē/
totū simul deorsū quiescere/quēadmodū
in clepsydris aqua.Q; autē possit multā
grauitatē ferre compræhensus & manēs
aer:indicia multa dicunt.Primum igitur/
si non lata figura terræ sit: propter hoc
quidem non quiescet.quāuis quietis/non
latitudo causa sit ex ijs quæ dicunt: sed
magnitudo magis. propter enim coar-
ctationem:non habēs transitum aer ma-
net ob multitudinem. multus autem est
aer:propterea q; a magnitudine multa ter
rę cōprehendit.Quare hoc erit:et si sphę
rica quidē est terra/ tāta autē secundū ma
gnitudinē.manet enī:scd̄m illorū rationē.
Oīno autē ad eos qui sic dicūt de motu:
nō est de parte dubitatio/sed de toto quo
dā ac vniuerso.a prīcipio enī determinan
dū est:vtrū sit aliquis corporibus natura
mot9/an null9.et vtrū/natura q̄dē nō est:
violētia autē est.Quoniā autē de ijs deter
minatū est pri9/q̄cūq; p̄ea quę aderat fa-
cultate poteramus:vtēdū est vt existētib9.

Anaximenes
Anaxagoras
Democrit9

Argyropylus

nunc autē hoc fieri nō videtur:
sed quæuis pars in fundum/& ce
leri9 maior fertur. At enī vsq; ad 80
quēdā terminum quęrere viden
tur: sed nō quousq; dubitationis
inquisitio fieri potest. est enī no
bis hæc oibus cōsuetudo: nō ad
rē ipsam quęstionē facere/sed ad
eū qui cōtraria dicit.etenī in se
ipso eousq; quærit: vltra qd̄ ipse
cōtra seipsū dicere nequit. Qua
propter bene quęsiturum:aptum
idoneūq; esse ad īferēdas generi
accōmodatas ificiationes/oportet.est autē talis:q vniuersas dif
ferētias est cōtēplatus. Anaxime 81
nes autē & Anaxagoras & De-
mocritus: latitudinē causam ma
nendi ipsam inquiunt esse. non
enim diuidere: sed operire aerē
dicunt inferum.quod quidem:la
titudinem habentia corpora fa-
cere videntur.hæc enim & a vē-
tis cum difficultate moueri pos-
sunt:propter adhæsionem. Hoc
idē igitur latitudine terram in-
quiunt ad aerē facere: hunc autē
non habentē locum ad quem mi
grabit suffícientem/ simul infra
quiescere / perinde atq; aqua in
hisce vasis quæ surripiūt aquā.
Posse vero aerem pōdus magnū
si compræhendatur inferre:con-
plurībus signis ostēdunt.Primū
igitur/si non lata figura sit terræ:
propter hoc non quiescet. Quie- 82
tis tamen non latitudo sola est
causa ex hisce quæ dicunt: sed
magnitudo magis. propter enī
angustiam aere transitum nō ha
bente:manet ob multitudinem.
Aer autem est cōpōsus: ex eo
quia a magnitudine compræhē-
dit magna terrę. Quare hoc ipsū
est: etsi rotunda quidē est terra/
tāta aūt mole.sentētia enī illorū:
manebit.Oīno autē ad eos q di- 83
cūt ita de motu:non de partibus
est cōtētio/ sed de aliquo toto ac
vniuerso.a prīcipio enī est deter
minatū: vtrū sit quispiā mot9 na
tura corporibus cōpetēs/an nul-
lus sit.& vtrū naturalis q̄dē nul-
lus sit,prius: violētus aūt sit. Atq;
cū de his ipsis prius sint definita
q̄ ,p facultate p̄senti potuim9:his
vti veris/ vtamur nunc oportet.

Argyropylus

Nam ſi nullus natura motus cõ-
petit: neq; violentus vllus erit
profecto, ſi vero neuter eſt: nichil
omnino mouebitur. prius enim
eſt definitum/ neceſſario hæc e-
84 uenire. et inſuper neq; quicquã
quieſcere poteſt. nam vt & mo-
tus natura alius competit alius
eſt violẽtus: ſic & quies. At ſi mo
tus quiſpiam eſt ſecundum natu
ram: non violenta latio ſolũ nec
85 quies erit. Quare ſi terra nũc vi
quieſcit: violenta quoq; latione
ob conuerſionẽ ad mediũ ipſum
acceſſit. omnes enĩ hãc cauſã di
cũt: ex hiſce quæ in humidis fe-
runt & circa aere accidũt. In his
enĩ: maiora ſemp grauioraq; ad
ipſũ cõuerſionis mediũ pergũt.
Idcirco & terrã oẽs qui cœlũ or-
tũ aſſerũt eſſe: ad ipſum acceſſiſ-
ſe mediũ aiũt. Quia vero manet
cauſam quærũt: & dicũt partim
hoc modo/ latitudinẽ inquam ac
magnitudinẽ cauſã ipſius eſſe.
partim vt Empedocles cẽſet cœ
lũ cõuerſione ſua celeriore q̃ eſt
terræ motio/ lationẽ ipſius prohi
bere: vt fit in aqua quæ in cya-
this eſt. hæc enĩ cũ cyathus or-
be fertur/ & ſi ſæpe cyathus adeo
vertitur vt ſupra fundum/ infra
labra fiãt: nõ fertur tamẽ deorſũ
apta deorſũ ferri/ propter eadem
86 cauſam ſane. At ſi neq; cõuerſio
neq; latitudo prohibeat: quorſũ
inde queſo aere cedẽte ac abeun
te feretur? ad mediũ enim vi la-
ta eſt: viq; etiam in ipſo manet.
lationem vero ipſius eſſe quan-
dã ſcđm naturã: neceſſe eſt. Hęc
igiẽ eſtne ea qua ſurſũ itur/ an ea
qua itur deorſũ: an alia quædã?
aliquã enim eſſe: neceſſe eſt. Q2
ſi non magis eſt ea qua ſupera
loca petuntur q̃ ea qua itur deor-
ſum/ aer vero ſuperior lationem
eam non prohibet qua pergitur
ſurſum: neq; is ſane qui eſt ſub
terra eandem prohibere qua itur
deorſum/ poteſt. eaſdẽ enim cau-
ſas: eiſdem eorumdem eſſe neceſ
87 ſe eſt. Præterea: illud etiam ad
Empedoclem quiſpiam dixerit.
quando enim elementa diſcor-
diæ expertia erant: quænam cau
ſa terræ quietis erat? non enim

Tral.ve.ex græ.recog.

Sí enim nullus natura motus ſit ipſorum:
neq; violentus erit. ſi autem neq; natura/
neq; violẽtia eſt: nichil oĩno mouebitur. nã
& de his q̃ neceſſariũ ſit accidere/ determi
natum eſt prius. & inſuper/ q̃ neq; qui-
eſcere contingit. vt enim motus exiſtit aut
violentia aut natura: ſic & quies. At vero/
ſi eſt motus aliquis ſecundũ naturam: nõ
vtiq; violenta erit latio ſolum/ neq; quies.
Quare ſi violentia nunc terra quieſcit: &
ſimul venit ad medium lata/ propter ver-
tiginem. hanc enim cauſam omnes di-
cunt: ex ijs quæ in liquidis feruntur/ & cir
ca aerem accidunt. in his enim: ſemper fe-
runtur maiora grauioraq; ad medium cõ
uerſionis. Quapropter & terram omnes
quotquot cœlum generant: ad medium
conueniſſe dicunt. quia autẽ manet/ quæ-
runt cauſam: & dicunt quidam hoc mo-
do/ q̃ latitudo & magnitudo ipſius cau-
ſa eſt. Alij autem quemadmodum Em-
pedocles/ cœli lationem circulariter circũ-
currentem & velocius latam: terræ latio-
nem prohibere/ quemadmodũ aqua quæ
in cyathis eſt. etenim hæc/ circulariter cya
tho lato/ cum plerumq; ſub ære ipſo exi-
ſtat: tamen non fertur deorſum nata de-
orſum ferri/ propter eandem cauſam. At
neq; vertigine prohibente/ neq; latitudi-
ne/ ſed aere qui ſubijt: quonã feretur? nã
ſi mouetur violentia ad medium: & ma-
net violentia, ſecundum naturã autẽ: neceſ
ſariũ eſt eſſe aliquã ipſius lationẽ. Hęc igi
tur: vtrũ ſurſum an deorſum/ an vbi eſt?
eſſe enim quandã: eſt neceſſarium. Si au-
tem nichilo magis deorſum q̃ ſurſum/ aer
autem qui ſurſum eſt/ non prohibeat eam
quæ ſurſum fit lationẽ: neq; vtiq; qui ſub
terra eſt/ prohibebit eã quæ deorſum. eaſ-
dem enim: eorũdem neceſſariũ eſt eſſe cau
ſas/ eiſdem. Amplius autem: ad Empedo-
clẽ illud etiam quiſpiam dixerit. quando
enim elemẽta ſtabãt ſeparatim per litem:
quæ cauſa ipſi terræ quietis erat? nõ enim

Empedo-
cles

Cap. 13

Tral.ve.ex græ.recog.

& tũc: vertiginẽ in cauſa eſſe dicet. Abſurdũ autẽ eſt & nõ intelligere: ꝙ prius quidẽ propter vertiginẽ ferebãtur partes terræ ad mediũ. Nunc autẽ: propter quã cauſam omnia grauitatẽ habentia/ferũtur ad ipſam: non enim vertigo: appropinquat ad nos. Præterea propter quam cauſam & ignis ſurſum fertur? non enim: propter vertiginem. ſi autem hic/ferri aliquo natus eſt: manifeſtũ eſt ꝙ & terrã exiſtimãdum eſt. At vero: neq; vertigine graue et leue determinatũ eſt. ſed prius exiſtẽtibus grauibus et leuibus: illa quidẽ ad mediũ veniũt/hæc vero ſupereminent ꝓpter motũ. Erat igĩt et anteq̃ fieret vertigo: hoc quidem graue/illud vero leue. quæ/quonã determinata ſunt: & quo pacto ſunt apta natura ferri/aut quo? infinito enĩ exiſtẽte: impoſſibile eſt eſſe ſurſum & deorſum. determinata autem ſunt his: graue & leue. Plurimi igitur: circa cauſas has immorãtur. Sũt autem quidam: qui propter ſimilitudinem dicunt ipſam manere/vt ex antiquis Anaximander. nichilo enim magis/ſurſum q̃ deorſum aut ad latera id ferri conuenit; quod in medio collocatũ eſt/ & ſimiliter ad extrema ſeſe habet. ſimul autem impoſſibile eſt: ad cõtraria fieri motum. quare ex neceſſitate: manet. Hoc aũt lepide quidem: nõ vere tamen dicitur. Secundum enim hanc rationem: neceſſariũ eſt omne/ quodcunq; ponatur in medio/ manere. Quare: & ignis quieſcet. quod enim dictum eſt: non eſt proprium terræ. At vero: non eſt neceſſarium. nõ enim ſolum videtur manere in medio: ſed & ferri ad medium. quo enim quæuis fertur particula ipſius: eo totam etiam ferri eſt neceſſarium. quo autem fertur aliquid ſecundum naturam: & ibi manere ſecundũ naturã. Nõ igitur: propterea ꝙ ſimiliter ſeſe habet ad extrema. hoc enim: omnibus eſt commune. ferri autẽ ad medium: propriũ terræ. Abſurdũ autẽ eſt & hoc quidẽ quę-

Anaximander

Argyropylus

tũc: cõuerſione cauſam eſſe dicet. Abſurdũ eſt etiã nõ intelligere: prius quidem terræ partes ob cõuerſionem ad medium eſſe latas. nunc autem quã ob cauſam vniuerſa quæ pondus habent/ad ipſam ferũtur: non enim conuerſio: nobis propĩqua eſt. Pręterea: quam ob cauſam ignis etiam ſurſum fertur: nõ enĩ ob cõuerſionẽ. ꝙ ſi hic aptus eſt aliquem ad locum ferri: patet putandum eſſe terram etiam identidem aptam eſſe definitum quendam petere locum. At vero neq; conuerſione graue leueq; eſt definitũ: ſed eorum quæ prius erant grauia leuiaq; alia in ipſum medium veniunt/alia ſuper cætera collocantur ob motũ. Erat ergo & anteq̃ cõuerſio fieret: aliud graue/& aliud leue. quæ quidem quonam erant diſtincta: & quomodo aut quorſum apta erant ferri? nam ſi infinitum eſt: ſuperus locus inferuſq; eſſe non poteſt. graue autẽ atq; leue: hiſce ſunt definita. Plurimi igitur: circa cauſas haſce verſantur. Sunt aũt qui manere ipſã ob ſimilitudinem dicunt: vt ex veteribus Anaximãder dicebat. Id enim inquiũt quod eſt in medio collocatum/& æque ad extrema ſe habet: nõ ad ſupera magis q̃ ad infera/aut verſus latera ferri oportere/ & ſimul ad contraria moueri nõ poſſe. Quare: neceſſario illud manere/dicunt. Hoc autem elegãter quidem: no vere tamen eſt dictũ. Hac enim ſententia: omne quod i medio ponetur/ maneat in ipſo neceſſe eſt. Quare ignis quieſcet. Id enim quod dictum eſt: proprium terræ non eſt. At vero neq; neceſſarium eſt. nõ enim ſolũ in medio manere videt: ſed ad mediũ etiã ferri. quo enim quæuis ipſius pars fertur: eo totam etiam ferri neceſſe eſt. quo vero fertur ſecundum naturam: ibi ſecundũ naturã etiã manet. Nõ ergo ſimiliter ꝙa ſe habet ad extrema: ideo manet. hoc eſt enĩ vniuerſis cõmune. ferri aũt ad mediũ: ꝓprium ipſius eſt terræ. Abſurdũ eſt etiã hoc quidẽ quæ-

90 91 92 93

Argyropylus

rere/ curnã terra manet ī medio: illud autē non quærere/cur ignis in extremo quieſcit.Nam ſi & illi locus extremus natura competit:patet & terræ locum aliquem natura cōpetere neceſſariū eſſe. Q2 ſi hic locus natura terræ non cōpetit ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem in ipſo manet (vt ea ſententia aſſerit quæ de capillo affertur:cū vehementer quidē ſimiliter autē intenditur vtraq; ex parte.dicit enī:illū nō ruptū fore. Et itē ea quæ de ſitiente vehemēter eſurienteq; dicuntur: cumeque ab his quę edunt atq; bibūtur diſtat.quieſcat enim:neceſſe eſt) quærendū eſt ipſis de ignis vltimis in locis quiete.Mirabile autē eſt/& de quiete quidē ipſorū quærere: de latione vero non quærere/ quã ob cauſam alterū ſurſum/ alterū deorſum ad ipſū medium(ſi nichil impediat)fer-
94 tur.At vero neq; verū eſt quod dicitur: per accidēs tamē hoc verū eſt/ neceſſarium eſſe id omne in medio manere cui non magis huc competit q̄ illuc moueri. ſed propter hāc ſententiā non manebit: ſed mouebit/nō tamē totū ſed
95 diuulſum. Eadē enim & ad ignē accōmodabitur ratio.ſi enim poſitus ī medio fuerit:maneat perinde atq; terra neceſſe eſt. ſimiliter enim ad extremum quoduis punctorū ſeſe habebit:attamen a medio ipſo mouebitur/ quemadmodū et ferri(niſi quippiā prohibeat) ad extremū ipſū videt. verū:nō totus ad vnū punctū feretur.hoc enī ſolū ex ratione quę de ſimilitudine fit:euenire neceſſe eſt.ſed pars ad extremi partē: eiuſdē nimirum rationis. veluti quarta pars:ad quartā cōtinētis ipſius partē.nullū enī corpus:eſt punctū. Vt autē ex magno minorē in locū mutari poteſt/ſi condē ſet: ſic & in magnū ex minore/ſi rarefiat. Quare et terra hoc a medio moueretur modo/ per ipſius ſimilitudinis rationem:ſi nō natura locus hic competeret terræ.
96 Quæ igitur de figura/de loco/de quiete/de motu ipſius exiſtimātur:tot fere eſſe vidētur.

Tral.ve.ex græ.recog.

rere/ cutnam terra manet in medio : non quærere autē/ cur ignis in extremo. Nā ſi & illi natura locus extremus eſt:manifeſtum eſt/ q̄ neceſſarium eſt eſſe quendā & terræ natura locū. Sí autē non huic eſt/ hic locus/ſed propter ſimilitudinis neceſſitatē manet(quemadmodum de capillo eſt ſermo valide quidē/ ſed ſimiliter vndiq; extenſo: q̄ non diſrumpetur. & de eſuriente ac ſitiente vehemēter quidem/ſimiliter autem:& ab eſculētis & poculētis æqualiter diſtante. etenim hunc quieſcere neceſſarium eſt)quærendum eſt ipſis/ de ignis quiete in extremis.Mirabile autem eſt:et de quiete quidem quærere/ de latione vero ipſorū nō quærere/propter quā cauſā/ hoc quidē ſurſum fertur/hoc autem deorſum ad ipſum mediū nullo impediēte. At vero neq; verū eſt/quod dicitur: ſecūdum accidēs tamē hoc verum eſt/ q̄ neceſſariū eſt manere in medio omne/cui nichil magis huc q̄ illuc moueri cōuenit.Sed propter hanc rationem:non manet/ſed mouebitur.non tamē totū: ſed diſcerptum. Eadem enim cōgruet ratio:& in igne.neceſſe enī eſt ſi ponatur: quieſcere ſimiliter atq; terrā.ſimiliter enī ſeſe habebit:ad ſignorū extremorum quodcūq;. attamē feretur a medio: quēadmodū & videtur ferri (niſi quid prohibeat)ad extremum.verum:nō totum ad vnum ſignum.hoc enim neceſſarium eſt ſolū accidere:ex ratione quę de ſimilitudine fit.ſed proportionalis particula:ad proportionalem extremi partem.dico autē veluti quarta pars:ad quartā cōtinentis ipſius partē. nullum enim corporum:punctum eſt. Vt autem & ex magno venire in minorē locū poteſt condenſatū: ſic et ex paruo in maiorem/rarius factum. Quare et terra hoc modo moueret a medio:propter ſimilitudinis rationē/ſi nō natura terræ locus iſte eſſet. Q uæcunq; igit ſunt et de figura ipſius exiſtimata/et de loco/& quiete /et motu:fere hæc ſunt.

Tral.ve.ex græ.recog.

CAP. XIIII.

NOs autē dicamus primū: vtrum habeat motum/an maneat? Nam (vti diximus) alij quidem ipſam/ vnum aſtrorū eſſe faciunt: alij autem in medio ponētes/ volui & moueri dicunt circa medium polū. Q̄ autem impoſſibile ſit: manifeſtū eſt ſumpto principio. q̄ ſi fertur ſiue in medio exiſtens ſiue extra medium: neceſſarium eſt ipſam violentia moueri hoc motu. non enī/ ipſius terræ: eſt motus. etenim particularū vnaquęq̄: hanc haberet lationem. nūc autē: ſuper recta/ omnes ferūtur ad mediū. Quapropter cū violenta ſit/ et præter naturam: non poſſibile eſt ſempiternā eſſe. mundi autē ordo: ſempiternus eſt. Præterea omnia quæ ferūtur latione circulari: ſubdeficere videntur/ ac moueri pluribus vna latione/ præter primā. Quare & terrā neceſſariū eſt/ ſiue circa mediū ſiue in medio poſita ferat: duabus moueri lationibus. Si autē hoc acciderit: neceſſarium eſt fieri mutationes ac conuerſiones fixorum aſtrorū. hoc autē non videtur fieri: ſed ſemper eadem apud eadē loca ipſius/ & oriuntur & occidūt. Præterea autē latio partium & ipſius totius ſecundū naturā: ad mediū eſt vniuerſi. ob hoc enim: etiam exiſtit poſita nūc in centro. Dubitabit autē aliquis: cū idem ſit amborū medium ad vtrū ferantur ea quæ grauitatem habēt/ & partes terræ/ ſecundū naturam? vtrū/ quia vniuerſi eſt mediū: an quia eſt terræ? Neceſſe eſt itaq̄: ad id q̄d eſt vniuerſi. etenim leuia/ & ignis quæ in cōtrarium grauitatibus terræ ferūtur: ad extremum loci cōtinentis mediū ferūtur. Accidit autē idem mediū eſſe: terrę et vniuerſi. ferūtur enī: & ad terræ mediū/ ſed ſecūdū accidens/ quatenus mediū habet in ipſo vniuerſi medio. Q̄ autē ferātur et ad terrę mediū: ſignū eſt. q̄ lata pōdera ad hāc:

Argyropylus

CAP. XIIII.

NOs autem primo dicamus: vtrum habeat motum / an maneat? Nam (vti diximus) quidā ipſam vnam ſtellarum inquiunt eſſe: quidam in medio poſitam volui/ moueriq̄ circa polum dicunt. Eſſe autem hoc impoſſibile: patet hinc principio ſumpto. Si fertur: ſiue in medio ſit/ ſiue extra medium/ neceſſarium eſt ipſam hoc motu vi ferri. non enim ipſius terrę. etenim vnaquęq̄ partium: hanc lationem haberet. nunc autem: ad medium vniuerſæ recta feruntur. Quocirca cum violenta ſit præterq̄ naturam: impoſſibile eſt perpetuā ipſam eſſe. ordo autem mundi: perpetuus eſt. Præ- 97
terea cūcta quę cōuerſione ferun
tur: poſtrelinqui videntur/ pluri-
buſq̄ lationibus vna præter pri-
mā ſphærā moueri. Ergo & ter-
ram/ ſiue circa medium/ ſiue in
medio ſit collocata: duabus latio-
nibus moueri neceſſe eſt. Q̄ ſi ſit:
mutationes fieri fixarum ſtellarū
regreſſioneſq̄ neceſſe eſt. hoc au-
tem fieri nō videtur: ſed eædem
eiſdem in locis ipſius ſemper ori-
untur atq̄ occidunt ſtellæ. Præ- 98
terea latio partium ipſius totī-
us ſecundum naturam: ad ipſum
eſt mediū vniuerſi. ob hoc enim:
& in ipſo centro nunc iacet. Du- 99
bitauerit autem quiſpiam: cum
idem ſit medium vtrorumq̄/ ad
vtrum ea quæ pondus habent/
parteſque terræ ſecundum natu-
ram feruntur. vtrum quia eſt me-
dium vniuerſi: an quia eſt terræ?
Ad medium igitur vniuerſi fe-
rantur: neceſſe eſt. etenim leuia
atq̄ ignis ad contrarium ponde-
ribus terræ pergentia locum: ad
vltimum eius loci qui continet
medium ipſum/ feruntur. Accidit 100
autem: idem terræ medium eſſe
ac vniuerſi. feruntur enī pondera:
& ad medium terræ/ ſed per acci
dens/ ea ratione qua terra mediū
ſuū habet in ipſo medio vniuerſi.
Ferri aūt grauia & ad ipſum me-
dium terræ: hoc indiciū eſt. pon-
dera enim quę ad hanc feruntur:

Argyropylus

non æque diſtantia / ſed ad ſi-
miles angulos feruntur. Quare:
ad vnum medium vniuerſi ter-
101 ræq; feruntur. ¶Patet igitur ne-
ceſſario terram in medio eſſe/
atq; immobilem eſſe: & ob eas
quas diximus cauſas / & quia
pondera quæ ſurſum iaciuntur
in idem rurſus per rubricam fe-
runtur/ etſi in infinitum vis illa
proijciat. Neq; igitur terrā mo-
ueri/neq; extra medium collo-
catā eſſe: per hæc dilucidū fuit.
102 Inſuper: cauſa quietis ex ijs quę
dicta ſunt/patet. nam ſi apta eſt
ad medium vndiq; natura ferri
ſicut videtur/ & ignis ad extre-
mum e medio ſimili modo: fie-
ri non poteſt vt vlla pars ipſi-
us e medio feratur/ vi non illa-
ta. Vna eſt enim vnius latio/&
ſimplicis ſimplex: ſed non con-
trariæ. At ea qua e medio per-
gitur: cōtraria eſt ei qua ad me-
dium itur. Si igitur fieri non po
teſt vt vlla pars ipſius e medio
feratur: patet magis fieri nō poſ-
ſe vt ex eodem tota feratur. quo
enim pars apta eſt moueri: eo-
dem & totū aptū eſt ferri. Qua-
re ſi impoſſibile eſt ipſā moue-
ri/niſi a ſuperioribus viribus: in
ipſo medio ipſā manere neceſſe
103 eſt. Teſtes ſunt hiſce: & ea quæ
a Mathematicis circa Aſtrolo-
giā dicuntur. eueniunt enim ea
quæ apparēt/cū figuræ mutan-
tur quibus ordo ſtellarū eſt defi-
nitus: propterea q̄ in medio ter-
ra eſt collocata. De loco igit̄ &
quiete motuve terræ quomodo
ſeſe habent: tot a nobis ſint di-
104 cta. ¶Figuram autem rotun-
dam: ipſam habere neceſſe eſt.
vnaquæq; enim partiū: pondus
ad ipſum medium habet. & mi-
nor ſi a maiori pellatur/ egredi
non poteſt: ſed premitur potius/
ac alia alij cedit/ donec ad me-
diū ipſum perueniat. Intelligere
autem oportet id quod dicitur
perinde fieri: atque ſi terra fie-
ret eo modo quo Naturalium
etiam quidam ipſam inquiunt
ortam eſſe. Verum illi quidem
violentiam/ lationis ad infera

Tral.ve.ex græ.recog.

non parallela ferūtur/ſed ad ſimiles an-
gulos. Quare: ad vnum mediū & illud
quod terræ eſt/feruntur. ¶Manifeſtum 21
eſt igitur q̄ neceſſe eſt in medio terram
eſſe & immobilē: & propter dictas cau-
ſas/& quia pondera quæ ſurſum violen
tia proijciuntur/ad perpendiculum rur-
ſus feruntur in idem/etiā ſi in infinitum
vis illa proijciat. Q̄ igitur neq; moueā-
tur/neq; extra medium iaceat: manife-
ſtū eſt ex his. Ad hæc autem: manifeſta
eſt ex dictis cauſa quietis. ſi enim natu-
ra nata eſt ferri vndiq; ad medium quē-
admodū videtur/et ignis rurſus a medio
ad extremum: impoſſibile eſt latam eſſe
quācunq; ipſius particulā a medio/non
vim paſſam. vna enim latio vnius eſt/&
ſimplex ſimplicis: ſed non contrariæ.
quæ autem a medio fit: ei quæ ad me-
dium/ eſt contraria. Si igitur quācunq;
partē impoſſibile ſit latam eſſe a medio:
manifeſtum eſt/ q̄ & totam adhuc im-
poſſibilius. ad quod enim pars nata eſt
ferri: et totum illuc natū eſt. Quare ſi im-
poſſibile ſit moueri/ niſi a potiore virtu-
te: neceſſariū vtiq; erit eā manere in ipſo
medio. Atteſtantur autē his: & ea quæ
a Mathematicis dicta ſunt circa Aſtro-
logiam. ea enim quæ apparent/ accidūt
tranſlatis figuris quibus determinatus
eſt aſtrorū ordo: tanq̄ in medio poſita ter
ra. De loco igitur et quiete ac motu/quo
modo ſeſe habēt: tot dicta ſint de ipſa.
¶Ipſam autē: figuram habere ſphæri- 22
cam neceſſariū eſt. vnaquæq; enim par-
ticularum: grauitatem habet ad mediū
vſq;. & minor a maiori pulſa/non poteſt
intumeſcere: ſed cōprimi magis/ & cede-
re altera alteri/ donec veniat ad medi-
um. Oportet autem intelligere id quod
dicitur: perinde atq; ſi facta eſſet eo mo-
do quo & Phyſiologorū aliqui factam
eſſe dicunt. Verum illi quidem: violenti-
am/cauſam ponūt eius quę deorſum fit/

Tral.ve.ex græ.recog.

latiõnis. Melius autem eſt ponere veritatem/ & dicere: hoc accidere propterea ꝙ naturam habet id quod grauitatẽ habet vt ad medium feratur. In potentia igitur exiſtente miſtura: diſgregata ferebantur ſimiliter vndiqꝫ ad medium. Siue igitur ſimiliter ab extremis diuiſæ partes conueniant ad medium/ ſiue aliter ſeſe habentes: facient idem. Qꝛ igitur ſimiliter vndiqꝫ ab extremis latorũ ad medium/neceſſarium ſit ſimilem fieri omni ex parte molem: manifeſtum eſt. æquali enim omni ex parte appoſito: æqualiter eſt neceſſe diſtare a medio extremũ. hæc autẽ figura: ſphæra eſt. Nichil autem referet ad rationem: etiam ſi non vndiqꝫ ſimiliter conueniant ad medium partes ipſius. maior enim ſemper minorem quę ante ſe eſt/ propellere neceſſarium eſt ad medium vſqꝫ momentum habentibus ambobus/ & grauiori impellente vſqꝫ ad hoc/ minus pondus. quod enim vtiqꝫ quis dubitauerit: eandem habet cum his ſolutionem. nam ſi terra exiſtẽte in medio & ſphærica/multiplex grauitas addatur ad alterum hemiſphæriũ: non idem erit ipſius totius & terræ mediũ. Quare aut nõ manebit in medio: aut ſi/quieſcet quidẽ etiam nõ habẽs medium quo & nunc moueri eſt nata. Quod igitur dubitatur: hoc eſt. videre autem: non eſt difficile modicum inſiſtentes/& diuidentes/quomodo cenſemus quantãuis magnitudinẽ grauitatem habentem ad medium ipſum ferri. manifeſtum enim eſt/ ꝙ non quouſqꝫ tangat centri extremum: ſed oportet præualere quod eſt maius/ donec vtiqꝫ ſuo ipſius medio/medium ipſum accepe rit. huc vſqꝫ enim: momentum habet. Nichil igitur refert hoc dicere: in glæba & parte quauis/aut in tota terra. non enī propter paruitatem aut magnitudinem dictum eſt id quod accidit: ſed de omni

Argyropylus

terræ cauſam eſſe dicunt. Præſtat autẽ veritatem ponere/atqꝫ hoc ideo accidere dicere: quia naturã habet id quod pondus habet ad ipſum medium ferri. Cum igitur potẽtia congeries eſſet: ea quæ ſegregabãtur vndiqꝫ ſimiliter ad ipſum medium/ferebantur. Siue igitur ſimiliter ab extremis partes diuiſæ ad medium ſunt congregate/ſiue alio modo ſeſe habentes: idem facient ſane. Patet igi 105
tur: id quod vndiqꝫ ab extremis ſimiliter ad medium fertur/ ſimili neceſſario omni ex parte fieri mole. ſi enim omni ex parte ęque fiat additio: ęque extremum a medio diſtare neceſſe eſt. hæc autem figura: rotunda eſt. Nichil autem ad rationem refert: & ſi partes ipſius non vndiqꝫ ſimiliter ad medium ipſum concurrant. maior enim ſemper minorem quæ ante ſe eſt: impellat neceſſe eſt/ vtriſqꝫ momentum ad medium vſqꝫ habentibus/ & grauiore minus pondus ad hoc impellente. Id enim quod quiſpi- 106
am dubitauerit: eandem habet ſolutionem. Si enim multiplex pondus additum alteri ſemiſpærio fuerit terræ medium occupantis/atqꝫ rotundam habentis figuram: non idem ipſius totius terræqꝫ medium erit. Quare aut non manebit in medio: aut ſi manebit/quieſcet & non habens medium quo & nũc moueri eſt apta. Quod igi 107
tur dubitatur: id eſt, videre autem non eſt difficile: ſi parum conſiderauerimus ac diſtinxerimus quomodo cenſemus quãtamuis magnitudinem põdus habentẽ ad ipſum mediũ ferri. Patet enī nõ quouſqꝫ extremũ tangat ipſum centrum: ſed maior pars vicat oportet quouſqꝫ ſuo medio ipſum mediũ cõprehendat. hucvſqꝫ enī: habet momentũ. Nichil igit intereſt: hoc de glæba & quauis parte/an de tota terra dicaī, non enī ob paruitatẽ aut magnitudinẽ id qđ accidit dictum eſt: ſed de omni

Argyropylus

eo quod ad medium habet momentum. Quare ſiue tota ſiue per partes aliquo ex loco ferebatur terra: eo vſq; ferri ipſam neceſſe eſt. Et hac igitur ratione figuram ipſius rotundam eſſe neceſſe eſt: & quia omnia grauia ſimiles ad angulos / ſed non diſtantia æque feruntur. Hoc autem: aptũ eſt ad id quod natura rotundum eſt. Aut igitur eſt rotunda: aut natura / rotũda. vnumquodq; autem tale dicere oportet: quale eſſe natura ſolet / & quod eſt / ſed non id quod violentia & præ-
109 ter naturam eſt. Præterea: & per ea que ſenſu vidētur. lunę namq; defectiones: non diuiſiones tales haberent. etenim nunc quidem in hiſce figuris quæ per mẽſem efficiuntur: diuiſiones ſuſcipit omnes. Recta enim fit: & vtraq; ex parte curua / & concaua. in defectionibus vero: ſemper curuam habet lineam quæ diſtinguit. Quare / cum obiectu terræ deficiat: terræ ſane circũferen-
110 tia / figuræ cauſa eſt. Pręterea per ea quæ videntur de ſtellis: patet non ſolum rotũdam eſſe / ſed etiam mole magnam non eſſe. Si parua enim migratio meridiem verſus ac vrſam fiat: alius manifeſte fit hiſce qui terminat orbis / vt ſtellæ quæ ſunt ſuper caput mutationem habeant magnam / & non eædem videantur meridiem verſus migrantes atq; vrſam. nonnullæ namq; ſtellarum in Aegypto videntur / ac circa Cyprum: in locis autem verſus vrſas non vidētur. Et ſtellarum eæ quæ ſemper in locis verſus vrſam videntur: illis in locis occidunt. Quare perſpicuum eſt ex hiſce: terrã non ſolum rotundam eſſe / ſed etiam magnæ molis non eſſe rotundæ. non enim ſic cito mutationẽ faceret: migratione adeo breui facta.
111 Quapropter ij qui locũ eum qui circa columnas Herculeas eſt / coniunctum eſſe ei loco qui eſt circa Indicam regionem exiſtimant / atque hoc modo vnum mare eſſe aſſerũt: nõ vidētur in-

Tral.ve.ex græ.recog.

momentum habente ad mediũ. Quare ſiue tota alicunde ferebatur / ſiue ſecundum partẽ: neceſſariũ eſt eovſq; ferri. Et ſecundum hanc itaq; rationẽ neceſſariũ eſt figuram ipſius ſphæricã eſſe: & quia omnia grauia ad ſimiles angulos / ſed nõ parallela ferunt. hoc aũt: aptũ eſt ad id qđ natura ſphæricũ eſt. Aut igitur eſt ſphærica: aut natura ſphærica. oportet aũt vnũquodq; / tale dicere eſſe: quale qđ natura ſolet eſſe / & qđ eſt / ſed non quod vi ac præter naturam. Præterea autẽ: & per ea quæ apparent ſecundum ſenſum. neq; enim lunæ eclipſes: tales haberent deciſiones. nũc enim in ijs quæ ſecundũ menſem fiunt figurationibus: omnes accipit diuiſiões. etenim: recta fit / & amphicyrtos / & cõcaua. circa autẽ eclipſes: ſemper curuã habet definientẽ lineam. Quare / quoniam eclipſin patitur propter terræ obiectionem: terræ circũferentia ſphærica exiſtens / figuræ cauſa erit. Præterea: per aſtrorum apparentiam non ſolum manifeſtum eſt ꝙ rotunda / ſed & magnitudine nõ magna ſit. Paruo enim facto nobis tranſitu ad meridiem et arcton: manifeſte alter fit horizon circulus / ita vt aſtra quæ ſunt ſuper caput magnã habeant mutationẽ / & non eadem appareãt & ad arcton & meridiem tranſeuntibus. quędã enim in Aegypto quidem ſtellæ videntur / & circa Cyprum: in ijs autẽ quæ ad arcton vergunt regionibus / non videntur. & aſtrorum ea quę ſemper in ijs quę ad arcton vergunt / apparent: in illis locis occidunt. Quare non ſolũ ex his manifeſtũ eſt rotundã eſſe figuram terræ: ſed & ſphærę non magnę. non enim tam celeriter inſigne quippiã faceret: trãſlatis nobis adeo parum. Quapropter exiſtimantes eum qui circa Herculeas columnas eſt / locum coniungi ei qui circa Indicũ / & hoc modo mare vnum eſſe: nõ admodũ in-

Tral.ve.ex græ.recog.

credibília existímare vidētur. Dícunt autē coniectātes etiā ex elephātibus: q̄ circa vtraq; loca extrema exístētia/genus est ipsorū/tanq̄ extremis(quia sibinuicē cōiūgumtur) hoc passis. At Mathematicorū qui circūferētiæ magnitudinem ratiocinari tentant:ad quadraginta esse dicunt stadiorum myriadas.ex quibus:cōiectantibus non solum sphæricam esse terræ molē necessariū est/sed et non magnam / ad aliorum astrorum magnitudinem.

¶Trallationis veteris de Cœlo Aristotelis/ex græco recognitæ:secūdi libri finis.

¶Trallatío vetus tertíj de Cœlo Aristotelis ex græco recognita:ad R.P.D. Guillermum Bríconnetum Episcopum Meldensem.

CAP. I.

DE primo igitur cœlo & partibus/ insuper autem de astris in ipso latis/ & ex quibus constāt & qualia natura sunt/ ad hæc autem & q̄ ingenita sunt & incorruptibília: percurrimus prius. ¶Quoniā autem eorū quæ natura dicuntur/hæc quidem sunt substantiæ/illa vero opera & passiones harum(dico autē substātias quidem: simplicia corpora/vt ignem & terrā/& quæ sunt eiusdem cum his ordinis/ & quæcunq; ex his/ veluti & totum cœlum & partes eius/& rursus animalia & plantas & partes horum. Passiones autē &

Argyropylus

credibilia valde existimare. Dicunt autem hoc ex barris etiam coniectātes: genus ipsorum circa extrema vtraq; loca esse/propterea q̄ ipsa extrema/ita sunt ob coniunctionem affecta. Mathematicorū etiam qui magnitudinem orbis terræ metiri conantur:quadringentis terrā cingi stadiorum milibus dicunt.ex quibus si cōiectura sumatur:molem ipsius terræ non solum rotūdam esse/ sed etiam ad cæterarū stellarum magnitudinē/ magnā non esse necesse est. 112

¶Secūdi de Cœlo Aristotelis interprete Ioāne Argyropylo libri: finis.

¶Tertius de Cœlo Aristotelis ad R.P.D. Ioānem Archiepiscopū Strigoniēsem:interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

DE primo igit cœlo ac partibus / & de stellis quæ in ipso ferūtur/ ex quibus constant/& qualia sunt natura/ & insuper ingenita ac incorruptibília esse:prius iam pertractauimus. ¶Cum autem eorum quæ natura dicuntur esse/ alia sint substantiæ/ alia harum opera affectusve(atque substantias quidem dico:simplicia corpora / ignem terram & quæ eiusdem sunt seriei / & item ea quæ ex his constant veluti totum cœlum ipsiusque partes/& animalia plantasve & horum partes. Affectus autem ope-

Argyropylus

rave/ motiones horum cuiuſq;/ cæterorũq; quorum hæc elementa vi ſua ſunt cauſæ/ & alterationes item/mutuaſve migratiões) patet plurimam de natura ſcientiam de corporibus eſſe.omnes enim ſubſtantiæ naturales: aut corpora ſunt/ aut cum corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet:& ex diffinitione qua emerſere quæ ſunt natura/& ex ſingulorũ etiã contẽplatione. De primo igitur elementorum & quale quid eſt natura/ & incorruptibile ac ingenerabile eſſe: ſatis iam diximus. Reſtat autem: dicere de duo bus. q; ſi de hiſce dicamus: fiet & de generatione ſimul corru
2 ptioneve conſideratio. Generatio enim:aut omnino non eſt/ aut in hiſce duntaxat eſt elemen tis/atq; in hiſce quæ ex his conſtant.Hoc autem ipſum primum eſt contemplandum: vtrum ſit an non ſit. ¶Ij igitur qui prius de veritate philoſophati ſunt: tam in hiſce ſermonibus quos nunc nos dicimus/ q̃ inter ſeſe diſcordes fuere.Quidam enim ipſorum:generationem e medio corruptionẽve tollunt.nichil enĩ eorũ quæ ſunt: generari aut corrumpi/ſed ſolum ita nobis videri dicunt.vt Meliſſus atq; Parmenides:quos/ & ſi bene cætera dicunt/non naturaliter tamen dicere oportet putare. Eſſe namq; rerum aliquas ingenitas omninoq; immobiles: ad aliam magis atq; priorem q̃ ad naturalem conſiderationem ſpectat.Illi vero quia nichil aliud præter ſubſtantiam ſenſibilium eſſe exiſtimabant/& quaſdam primi tales naturas intellexerunt: ſi cognitio aliqua aut prudentia erit/ ad hæc illinc accõmodatas ſen
3 tẽtias traduxerũt.Alij vero:quaſi de induſtria contrariã his habuerunt opinionem.Sunt enim qui nullas rerum ingenerabiles eſſe: ſed omnes fieri dicunt. generatas autem: partim permanere/ partim corrũpi. Eſt autẽ ſententiæ talis maxime quidem Heſio-

Tral.ve.ex græ.recog.

opera/& motus horũ vniuſcuiuſq;/& aliorum quorũ cauſæ ſunt hæc elementa ſecundum virtutẽ ſuam/inſuper autẽ alterationes & inuicem trãſitiones)manifeſtum eſt q̃ plurimã accidit de natura hiſtoriã de corporibus eſſe.omnes enim naturales ſubſtãtiæ: aut corpora/aut cũ corporibus generãtur ac magnitudinibus.Hoc autẽ manifeſtũ eſt:& ex eo q̃ determinatum eſt quæ ſint natura / & ex ſingulorũ cõtemplatione. De primo igitur elemẽtorũ:dictũ eſt/& quale quid eſt ſecundum naturã/& q̃ incorruptibile ac ingenitum. Reliquũ eſt autem:de duobus dicere.ſimul autẽ accidet de his dicentibus: & de generatione & corruptione conſiderare. generatio enim:aut omnino nõ eſt/aut ſolũ in his eſt elemẽtis/& ijs quæ ex his ſunt. Hoc autem ipſum/ primũ forte eſt cõtemplandum: vtrum ſit/an nõ ſit. ¶Ij igitur qui prius 3 philoſophati ſunt de veritate: & in ijs quos nunc nos dicimus ſermonibus/et inuicẽ diſcrepãtes fuere.Quidã enĩ ipſorum: auferebãt omnino generationẽ & corruptionẽ.nichil enim eorũ quæ ſunt: aut generari aiunt aut corrũpi / ſed ſolũ videri nobis.vt qui circa Meliſſum atq; Parmenidẽ:quos/et ſi alia dicũt bene/nõ tamẽ oportet putare phyſice dicere.Eſſe enim entiũ quędã ingenita/et omnino immobilia:magis eſt alterius atq; prioris q̃ phyſicæ conſiderationis. Illi vero quia nichil quidẽ aliud præter ſenſibiliũ ſubſtãtiã exiſtimauerunt eſſe/tales autẽ quaſdã naturas intellexerũt primi:ſi aliqua cognitio aut prudẽtia erit/ſic trãſtulerũt ad hec illinc rationes. Quidã autẽ alij: quaſi de induſtria contrariã his habuerũt opinionẽ.Sũt enĩ quidã:qui aiũt nullã rerũ ingenitã eſſe/ſed omnes generari. generatasvero:has quidem incorruptibiles permanere/ alias autẽ rurſus corrũpi.Maxime quidẽ qui circa Heſio-

Meliſſus

Parmenides

Heſiodus

Tral.ve.ex græ.recog.

dum.deinde vero:& aliorū ij qui primi de natura diſſeruerunt. Alij autem/omnia alia aiunt generari & fluere: eſſe vero fixe nichil.vnum autem quoddam ſolum perſiſtere:ex quo hæc omnia trāſfigurari nata ſunt. quod quidem videtur velle dicere: & alij multi/ & Heraclitus Epheſius. ¶Sunt autē quidam: qui & omne corpus generabile faciūt/cōponētes ex ſuperficiebus/ac diſſoluētes in ſuperficies.de alijs igit alterius erit ſermo. Ijs vero qui hoc modo dicūt/& oia corpora cōſtituūt ex ſuperficiebus:quęcūq; quidem alia accidit dicere cōtraria ipſis Mathematicis/promptū eſt videre. Attamen iuſtū erat: aut non amouere/ aut ipſa credibiliorib9 rationibus q̄ ſuppoſitiones ſint/amouere.Deinde manifeſtū eſt q̄ eiuſdē rationis eſt: ſolida quidem ex ſuperficiebus cōponi/ſuperficies autē ex lineis/ has autem ex punctis. ſic autem his ſeſe habentibus: non eſt neceſſe lineæ partem/lineam eſſe.De his autem cōſideratum eſt prius/in ijs quæ de motu/ſermonibus:q̄ longitudines non ſunt indiuiſibiles. Quæcūq; vero de naturalibus corporibus impoſſibilia accidit dicere/facientibus indiuiſibiles lineas:paululum nunc quoq; conſideremus. Quæ enim impoſſibilia in illis accidunt:et naturalia/ ſequuntur . quæ vero hæc: in illis non omnia . propterea q̄ hæc quidem ablatione/ Mathematica:Phyſica vero/ appoſitione dicūtur.Multa autem ſunt/quæ indiuiſibilibus ineſſe non poſſunt :naturalibus autem neceſſariū eſt. veluti:ſi quid eſt indiuiſile,in indiuiſibili enī:diuiſibile eſſe impoſſibile eſt. Paſſiones autē omnes:diuiſibiles dupliciter ſunt.aut enī ſecūdū ſpeciē: aut ſecundū accidens.Secundū ſpeciē quidem:veluti coloris/albū & nigrū.Secundū accidens autem:ſi id cui ineſt/diuiſibile ſit.Quare paſſionū quęcūq; ſimplices ſunt:omnes

Heraclitus 4

Argyropylus

dus . deinde cæterorum : ij qui primi de natura dixerunt. Quidam autem cætera quidem omnia fieri fluereq; dicunt : ac nichil prorſus ſtabile eſſe . vnum autem quid ſolum permanere: ex quo hæc vniuerſa traffigurari ſunt apta. quod quidem: cæteriq; complures/& Heraclitus Epheſius dicere velle videtur. ¶ Sunt & qui corpus omne generabile faciunt:componentes ipſum ex planis/ac diſſoluētes in plana . de cæteris igitur: alius erit ſermo.Hiſce vero qui 4
hoc dicunt modo/omniaq; corpora ex planis conſtituunt:quot accidit contra ſcientias dicere mathematicas/ perfacile eſt videre . Erat tamen æquum : aut non dimouere ipſas/ aut credibilioribus rationibus q̄ ſuppoſitiones ſunt/dimouere . Deinde patet:eiuſdem eſſe ſententiæ ſolida quidem ex planis/ ex lineis autem plana/ & has ex punctis componi.quæ ſi ita ſint: nō neceſſe eſt partem lineæ / lineam eſſe.Sed de hiſce:prius in ſermonibus de motu conſideraui- 5
mus.demonſtrauimus enim:indiuiſibiles nullas longitudines eſſe . Quæ vero de naturalibus 6
corporibus impoſſibilia accidit hiſce dicere qui lineas indiuiſibiles faciunt : parumper nunc etiam contemplemur.Ea namq; impoſſibilia quæ in illis accidunt: & in naturalibus ſane ſequuntur.At non omnia quæ in his ſequuntur: in illis accident/ propterea q̄ Mathematica quidem abſtractione dicuntur/ naturalia vero additione.Complu- 7
ra autem ſunt: quæ indiuiſibilibus competere non poſſunt/ naturalibus autem neceſſario competunt. ceu ſi quippiam indiuiſibile eſſe dixerimus,in indiuiſibili enim:diuiſibile eſſe non poteſt. Affectus autem omnes diuiſibiles dupliciter ſunt:aut ſpecie/ aut per accidēs.Specie quidem:vt coloris/album & nigrū. Per accidens autem:ſi id in quo eſt/diuiſibile ſit.Quare qui ſunt affectuū ſimplices:oēs hoc modo

ſunt diuiſibiles. Quapropter im-
poſſibile ipſum in talibus eſt cō
8 ſiderādū. Si igit ipoſſibile eſt v-
traq; parte ponderis nichil habē
te totū habere pōdus/ ſenſibilia
vero corpora aut oīa aut aliqua
pōdus habent/ceu terra & aqua/
vt & ipſi etiā dixerint: ſi punctū
nichil pōderis habet/ patet neq;
lineas ipſas habere. Qz ſi lineæ nō
habent: neq; plana etiam habēt.
quare: neq; corpus vllū/ ipſū ha
9 bet. At vero punctū pōdus habe
re nō poſſe: patet. graue nāq; om-
ne grauius etiā: & leue leuius ali
quo eſſe poteſt. Grauius autē aut
leuius: fortaſſe nō neceſſe eſt gra
ue vel leue eſſe. quēadmodum &
magnū quidem eſt maius: maius
autem nō oē/ magnū eſſe neceſſe
eſt. cōplura enī ſunt: quæ abſolu-
te quidē ſunt parua/ quibuſdā au
tē alijs ſunt maiora. Si igitur qđ
cū graue ſit/ grauius eſt/ id pōde
re maius eſſe neceſſe eſt: & omne
graue diuiſibile ſane erit. pun-
ctū autē: indiuiſibile ſupponūt eſ
10 ſe. Præterea ſi graue quidē eſt dē
ſum/ leue autē rarū/ & denſū hoc
a raro differt q; æquali in mole
plura ipſi inſunt: ſi punctū ſit gra
ue ac leue/ & dēſum nimirū & ra
rū erit. At dēſū quidē/ eſt diuiſi-
11 bile: punctū autē/ diuidi neqt. Qz
ſi oē graue/ molle aut durū eſſe
neceſſe eſt: ipoſſibile aliqđ ex his
īferri facile poteſt. Eſt enī id mol
le: qđ in ſeipſū cædit. durū autē:
12 id quod non cædit. At quod cæ
dit: diuiſibile eſſe conſtat. At ve-
ro neq; ex hiſce quæ ponderis
expertia ſunt: pōdus erit. in quot
enim hoc/ atque in qualibus ac-
cidet: aut quonam modo defi-
nient/ ſi haud fingere volunt? Et
ſi omne maius pōdere/ pondus
pōdere maius eſt: & vnūquodq;
13 ſane partibus vacantium pon-
dus habebit. Nam ſi punctа qua-
tuor pondus habent/ quod vero
ex pluribus conſtat q; hoc/ graui
grauius eſt/ atq; qđ graui gra-
uiꝰ eſt graue eſſe neceſſe eſt/ per-
inde vt albū eſt quod albo albi-
us eſt: id ſane qđ maius eſt vno
punctо/ grauius erit æquali abla-
to. Quare: & vnum punctum pō

ſunt diuiſibiles hoc modo. Quapropter/ im-
poſſibile ipſum in talibus eſt conſiderādū.
Si itaq; impoſſibilium eſt/ vtroq; nullā ha-
bente grauitatem ambo habere grauitatē/
ſenſibilia autē corpora/ aut ōnia/ aut aliqua
grauitatem habent/ veluti terra & aqua/ vt
& ipſi dixerint: ſi punctū nullā habet gra-
uitatem/ manifeſtum eſt q; neque lineæ.
Si autem non hæ: neque ſuperficies. quare
neq; corporum vllum. At vero q; punctum
non poſſibile ſit grauitatem habere: eſt ma
nifeſtum. graue enim omne & grauius: le-
ue vero leuius contingit aliquo eſſe. gra-
uius autem aut leuius: forte non neceſſe eſt
graue aut leue eſſe. quēadmodū & magnū
quidē/ eſt maius: maius autē/ non oīno ma-
gnū. multa enī ſunt: quę cū ſint parua ſim-
pliciter/ maiora quibuſdā alijs ſunt. Si itaq;
id qđ cum graue ſit grauius eſt/ neceſſe eſt
grauitate maius eſſe: & graue omne diuiſi-
bile vtiq; erit. punctum autem: indiuiſibile
ſupponitur eſſe. Præterea ſi graue quidem/
dēſum quid/ leue autē rarum quid eſt/ den-
ſū autē hoc a raro differt q; in æquali mol-
le plura inſunt. Si igitur eſt punctū graue
& leue/ erit & denſum et rarū. ſed denſum
quidem: eſt diuiſibile. punctum autem: in-
diuiſibile. Si vero omne graue/ aut molle eſ
ſe aut durum eſt neceſſe: facile eſt ex his im
poſſibile aliquod colligere. Nam molle eſt:
quod in ſeipſum cędit. durū vero: qđ nō
cædit. quod autem cędit: diuiſibile eſt. At
vero neq; ex ijs quæ grauitatē non habēt:
erit grauitas. in quot enī accidet hoc/ & in
qualibus: quomodo determinabūt nō volē
tes fingere? Et ſi oīs grauitas grauitate ma
ior/ grauitate eſt: accidet & vnūqđq; imper
tiū grauitatē habere. Si enī quatuor pūcta
grauitatē habēt/ qđ autē ex pluribus cōſtat
q; hoc/ eo qđ eſt graue grauius exiſtit/ qđ au
tē graui grauius eſt graue ſit eſt neceſſe/ quē
admodum & quod albo albius eſt/ album:
quod maius vno pūcto/ grauius erit abla-
to æquali. Quare: et vnū pūctum grauita-

Timæus

Pythagorei

Tral.ve.ex græ.recog.

tem habebit. Præterea ſi ſuperficies ſolum ſecundum lineam contingit cõponi: abſurdum eſt. quemadmodũ enim & linea ad lineã vtroq; modo cõponitur & ſecũdũ longitudinẽ & ſecundũ latitudinẽ: oportet & ſuperficiẽ cũ ſuperficie eodem modo. linea autẽ: poteſt cũ linea cõponi ſecũdũ lineã ſuperpoſitã/nõ ſolũ appoſitã. At vero ſi et ſecũdũ latitudinẽ cõtingit cõponi: erit aliqđ corpus/quod neq; eſt elementũ/neq; ex elemẽtis/compoſitũ ex ſic cõpoſitis ſuperficiebus. Præterea ſi ſuperficierum multitudine grauiora ſunt corpora/quẽadmodũ in Timęo determinatũ eſt: manifeſtũ eſt q̃ habebit & linea et punctũ grauitatẽ. proportionabiliter enĩ inuicẽ ſe habent: quẽadmodũ et prius diximus. Sin vero nõ hoc differũt modo/ ſed ex eo q̃a terra quidẽ grauis eſt/ ignis vero leuis: erit & ſupficierũ hæc quidẽ leuis/hæc vero grauis. & linearum itaq; & punctorum: ſimiliter. nam terræ ſuperficies: erit grauior/q̃ quę ignis. Omnino autẽ accidit nullã vnq̃ eſſe magnitudinẽ/ aut poſſe tolli: ſi ſimiliter ſe habet pũctũ quidẽ ad lineã/linea vero ad ſuperficiem/hoc autẽ ad corpus. omnia enim ſi in ſeinuicẽ reſoluãtur: in prima reſoluẽtur. Quare cõtinget vtiq; pũcta ſolũ eſſe: corpus autẽ nullũ. ad hęc autẽ & ſi tẽpus ſimiliter ſeſe habeat: auferetur vtiq; aliquãdo/ aut cõtinget auferi. ipſum enĩ nunc: indiuiſibile eſt/veluti pũctũ lineæ. Idẽ autẽ accidit: & ijs qui ex numeris cõponũt cœlũ. quidã enĩ naturã ex numeris cõſtituũt: quẽadmodũ & Pythagoreorũ quidam. nã phyſica corpora: videntur grauitatem habere ac leuitatẽ. vnitates autem: neq; corpus facere poſſunt cõpoſitæ/neq; grauitatẽ habere. CAP. II.

Argyropylus

dus habebit. Præterea ſi plana ſolum vt lineæ componi poſſũt: abſurdum eſſe videtur. nam vt & linea ad lineam vtroq; modo & per longitudinem & latitudinem componitur: ſic & cum plano componi planum oportet. linea vero componi cũ linea poteſt: ſi ſuperponatur/ non ſolum ſi apponatur. At ſi per latitudinẽ etiã cõponi poſſunt: erit quippiam corpus quod neq; eſt elementum neq; ex elementis/ſi ex hoc pacto planis compoſitis cõponatur. Præterea ſi planorum 14
multitudine corpora ſunt grauiora/vt in Timęo eſt definitũ: patet & lineam & punctũ põdus habere. ſubeũt enĩ inter ſeſe rationis ſimilitudinem: vt prius etiam diximus. Sin vero nõ hoc differunt modo/ ſed ex eo quia terra quidem eſt graue/ignis autem leue: erit & planorum aliud graue aliud leue/& linearum ſimiliter & punctorũ. etenim terræ planum: grauius erit q̃ ignis planũ. Omnino autem accidit/ aut nullam vnq̃ magnitudinem eſſe aut tolli poſſe: ſi ſimiliter ſe habet punctũ quidem ad lineã/ linea vero ad planum/& hoc ad corpus. omnia enim ſi reſoluantur: in ipſa reſoluentur nimirum prima. Quare fieri poteſt: vt ſola ſint puncta/corpus autem nullũ. Inſuper ſi tempus etiã ſimiliter ſeſe habet: tolletur aliquãdo/ vel tolli poteſt. ipſũ enĩ nũc: indiuiduum eſt/perinde atq; lineæ punctum. Idem & ijs accidit: qui ex numeris cœlum componunt. quidam enim ex numeris naturam conſtituunt: vt Pythagoricorum nonnulli. Corpora nãq; naturalia: põdus habere leuitatẽq; vidẽtur. vnitates aũt: neq; corpus facere cõpoſitę/neq; põdus habere poſſunt. CAP. II.

5

OVod autem neceſſarium ſit motum aliquẽ ſimplicibus corporibus omnibus natura ineſſe: ex his eſt manifeſtum. quoniam enim moueri videntur: vi moueri ſane eſt neceſſari-

ESſe autem neceſſariũ corporibus ſimplicibus natura motum aliquem vniuerſis cõpetere: ex hiſce dilucidum fiet. nam cum moueri videantur: vi nimirum ipſa moueri neceſ- 18

se est: si proprium motū non habēt. idē vero est: vi moueri/ & pręter naturā. At si pręter naturā est quispiā motus: & secundū naturā esse necesse est præter quē ille est. Et si multi sunt ijq pręter naturā sunt: vnum eum esse qui est secundū naturā necesse est. vnūquodq; enī secundū quidē naturā simpliciter se habet: præter autem naturā multos habet motus.

19 Præterea ex quiete: hoc idē patet. etenī aut vi aut secundū naturā quiescāt: necesse est. vi autē ibi manēt: quo & vi ferūtur. & secundū naturā itidē ibi manent: quo & secundū naturā feruntur. Cū igitur aliquid ī medio manere videatur: si secundū naturā/ patet & lationem qua huc fertur/ secundū naturā ipsi competere. sin vi: quid est quod prohibet ferri? Si enī id qđ prohibet ferri quiescit: eadē verba sane voluemus. aut enim id quod primum quiescit/ secundū naturā quiescit: aut in infinitū abibitur, qđ quidē: est impossibile. Sin mouetur/ vt Empedocles terrā quiescere dicit cōuersione: aliquē in locū sane moueret/ cū impossibile sit in infinitū ferri, nullū enim impossibile fit. impossibile autē est: infinitum trāsire. Quare stet alicubi qđ fert/ & illic nō vi maneat/ sed scđm naturā: necesse est. Qz si est scđm naturā quies: & mot⁹ erit scđm naturā ea latio qua ad hūc itur locū.

20 Quapropter & Leucippus dicat oportet atq; Democrit⁹/ qui prima corpora semper in vacuo infinitove moueri dicunt: quoniā motu mouētur/ & quis est ipsorū scđm naturā motus. Nā si elemētorū aliud ab alio vi mouetur: et secūdū naturā etiā aliquē vniuscuiusq; motū esse necesse est/ pręter quē est isce qui violentus est. & id qđ primū mouet: nō vi sed secundū naturā mouere oportet. in īfinitū enim abibit: si nō erit quicq̄ primū mouēs secundū naturā/ sed semp ipsū prius vi subiens motū mouebit.

21 ¶Hoc idē accidat necesse est: & si vt in Timęo ē scriptū/ elemēta īordinate mouebant ātea q̄ mūd⁹ ort⁹ esset.

um/ si proprium non habent. violentia autem/ & præter naturam: idem. At vero si præter naturam est aliquis motus: necesse est esse et secundum naturā/ præter quē ille est. Et si multi præter naturā: vnum qui secundum naturam. secūdum naturam enim simpliciter: præter naturā vero multos habet vnūquodq;. Amplius autem et ex quiete: manifestum est. etenī quiescere necessarium est: aut vi aut secundum naturam. vi autem ibi manet: quo et fertur vi. & secundum naturam: quo secūdum naturā. Quoniam igitur videtur aliquid manere in medio: si quidem secundum naturam/ manifestum est ꝙ & latio quæ huc fit/ secundum naturam ipsi inest. si autē vi: quid ferri prohibet? Si enī quiescit: eundē reuoluemus sermonem. necesse enī est: aut secūdū naturā esse primū quiescēs/ aut in infinitū abire. qđ quidē: est impossibile. Si vero mouetur id qđ prohibet ferri/ quēadmodū Empedocles inquit terrā ob vertiginē quiescere: aliquo sane ferretur/ cū in infinitū sit impossibile. nullū enī fit īpossibile. infinitū autē trāsire: īpossibile est. Quare necesse est vt stet alicubi/ qđ fertur: & ibi non vi maneat/ sed secūdū naturā. Si autē est secundū naturā quies: est et motus secūdū naturā/ ea quę ad hūc locū fit/ latio. Quapropter & Leucippo & Democrito dicētibus semper moueri prima corpora in vacuo & in infinito: dicēdū erat quo motu/ & quis secundū naturam ipsorū motus. Si enī elemētorū aliud ab alio mouet violētia: et secundū naturā necesse est aliquē vniuscuiusq; motū esse/ p̄ter quē is est q̄ est violētus. & oportet primū mouentē: nō vi mouere/ sed secūdū naturā. in infinitū enī abibit: si nō erit q̄ppiā secūdū naturā mouēs primū/ sed semp qđ prius vi mouet/ mouebit. ¶Hoc autē idē accidere necessariū est: et si/ quēadmodū in Timęo scriptum est/ anteq̄ factus esset mūdus mouebātur elementa inordinate.

Empedocles

Leucipp⁹

Democrit⁹

7

Timęus

Tral.ve.ex græ.recog.

neceſſe enim eſt:aut violẽtum eſſe motum/ aut ſecundum naturam. Si autem ſecundum naturam mouebãtur:neceſſe eſt mũdum eſſe/ſi quis velit inſiſtendo contemplari. Tunc enim primum mouens neceſſe eſt mouere/ipſum ſubiens motũ ſecundum naturam:& quæ mouentur non violentia/ in propriſs quieſcẽtia locis/eũ facere quem nũc habent ordinem.ea quidem quæ grauitatem habent/ad medium:quæ autem leuitatem/a medio.hanc autẽ:mũdus habet diſpoſitionem. Præterea autẽ/ tantum inſuper percontabitur aliquis: vtrum poſſibile erat an non poſſibile/ quæ mouentur inordinate etiam miſceri talibus miſtionibus aliqua/ex quibus conſtãt ea quæ ſecundũ naturã cõſtituuntur corpora(dico autẽ:veluti oſſa & carnes)quẽadmodũ Empedocles inquit fieri in amicitia. dicit enim. Multa quidem ſine collo/tum capita emerſerũt.Is autem qui infinita in infinito ea quæ mouẽtur faciunt: ſi vnum quidem eſt id quod mouet/neceſſe eſt vna latione ferri. quare:non inordinate mouebuntur. Si autẽ infinita ſint ea quæ mouent:& lationes infinitas eſſe eſt neceſſe.Si enĩ finitæ ſint:ordo aliquis erit. non enim:ex eo quia nõ ferũtur in idem/ inordinatio accidit.neq; enim nunc/ in idẽ feruntur omnia:ſed quæ eiuſdẽ ſunt generis ſolũ.Præterea inordinatio nichil eſt aliud:q̃ qđ præter naturã.ordo enĩ:eſt propria ſenſibiliũ natura.At vero & hoc abſurdũ eſt ac impoſſibile:quod infinitũ eſt inordinatũ habere motũ.eſt enĩ natura illa rerum:quam habent plures/ & pluri tẽpore.Accidit igitur ipſis/contrarium/ inordinationem quidem eſſe ſecundum naturam:ordinem vero & mundũ/ præter naturam.q̃q̃ nichil/vt contingit/fit:eorũ quę ſecundum naturam. ¶Videtur autẽ: hoc ipſũ Anaxagoras recte accepiſſe.ex ĩmobilibus enĩ:inchoat/mũdũ facere. ¶Tẽtãt aũt et alij cõgregãtes:aliquo modo rurſus

Argyropylus

motum enim:aut violẽtum aut ſecundum naturam eſſe neceſſe eſt.Q̃z ſi ſecundum naturam mouebantur: mundum eſſe neceſſe eſt/ſi quiſpiam velit cum diligẽtia contemplari.Primum namq; mouens mouere neceſſe eſt/ipſũ ſecundum naturam ſubiens motum: et ea quæ mouentur nõ vi in ſuis quieſcentia locis/eũ quẽ nunc habent ordinem facere. ea quidem quæ pondus habent/ad medium:ea vero quæ leuitatem habent/a medio ſuopte pergẽtia nutu.hunc autem ordinem:mundus habet. Præterea tãtum quiſ- 22
piam interrogauerit:fieri ne poterat an non poterat/ vt inordinate ſubeuntia motum talibus etiã miſtionibus aliqua miſceãtur/ex quibus ea corpora cõſtãt quæ ſecundũ naturam conſtituũtur/oſſa inquam & caro & iſtiuſmodi cætera/ quemadmodũ Empedocles in concordia fieri dicit. ait enim.Complura capita ſine collo ſunt orta. Apud autem 23
eos qui infinita in ifinito ea quę mouentur faciũt: ſi vnum eſt id qđ mouet / vno moueãtur motu neceſſe eſt.quare:nõ ſine ordine mouebunt.Sin vero ea quæ mouẽt ſunt infinita:& lationes ifinitas eſſe neceſſe ẽ.Nã ſi finitę ſint: ordo quidã erit.non enĩ quia in idẽ nõ ferunt:iordinatio accidit. neq; enĩ nũc in idẽ vniuerſa ferũtur:ſed ea tantũ quæ eiuſdẽ generis ſũt.Prętera/iordinate qp- 24
piã fieri nil aliud eſt:q̃ fieri p̃ter naturã.ordo enĩ proprius: ſenſibiliũ natura nimirũ eſt. At vero & hoc abſurdũ eſt ac impoſſibile:infinitum inquã/ iordinatum motum habere.eſt enĩ ea natura rerũ:quã plures/ & pluri tempore habẽt.Cõtrariũ igitur ipſis accidit:inordinationẽ quidem eſſe ſecundũ naturam/ ordinẽ vero mundumve præter naturam. attamẽ nichil eorũ quæ ſunt ſecundum naturã:fit forte fortuna. ¶Videtur autẽ Anaxagoras:hoc 25
ipſũ bene accepiſſe. ex immobilibus enĩ:incipit cõficere mũdũ. ¶Enituntur autẽ et cæteri congregantes; aliquo modo rurſus

Empedocles

Argyropylus

mouere ac ſegregare. Ex diſtãtibus autem ac ſubeuntibus motum: generationem facere nõ eſt conſonũ rationi. ¶ Quapropter: & Empedocles omittit eum motum qui eſt in concordia. non enim cœlum conſtituere potuiſſet: ex ſeparatis quidem extruẽs/ ob concordiam autem faciẽs cõgregationem. ex ſegregatis enĩ elementis: mundus eſt conſtitutus. Quare ex vno fiat/ & congre
26 gato: neceſſe eſt. Naturalem igi tur motum vniuſcuiuſq; corporum eſſe/ quo non vi mouentur neq; pter naturã: ex hiſce quæ di ximꝰ patuit. ¶ Eſſe autẽ neceſſa rium ponderis nonnulla corpora momentum ac leuitatis habere: ex his dilucidum fiet. dícimus enim: neceſſarium eſſe moueri. Si vero id quod mouetur/ momentum natura non habet: fieri non poteſt vt aut e medio/ aut ad mediũ moueatur. Sit enĩ A quidem pondere carens/ B vero habeat pondus: atq; tranſeat A quidem C D ſpacium/ B vero æquali in tẽpore ſpacium C E. per maius enim ſpacium: id qđ pondus habet/ feretur. Si igi tur corpus quod habet pondus/ ea ratione qua diuiſum eſt C E ſpacium/ diuidatur (poteſt enim ad partium ſuarum aliquam ſic ſe habere vt C E ſe habet ad C D) ſi totum per totum C E fertur/ pars eodem tempore per C D feratur neceſſe eſt. Quare id quod pondere vacat/ & id quod eſt ponderis particeps: per æ quale ſpacium tempore eodem ferentur/ quod impoſſibile eſt. Eadem & in leuitate ratio: fie
27 ri poteſt. Præterea ſi quippiam corpus & ponderis expers & leuitatis/ motum ſubibit: vi moue atur neceſſe eſt. Si vero vi moueatur: infinitum efficit motum. Nam cum potentia quædam ſit ea quæ mouet/ id autem quod eſt minus ac leuius plus ab eadem potentia moueatur: ſit motum A quidem pondere carens/ per C E ſpacium/ B vero pondus/ æquali in tempore per C D.

Tral. ve. ex græ. recog.

mouere ac ſegregare. Ex diſtantibus autem & motis: non eſt rationabile facere generationem. ¶ Quapropter & Empe- 9 Empedocles
docles prætermittit eum qui eſt in amicitia. neq; enim potuiſſet conſtituere cœlum: ex ſeparatis quidem conſtruens/ congregationem autem faciens per amiciti am. ex ſegregatis enim elementis: mundus eſt conſtitutus. Quare neceſſarium eſt: vt fiat ex vno/ & cõgregato. Qz igitur ſit naturalis quidam motus vniuſcuiuſq; corporũ/ quo non vi mouentur/ neq; præter naturam: ex his eſt manifeſtum. ¶ Qz autem ſit neceſſariũ quædam habere momentum grauitatis & leuitatis: ex his patet. moueri enim: dicimus eſſe neceſſariũ. Si autem id quod mouetur/ non habebit natura momentũ: impoſſibile erit moueri aut ad medium/ aut a medio. Sit enim hoc quidem in quo A non graue: illud vero in quo B grauitatẽ habens. feratur autem non graue: per lineam C D. ipſum vero B: in æquali tempore per lineam C E. per maius enim feretur: id quod grauitatem habet. Si itaq; diuidatur corpus habens grauitatem/ vt linea C E ad lineam C D (poteſt enim ſic ſeſe habere: ad aliquam earum quæ in ipſo ſunt/ partium) ſi totum fertur per totam lineam C E: partem neceſſe eſt in eodem tempore per lineam C D ferri. Quare per æquale feretur: non graue & grauitatem habens. quod quidem eſt impoſſibile. Eadem autem eſt ratio: & in leuitate. Præterea autẽ ſi erit aliquod corpus quod mouetur neq; leuitatem neq; grauitatem habens: neceſſe eſt vi moueri. quod autem vi mouetur: infinitum facit motum. Cum enim potentia quædam ſit ea quæ mouet/ quod autem minus eſt ac leuius ab eadẽ potẽtia plus moueatur: ſit motum hoc quidem in quo A non graue/ per lineam C E/ illud vero in quo B grauitatem habens/ in æquali tempore per lineam C D.





Tral.ve.ex græ.recog.



Diuiſo igitur eo qđ grauitatē habet corpore/ vt linea C E ad lineā C D: accidet id quod aufertur a corpore grauitatē habente/per lineam C E ferri in æquali tempore.quoniā totū:ferebať per lineā C D. Nā velocitas minoris/ſeſe habebit ad eā quæ eſt maioris: vt maius corpus/ ad minus.Per æquale igitur: non graue feretur corpus et grauitatē habēs/in eodē tēpore. hoc autem: eſt impoſſibile. Quare/ quoniā omni propoſito/per maius mouebitur interuallū/quod graue nō eſt:per infinitū vtiq; mouebiť. Manifeſtū eſt igitur: q̄ eſt neceſſe corpus omne definitum/ grauitatē habere aut leuitatē. ¶Quoniā autē natura quidē eſt qđ in ipſo eſt motus principiū/ potētia autē quod in alio eſt quatenus aliud eſt/omnis autē motus alius quidē ſecūdū naturā/ alius autē violētus:eum quidē qui eſt ſecundū naturā/ veluti lapidi eū qui deorſum fit: velociorē faciet id quod ſecundū potentiā.eū autē qui præter naturā: oīno ipſa.ad ambo autē: tanq̄ inſtrumēto/vtitur aere.natus eſt enī hic:et leuis eſſe et grauis. Eā igiť quæ ſurſū eſt/ faciet lationē quatenus leuis eſt:cū pulſus fuerit ac ſūpſerit pricipiū ab ipſa potētia. Eā vero quæ deorſū rurſus:quatenus grauis eſt. veluti enī imprimēs: tradit vtriq;. ¶Quapropter & non ſequente eo quod mouit:fertur quod vi motum eſt. ſi enim non tale aliquod corpus eſſet: non vtiq; eſſet qui vi fit/ motus. & eum autem qui ſecundum naturam vniuſcuiuſq; eſt/ motum: promouet eodem modo. Q7 igitur omne/aut leue aut graue ſit/ & quomodo præter naturam ſeſe habeant motus: ex his manifeſtum eſt. Q7 autem neq; omnium ſit generatio/ neq; ſimpliciter nullius: patet ex dictis. impoſſibile enim eſt vniuerſi corporis eſſe generationem:ſi non & vacuum eſſe aliquod ſeparatum poſſibile ſit. In quo enim erit loco / quod generatur/ſi factum ſit: in hoc prius vacuum

Argyropylus

Si igiť diuiſum fuerit id quod pondus habet/ea ratione quam C E ad C D habet: fiet vt id qđ auferetur ab eo quod pōdus habet/æquali in tempore per C E feratur.quoniam totum:per C D mouebatur.celeritas enim minoris ad celeritatē maioris ita ſe ſe habebit: vt maius corpus ſe habet ad minus. Per æquale ergo ſpacium:& id quod pondere vacat/& id qđ eſt ponderis particeps tēpore eodē feretur. quod quidē:fieri nequit. Quare ſi omni quouis propoſito per maius ſpacium id mouebitur quod pōdere caret:per ifinitum vtiq; ferri poteſt. Patet igitur:omne definitū corpus/pōdus aut leuitatē habere. ¶Cum autē natura quidem id ſit principium motus qđ eſt in ipſo/ potētia autem id qđ eſt in alio vt aliud eſt/atq; motus alius ſit ſecundū naturam alius violentus:naturalem quidē motum celeriorē faciet id quod potentia mouet/ vt eum quo lapis deorſum fertur, eum autem qui eſt præter naturam: omnino potētia ipſa: ad vtrumq; autē: vtitur aere ipſo vt inſtrumento. eſt enī hic aptus: & leuis eſſe & grauis. Lationē igitur eā qua ſurſū itur/ faciet vti leuis:cū pulſ9 fuerit/principiūq; ſumpſerit a potētia ipſa. lationē autē eā qua deſcēditur:faciet vti grauis.potētia enī:quaſi vim ipreſſam tradit vtriq;. ¶Quapropter & nō ſequēte eo qđ mouit:id fert qđ pręter naturā eſt motū.ſi enī nō tale qđ corpus eſſet: violētus motus ſane nō eſſet.motui quoq; ſecundū naturā cuiuſq;:modo eodē coducit/ſuo ad mobilis terga concurſu. Omne igitur corpus leue eſſe aut graue/ & quomodo ſeſe habent in hiſce motus pręter naturā:ex hiſce quæ diximus/patet. Eſt aūt manifeſtū ex dictis:neq; omniū/neq; nulli9 ſimpliciter generationē corporis eſſe.impoſſibile eſt enī/ vniuerſi corporis generationē eſſe:ſi nō & vacuū eſſe quid ſeparatū poteſt. Quo enī ī loco id qđ generať erit cū fuerit ortū:in hoc prius vacuū eſſe

Argyropylus

si nullum sit corpus necesse est. aliud enī ex alio/ corpus fieri po
30 test/velut ex aere ignis: sed om
nino ex nulla alia antecedente magnitudine fieri ipossibile est. maxime enim ex potentia corpore:corpus actu fieri potest.sed si id quod est potentia corpus/ non est prius aliud corpus actu: separatum vacuum erit.

CAP. III.

30 REstat autē dicere: quorum est corporum generatio/ & quam ob causā est. Cum igitur in omnibus cognitio sit per prima/ prima vero eorum quæ insunt sint elementa: prius quænam & cur sunt talium corporum elemēta/ deinde quot & qualia sunt/ con
31 siderandum esse videtur.Hoc autem dilucidum fuerit:si suppona
rimus quænam sit ipsius elemēti natura. Sit igitur id corporū elementum:in quod cætera corpora diuiduntur:in quibus inest potētia aut actu. hoc enim vtro modo se habet:adhuc ambigit. ipsum autem: est in forma diuersa indiuisibile, tale quid enim omnes ipsum elementum: & in
32 omnibus dicere volunt.Q2 si id quod est dictum/ est elementum: talia quædam corporum esse necesse est. in carne enim ac ligno & similibus:inest ignis potētia/ atq; terra.Manifeste:enim ex il
33 lis hæc segregantur.In igne autem:caro aut lignum non inest neq; potentia neq; actu. si enim esset: segregaret. Similiter neq; si vnum quid solum sit tale:in illo est. neq; enim/ si caro aut os aut quoduis cæterorum erit:inesse potentia continuo est dicendum/ sed antea quisnam sit generationis modus est contem
34 plādum. Anaxagoras autem:de elementis contrario modo atq; Empedocles dicit. hic enī ignē et terram cæteraq; eiusdē seriei corpora:elemēta corporū esse ac oīa ex hisce cōstare/ dicit.Anaxagoras vero:cōtrarium asserit. ea enim quæ sunt similium partiū:

Tral.ve.ex græ.recog.

esse est necessarium/corpore nullo existen
te.aliud enim ex alio/corpus fieri:est pos
sibile. vt ex aere: ignem. omnino autem ex nulla alia præexistente magnitudine: est impossibile.maxime enim ex quodam corpore potentia existente: actu fiet cor
pus. sed si id quod potentia est corpus/ nullum est aliud corpus actu prius: vacuum separatum erit.

CAP.III.

13 RElíquum autem est dicere: & quorum est corporū generatio/ & propter quid est.Quoniam igitur in omnibus cognitio est per prima / prima autem eorum quæ sunt/ elementa sunt: considerandum est quænam sint talium corporum elemēta & propter quid sint/ deinde post hæc & quot & qualia.Hoc autem erit manifestum: supponētibus quænam sit elementi natura.Sit itaq; elemētum: illud corporū in quod alia corpora diuidūtur/ quod inest potentia aut actu.Hoc enim vtro modo:adhuc ambiguum est. ipsum autē: est indiuisibile in diuersa specie. tale quid enī elementum:omnes/& in omnibus volunt dicere.Si itaq; qđ dictū est elemētū sit: necesse est esse aliqua talia corporū. in carne enī/& ligno/et vnoquoq; taliū:iest potētia ignis ac terra. manifesta autem sunt hæc: ex illis segregata.in igne autē:caro aut lignum non inest/ neq; secundum potentiā neq; secundum actum. segregaretur enim vtiq;. Similiter autem/neq; si vnum aliquod solum sit tale:in illo est. neq; enim/ si erit caro/aut os/aut aliorum quodcūq;: statim dicendum est inesse potentia/ sed prius est considerandum quisnam sit generationis modus. Anaxagoras autē:cōtrario q̄ Empedocles modo dicit de elemētis.hic enī ignē et terrā et ea quę eiusdē cū his sūt seriei/elemēta inquit esse corporū/ et componi oīa ex his.Anaxagoras vero: cōtrariū.ea enī quę sūt similaria:elemēta.

Anaxagoras Empedocles

Tral.ve.ex græ.recog.

dico autem: velutí carnem/ et os/ et vnũquodq; talíum. aerem autem & ignem: míſturã horum/ & aliorum ſeminum omnium.eſſe enim vtrũq; ipſorũ:ex inuiſibilibus ſimilaribus oĩbus congregatis. Quapropter: & fieri eſſe omnia ex his. ignem enim & ætherem: appellat idem. Quoniam autem omnis naturalis corporis eſt motus proprius/motuum autem alíj quidem ſimplices ſunt/ alíj autẽ míſtí/ & míſti quidem míſtorum/ ſimplices autem ſimplícium ſunt: manifeſtum eſt q; erunt quædam corpora ſimplicia.ſunt enim: & motus ſimplices. Quare patet: & q; ſint elementa/& propter quid ſint.

CAP.IIII.

14 VTrũ autẽ finita ſint an infinita/ et ſi finita quot numero:conſequens erit conſiderare. Primum igitur q; non ſint infinita/ quemadmodum putant quidam: eſt contẽplandũ. Et primũ eos qui omnia quæ ſimilaria ſunt/elementa faciũt:quem admodũ Anaxagoras. nullus enim eorũ quí ſic cenſent:recte accipit elemẽtũ. videmus enĩ multa etiã míſtorũ corporũ: in ſimilaria diuidi. dico autem: vt carnẽ/ & ós/& lignũ/& lapidẽ.Quare/ ſi compoſitũ nõ eſt elementũ:nõ omne quod ſimilare eſt/erít elementũ/ ſed indiuiſibile in diuerſa ſpecie/quemadmodũ dictum eſt prius.Præterea/neq; ſic ſumentes elemẽtum: neceſſe eſt facere infinita. omnia enim hęc reddẽtur/etiã finitis exiſtẽtibus:ſi quis ſumat.idem enim faciet/& ſi duo aut tria ſolum ſint talia:quemadmodum conatur & Empedocles. Quoniã enĩ & vt ipſis accidit nõ omnia facere ex ſimilaribus (faciẽ enĩ nõ ex faciebus:neq; aliud quicq̃ eorũ quæ ſecundũ naturã figurata ſunt)manifeſtum eſt/q; longe melius eſt finita facere principia/& hæc q̃minima/ ſi eadem quidẽ omnia demonſtranda ſint/ quemad-

Anaxagoras

Argyropylus

ſigna inquã carnẽ & os & quæq; talium:elementa eſſe dicit. aerẽ autem & ignem: horum ac cæterorum omniũ ſeminũ miſtum eſſe. vtrumq; enim ipſorum:ex vniuerſis inuiſibilibus ſimiliũ partium cõgregatis eſſe dicit. Quapropter: & omnia ex his eſſe ceſſet. igiem enim & ætherem:idẽ appellat/Cum autem omnis naturalis corporis ſit proprius motus/ motus autem partim ſimplices ſint/ partim miſti/& miſtorũ ſint miſti/ ſimplicium ſimplices: patet corpora ſimplicia quędam eſſe. ſunt enim:& ſimplices motus. Quare & elemẽta eſſe/et cur elemẽta ſunt;conſtat. 35

CAP. IIII.

COnſequẽs autẽ eſt: 36 vtrum ſint finita an infinita/ et ſi finita ſint quẽ numerum ſubeãt/ conſiderare ac contemplari. Primum igitur infinita non eſſe/ vt quidam arbitrantur:contemplandũ eſſe videtur.Et primum eos qui vniuerſa 37 quæ ſunt ſimilium partium elemẽta faciunt/ vt Anaxagoras:in medium afferamus. nemo enim eorum qui ita cenſent:recte accipit elementum. videmus enim et multa miſtorum corporum vt carnẽ/ oſſa/lapidem/lignum: in ſimiles diuidi partes. Quare ſi compoſitum non eſt elemẽtum: non omne quod eſt ſimiliũ partium eſt elemẽtum. ſed id quod in diuerſa ſpecie diuidi nequit/ vt antea diximus. Præterea neq; ſic elementum ſumentes:facere infinita neceſſe eſt. omnia enim eadem etſi quiſpiam ſumpſerit finita: reddentur.Idem enim faciet/ et ſi duo vel tria talia ſolum ſint:vt et Empedocles facere conatur. Cum enĩ ipſis et hoc pacto non omnia ex ſimiles partes habentibus facere accidit (faciem enim non ex faciebus faciunt:nec aliud quicq̃ eorum quæ ſecundũ naturã ſunt figurata)patet lõge melius eſſe principia facere finita/ et hęc q̃minima/ſi eadẽ oĩa demõſtrari poſſint/quẽad

Argyropylus

modum & Mathematici cen=
ſent.ſemper enim:aut forma/aut
quantitate/ finita principia ſu=
munt. Præterea ſi corpus a cor=
pore diuerſum propriſ differen
tijs dicitur/ corporum autē dif=
ferentiæ ſint finitæ (ipſis enim
ſenſibilibus differunt: atq; hæc
ſunt finita/quod quidem demō=
ſtretur oportet) patet & elemēta
neceſſario eſſe finita. ¶At vero
neq; vt alij quidā dicūt/vt Leu=
cippus ac Abderites Democri=
tus:ea quæ accidunt conſenta=
nea ſunt rationi, primas enim
magnitudines multitudine qui=
dem infinitas/magnitudine au=
tem indiuiſibiles eſſe dicunt: &
neq; ex vna multa fieri/ neq; ex
multis vnum/ſed harum cople=
xione mutationeve omnia ge=
nerari. Et hi namq;:quodammo=
do numeros vniuerſa quæ ſunt/
atq; ex numeris faciunt. etſi enī
non dilucide dicunt: hoc tamen
dicere volunt. Et inſuper cum fi
guris corpora differant / figuræ
vero ſint infinitæ: infinita & ipſa
ſimplicia corpora eſſe dicunt.
Quænam autem eſt vniuſcu=
iuſq; elementi figura/nichil dif=
finierunt:ſed igni ſolum rotun=
dam tribuere figurā. Aerem ve=
ro/aquam ac cætera/magnitudi
ne paruitateq; diuiſere:quia na=
tura ipſorum eſt vt omnium ſe=
38 men elementorum. Primum igi
tur idem & ipſos error comita=
ri videtur: non finita ipſa prin=
cipia ſumere/cum omnia eadem
ipſis dicere liceret. Deinde ſi
corporum differentiæ non ſint
infinitæ: patet elementa infini=
ta non eſſe. Præterea indiuidua
corpora eſſe dicentes/mathema=
ticis ſcientijs aduerſentur/ com=
pluraq; eorum quæ ſub opinio=
nem omnium cadunt & eorum
quæ ſenſu videntur:e medio tol=
lant neceſſe eſt / de quibus an=
tea diximus in hiſce quæ de tem
39 pore motuve ſunt dicta. Et in=
ſuper: contraria ipſos dicere ſi=
bipſis neceſſe eſt. impoſſibile
eſt enim : ſi elementa ſint indi=
uidua / aerem/ aquam ac ter=

Tral.ve.ex græ.recog.

modū cēſent & qui in mathematicis ver=
ſantur.ſemper enim finita ſumūt princi=
pia: aut ſpecie/ aut quātitate. Præterea
ſi corpus a corpore alterū dicitur ſecūdū
proprias differētias/corporū autem dif=
ferentiæ ſunt finitæ(differūt enim: ipſis
ſenſibilibus.hæc autem:finita ſunt.opor
tet autē:hoc oſtēdi)manifeſtū eſt q; ne=
ceſſe eſt & elemēta finita eſſe. ¶At vero
neq; vt alij quidam dicunt/vt et Leucip=
pus et Democritus Abderites:rationabi
lia ſunt quæ accidunt.primas enim ma=
gnitudines:multitudine quidem infinī=
tas/ magnitudine autem indiuiſibiles eſ=
ſe dicūt.& neq; ex vna/multa fieri: neq;
ex multis/vnum.ſed harum cōplexione
ac amplexu omnia generari.Nam quo=
dam modo & iſti:omnia entia faciūt nu
meros & ex numeris.etſi enim non ma=
nifeſte declarāt:hoc tamen volunt dice=
re.Ad hæc etiam/quoniā differunt cor=
pora figuris/infinitæ autem ſunt figuræ:
infinita & ipſa ſimplicia corpora aiunt
eſſe. qualis autē & quænam ſit/elemen=
torum cuiuſq; figura: nichil inſuper de=
terminauerunt.ſed ſolum igni ſphæram
aſſignauerūt:aerem autē et aquā & alia/
magnitudine et paruitate diuiſerūt/quia
ſit ipſorū natura veluti omniſeminariū
elemētorū omniū.Primū igitur idem eſt
& his error:non finita ſumere principia/
cū cuncta hæc dicere liceret. Præterea
vero ſi non ſint infinitæ elemētorū diffe=
rētię:patet q; non erūt elemēta/infinita.
Ad hæc aūt neceſſe eſt ij repugnēt ma=
thematicis ſcientijs/qui indiuiſibilia cor=
pora dicūt: & multa opinione hominū
receptorū & apparentiū ſecundū ſenſū/
perimāt/de quibus dictum eſt prius in
ijs quæ de tēpore ac motu diximus. Si=
mul autem: & cōtraria dicere ipſos ſibi
ipſis/ neceſſe eſt.impoſſibile enī eſt:ſi in=
diuiſibilia ſint elementa / magnitudine
paruitateq; differre aerē & aquā & ter=

Tral.ve.ex græ.recog.

ram.non enim eſt poſſibile:ex ſeinuicem fieri. deficient enī ſemper: maxima corpora ſegregata.aiunt autē:ſic fieri aquā/ & aerem/ & terram/ex ſeinuicem. Præterea/neq; ſecūdum horum opinionem/ videbūtur infinita fieri ipſa elementa:ſi corpora quidem differūt figuris/ figuræ autē omnes componūtur ex pyramidibus.rectilinea quidē/ex rectilineis:ſphæra vero/ ex octo partibus. neceſſe enim eſt:aliqua eſſe pricipia figurarū.Q uare ſiue vnū/ſiue duo/ſiue plura ſint:& ſimplicia corpora tot erunt multitudine. Præterea/ſi vnicuiq; quidem elementorum eſt aliquis proprius motus/ & qui ſimplicis eſt corporis ſimplex eſt/ non ſunt autē ſimplices motus infiniti/quia neq; ſimplices lationes plures ſunt duabus/neq; loca infinita ſunt:neq; vtiq; ſic erunt infinita ipſa elemēta.

CAP. V.

16 Voniā autē neceſſe eſt finita eſſe:reſtat cōſiderare/vtrum plura erunt/ an vnū. Quidam enim: vnum ſolū ſupponūt.& horū: hi quidem aquā/ illi vero aerem/ alij autē ignem/ nōnulli aqua quidē ſubtilius aere vero denſius. quod:cum ſit infinitū/omnes cœlos cōtinere aiunt. ¶ Quicūq; igitur vnū hoc faciūt/aerē/aut aquā/aut aqua quidē ſubtilius aere autē denſius/deinde ex hoc/ra-
17 ritate & dēſitate alia generant: latet eos ſeipſos aliud quippiam prius ipſo elemento facere. eſt enim ex elementis generatio/ cōpoſitio:vt aiunt. quæ autē eſt in ipſa elementa: reſolutio. Q uare neceſſe eſt id prius eſſe natura: quod eſt ſubtilium magis partiū. Quoniā igitur aiūt omnium corporū ignem ſubtiliſſimum eſſe:primū vtiq; erit natura ignis. refert autē: nichil.neceſſe enim eſt:vnū aliquod aliorum eſſe primū/& non me-

Argyropylus

ram magnitudine paruitateque differre.eſt enim impoſſibile: ex ſeſe mutuo generari. corpora namque maxima: ſi ſegregentur/ ſemper deficient.at hoc pacto:terram/ aquam/& aerem viciſſim ex ſeſe fieri dicunt. Præ- 40
terea neq; horum ſententia/infinita ipſa elementa fieri videbuntur:ſi corpora quidem figuris differunt/ figuræ vero omnes ex pyramidibus cōſtant.rectarū quidem linearum/ex hiſce quæ ſunt rectarū linearū: ſphæra autem/ ex partibus octo.ſint enim aliqua principia figurarum: neceſſe eſt. Quare ſiue ſit vnū/ ſiue duo/ ſiue plura:& ſimplicia corpora multitudinē tantam ſubibunt. Prętetea ſi cuiuſq; 41
quidem corporis motus eſt proprius quidam/ ſimpliciſq; corporis motus eſt ſimplex/ſimplices autem motus infiniti non ſunt/ propterea q̄ neq; ſimplices lationes plures q̄ duæ ſunt/ neq; loca ſunt infinita:neq; hoc pacto ſane ipſa elementa infinita erunt.

CAP. V.

Voniam autem fi- 42
nita eſſe neceſſe eſt: conſiderare reſtat/ vtrum plura ſint an vnum. Quidā enī: vnū ſolum eſſe ſupponūt.& horum:alij aquam/alij aerem/ alij ignem/alij aqua quidem ſubtilius aere vero dēſius. quod quidem:cœlos vniuerſos cum ſit infinitum/inquiūt cōtinere. ¶ Qui igitur hoc vnum aquam/aut aerem faciunt/ aut aqua quidem ſubtilius aere vero denſius/ deinde ex hoc raritate cætera denſitateq; generant: ij ſane ignorant aliquid aliud elemento ſe facere prius. generatio enim: ex elementis compoſitio eſt/vt dicunt.ad elementa vero profectio: diſſolutio. Quare id quod eſt ſubtilium magis partium:natura prius eſſe neceſſe eſt.Cū igitur omnium corporum ignem ſubtiliſſimum eſſe dicant: ignis natura corporum primum erit. nichil autem refert.vnum enim quippiam cæterorum/& nō me-

Argyropylus

dium ipſum: primum eſſe ne-
ceſſe eſt. Præterea raritate ac-
denſitate cætera generare/& ſub-
tilitate atq; groſſitie: nichil dif-
fert. ſubtile enim/rarum: groſſum
autem/denſum eſſe volunt. Sub-
tilitate rurſus atq; groſſitie: &
magnitudine ac paruitate idem
eſt. Subtile eſt enim/quod par-
uarum: groſſum/quod magna-
rum partium eſt. Quod enim ad
multum extenditur: id ſubtile
eſt. tale autem id eſt: quod ex
paruis partibus conſtat. Quare
accidit: ipſos magnitudine ac
paruitate ſubſtãtias diuidere cæ
terorum. Accidet autem ita defi
nientibus: vniuerſa ad aliquid
dicere. Atq; abſolute non erit ali
ud ignis/aliud aqua/aliud aer:
ſed idem eſt ad hoc ignis/ad
aliquid aliud aer. Quod qui-
dem & ijs accidit qui plura qui-
dem elemẽta eſſe aiunt: magni-
tudine autem & paruitate dif-
ferre dicunt. nam cum vnum-
quodq; quantitate ſit definitum:
aliquã ratio nimirũ inter ipſas
magnitudines erit. Quare eo-
rum quæ hanc rationem habent
aliud aerem/aliud ignem/aliud
terram/aliud aquam eſſe neceſſe
eſt: propterea q̃ in maioribus ra
44 tiones minorum inſunt. ¶Qui
vero ignem elementum ipſum
ſupponunt/hoc quidem euadũt:
alia vero ipſis accidere abſur-
da/neceſſe eſt. Quidã enim ipſo-
rum/igni figuram adiungunt: vt
ij qui pyramidem faciunt. Quo-
rum quidam ſimplicius dicunt:
pyramidem quidem dicentes id
eſſe/quod maxime figurarũ in-
cidere poteſt/ignem autem cor-
45 porum. Quidam probabilius:
corpora quidem vniuerſa ex eo
compoſita eſſe quod eſt omni-
um maxime ſubtilium partium/
ſolidas vero figuras ex pyrami-
dibus conſtare/dicentes. Quare
cum corporum quidem ignis ſit
ſubtiliſſimũ/figurarum vero py-
ramis maxime paruarum eſt par
tium atq; prima/primaq; figu-
ra primi ſit corporis: ignis pro-
46 fecto pyramis erit. Quidam de
figura quidem nichil dicunt:

Tral.ve.ex græ.recog.

dium. Præterea autẽ: raritate quidem ac
denſitate alia generare nichil refert/an
ſubtilitate et groſſitie. ſubtile enim/rarũ:
craſſum vero volũt eſſe dẽſum. Rurſus
vero ſubtilitate & craſſitie: idem eſt q̃d
& magnitudine & paruitate. ſubtile enĩ
eſt/q̃d paruarũ eſt partiũ: craſſum ve-
ro/quod magnarũ partium. Quod enĩ
extẽſum eſt ad multũ: ſubtile eſt. tale au-
tem eſt: quod ex paruis partibus cõſtat.
Quare ipſis accidit: magnitudine & par
uitate diuidere aliorũ ſubſtantiã. Sic au-
tem determinãtibus: omnia accidet di-
cere ad aliquid. Et non erit ſimpliciter
hoc quidem ignis/hoc vero aqua/hoc au-
tem aer: ſed idem ad hoc quidem ignis/
ad aliud vero quippiam/aer. Quod
quidem & ijs accidit qui plura quidem
ipſa elementa dicunt: magnitudine vero
ac paruitate differre aiunt. nam cũ quã-
titate determinatum ſit vnũquodq;: erit
aliqua ratio nimirũ inter ipſas magnitudines erit. Quare eorũ quæ hanc habẽt ratio-
nem ad ſeinuicẽ: neceſſe eſt hoc quidem
aerem eſſe/hoc vero ignẽ/hoc autẽ ter-
ram/hoc aquã/propterea q̃ maioribus
rationes minorũ inſunt. ¶Quicũq; au-
18 tem ignẽ ſupponunt elementũ ipſum:
hoc quidem effugiũt/alia vero ipſis irra-
tionabilia accidere/eſt neceſſariũ. Quidã
enim ipſorum: figurã coaptãt igni/vt ij
qui pyramidẽ faciũt. Et horũ alij qui-
dem ſimplicius dicũt: q̃ figurarũ quidẽ
maxime inciſiua eſt/corporum autem
ignis. Alij vero perſuaſibilius dicunt:
q̃ corpora quidem omnia componun
tur ex eo quod eſt ſubtilium maxime
partium/figuræ vero ſolidæ ex pyra-
midibus. Quare/quoniã corporum qui-
dẽ ignis ſubtiliſſimũ eſt/figurarũ vero
pyramis maxime paruarũ eſt partium
ac prima/prima autẽ figura primi cor-
poris eſt: pyramis vtiq; erit ipſe ignis.
Alij autem/de figura nichil enunciant:

Cap. 5 6

Tral.ve.ex græ.recog.

ſubtiliſſimarū autē partium ſolū faciunt. deinde ex hoc cōpoſito: aiunt fieri alia/ quēdamodū ſi ex cōflata auri arena. Vtriſq; aūt: eadē accidūt difficilia. ſi enī indiuiſibile primū corpus faciunt: rurſus veniēt prius dictæ rationes ad hanc ſuppoſitionē. Præterea non cōtingit hoc dicere: naturaliter volentibus conſiderare. ſi enim omne corpus/ corpori cōparabile ſit ſecundū quātitatem / habent autē ſic proportionaliter magnitudines/ et ſimilium partiū ad ſeinuicē & elemētorum/ velut omnes aquę ad omnem aerē/ & elemēti ad elementū/ ſimiliter autē & in alijs/ aer autē maior eſt aqua/ & omnino id quod eſt ſubtiliorū partium/ eo quod eſt craſſiorū: manifeſtum eſt q̄ & elementū aquæ minus erit q̄ aeris. Si igitur minor magnitudo ineſt maiori: diuiſibile vtiq; erit aeris elemētum. ſimiliter autē & ipſius ignis: & omnino ſubtiliorū. Si vero diuiſibile ſit ijs quidem qui figurant ignem: accidet ignis partem non eſſe ignē/ propterea q̄ non cōponitur pyramis ex pyramidibus. Prę terea aūt nō omne corpus eſſe: aut elemētum/ aut ex elemētis. pars enim ignis: neq; ignis eſt/ neq; alterū elementū vllum. Ijs vero qui magnitudine determinānt: prius aliquid elemēto elemētum eſſe/ & hoc in infinitū abire/ ſi omne corpus diuiſibile ſit/ & quod minimarū eſt partiū/ elementum. Præterea/ & his etiam accidit dicere: q̄ idem ad hoc quidem ignis eſt/ ad aliud vero aer/ & rurſus terra & aqua. Cōmune autē ijs omnibus peccatū eſt qui vnū elemētum ſupponūt: vnum ſolū motum facere naturalē/ & omniū eūdem. videmus enim omne naturale corpus: motus habere principiū. Si igitur omnia corpora vnum quid ſunt: omniū vtiq; erit vnus motus. & eodē neceſſariū eſt: quāto quidē maiora fiūt/ moueri magis quē admodū & ignis/ quāto quidem vtiq; maior

Argyropylus

ſubtiliſſimarum autem partium ſolum elemētum ipſum faciunt. deinde ex hoc compoſitionem ſubeūte: cætera fieri dicunt: perinde yt auri arenæ conflātur. Vtriſq; autē: hęc difficilia accidūt. nam ſi primū corpus indiuiduū faciūt: illæ ratiocinationes quas antea diximus/ ad hāc eandē materiā yt patet/ redibunt. Prę terea ſi naturaliter contemplari volunt: hoc dicere nequeunt. nam ſi omne corpus ad corpus quātitate comparabile eſt / magnitudines autem ſimilitudinē ſubeunt rationis/ & ſimilium partium inter ſe & elementorum/ velut vniuerſę aquę ad aerem vniuerſum/ & elementi ad elementum / & in cæteris eodem modo & aer maior eſt aqua/ & omnino id quod ſubtiliorū eſt partium eo quod groſſiorum: patet & elementum aquæ minus q̄ aeris eſſe. Si igitur magnitudo minor ineſt maiori: elementum ſane aeris diuiſibile erit/ & ignis identidem ipſius/ & eorum omnino quæ ſubtiliorum partium ſunt. Sin diuiſibile faciūt ij qui- 48
dem qui igni figuram tribuunt: eueniet partem ignis ignem nō eſſe / propterea q̄ pyramis non ex pyramidibus cōſtat. Et item: non omne corpus elementum eſſe / aut ex elementis conſtare. pars enī ignis: nec ignis eſt/ nec aliud elementū vllum. Hiſce ve- 49
ro qui magnitudine definiūt: prius quid elemēto elementū eſſe/ atq; hoc in infinitum abire/ ſi omne corpus diuiſibile eſt / & quod paruarum magis eſt partium eſt elementum. Præterea & his etiam accidit: idem ad hoc ignem eſſe dicere/ ad aliud aerē/ & aquā rurſus ac terrā. Cōmune 50
aūt peccatū vniuerſis eſt qui elementū vnū ſupponūt: vnū naturalē ſolum/ omniūq; eundē facere motū. oē nāq; naturale corp9: prīcipiū habere mot9 videmus. Si igitur omnia corpora vnū quid ſunt: vnus omnium motus erit. & hoc eo magis quodq; moue-
ri neceſſe eſt: quo maius fit/ quē admodum & ignis quo maior

Argyropylus

fit: eo ſua latione celerius fertur. accidit autē: multa deorſum celerius ferri. Quare propter hæc ipſa/ & inſuper cum definitum ſit prius naturales plures eſſe motus: patet vnum elementum
52 eſſe non poſſe. ¶Cum autem neq; infinita ſint/neq; vnum ſit elementum: plura eſſe profecto/ atq; finita eſſe neceſſe eſt.

CAP. VI.

Onſiderandum eſt autem primo: vtrū ſempiterna ſint/an generentur & corrumpātur. quo demonſtrato: & quot & qualia ſunt patebit. Sempiterna igitur eſſe: impoſſibile eſt. & ignem enim & aquam & vnumquodq; ſimplicium corporum: diſſolui videmus. diſſolutionem vero: aut infinitam eſſe/aut ſtare neceſſe eſt. Si igitur infinita eſt: & diſſolutionis tempus infinitum erit/& tempus rurſus compoſitionis. vnaquæq; enim partium: in alio tempore diſſoluitur atq; componitur. Quare fiet vt extra tempus infinitum: tempus ſit aliud infinitum. quandoquidem & cō poſitionis tempus eſt infinitū: & prius hoc diſſolutionis tēpus vt extra infinitū ſit infinitum. qđ quidem: impoſſibile eſt. Sin ſtabit alicubi diſſolutio: aut id corpus in quo diſſolutio ſtabit indiuiduū erit/ aut diuiſibile quidē erit/non tamē vnquam diuidetur/ vt Empedocles velle videť. Indiuiduum igitur non erit: propter rationes antea dictas. At neq; diuiſibile quidem erit: nūq; autē diſſoluetur. minus enim corpus: facilius q̄ maius corrumpi poteſt. Si igitur & maius hac corruptione corrūpitur vt in minora diſſoluatur: corpus minus id pati magis conſentaneum eſt rationi. Ignem aūt: duobus modis corrumpi videmus. nam & a contrario corrumpitur/cum extinguitur: & ipſe a ſeipſo marceſcens. hoc autem patitur minor a maiore: & eo celerius quo minor eſt. Quare corporum elementa corruptibilia & gene-

Tral.ve.ex græ.recog.

fit: fertur velocius ſurſum ſuaipſius latione. accidit autē: multa deorſum ferri velocius. Quare & propter hęc/& prętera quoniā determinatū eſt prius q̄ plures ſunt naturales motus: manifeſtum eſt q̄ impoſſibile eſt vnū eſſe elementū. ¶Cū 19
autem neq; infinita ſint neq; vnum: neceſſe eſt plura eſſe atq; finita. CAP. VI.

Onſiderandū autem eſt 20
primū: vtrum ſempiterna ſint/an generata corrūpātur. hoc enim oſtenſo: manifeſtum erit & quot/et qualia ſint. Sēpiterna igitur eſſe: eſt impoſſibile. videmus enim & ignē/ & aquam/& vnūquodq; ſimplíciū corporū: diſſolui. neceſſe eſt autem: aut infinitā eſſe/aut ſtare/diſſolutionē. Si igitur īfinita ſit: erit & tempus diſſolutionis infinitū/& rurſus compoſitionis. vnaquæq; enim partiū: in alio tempore diſſoluitur et cōponitur. Quare accidet extra infinitū tēpus: aliud eſſe infinitū/cum tēpus cōpoſitionis infinitū ſit/ et inſuper prius hoc diſſolutionis tēpus/ ita vt extra infinitū fiat infinitū. quod quidem: eſt impoſſibile. Si aūt ſtabit alicubi diſſolutio: aut indiuiſibile erit corpus in quo ſtať/aut diuiſibile quidem/nō tamē vnq̄ diuideť/ quēadmodū videtur Empedocles velle dicere. Indiuiſibile igitur non erit: propter prius dictas rationes. verum neq; diuiſibile quidem erit: nunq̄ autē diſſoluendū. minus enim corpus: facilíꝰ corruptibile eſt maiore. Si igitur & maius corrumpitur ſecundū hāc corruptionem/vt diſſoluatur in minora: adhuc quod minus eſt hoc pati magis eſt rationabile. Duobus aūt modis: videmus corrūpi ignem. nam & a contrario corrūpitur extictus: et ipſe a ſeipſo marceſcens. hoc autē patitur minor a maiore: & eo velocius quo vtiq; fuerit minor. Quare neceſſe eſt corruptibilia & gene-

Tral.ve.ex græ.recog.

rabilia esse corporum elemẽta. Quoniã autẽ generabilia sunt: aut ex non corpore/ aut ex corpore erit generatio. et si ex corpore: aut ex alio/ aut ex seinuicẽ. Qui igitur ex incorporeo generat sermo: generatũ facit vacuũ. Omne enĩ quod fit/ in aliquo fit: & aut incorporeũ erit id in quo est generatio/ aut habebit corpus. Et si habebit corpus: duo simul erũt corpora in eodem/ id quod fit & id qđ præexistit. Si autẽ incorporeũ: necesse est vacuũ esse separatũ. hoc autẽ ꝙ impossibile sit: ostensũ est et prius. ¶ At vero neq; ex corpore aliquo contingit fieri elementa. accidet enim: aliud corpus elementis prius esse. hoc autẽ: si grauitatem habebit aut leuitatẽ/ elemẽtorũ erit aliquod. nullum autẽ cum habeat momentũ: immobile erit/ & mathematicũ. tale autem cum sit: nõ erit in loco. in quo enim quiescit: in hoc & moueri potest. & si vi/ præter naturã: si autem non vi/ secundũ naturam. Si igitur erit in loco/ & alicubi: erit aliquod elemẽtorum. Si autem non erit in loco: nichil ex ipso erit. qđ enĩ fit/ & ex quo fit: necesse est simul esse. Quoniam autem neq; ex incorporeo fieri est possibile/ neq; ex alio corpore: ex seinuicem fieri relinquitur.

CAP. VII.

RVrsus igitur est considerandũ: quisnam generationis ex seinuicem modus sit. vtrum vt Empedocles dicit & Democritus. an vt ij qui in superficies resoluũt/ an alius præter hos aliquis modus est. Qui igitur circa Empedoclẽ et Democritũ: ignorãt ipsi seipsos non generationẽ ex seinuicem facere/ sed apparentẽ generationẽ. nã vnũquodq; quod inest segregari inquiunt/ tanq̃ ex vase sit generatio/ sed nõ ex quadam materia: neq; generari mutato aliquo. Deinde & si sic: non minus sunt absur-

Argyropylus

rabilia esse necesse est. Cum autem generabilia sint: aut ex incorporeo/ aut e corporeo ipsorũ generatio erit. et si ex corpore: aut ex alio/ aut ex sese vicissim ipsorũ generatio erit. Is igit qui ipsa dicit ex incorporeo generari: vacuũ facit. Nam omne quod fit/ in aliquo fit: & id in quo est generatio/ aut incorporeũ erit/ aut habebit corpus. Et si habebit corpus: duo corpora simul in eodẽ erũt/ id inquam quod fit & id quod præcedit. Sin incorporeũ erit: vacuum esse definitum necesse est. hoc autem impossibile esse: antea demonstrauimus. ¶ At neq; ex corpore quodam elementa fieri possunt. eueniet enĩ: aliud corpus elementis prius esse. atque hoc/ si pondus aut leuitatem habet: vnum quid erit elementorum. Si nullum habet momentũ: immobile ac mathematicũ erit. si tale autem est: in loco non erit. quo enim in loco quiescit: in eũ & moueri potest. & si vi quidem/ præter naturam: si vero non vi/ secundum naturam. Si igitur in loco atq; alicubi erit: elementorum quippiam erit. sin vero non erit in loco: neq; quicq̃ ex ipso erit. id enim quod fit/ & id ex quo fit: simul esse necesse est. Cum autem neq; ex incorporeo/ neq; ex alio corpore fieri possint: ex sese mutuo fieri restat.

CAP. VII.

RVrsus igitur considerandũ est quisnam sit mutuæ generationis ipsorũ modus: vtrum vt Empedocles dicit atq; Democritus/ an vt ij qui in plana dissoluunt/ an alius quispiam sit præter hos modus. Empedoclem igitur & Democritum præterit: nõ generationem se mutuam/ sed apparentem facere generationem. Ineſſe enim quæque ac segregari dicunt/ quasi e vase sit ipsa generatio/ sed non e materia quadam: neq; generari per mutationem. Deinde si hoc etiam modo fit generatio: non minus ea quæ eueniunt sunt absur-

Argyropylus

da. eadem enim magnitudo ſi denſetur: grauior fieri non videtur. At hoc dicant ij qui aquam ineſſe in aere/ & inde ſegregari dicunt: neceſſe eſt. cū enim aqua
58 ex aere eſt orta: grauior eſt. Præterea corporum miſtorum alterum ſeparatum: non neceſſe eſt locum ſemper occupare maiorem. At cum oritur aer ex aqua: maiorem aer occupat locum. qđ enim ſubtiliorum eſt partium: id maiorem occupat locum. Patet autem hoc: & in ipſa migratione. euaporante enim humido ſpirituq; turgēte: ea vaſa quę moles continent ob anguſtiam rumpi videntur. Quare ſi vacuum omnino non eſt/ nec extenduntur corpora/ vt ij qui hæc dicunt inquiunt: eſſe impoſſibile patet. Sin vacuum eſt & extenſio: vacat hoc porro ratione/ id inquam quod ſeparatur maiorem ſemper locum neceſſario occupare. Generationem etiam mu
59 tuam deficere tādem neceſſe eſt: ſi finita in magnitudine/ infinita finita non inſint. cum enim ex terra fit aqua: ex terra aliquid aufertur/ ſi generatio eſt ſegregatio. & iterum: cum e reliqua ſimili modo oritur aqua. Si igit hoc ſemper erit: eueniet in corpore finito eſſe infinita. Cū autē hoc impoſſibile ſit: non ſemper ex ſeſe mutuo generabuntur. Dictum eſt igitur: elementorum migratione in ſeſe mutuam ſegregati-
60 onem non eſſe. ¶ Reſtat autem/ ipſa mutationem ſubeuntia in ſeſe mutuo generari. atq; hoc dupliciter. Aut enim tranſfiguratione: vt ex eadem cera pila fit teſſerave. aut diſſolutione in plana: vt quidam aiunt. At ſi tranſfiguratione generātur: fit vt ipſa corpora neceſſario indiuidua eſſe dicantur. ſi enim diuiſibilia ſint: ignis pars ignis non erit/ neque terræ pars terra. propterea q̄ pyramidis pars/ pyramis
61 nō eſt: neq; teſſeræ/ teſſera. ¶ Sin diſſolutione planorum: primo quidem abſurdum eſt/ non omnia ex ſeſe mutuo generare. quod quidem ipſos dicere: neceſſe eſt.

Tral.ve.ex græ.recog.

da quæ accidunt. eadem enim magnitudo: non videtur per conſtrictionem fieri grauior. neceſſe autem eſt hoc dicant: qui aiūt aquā quæ ineſt ſegregari ex aere. cū enī aqua ex aere facta eſt: grauior eſt. Præterea miſtorum corporum alterum ſeparatum: non neceſſe eſt maiorem locum obtinere. cum autē ex aqua aer fit: maiorem occupat locū. quod enim ſubtiliorū eſt partium: in maiori loco fit. Manifeſtū eſt autem hoc quidem: & in ipſa trāſitione. euaporante enim humido ac intumeſcente: rumpuntur vaſa quæ moles contínent/ propter loci anguſtiā. Quare ſi omníno nō eſt vacuum/ neq; extēduntur corpora/ quēadmodum aiunt hoc dicentes: manifeſtū eſt q̄ eſt impoſſibile. Si autem eſt vacuum & extēſio: irrationabile eſt/ ex neceſſitate ſemper ampliorē locum id occupare quod ſeparatur. At neceſſe eſt & deficere eam quæ ex ſeinuicem eſt/ generationē: ſi in magnitudine finita non inſunt infinitæ magnitudines finitæ. cum enim ex terra/ aqua fit: ablatū eſt aliquid ipſius terræ/ ſi ſegregatione fiat generatio. et rurſus: cum ex reliqua ſimiliter. Si igitur ſemper hoc erit: accidet in finito/ infinita ineſſe. Quoniā autem hoc impoſſibile eſt: nō vtiq; ſemper fient ex ſeinuicē. Q̄ igitur non erit ſegregatione/ in ſeinuicē trāſitio: dictum eſt. ¶ Relinquitur aūt: in ſeinuicē tranſmutata fieri. hoc autem: dupliciter. Aut enim trāſſiguratione/ quēadmodum eadem cera fiet ſphæra & cubus: aut diſſolutione in ſuperficies/ quemadmodum quidam aiunt. Si igitur trāſſiguratione fiunt: accidit ex neceſſitate indiuiſibilia diícere corpora. diuiſibilibus enim exiſtentíbus: nō erit ignis pars ignis/ neq; terrę terra. propterea q̄ neq; pyramidis pars omnino pyramis eſt: neq; cubi/ cubus. ¶ Si autē ſuperficiei diſſolutione: primū quidē abſurdū eſt/ nō omnia generare ex ſeſe inuicē. quod quidem ipſos dicere: eſt neceſſe.

Tral.ve.ex græ.recog.

atq; dicunt. Neq; enim rationabile eſt/vnum ſolũ expers fieri tranſitionis: neq; videtur ſecundũ ſenſum/ſed ſimiliter omnia tranſmutari in ſeſe inuicem. Accidit autẽ eos de apparentibus dicentes: non cõſentanea dicere iſs quæ apparent. huius autẽ cauſa eſt: nõ bene ſumere prima pricipia/ſed oĩa velle ad quaſdã determinatas opiniones reducere. Oportet enĩ fortaſſis: ſenſibiliũ quidẽ ſenſibilia/ſempiternorũ vero ſempiterna/corruptibiliũ aũt corruptibilia eſſe principia/atq; omnino eiuſdẽ generis cum iſs quæ ſubijciũtur. Hi vero propter horũ amorẽ idem facere vidẽtur: quod ij qui poſitiones in ſermonibus ſeruant. omne enim ſuſtinent quod accidit: tanq; vera habẽtes principia/perinde quaſi nulla iudicare oporteat ex iſs quæ eueniũt/& maxime ex fine. Finis autem effectiuæ quidem ſcientiæ/eſt opus ipſum: naturalis vero/id quod ſemper proprie ſecundũ ſenſum apparet. Accidit autem ipſis/ terram maxime elementũ eſſe/& ſolam incorruptibilẽ: ſi id quod indiſſolubile eſt/et incorruptibile ſit & elementũ. terra enim ſola: indiſſolubilis eſt in aliud corpus. At vero neq; in iſs quæ diſſoluuntur: triangulorũ iuxta eleuatio rationabilis eſt. accidit aũt et hoc/in ea quæ in ſeſe inuicẽ fit trãſitiõe: propterea q̃ ex inæqualibus multitudine conſtãt triãgulis. Præterea: neceſſe eſt iſs qui hæc dicũt/non e corpore facere generationẽ. cum enim ex ſuperficiebus factũ fuerit: non e corpore erit factum. Ad hæc neceſſe eſt non omne corpus eſſe diuiſibile dicere: ſed repugnare certiſſimis ſcientiis. Nam Mathematicæ: ipſum quidem intelligibile accipiunt diuiſibile. Hi vero neq; ſenſibile omne/cõcedunt: propterea q̃ cõſeruare ſuppoſitionẽ ipſam volũt: neceſſe enim eſt eos qui figurã faciũt vniuſcuiuſq; elementorum/& hac determinant ſubſtantias ipſorum: indiuiſibilia facere ipſa. pyramide enĩ aut ſphæra diuiſa ali-

Argyropylus

atq; dicũt. Neq; enim conſentaneum eſt rationi vnam partem expertem eſſe migrationis: neq; per ſenſum videtur/ſed omnia in ſeſe mutari videntur mutuo. Accidit autẽ eos de hiſce quæ apparẽt/dicẽtes: non cõſentanea hiſce dicere q̃ apparẽt. huius autẽ cauſa eſt: nõ bene prima pricipia capere/ſed oĩa ad opiniones definitas quaſdã reducere velle. Sẽſibiliũ enĩ principia fortaſſe ſenſibilia ſint/ ppetuorũ ppetua/corruptibiliũ corruptibilia: & omnino ſub eodem ſint genere ſub quo ſubiecta collocãtur: oportet. Hi vero ,ppter horũ amorẽ idem facere videntur: qđ ij faciunt qui poſitiones in rationibus cõſeruant. omne enim quod accidit tolerant: vt habentes principia vera/perinde quaſi non ex hiſce quæ eueniũt nõnulla maximeq; ex fine diiudicare oporteret. Eſt aũt finis effectiuæ quidem ſciẽtię ipſum opus: naturalis autem id quod ſemper proprie per ſenſus apparet. Accidit autẽ ipſis/ 62
terram elementum maxime eſſe ſolamq; incorruptibilem: ſi id quod indiſſolubile eſt/incorruptibile eſt ac elementum. terra enim ſola: in aliud corpus indiſſolubilis eſt. At vero neq; 63
in hiſce quæ diſſoluuntur: triangulorum iuxta ſuſpenſio conſona eſt rationi. fit autem & hoc in migratione qua in ſeſe mutuo migrãt: propterea q̃ ex inæqualibus multitudine triãgulis conſtat. Præterea: ij qui hæc di- 64
cunt: non e corpore faciant generationẽ neceſſe eſt. cum enim ex planis fuerit ortum: non e corpore erit ortum. Inſuper non 65
omne corpus diuiſibile ſit/ ſed exactiſſimis ſcientijs aduerſentur: neceſſe eſt. Illę enim: & ipſum intelligibile/diuiſibile accipiũt. At hi/neq; omne ſenſibile diuiſibile eſſe concedunt: propterea q̃ ſuppoſitionem ſuam ſeruare volunt. qui namq; figuram cuiq; tribunt elemento/ & hac ſubſtantias ipſorum diſtingunt: hi indiuiſibilia faciant ipſa/neceſſe eſt. pyramide enim aut pila ali-

Argyropylus

quo modo diuiſa: non erunt ea quæ reſtant pyramis aut pila. Quare aut pars ignis non ignis eſt/ ſed erit quid elemento prius/ propterea ꝙ omne corpus elementum eſt aut ex elementis cõ ſtat: aut non omne corpus diuiſibile eſt.

CAP. VIII.

66 OMnino autem eniti ſimplicibus corporibus figuras tribuere: metas egreditī rationis. Primo qdem: quia accidet non repleri totum. In planis autem tres figurę complere locum videntur: triangulus/ quadratum/ & ſex angulorum figura. in ſolidis autem duæ ſolæ: pyramis atq; teſſera. Plures autem hiſce ſumãtur neceſſe eſt: quia plura faciunt ele-
67 menta. Deinde corpora ſimplícia vniuerſa: figuram ſuſcipere in loco continenti videntur/ & maxime aqua & aer. Permanere igitur elemẽti figuram: impoſſibile eſt. non enim totum: tangeret omni ex parte id quod continet ipſum. At ſi in aliam vertetur figuram: non vlterius erit aqua / ſi ipſa differebat figura. Quare patet: figuras horum definitas non eſſe. Sed natura hoc ipſum nobis declarare videtur: quod & conſentaneum eſt rationi. Nã vt et ín cæteris informe ſubiectũ ipſum eſſe oportet (maxime enim hoc pacto id quod õnia ſuſcipit/ formari figuraſq; ſuſcipere poteſt: vt in Timæo eſt ſcriptum) ſic & elementa vt materiam compoſitorum eſſe putare oportet. Quapropter & mutari in ſe mutuo poſſunt: cũ per affectus ipſorum differentię ſe-
68 parantur. Inſuper: quonã modo generari caro & os/ aut quoduis compoſitorum corporũ poteſt? Neq; enim ex elementis ipſis: quia non fit ex compoſitione cõtinuum/ neq; ex planis compoſitionem ſubeuntibus. ipſa enī elementa/ compoſitione generãtur: & non ea quę ex elementis cõſtãt. Quare ſi quiſpiã exacte tales ſentẽtias cõſiderare voluerit/

Tral. ve. ex græ. recog.

quo pacto: quod relinquitur ſphęra/ aut pyramis non erit. Quare aut pars ignis/ ignis non eſt/ ſed erit quid prius elemẽto/ propterea ꝙ omne aut elementum eſt / aut ex elementis : aut non omne corpus diuiſibile eſt.

CAP. VIII.

OMnino autem tentare ſim- 25
plicia corpora figurare: irrationabile eſt. Primo quidẽ: quia accidet non repleri totum. Nam in planis/ tres figuræ videntur implere locum: trigonum/ & tetragonum/ & hexagonum. in ſolidis vero/ duę ſolum: pyramis & cubus. Neceſſe autem eſt plures his ſumere: propterea ꝙ plura faciunt elementa. Deinde omnia quidem ſimplicia corpora : figuram accipere a continente loco videntur. maxime autem: aqua & aer. Permanere igitur elementi figuram : eſt impoſſibile. non enim totum: tangeret omni ex parte id quod continet. At vero ſi tranſformetur : non amplius erit aqua / ſi figura differebat. Quare manifeſtum eſt/ ꝙ non ſunt determinatæ figuræ ipſorum: ſed videtur natura hoc ipſum declarare nobis/ quod & ſecundum rationem eſt. quemadmodum enim & in alijs: ſine ſpecie & forma oportet ſubiectum ipſum eſſe (maxime enim ſic poterit trãſformari/ quemadmodum in Timæo ſcriptum eſt: id quod omnia ſuſcipit) ſic & elementa oportet putare/ vt materiam eſſe compoſitis. Quapropter & poſſunt trãſmutari in ſeinuicem: ſeparatis ijs quę ſecundum paſſiones differentijs. Adhæc autem: quo pacto contingit fieri carnem & os aut quodcunq; cõtinuorum corporum? neq; enī ex ipſis elemẽtis poſſibile eſt: propterea ꝙ nõ fit cõtinuũ ex cõpoſitione/ neq; ex ſuperficiebus cõpoſitis. elemẽta enī: generãtur cõpoſitione/ & non ea quę ex elemẽtis conſtãt. Quare ſi quis exacte loqui voluerit/

Timæus

Cap. 8

Tral. ve. ex græ. recog.

& non in tranſitu/ rationes ſuſcipere elementi: ipſas videbit/ generationem auferre
26 ex entibus. ¶ At vero & ad paſſiones/ & virtutes/ & motus: figuræ nō ſunt cōgruæ corporibus/ ad quæ maxime reſpiciētes ſic diſtribuerūt. veluti/ quoniā ignis facile mobilis eſt/ & calefactiuus/ & exuſtiuus: alij quidem fecerunt ipſum ſphæram/ alij autem pyramidem. hæc enim facillime quidem mouentur: propterea ꝙ minima tangunt/ minimeq; ſtabilia ſunt. maxime vero calefactiua ſunt/ & maxime exuſtiua: quia illa quidem tota eſt angulus / hæc autem acutiſſimi anguli. Exurunt autem & calefaciunt/ vt aiunt: angulis. Primum igitur: circa motum vtriq; peccauerunt. nam & ſi ſunt figurarum hę facillime mobiles: nō tamē ipſius ignis motu/ facile mobiles ſūt. motus enī ignis ſurſum fit: & ſecundū rectā. Hæ autem facile mobiles circulariter ſūt: eo motu qui volutatio appellatur. Deinde ſi eſt terra cubus propterea ꝙ ſtabilis eſt ac manet/ manet autē non vbiuis ſed in ſuoipſius loco/ ex alieno vero fertur non prohibita/ & ignis etiam & alia ſimiliter: patet ꝙ & ignis & vnūqdq; elementorum in alieno quidem loco ſphæra eſt aut pyramis/ in proprio vero cubus. Amplius autem/ ſi calefacit & vrit ignis propter angulos: omnia elementa erūt calefactiua/ magis autē forſitan alterum altero. omnia enim habent angulos: veluti
Democrit⁹ octaedron & dodecaedron. Democrito autē etiā ſphęra tanq̄ angulus quidā exiſtens: vrit. Quare different: ipſo magis & minus. hoc autem ꝙ ſit falſum: manifeſtū eſt. Simul autem accidet: et mathematica corpora vrere et calefacere (habent enim et illa: angulos. et inſunt in ipſis/ indiuiſibilia/ & ſphæræ/ & pyramides) prę-ſertim ſi ſint indiuiſibiles magnitudines ſicuti dicunt. Nam ſi hæc quidem vrunt/ illa vero non: dicenda eſt differentia/ ſed non ſimpliciter ſic dicendū eſt/ vti dicūt.

Argyropylus

& non ſine exacta diſcuſſione ꝓbare ac acceptare: generationē ex hiſce quæ ſunt/ haſce tollere ꝓfecto videbit. ¶ At vero & ad 69
affectus & potentias atq; motus: figuræ non ſunt accommodatæ corporibus/ in quæ maxime reſpiciētes hoc pacto figuras ipſas diſtribuere. veluti cū ignis facile ſit mobilis & calefaciat ac vrat: quidam ſphæram/ quidā pyramidem ipſum fecerunt. hæc enim facillime quidem mouētur: propterea ꝙ minima tangūt/ minimeq; ſtabilia ſunt. maxime vero calefaciunt/ maximeq; vrunt: ꝙ alterum totū angulus eſt/ alterū acutiſſimū angulū habet. angulis autem: calefaciūt (vt aiūt) ac vrunt. Primum igitur: vtriq; 70
de motu peccarunt. nam tametſi figurarum hæ facillime mobiles ſunt: non tamen ignis motu/ facile mobiles ſunt. motus enim ignis: ad ſupera fit atq; recta. hæ vero: facile ea motione mobiles ſunt quæ volutio nuncupatur. Deinde ſi terra ideo teſſera eſt 71
quia ſtabilis eſt atq; manet/ non autem vbiuis ſed ſuo in loco manet/ ex alieno vero ferī niſi prohibeatur/ & ignis etiam & cætera ſimili modo: patet & ignem & elementorum quodq; in alieno quidem loco ſphæram aut pyramidem quidem eſſe/ in proprio vero cubum. Præterea ſi ignis ob 72
angulos calefacit ac vrit: vniuerſa elementa calefaciunt ſane/ aliud tamen alio forſitan magis. veniuerſa enim angulos habent: vt id quod octō/ & id quod duodecim ſedium eſt. Democriti vero ſentētia ſphęra etiā vrit: qa qdā angul⁹ eſt. Quare: maiorē differēt minoreq; gradu. hoc autē: falſū eſſe patet. Simul etiā accidet: & mathematica corpora calefacere vrereq; (et illa nāq; angulos habēt: & ī ipſis īdiuidua & ſphęræ et cubi & pyramides inſunt) præſertim ſi ſint indiuiduæ magnitudines/ vti dicūt. nā ſi illa qdē vrūt/ illa vero nō vrūt: differētia eſt dicenda/ ſed nō ſic ſimpliciter dicendum eſt vti dicunt.

Argyropylus

73 Præterea ſi id quod vritur ignitur/ ignis autem aut ſphæra aut pyramis eſt: ea quæ comburũtur pyramidem fieri aut ſphærã neceſſe eſt. Incidere igitur atq; diuidere: ſit accidens per rationem figuræ. pyramidẽ vero neceſſario pyramidas facere/ vel ſphęrã ſphęras: a metis penitus egredit rationis. ſimileq; eſt atq; ſi qſpiã gladium in gladios id quod diuidit diuidere cẽſeat: aut ſerram
74 in ſerras. Pręterea ad diuidendũ ſolũ igni figuram reddere: ridiculũ eſſe videtur. ignis enim: cõgregare magis fineſq; in vnum redigere/ q̃ ſegregare videtur. ſegregat enĩ ea quæ nõ eiuſdẽ generis ſunt: cõgregat autẽ ea quæ ſub eodẽ genere collocãtur. Et cõgregatio qdẽ: per ſe eſt. fines enĩ in vnũ cogere atq; vnire: ignis ipſius eſt. Segregatio vero: ꝑ accidẽs. cõgregãs enĩ id quod ſub eodẽ eſt genere: id qđ alienũ eſt excipit. Quare aut ad vtrũq;/ aut potius ad congregandum: figu-
75 ram igni reddere oportebat. Inſuper cum calidum frigidumq; potentia ſint cõtraria: reddere frigido figuram aliquam impoſſibile eſt/ ꝓpterea ꝙ reddere quidẽ cõtraria figuram oportet. nichil autem contrarium eſt figuræ. Quapropter & omnes omittunt hoc. & tamen aut omnia figuris: aut nichil definire oporte
76 bat. Nonnulli autem de potentia ipſius dicere conati: ſibiipſis contraria dicũt. frigidũ enĩ id inquiunt eſſe: quod magnarum partium eſt/ propterea ꝙ premit & ꝑ meatus non tranſit. Patet igitur: & calidum id eſſe quod trãſit. tale autem id erit: quod partium ſubtiliũ eſt. Quare fit: vt paruitate magnitudineq; frigidũ differat calidumq;/ ſed non figuris. Præterea ſi pyramides ſint inæquales: magnæ non ignis erunt/ neq; figura erit vrendi cauſa/ ſed contrariũ. Non differre igit elemẽta figuris: ex ijs quæ diximus
77 patuit. Cũ autẽ ꝓprijſſimę differẽtiæ corporum per affectus ſint & operationes atque potentias (cuiuſq; enim corporis naturalis

Tral. ve. ex græ. recog.

Præterea/ ſi id quod vrit ignitur/ ignis autem ſphæra eſt aut pyramis: neceſſe eſt id qđ vrit/ fieri ſphæras aut pyramidas. Incidere igitur & diuidere ſic: ſit ſecũdũ rationem accidens figuræ. Ex neceſſitate autem pyramidẽ facere pyramidas/ aut ſphęram ſphæras: penitus eſt irrationabile. & ſimile eſt: atq; ſi quis cenſeat gladium in gladios diuidi/ aut ſerram in ſerras. Præterea autẽ/ ridiculũ eſt: ad diuidẽdũ ſolũ/ aſſignare figurã igni. videt enĩ magis: cõgregare & cõterminare/ q̃ ſegregare. ſegregat enĩ: ea quæ nõ ſũt eiuſdẽ generis/ cõgregat autẽ: ea q̃ ſũt eiuſdẽ generis. Et cõgregatio quidẽ: per ſe eſt. cõterminare enĩ & vnire: ipſius ignis eſt. ſegregatio autẽ: ꝑ accidẽs. congregans enim id quod eiuſdem eſt generis: ſeparat alienum. Quare: aut ad ambo oportebat aſſignare/ aut magis ad congregandum. Adhæc autem/ quoniam calidum & frigidum contraria ſunt potentia: aſſignare frigido figuram aliquam eſt impoſſibile/ ex eo quia oportet quidẽ contrarium id eſſe quod aſſignatur. nichil autẽ: eſt contrarium figuræ. Quapropter: & omnes omittunt. & tamen decebat omnia determinare figuris: aut nichil. Quidã autem de potentia ipſius tentantes dicere: contraria dicunt ipſi ſibiipſis. aiunt enim frigidum id eſſe/ quod magnarum eſt partium: propterea ꝙ conſtringit & non trãſit per poros. Manifeſtum eſt igitur: ꝙ & calidum vtique erit tranſiens. tale autem id eſt: quod ſubtilium eſt partium. Quare accidit: paruitate et magnitudine differre calidum & frigidum/ ſed non figuris. Præterea/ ſi inæquales ſunt pyramides: magnæ vtiq; non ignis erunt. neq; erit figura/ cauſa vrendi: ſed contrarium. Qꝛ igitur nõ figuris differãt elemẽta: manifeſtum eſt ex dictis. Quoniã autẽ propriſſimæ differẽtiæ corporũ ſunt quę ſecũdũ paſſiones & opa/ & potẽtias ſumũtur (vniuſcuiuſq; enim eorũ quæ natura con-

Tral.ve.ex græ.recog.

ſtāt: & opera & paſſiones & potentias eſ-
ſe dicimus) erit de his dicendū/ vt cū con-
ſiderauerimus hæc/ vniuſcuiuſq; ad vnū-
quodq; differentias ſumamus.

¶ Trallationis veteris de Cœlo Ariſtotelis/ ex græco recognitæ: tertij libri finis.

Argyropylus

opera affectus potentiaſq; dicimus eſſe) primum de his eſt dicendum/ vt poſt horum contemplationem cuiuſq; differētias ad vnumquodq; ſumamus.

¶ Tertij de Cœlo Ariſtotelis interprete Ioāne Argyropylo/ libri: finis.

¶ Tralatio vetus quarti de Cœlo Ariſtotelis/ ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP. I.

DE graui autē & leui quid vtrūq; eſt/ & q̄nam eſt natura ipſorum/ conſiderādū eſt: & propter quam cauſam has potentias habent. Eſt enim de ipſis contemplatio: ſermonibus de motu propria. graue enim et leue/ quia moueri aliquo modo phyſice poteſt: dicimus. Actionibus autem ipſorum/ nomina poſita nō ſunt: niſi quis putet momētū ipſum eſſe tale. Quia vero phyſicum eſt negociū de motu/ hæc autem habent in ſeipſis veluti ſuſcitamenta quædam motus: omnes quidem vtuntur potentijs ipſorum nō tamē determinauerūt/ præter paucos. Viſis igit primū ijsq; ab alijs dicta ſūt/ & diſquiſitis ijs quæcunq; ad conſiderationem hanc diuidere neceſſarium ſit: ſic & quod
2 videtur nobis/ dicamus de ipſis. ¶ Dicitur itaq;/ hoc quidē ſimpliciter graue & leue: illud vero ad alterum. Eorū enim quæ grauitatem habēt/ dicimus aliud quidem eſſe leuius: aliud vero grauius. vt ligno: æs. De ijs igit q̄ ſimpliciter dicunt/ nichil

¶ Quartus de Cœlo Ariſtotelis ad R.P.D. Ioānem Archiepiſcopū Strigoniēſem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

DE gra- 1
ui autē
atq; leui qd ē
vtrūq;/
et quæ-
nam eſt
natura
ipſorū
cōſidere-
mꝰ oportet: & propter quā cau
ſam ha/ce potetias habēt. contē-
platio enim de ipſis: ſermonibus
eſt accōmodata de motu. Graue 2
enim & leue ex eo dicimus: quia
aliquo modo naturaliter moueri
poteſt. Operationibus autē ipſo-
rū nomina poſita nō ſūt: niſi qſ-
piā putet tale eſſe ipſū momētū.
Quia vero naturalis tractatio eſt
de motu/ hæc autē motus quaſi
fomēta quædā in ſeipſis habent:
ideo vniuerſi quidem potentijs
ipſorū vtūtur/ nō tamē niſi pau-
ci definiuere. Viſis igit hiſce pri
mū quæ ab alijs dicta ſunt/ alla-
tis etiā dubitationibus quæ ad
hanc cōſiderationē ſunt neceſſa-
riæ: id deinde dicamus quod no
bis de ipſis videt. ¶ Grauia le- 3
uiaq;: partim ſimpliciter/ partim
ad aliud dicuntur. Eorum enim
quę pōdus habēt: aliud leuius/ a-
liud grauius dicimus eſſe. vt æs:
grauius dicimus ligno. De his
igit q̄ abſolute dicuntur/ nichil a

veteribus dictum eſt:ſed de hiſce quæ ad aliud dicuntur.nō enī dicunt quid eſt ipſum graue/ & quid eſt ipſum leue: ſed quid eſt ipſum grauius/& quid ipſum leuius in hiſce quæ pōdus habēt.
4 ¶Id autem quod dicimus: magis diluci dū hoc pacto fiet.quędam enim a medio ſemper:quędam ad mediū ſemper apta ſunt ferri. Horum autem id quidem quod a medio fertur/ ſurſum: id autem quod ad medium fertur/ deorſum dicimus ferri. Abſurdū eſt enim in cœlo non exiſtimare aliquid ſupra/aliquid infra eſſe: quemadmodum quidam cēſent. non enim eſſe aliud ſuperum/ aliud inferum dicunt: ſi omni ex parte ſimile eſt/& vndiq; quiſq; gradiens aduerſis ipſe ſibi pedibus erit.Nos autem ipſum vniuerſi extremum/ſupra dicem9: quod quidem & poſitione eſt ſu
5 pra/& ipſa natura primum. Cū autem ipſius cœli quid extremū & medium ſit:patet & ſupra eſſe/ ac infra,quemadmodum & multi dicunt: verum non ſatis. Huius autem cauſa eſt: cœlum ipſos non omni ex parte ſimile eſſe/ ſed vnum tantum id ſemiſpęrium eſſe quod ſupra nos eſt/ putare.Q2 ſi ſumpſerunt cœlum omni ex parte tale/ & mediū ad vniuerſum ſimiliter ſe habere: illud quidem ſuperum/ mediū au
6 tem inferū eſſe dicēt. ¶Id igitur abſolute dicimus leue:quod ſurſum ad extremūq; fertur.Id graue:quod ſimpliciter deorſū/ atq; ad mediū fertur. Ad aliud autem leue ac leuius id eſſe dicímus:qđ aliquo natura deorſū celeri9 ferī/ vtriſq; pōdus habentibus ęqualemq; molem. CAP.II.

7 EOrū igitur qui prius ad horū conſideratione venerūt/plurimi pene de leuibus hoc pacto grauibuſq; ſolis dixere:quorum alterum/ vtriſq; pondus habētibus/ altero leuius eſt. De hoc autē pacto grauī leuiq; facta cōſideratione: de ſimpliciter etiā leui grauiq; determiatū a ſe fuiſſe putāt.

dictū eſt a prioribus:ſed de ijs quę ad alterū. nō enī dicūt quid eſt graue/& quid leue:ſed quid grauius & leuius in habentibus grauitatē. ¶Magis autem erit manifeſtū/quod dicimus:ſic.nā hęc quidē ſemper nata ſunt a medio ferri:illa vero ſemper ad mediū.horū autem/id quidē quod a medio fertur/ſurſum dico ferri:deorſum vero id quod ad mediū. Abſurdum enim eſt:nō arbitrari in cœlo aliquid eſſe quod quidē ſurſum ſit/aliud autē deorſum/quēadmodum quidā cenſent.non enim eſſe/ aliud quidē ſurſum/aliud vero deorſū dicunt:ſi omni ex parte ſimile eſt/ & vndiq; oppoſitis pedibus ambulabit vuuſquiſq; ipſe ſibi.nos autem ipſum vniuerſi extremū:ſurſum dicimus/ quod & ſecundū poſitionē eſt ſurſum/& natura primū. Quoniā autē aliquid ipſius cœli extremū eſt et medium: patet ꝙ erit & ſurſum & deorſum.quemadmodū & multi aiunt:verum non ſufficiēter. Huius autē cauſa eſt:quia putāt non eſſe ſimile vndiq; cœlū/ſed vnū eſſe ſolum quod ſupra nos eſt/hemiſphęriū.quoniā exiſtimātes & circulariter eſſe tale/& mediū ſimiliter ſeſe habere ad vniuerſum: hoc quidē ſurſum dicēt eſſe/ mediū autē deorſum. ¶Simpliciter igitur leue dicimus:quod ſurſum fertur/ et ad extremū. Graue autē: quod ſimpliciter deorſum/& ad medium. Ad aliud autem/ leue & leuius: quod duobus habentibus grauitatē atq; molē æqualem/deorſum altero alterum/natura velocius fertur.

CAP.II.

5 EOrū itaq; qui prius venerunt ad eam quæ de his eſt conſiderationē:plurimi fere de hoc modo grauibus & leuibus dixerunt ſolis/quorum ambobus habentibus grauitatem/alterum eſt leuius. ſic autem cum pertractauerint: putant determinatum eſſe & de ſimpliciter leui & grauī.

Timæus

Tral. ve. ex græ. recog.

ratio autem: ipſis non congruit. Manifeſtum autem erit hoc magis: iijs qui vlteriꝰ proceſſerint. Dicũt enim grauius & leuius nõnulli quidem: quẽadmodũ in Timæo exiſtit ſcriptũ. Grauius quidẽ: quod ex pluribus eiſdẽ conſtat. Leuius autẽ: qđ ex paucioribus. quemadmodũ plũbo plũbũ maius/ grauius eſt: & æs/ære. Similiter autem: & aliorum eiuſdem ſpeciei vnum quodq; . Nam in exceſſu æqualium partium: grauius vnumquodq; exiſtit. eodem autẽ modo: & ligno/ plumbũ aiũt. ex quibuſdã enim eiſdẽ eſſe oĩa corpora/ & vna materia: ſed nõ videri. Sic autẽ determinatis: nõ eſt dictũ de ſimpliciter leui & graui. nũc enĩ: ignis quidẽ ſemper leuis eſt/ & ſurſũ fertur. terra autẽ & terrea õnia: deorſum & ad mediũ. Quare/ nõ propter paucitatẽ triãgulorũ ex quibus cõſtare aiunt vnũqđq; ipſorũ: ignis ſurſum ferri natus eſt. nã maior minus vtiq; ferretur: & grauior eſſet/ ex pluribus cũ ſit triãgulis. Nũc autẽ: videtur cõtrariũ. quãto enĩ fuerit maior: leuior eſt/ & ſurſum fertur velocius. & de ſurſum etiã/ paucus citius deorſum feretur ignis: multus autem/ tardius. Adhęc autẽ/ quoniã quod pauciora quidẽ habet ea quæ ſunt eiuſdẽ generis leuius eſſe dicũt/ qđ autẽ plura grauius/ aerẽ autem & ignẽ & aquã ex eiſdẽ eſſe triãgulis ſed differre paucitate ac multitudine/ quapropter hoc quidẽ ipſorũ eſſe leuius/ hoc autem grauius: erit aliqua multitudo aeris quæ grauior aqua erit. Accidit autem: totum contrariũ. nam & ſemper maior aer ſurſum fertur magis: et oĩno quęlibet pars aeris/ ſurſum ex aqua fertur. Nonnulli igit̃: hoc modo de leui & graui determinauerunt. ¶ Alijs autem non ſatis viſum eſt ſic diſtinguere: ſed quamuis antiquiores eſſent ea quæ nunc eſt ætate/ no uo magis modo de iis quæ nunc ſunt dicta/ intellexerũt. Vidẽtur enĩ corporũ quędã/ mole quidẽ minora: exiſtẽtia autẽ gra-

Argyropylus

ſermo tamen: ad ipſa non accommodatur. Hoc autem perſpicuũ magis erit: ſi vlterius progrediamur. Quidam enim: de leuiore grauioreq; ſic dicũt/ vt in Timęo eſt ſcriptum. Grauius quidem id eſſe: quod ex eiſdem pluribus cõſtat. Leuius autẽ: id quod ex eiſdem paucioribus conſtat. quemadmodum plũbo plumbũ/ & æs ære maius: grauius eſt. Similiter & vnumquodq; cæterorum ſimilium formã. in exceſſione enim æqualium partium: quodq; grauius eſt. Eodem modo: lignum & plumbum dicunt. ex quibuſdã enim eiſdem omnia corpora/ & vna materia eſſe aiunt: ſed nõ videri. Sic autem definitis: non dictũ eſt de ſimpliciter leui ac graui. Nunc enim ignis quidẽ: ſemper eſt leuis ſurſumq; fertur. terra vero ac terrea cuncta: deorſum atq; ad mediũ ipſum. Quare nõ ob triangulorũ paucitatẽ ex quibus quodq; ipſorum conſtare dicũt: ignis aptus eſt ſurſum ferri. maior enim minus vtiq; moueretur: & grauior eſſet/ cũ pluribus ex triangulis conſtet. Nunc autẽ: contrarium ſane videtur. quo enĩ maior eſt: eo leuior eſt/ & ſurſum celerius fertur. De ſupero etiam loco deorſum paruus ignis celerius/ & tardius magnus: fertur. Inſuper/ cum id quod pauciora habet ea quæ ſunt generis eiuſdem leuius eſſe/ id vero qđ habet plura grauius eſſe dicant/ aerem autem & ignem ac aquã ex eiſdem aſſerant triangulis eſſe ſed paucitate multitudineq; differre/ quapropter aliud ipſorum leuius aliud grauius eſſe: aliqua ſane multitudo aeris erit quæ grauior erit aqua. At totum cõtrariũ accidit. ſemp enĩ maior aer/ magis ſurſũ ferr̃: & oĩno pars quæuis aeris ſurſũ ex aqua ferr̃. Quidã igitur: ita de graui leuiq; definierũt. ¶ Quibuſdã aũt nõ ſatis viſũ eſt hoc pacto diuidere: ſed q̃uis ætate vetuſtiores eſſẽt/ de hiſce tamẽ quę nũc ſũt dicta/ modo magis nouo intellexerũt. Nõnulla nãq; corpora mole qdẽ minora/ ſed grauiora: eſſe vidẽt.

Argyropylus

Patet igitur non ſatis eſſe: ex æ-
qualibus ipſis primis ea quæ
ſunt ponderis æqualis dicere cō
ſtare. eſſent enim æqualia: mole.
12 Maius autem ipſorum/grauius
eſſe: abſurdum quidem eſt hiſce
dicere qui prima ipſa ac indiui-
dua ex quibus ea corporum con
ſtant quæ pondus habent/plana
inquiunt eſſe. ij autem qui ſoli-
da eſſe dicunt: magis dicere poſ-
ſunt. Compoſitorum vero quoni
am ſingula non hoc modo ſeſe
habere videntur/ſed multa gra-
uiora minora mole eſſe videm⁹/
quēadmodū æs/lana: aliā quidā
cauſam & putant eſſe & aiunt.
13 Vacuū enī cōpræhenſum leuare
corpora dicunt: & interdum ma
iora facere leuiora/ cū plus ha-
beant vt inquiūt vacui. propter
ea & molem habere maiorē ex
æqualibus ſolidis p̄ſæpe/aut ex
minoribus compoſita: dicunt. Et
omnino/cuilibet leuiori plus in-
14 eſſe vacui: cauſam aiunt eſſe. Di
cūt igit hoc modo de ipſis. Sed
addant neceſſe eſt qui hoc pacto
definiūt: ſi ſit quippiā leuius/nō
ſolū vacui plus/ſed & ſolidi mi-
nus habere. Si enim talē rationē
excedet: leuius ſane non erit. ob
id enim ipſum & ignem inquí-
unt leuiſſimū eſſe: quia vacui plu
rimū habet. Eueniet igitur ma-
gnum aurum plus habēs vacui/
igni paruo leuius eſſe: niſi & ſo-
lidū ipſum habuerit multiplex.
15 Quare: hoc eſt dicendum. Quidā
igit eorū qui nō inquiūt vacuū
eſſe: nichil de leui grauiq; deter-
minarūt/ vt Anaxagoras & Em
pedocles. Qui vero determinarūt
quidē/nō dicunt autem vacuum
eſſe: nichil dixere cur alia corpo-
rū/leuia alia grauia ſūt/& alia ſur
ſum/alia deorſū ſemper ferūtur.
Nullā præterea de hoc mentionē
fecerūt: nōnulla inquā corporum
maiorem habentia molem/ leui-
ora minoribus eſſe. neq; patet ex
hiſce quę dicta ſunt: quonā pacto
fiet vt ipſi cōſentanea dicant ijs
16 quæ apparēt. Eos etiā qui leui-
tatis ignis cauſā/vacui multitu-
dinē inquiūt eſſe: eoſdē obnoxi-
os difficultatibus eſſe neceſſe eſt.

Tral.ve.ex græ.recog.

uiora. Patet igitur ꝙ non ſatis eſt dicere:
ex æqualibus ipſis primis ea cōponi quæ
æque grauia ſūt. æqualia enī eſſent: mole.
Prima autē et diuiſibilia/ijs quidē qui pla
na dicūt eſſe ex quibus cōſtant grauitatē
habētia corpora abſurdū eſt dicere/ijs ve-
ro q̄ ſolida magis contingit dicere: ipſorū
maius eſſe grauius/ cōpoſitorum autem/
quoniā nō videtur hoc vnūquodq; ſeſe ha
bere modo/ ſed multa grauiora videmus
minora mole eſſe/quēadmodum lana/æs:
aliā eſſe cauſā et putāt q̄dā/et dicūt. vacuū
enim cōpræhenſum corpora leuia red-
dere aiunt: & facere interdum maiora/ le-
uiora. plus enim: habere vacui. ob hoc enī
& mole eſſe maiora: compoſita ſæpe ex ę-
qualibus ſolidis/aut minoribus. Omnino
autem & omnis leuioris cauſam eſſe: plus
ineſſe vacui. dicunt igitur: hoc modo. Ne-
ceſſe autem eſt addere/ ſic determinanti-
bus: non ſolum vacui habere plus ſi leuius
ſit/ſed & ſolidi minus. Si enim excedet ta
lem proportionem: nō erit leuius. ob hoc
enim & ignem eſſe aiunt leuiorē: quia plu
rimum habet vacui. Accidet igitur multū
aurum plus habens vacui: modico igne ef
ſe leuius/niſi & ſolidū habebit multiplex.
quare: hoc eſt dicendum. Quidam igitur
eorum qui non dicunt eſſe vacuum: nichil
determinauerunt de leui & graui/vt Ana
xagoras & Empedocles. Qui vero deter-
minauerunt quidem/non autem dicunt ef
ſe vacuū nichil dixerūt cur corporū hæc
quidem ſimpliciter leuia ſunt/illa vero gra
uia. et feruntur hęc quidē ſemper ſurſum:
illa autem deorſum. Præterea vero de eo
ꝙ corporum quædam maiore mole exí-
ſtentia leuiora minoribus ſunt: nichil me-
minerunt. neq; manifeſtum eſt/ quo pa-
cto ex ijs quæ ſunt dicta: conſentanea ap
parentibus/dicere ipſis accidet. Neceſſari-
um autem eſt & eos qui de ignis leuita-
te/ multum vacui habere/ cauſam dicunt
eſſe: fere in eiſdem hęrere difficultatibus.

Anaxagoras
Empedocles

Tral.ve.ex græ.recog.

minus enim habebit ſolidi alijs corporibus:& vacui plus. Attamen erit quædam ignis multitudo:in qua ſolidum ac plenũ excedit ſolida contenta in aliqua modica multitudine terræ. Si autẽ dixerint & vacui:quonã pacto definient ipſum ſimpliciter graue? aut enim ex eo quia plus ſolidi habet:aut quia minus vacui. Si igitur hoc dicent:erit quædam multitudo terræ adeo pauca/ in qua ſolidi erit minus q̃ in magna multitudine ignis. Similiter autẽ & ſi vacuo definierint:erit aliquid qđ ſemper deorſum fertur/ leuius leui ſimpliciter & lato ſemper ſurſum. hoc autem:eſt impoſſibile. ſimpliciter enim leue: ſemper leuius ijs eſt quæ grauitatem habent/ ac feruntur deorſum. Leuius autem/ non ſemper leue eſt:propterea q̃ dicitur in habentibus grauitatẽ/alterũ altero leuius. vt aqua:terra. At vero neq; hoc/vacuũ ſcilicet ꝓportionabiliter ſe habere ad plenũ:ſufficiẽs eſt ad ſoluẽdam nũc dictã dubitationem. accidet enĩ & hoc modo dicentibus: ſimiliter impoſſibile. Nam in maiore igni atq; in minore:eandem habebit rationem ſolidum ad vacuum. fertur autem velocius ſurſum maior ignis / minore: & deorſum rurſus ſimiliter maius aurũ/ & plumbum. ſimiliter autem: & aliorum vnumquodq; habentiũ grauitatem. Nõ oportebat autẽ hoc accidere:ſi hoc/definitum eſt graue ac leue. Abſurdum autem eſt/et ſi propter vacuum quidem ſurſum ferũtur: vacuum autem ipſum/non. At vero ſi vacuũ quidem ſurſum natum eſt ferri/ deorſum autẽ plenũ/& propter hoc alijs cauſæ ſũt lationis vtriuſq;:nichil de cõpoſitis oportebat cõſiderare propter quid corporũ quædã leuia ſunt/quædã vero grauia/ſed de his ipſis dicere propter quid aliud quidẽ leue eſt/aliud autẽ habet grauitatẽ. Prę terea/ quę cauſa eſt vt nõ diſtent plenum & vacuũ. Irrationabile autẽ eſt:& regionẽ vacuo facere/tanq̃ ipſũ regio q̃dã non ſit.

Argyropylus

minus enĩ cęteris corporibus ſolidi:& vacui plus habebit. Attamẽ erit ignis aliqua multitudo: in qua ſolidum & plenũ ea quæ continentur in aliqua parua terra/ſolida exuperabit. Qz ſi & vacui dixerint:quonam modo definient ipſum ſimpliciter graue? aut enim hoc ꝙ plurima ſolidorum habet:aut hoc ꝙ vacui minus habet. Si igiť hoc dicẽt modo:erit quædam terra adeo parua/vt in illa minus ſit ſolidorũ q̃ magno in igne. Similiter ſi vacuo etiam diffiniant:erit quippiam eorum quæ ſemper deorſum feruntur leuius eo qđ ſimpliciter eſt leue ſemperq; fertur ad ſupera loca. quod quidem:eſt impoſſibile. id enim quod abſolute eſt leue: leuius eſt ſemper hiſce quæ pondus habẽt ac deorſum feruntur. Id autem quod eſt leuius:nõ ſemper eſt leue. ꝓpterea ꝙ et in hiſce qũæ pondus habent: aliud alio leuius dicitur eſſe. vt aqua: terra. At vero neq; hoc/ vacuum inquam rationem ad plenum habere:ſufficiens ad ſoluendam dubitationem eſſe videtur. Accidet enĩm et hũc modum dicẽtibus: ipſum idẽtidem impoſſibile. In maiore enĩ igne atq; minore:eãdem ſolidum ad vacuum rationem habebit. At maior ignis/minore ſurſũ celerius fertur: et maius aurum plumbumq;/ celerius deorſum mouetur/et cæterorum quodq; ſimili modo quæ põdus habent. At hoc accidere profecto non oportebat: ſi hoc pacto graue leueq; eſt definitum. Abſurdũ 18
autẽ eſt:et ſi ob vacuum quidem ſurſum ferantur: vacuũ autẽ ipſũ nõ ſurſum feratur. At vero ſi vacuũ quidẽ aptum eſt ſurſum ferri/plenum vero deorſum/atq; ob hoc vtriuſque lationis ſunt cæteris cauſæ:nichil de compoſitis conſiderare oportebat cur alia corporũ grauia/alia leuia ſũt/ ſed de ipſis dicere cur leue alterũ eſt/alterũ põdus habẽt. Et inſuper:quænam eſt cauſa vt/plenum vacuũq; nõ diſtẽt. Vacat autẽ ratione:et locũ vacuo facere/ 19
quaſi ipſum locus quidã non ſit.

Argyropylus

Oz ſi vacuum mouetur: eſſe quẽdam ipſius locum e quo/ & ad quem mutatur/neceſſe eſt. Et inſuper: quidnam ipſius motus eſt cauſa? Nõ eſt enĩ vacuũ ipſum, non enim ſolum ipſum: ſed ſolidum etiam mouetur. ¶ Similiter abſurda accidunt: & ſi quiſpiam aliter definit/magnitudine paruitateq; faciens grauiora leuioraq; / & alio quouis extruens modo / vniuerſis modo eadem materies aſſignetur/aut plures quidem ſubcõtrariæ tamen. Nam ſi vna ſit: non erit graue ſimpliciter atq; leue/quemadmodum ijs accidit qui ex triangulis conſtituũt elementa. Sin contrariæ ſint/ vt ij qui vacuum plenumq; dicunt: dici non poteſt quam ob cauſam ea quæ ſunt inter ſimpliciter grauia leuiaque/ grauiora leuioraque ſunt inter ſeſe & ſimplicibus etiam ipſis. Magnitudine autem paruitateq; definire: figmento quidem magis q̃ priora eſt ſimile. Sed quia differentiã elemẽtorũ qdq; facere poteſt: ſecurius ad anteriores dubitationes ſe habet. Ei vero qui naturam vnam eorum facit quæ magnitudine differũt: idem accidere quæ hiſce accidunt qui materiam faciunt vnam/neceſſe eſt. & neq; leue quicq̃ ſimpliciter eſſe/neq; ferri ſurſum: ſed aut poſterius ferri/aut extrudi. & multa parua/ paucis magnis grauiora eſſe. Oz ſi hoc erit: accidet magnum aerem magnumq; ignem/aqua terraq; parua grauiorem eſſe. quod quidem fieri nequit. Ea igitur quæ ab alijs ſunt dicta: hæc ſunt/atq; hoc modo dicuntur.

CAP. III.

NOs autem primum id definiamus oportet / quo de maxime quidam dubitant: cur alia corporum ſurſum/alia deorſum ſemper // alia ſurſum deorſumq; ſecundum naturam feruntur. Deinde de graui leuiq; atq; affectibus hiſce qui circa ipſa accidũt:

Tral.ve.ex græ.recog.

Neceſſariũ autẽ eſt: ſi mouetur vacuũ/eſſe ipſius quẽdam locum ex quo mutatur/et in quem. Ad hæc autẽ: quęnã motus cauſa eſt? Non enim: eſt vacuum ipſum. non enim ipſum mouetur ſolũ: ſed & ipſum ſolidum. ¶ Similiter autem accidit: & ſi aliquis aliter definiat magnitudine et paruitate/faciens grauiora & leuiora alia alijs/ & alio quocunq; modo conficiens: ſolũ autem eandẽ materiam omnibus reddẽs/ aut plures quidem/ ſubcontrarias tamen. vna enim exiſtente: non erit ipſum ſimpliciter graue ac leue/ quẽadmodũ ex triangulis/cõſtituentibus. cõtrarias vero/quẽadmodum qui vacuum & plenum: non erit propter quam cauſam ea quæ ſunt media inter ſimpliciter leuia et grauia/grauiora & leuiora inter ſe/et ijs quæ ſimpliciter/ſint. Magnitudine autẽ & paruitate definire: ficto quidem aſſimilatur magis q̃ quæ prius. Quia autẽ contingit ſecundũ vnumquodq; facere differentiã quatuor elementorum: tutius ſe habet ad priores dubitationes. Ei vero qui vnam facit naturã eorum quæ magnitudine differũt: neceſſariũ eſt idem accidere quod vnã facientibus materiam. & neq; ſimpliciter eſſe aliquid leue/neq; ferri ſurſum: ſed aut poſterius latum aut extruſum. & multa parua: paucis magnis eſſe grauiora. Si autem hoc erit: accidet multũ aerem/& multum ignem aqua eſſe grauiorem/& terra pauca. hoc autẽ: impoſſibile eſt. Quæ igitur ab alijs ſunt dicta: hæc ſunt/& hoc dicuntur modo.

CAP. III.

NOs autem primũ dicamus determinãtes id de quo maxime dubitant quidã: propter quid/corporũ quædã ſurſum/quædã vero deorſum feruntur ſemper ſecũdum naturam/quædam autem & ſurſum & deorſum. Poſt hæc autem de graui & leui/& accidẽtibus circa hæc paſſionibus:

Tral.ve.ex græ.recog.

propter quam cauſam quæq; fiunt. De hoc igitur/ q̄ in ſuum ipſius locum fertur vnūquodq; : ſimiliter eſt exiſtimandum/ quēadmodum & circa alias generationes/ mutationeſq;. Cū enim ſint tres motus/ vnus quidem ſecundū magnitudinē/alter vero ſecundum ſpeciē/tertius autem ſecundum locum:in vnoquoq; horum mutationem videmus fieri ex contrarijs in cōtraria et media/& nō in quoduis eſſe cuiuſuis mutationē. Similiter autē/ neq; motiuum cuiuſuis quoduis: ſed vt alterabile & augmentabile diuerſum eſt/ ſic & alteratiuū & augmentatiuū. Eodem itaq; modo exiſtimandum eſt: & quod eſt ſecundū locū motiuum et mobile/non cuiuſuis quoduis eſſe. Si igitur ad ipſum ſurſum & deorſum/ motiuum quidem eſt ipſum graue. factiuum ac leuefactiuum/mobile autē ſit quod potētia graue eſt atq; leue: in ſuum locum ferri vnumquodq; / ad ſuam ſpeciem eſt ferri. ¶ Et ſic magis vtiq; quis exiſtimabit/id qđ dicebant antiqui: q̄ ſimile fertur ad ſimile.hoc enim:non accidit omnino.non enim ſi quis tranſponat terram vbi nunc eſt luna:feretur partiū vnaquęq; ad ipſam/ſed ad eum locū vbi et nunc exiſtit. Omnino igitur ſimilibus & non differentibus: ab eodem motu neceſſe eſt hoc accidere. Quare quo nata eſt vna aliqua ferri particula: & totum. Quoniā autē locus eſt cōtinentis ipſius/finis/omnia autem quæ mouētur ſurſum & deorſum & extremū & mediū continet/ hoc autem modo quodam fit ſpecies contenti:in ſuū locum ferri/ad ſimile ferri eſt.quæ enim deinceps ſunt:ſimilia ſunt inuicem. vt aqua/aeri: & hic/igni. Ecōuerſo aūt eſt dicere in mediis: in extremis autem/non.vt aerem quidem aquæ:aquā autem/terræ.ſemper enim qđ ſuperius eſt ad id quod eſt ſub ipſo:vt ſpecies ad materiā/ſic ſe habent ad ſeinuicē. Quærere vero ꝓpter quid ferī ignis ſurſū/ et terra deorſum:idem eſt/et ꝓpter quid ſa-

Argyropylus

quam ob cauſam fiunt dicamus. De hoc itaq; ferri inquam vnū- 23
quodq; ſuum in locum perinde atq; de cæteris generationibus exiſtimandum eſſe videtur. Nam cum tres ſint motus/ alius in magnitudine/ alius in forma/ alius in loco: in horum quoq; mutationem e contrarijs in contraria atq; in media fieri/ & non in qđuis cuiuſuis mutationem eſſe videmus. Simili modo neq; motiuū cuiuſuis quoduis: ſed vt alterabile ac accreſcibile ſunt diuerſa/ ſic & alteratiuum ac accreſciuū. Eodem modo & loco motiuum nō quoduis cuiuſuis mobilis: exiſtimādum eſt eſſe. Ad ſuperū igitur locum ac inferū motiua quidem ſunt: id quod ponderis/& id quod leuitatis eſt affectiuum. mobile autē: id quod potentia graue eſt atq; leue. Ferri vero quodq; ſuum in locum: nichil aliud eſt/ q̄ in ſuā forma ferri. ¶ Atq; hoc pacto magis quiſpiā exiſtimauerit id quod antiqui dicebant: ſimile inq̄ in ſimile ferri. hoc enim: nō omnino accidit. non enim ſi quiſpiā terram eo in loco poſuerit vbi nunc eſt luna: quæq; partiū ad ipſam ferretur/ ſed eum in locū vbi etiam nunc eſt collocata. Omnino igitur ſimilibus & differentiā non ſubeūtibus: hoc accidat eodē motu neceſſe eſt. Quare quo pars vna quædā apta eſt ferri: eo & totū aptū eſt ferri. Cū autē locus ipſius continentis ſit finis/ extremū autē atq; mediū omnia quæ ſurſum mouētur deorſūq; cōtineat/ atq; hoc forma eius quodāmodo ſit qđ continetur: ſuū in locū ferri nil aliud eſt q̄ in ſimile ferri. 34
Ea enī quę deīceps ſunt collocata: ſimilia ſunt. aqua nāq;/aeri:& hic/igni ſimilis eſt. Contra vero dici in mediis quidem poteſt: in extremis vero non poteſt. Velut aerem aquæ/& aquam terræ. ſemper enim id quod ſuperius eſt/ ad id quod ſub ipſo collocatur ſic ſe habet: vt ad materiam forma. Quęrere vero cur ignis ad ſupera loca / & terra ad infera fertur? idem quod hoc eſt / cur ſa- 25

Argyropylus

nabile / ſi mouetur atq; mutatur ea ratione qua eſt ſanabile/in ſanitatem/& nō ad albedinem venit. Similiter:& cætera alterabilia cuncta. At vero & accreſcibile cum hoc mutatur quo eſt accreſcibile: non in ſanitatem/ſed in exceſſionē magnitudinis venit. Similiter & horum vnumquodq;:aliud in qualitate/aliud in quantitate mutatur. & in loco/leuia quidem ad ſupera:grauia vero ad infera loca/proficiſcuntur. excipitur tamen hoc. hæc enim/graue inquam ac leue:in ſeipſis mutationis principium habere videtur. illa vero non in ſeipſis ſed foris/ceu ſanabile ac accreſcibile. quāquam & hæc interdum ex ſeipſis mutantur:& paruo facto in externis motu alterum in ſanitatem/alterum in incrementum accedit. Et cum idem ſit ſanabile ægritudiniſq; ſuſceptiuum: ſi ea ratione qua ſanabile eſt moueatur/in ſanitatē pergit. ſin hoc quo ægrotabile eſt: in ægritudinem fertur. Magis tamen graue leueq; in ſeipſis principium habere videntur:propterea q̄ horum materia propinquiſſima ſubſtātiæ eſt. Signum cuius eſt:lationem abſolutorum eſſe/ & vltimam motuum generatione. Quare motus hic: 26 ſubſtantia primus erit. Cum igitur aer ex aqua fit/atq; e graui leue:in ſuperū locum venit:ſimul autem eſt leue/& nō amplius fit:ſed ibi eſt. Manifeſtū eſt itaq; q̄ potentia ens in actum veniens:proficiſcitur illuc & ad tantum & tale vbi eſt actus & quanti & qualis & vbi. Eadem autem cauſa eſt:vt ea quæ iam exiſtunt atq; ſunt terra & ignis moueantur in ſua loca/nullo impediente. etenim alimentū cum prohibēs/& ſanabile cum detinens ſublatū fuerit/cōtinuo fertur:& mouet etiam & id quod a principio fecit/ & id quod ſubtraxit/ aut id vnde reſiliuit/ vt primis in ſermonibus dictū eſt/in quib⁹ definiebamus nichil horū ipſum ſeipſum mouere. Dictum eſt igitur quam ob cauſam ferī qdq; eorū quę ferūtur:& quid eſt ſuū in locū ferri.

Tral.ve.ex græ.recog.

nabile / ſi moueatur & mutetur quatenus eſt ſanabile/in ſanitatem venit/ſed non in albedinem. ſimiliter autem:& omnia alia alterabilia. At vero et augmētabile cū mutatur quatenus eſt augmētabile:nō in ſanitatē venit/ſed in magnitudinis exceſſum. Similiter aūt et horū vnūquodq;:hoc quidē in qualitate/hoc autē in quantitate mutatur. & in loco/leuia quidē ſurſum:grauia autē deorſum. niſi q̄ hæc quidē in ſeipſis videtur habere principiū mutationis (dico aūte:graue & leue) illa autē nō/ſed extrinſecus vt ſanabile ac augmentabile. quāuis quādoq; & hæc ex ſe ipſis mutētur:et paruo facto in ijs q̄ extra ſūt motu/alterū quidē in ſanitatē venit/alterū vero in augmētū. Et quoniā idem eſt ſanabile & ægritudinis ſuſceptiuū:ſi moueatur quatenus eſt ſanabile/in ſanitatē fertur/ ſi aūt quatenus ęgrotabile eſt/i ægritudinē. Magis aūt his graue et leue in ſeipſis habere videtur principiū:propterea q̄ proxime ſubſtantiā horū materia ſit. ſignū autē eſt: q̄ latio abſolutorū eſt/et generatiōe eſt motionū vltima. Quare primus vtiq; erit et ſecundū ſubtilē tiam:hic motus. Cū igitur fit ex aqua aer/ & ex graui leue: venit ad ipſum ſurſum. ſimul autem eſt leue/& nō amplius fit:ſed ibi eſt. Manifeſtū eſt itaq; q̄ potentia ens in actum veniens:proficiſcitur illuc & ad tantum & tale vbi eſt actus & quanti & qualis & vbi. Eadem autem cauſa eſt:vt ea quæ iam exiſtunt atq; ſunt terra & ignis moueantur in ſua loca/nullo impediente. etenim nutrimentum cū prohibens/& ſanabile cum detinens non fuerit:fertur confeſtim & mouet etiam & id quod a principio fecit/ & id quod ſubtraxit/aut vnde reſiliuit/ quēadmodum dictum eſt in primis ſermonibus in quibus determinauimus q̄ nichil horum ſeipſum mouet. Ob quam igitur cauſam fertur eorum quæ feruntur vnumquodq;/& ferri in ſuum locum quid ſit: dictum eſt.

Tral.ve.ex græ.recog.

CAP. IIII.

Differētias autem/& ea quæ accidūt circa ipsa:nunc dicamus.Primum igitur definitum sit/ quēadmodum videt̄ omnibus/graue quidē simpliciter/id esse:quod omnibus subsidet.Leue autē:quod omnibus supereminet.simpliciter autē dico: & ad genus respiciens/& ea in quibus ambo non insunt.vt ipsius quidem ignis/quæuis magnitudo sursum ferri videtur:nisi quippiā aliud forte sit ꝓhibēs.terrę vero:deorsum.Eodem autē modo:& velocius quod maius est.Aliter aūt graue & leue:quibus vtraq; insunt.etenim:supereminēt quibusdā & substāt/quēadmodum aer & aqua. simpliciter enim : neutrum horum leue est aut graue . nam terra : ambo leuiora sunt. supereminet enim ipsi:quæuis ipsorum particula.Igni autem:grauiora.substat enī:ipsorū quātauis vtiq; fuerit particula.ad seipsa vero: simpliciter vnū q̄dem graue est/alterū aūt leue.aer enim quātuscūq; sit:supereminet aquę.aqua autē/quātacūq; sit:aeri substat.Quoniā aūt & aliorū hæc quidem habēt grauitatē/ hæc autē leuitatē:manifestū est ꝙ horū quidem omniū causa est/quæ in compositis est differētia.secundū enī ꝙ sortita sunt illa/hoc quidē plus/illud aūt minus:erūt corporū alia leuia/alia vero grauia.Quare:de illis dicendū est. alia enī:sequētur prima.quod quidē dicebamus oportere facere/ & eos qui ob plenū graue esse dicūt:& eos qui ob vacuū/leue.Accidit itaq;:nō vbiq;/eadē grauia esse videri et leuia/propter primorū differentiā.dico autē vt in aere quidē/grauius erit talēti vnius lignū:plūbo vnius mnę.in aqua aūt:leuius.causa aūt est:quia oīa grauitatē habēt præter ignē/et leuitatē pręter terrā.Terrā igitur et quæ terræ habēt plurimū:vbiq; grauitatē habere est necessarium.aquā autem vbiq;: præterq̄ in terra.

Argyropylus

CAP. IIII.

Differentias autem/ 27
& ea quæ accidunt circa ipsa:nunc dicamus oportet.Primum igitur sit definitum vt vniuersis videtur: graue quidem simpliciter id esse quod omnibus substat.Leue autem:id quod super omnia natat. simpliciter autem dico:in ipsum genus respicies/& i ea in quibus ambo nō insunt. ignis enī quæuis magnitudo: nisi forte quippiam aliud prohibeat/ferri sursum videtur.& terræ etiam quæuis magnitudo:deorsum eodem modo.& celerius id fertur:quod maius est.Alio vero modo gra- 28
uia leuiaq;:sūt ea quibus vtrūq; inest. etenim natāt super aliqua & substant:vt aer & aqua.absolute namq;: neutrum horum leue est/aut graue . terra enim:ambo sunt leuiora. quæuis enim pars ipsorum:subsidet igni,ad seipsa vero:simpliciter aliud est graue/ aliud est leue. aer enim quantauis magnitudine:semper est super aquam. aqua autē quātauis quantitate:subsidet aeri semper. Quoniam autem & cæterorum 29
alia pondus habent/alia leuitatem:patet eam differentiam quę in simplicibus est/horum omnium causam esse. Ex eo namque quia aliud plus/ aliud minus illorum sunt assecuta:alia corporum leuia/alia grauia erūt. Quare: de illis dicendum est. cætera enim:illa prima sequūtur. quod & eos oportere facere dicimus: qui ob plenum graue esse dicūt/ & ob vacuum leue. Accidit igitur : eadem non vbiq; grauia leuiaque ob differentiam primorum videri.lignum enim centum librarum:plumbo vnius libræ in aere grauius/in aqua leuius erit. Causa autem est:omnia præter ignem pondus / & leuitatem præter terram/habere. Terra igitur / & quæ terræ plurimum habent:vbiq; grauitatem habere necesse est / aquam autem vbique præterq̄ in terra.

& aerem ſimiliter: præterq̃ in a-
30 qua ac terra. Suo enim in loco
grauitatem habent omnia: præ-
ter ignem. Signum cuius eſt: v-
trem inflatum plus ponderis q̃
vacuum habere. Quare ſi quid
plus aeris habet q̃ terræ & aquę:
id in aqua quidem alio leuius/
in aere vero grauius eſſe poteſt.
nam nõ natat quidem ſuper ae-
rem: natat autem ſuper aquam.
31 ¶Eſſe autem quippiam ſimpli-
citer graue/atq; ſimpliciter leue:
ex hiſce perſpicuum eſt. Atq; le-
ue ſimpliciter id dico/quod ſem
per ſurſum aptum eſt niſi prohi-
beatur: & graue id quod ſemper
deorſum aptũ eſt ferri. ſunt enĩ
aliqua talia: & non omnia pon-
dus habent/ vt quidam putant.
32 Nam & aliis quibuſdam graue
eſſe videtur: ſemperq; ad mediũ
ferri. Eſt autem & leue ſimili mo-
do. videmus enim/vti dictũ eſt
prius/ terrea ipſa ſub omnibus
eſſe collocata: atq; ad mediũ fer-
ri. At vero: mediũ ipſũ eſt defini
tũ. Si igitur eſt quippiã qđ ſuper
oĩa eminet/ vt ignis in ipſo aere
ſurſum ferri videtur aere quie-
ſcente: patet hũc ad ipſum extrẽ
mum ferri. quare: nichil ipſe põ-
deris habere poteſt. ſub alio enĩ
collocareſ. At ſi hoc eſſet: aliquid
aliud eſſet profecto/ qđ ad ipſum
extremũ moueretur/ quodq; ſu-
per omnia quæ ferũtur colloca-
retur. Nũc autem: nichil eſſe vi-
detur. Ignis igitur nullũ pondus
habet: neq; etiã terra leuitatẽ vl-
lã habet. ſiquidẽ ſubſidet vniuer
ſis: idq; qđ ſubſidet ad ipſum me
33 diũ fertur. ¶At vero mediũ eſſe
ad qđ latio fit eorũ quæ pondus
habẽt/& ex quo leuia ſurſum fe-
runt: ex multis patet. Primo qdẽ:
ex eo quia nichil ferri in infini-
tũ poteſt. vt enĩ nichil eſt impoſ
ſibile: ſic neq; fit impoſſibile. La
tio vero: e quopiã in quippiã ge
neratio eſt. Deinde ignis quidẽ
ſurſũ: terra vero & quicquid põ-
dus habet deorſum/ſimiles ad
angulos fertur. Quare: ad me-
dium ipſum feratur neceſſe eſt.
Vtrum autem ad terræ mediũ/
an vniuerſi feratur/ cum idem

aerem vero: præterq̃ in aqua & terra. in
ſua enim regione: omnia grauitatẽ habẽt/
præter ignem/etiam aer ipſe. ſignũ autem
eſt: quia trahit plus iflatus vter/q̃ vacuus.
Quare ſi aliquid/plus habet aeris q̃ terræ
& aquæ: in aqua quidem contingit leuius
eſſe/in aere vero grauius. aerí enim non ſu
pereminet: aquæ vero ſupereminet. ¶Qz
autẽ eſt aliquid ſimpliciter graue & ſim-
pliciter leue: ex his eſt manifeſtũ. Dico au
tem ſimpliciter leue/quod ſemper ſurſum:
& graue/ quod ſemper deorſum natum
eſt ferri/non prohibitũ. talia enim ſunt ali-
qua: & non/quẽadmodum putant quidã/
omnia grauitatem habent. graue enim eſſe
videtur quibuſdam etiam alijs: & ſemper
ferri ad mediũ. Eſt autẽ ſimiliter: & leue.
videmus enim/ quemadmodum dictum
eſt prius/ q̃ terrea omnibus ſubſtant/ &
feruntur ad medium. at vero determina-
tum eſt: medium ipſum. Si igitur eſt ali-
quid quod omnibus ſupereminet/ quẽad-
modũ videtur ignis etiam in ipſo aere ſur-
ſum ferri/ aer autẽ quieſcere: patet q̃ hic
fertur ad extremũ ipſum. Quare non eſt
poſſibile: ipſum grauitatẽ vllã habere. ſub-
ſtaret enim: alij. Si autem hoc: eſſet vtiq;
aliquid aliud/quod ferretur ad extremum
ipſum/ quod omnibus quæ feruntur ſu-
pereminereţ. nunc autem: nullum videtur.
Ignis igiť nullã habet grauitatẽ: neq; terra
leuitatẽ vllã/ ſi ſubſtat quidem omnibus/
& quod ſubſtat fertur ad mediũ. ¶At ve- 13
ro q̃ mediũ ſit ad quod latio fit habẽtibus
grauitatẽ/ & a quo leuibus: manifeſtũ eſt
ex multis. Primum quidem: quia in in-
finitum ferri contingit nichil. quemadmo-
dum enim non eſt vllũ impoſſibile: ſic neq;
fit. Latio aũt: generatio eſt alicũde aliquo.
Deinde ad ſimiles videtur angulos/ ignis
quidẽ ſurſum ferri: terra autẽ deorſum/&
oẽ qđ grauitatẽ habet. Quare neceſſe eſt:
ferri ad mediũ. hoc aũt vtrũ accidit ad ipſũ
terræ mediũ/an ad vniuerſi/ quoniã idem

Tral.ve.ex græ.recog.

eſt:alius ſermo eſt.quoniã autem id quod omnibus ſubſtat/ fertur ad mediũ: neceſſe eſt id quod omnibus ſupereminet/ferri ad extremũ regionis in qua faciunt motum. contrariũ enim eſt mediũ:extremo. quod autem ſubſtat:ei quod ſupereminet.Quapropter et rationabiliter graue et leue:duo ſunt.etenim loca duo ſunt:medium & extremum. Eſt itaq; quippiã & inter hæc medium: quod ad vtrũq; ipſorum dicitur alterum . eſt enim vt extremũ & medium amborum : quod intermediũ eſt.ob hoc eſt aliquid etiã aliud graue & leue:vt aqua & aer.Dicimus autẽ id quidem quod cõtinet/ſpeciei eſſe:quod autẽ continetur/materiæ.eſt autẽ in omnibus generibus: hæc differentia.etenim in qualitate & in quantitate:eſt hoc quidem vt ſpecies magis/hoc autẽ vt materia.& in ijs quæ ſecũdũ locũ: ſimiliter. ſurſũ quidẽ determinati eſt: deorſum vero materię.Quare & in ipſa materia quæ eſt ipſius grauis & leuis/ quatenus quidem tale eſt potẽtia/eſt ipſius grauis materia: quatenus vero tale/ leuis. & eſt quidem/ eadem:eſſe autem/ non idem. quẽadmodũ & ęgrotabile & ſanabile.eſſe autẽ nõ idem.

CAP. V.

14 QVod igitur talem habet materiam/leue eſt & ſemper ſurſum: quod vero cõtrariam/ graue & ſemper deorſum.quæ autẽ diuerſas quidem ab ijs/habentes autem ſeſe ſic adinuicẽ/vt hæ:ſimpliciter & ſurſũ & deorſum ferũtur. Quapropter aer & aqua:habent & leuitatẽ & grauitatem/vtraq;.& aqua quidem: præter terram/ omnibus ſubſtat . aer autem: præter ignẽ/omnibus ſupereminet. Quoniam autẽ eſt vnum ſolũ quod omnibus ſupereminet/& vnũ ſolum quod omnibus ſubſtat:neceſſe eſt duo alia eſſe quę et ſubſtant alicui/& alicui ſupereminent. Qua-

Argyropylus

medium ſit ipſorum: alia ratio eſt. Cum autem id quod omnibus ſubſtat ad medium ipſum feratur:id quod ſuper omnia natat ad vltimũ capedinis in qua fit motus/ feratur neceſſe eſt.ſunt enim contraria: medium & extremum/ & ſubſtare atq; natare. Quapropter & cum ratione duo ſunt: graue & leue.& loca enim ſunt duo:medium ipſum atq; extremum. Eſt igitur quid & id quod eſt inter hæc: qđ ad vtrũq; ipſorum alterũ dicitur. id enim quod eſt inter:extremum aliquo modo & medium eſt amborum. quocirca eſt quid & aliud graue & leue:ceu aer & aqua.Dicimus autem id quidem quod cõtinet/ formæ eſſe : id autem quod continetur/materiei.Atq; hæc differẽtia:vniuerſis in generibus eſt. in qualitate enim & quantitate: eſt aliud vt forma magis aliud vt materies.& in loco ſimili modo. ſuperum enim/ eſt definiti: inferum/materiei . Quare & in ipſa materia quæ eſt ipſius grauis & leuis/ quo quidem tale eſt potentia/eo grauis materies eſt: quo vero tale eſt/ eo leuis materies eſt.atq; eadem quidem eſt:eſſe autem non idem eſt.quemadmodum & ægrotabile ac ſanabile. idem eſt,eſſe vero non idem eſt.

CAP. V.

HOD igitur quod talem materiam habet:leue eſt/ſempq; ſurſum fertur. id vero quod contrariã habet: graue eſt/ſempq; deorſum fertur. At ea quæ diuerſas quidẽ ab his habent ſic vero inter ſeſe habentes vt he ſe habent:ſimpliciter et ſurſum et deorſum feruntur. Quapropter:aer et aqua leuitatem habẽt et põdus.atq; aqua quidem vniuerſis:terra excepta/ ſubſtat. aer autem:ſuper omnia eminet/igne excepto. Cum autem vnum ſit ſolum quod ſuper omnia natat/ & vnũ item quod ſubſidet: vniuerſis duo alia eſſe neceſſe eſt/quæ & cuipiã ſubſtãt/ & ſuper aliquid collocanť. Qua-

re:& materias quot hęc ſunt/tot eſſe neceſſe eſt/quatuor inquam. adeo vero quatuor: vt vna quidem ſit omnium cõmunis/præſertim ſi ex ſeſe mutuo fiant/eſſe vero diuerſum ſit. Nichil enim vetat vt inter cõtraria vnum ſit atq; plura: quẽadmodum in coloribus. multis enim modis dicitur: id quod eſt inter/ac medium ipſum. Vnumquodq; igitur eorum quæ pondus habent leuitatemq; : pondus habet ſuo in loco/leuitatem autem nõ habet/niſi in hiſce ſuper quæ natat. Quapropter ſi ſubtrahatur: deorſum in id fertur quod deinceps eſt collocatum. aer quidem/in locum aquę: aqua vero/in locũ terræ. Surſum autẽ in locũ ignis/ſi ignis ipſe tollatur/aer non feretur: niſi vi/ſicut & ipſa aqua trahitur/ cũ ipſũ planũ fuerit vnũ. atq; celeri9 quiſpiã traxerit aquã ſurſũ: q̃ ſit ea latio qua ferẽ ipſa deorſum. Neq; aqua ſimiliter in aeris locum fertur: niſi vti nunc diximus. Terra autẽ hoc nõ patitur: quia planũ non eſt vnum. Quapropter aqua quidẽ in vas ignitũ trahiẽ: terra vero nõ trahitur. Vt autẽ terra non fertur ſurſum/ſic nec ignis deorſũ fertur: ſi ſubtrahaẽ aer. nichil enĩ ponderis habet: neq; ſuo in loco/quẽ admodũ neq; terra vllius eſt particeps leuitatis. Ferunẽ autẽ duo deorſũ: ſi infera ſubtrahanẽ. quia aliud eſt abſolute graue/qđ quidẽ oibus ſubſidet: aliud ad aliqđ graue/ quod quidem ſuum in locũ aut in eorũ ſuper quæ natat propter materiei ſimilitudinẽ/ fertur. Eſſe autẽ neceſſariũ æquales facere differentias ipſis: patet. ¶Nã ſi vna ſit omniũ materies/ aut vacuũ/aut plenũ/aut magnitudo/aut trianguli: aut vniuerſa ſurſum/aut vniuerſa deorſum ferentur/altera vero latio non erit. Quare nichil erit ſimpliciter leue: ſi cũcta inclinãtur magis deorſum ex eo quia aut ex maioribus ſunt corporibus/aut ex pluribus/aut quia ſunt plena. hoc aũt et videmus & demonſtratũ eſt: ſimiliter inq̃ deorſum ſemper/&

re neceſſe eſt/et materias tot eſſe/quot hæc ſunt/ quatuor ſcilicet. ſic autem quatuor: vt vna quidem omnium ſit communis/ præſertim ſi fiunt ex ſe inuicem/ſed eſſe alterũ eſt. nichil enĩ prohibet: vt inter cõtraria ſit et vnum et plura/ quemadmodum in coloribus. multis enim modis dicitur: qđ eſt inter/& mediũ ipſum. In ſua igitur regione vnũquodq; eorũ quæ grauitatẽ habẽt ac leuitatem: grauitatẽ habet (terra autem in omnibus habet grauitatẽ) leuitatem autẽ non habet/niſi in ijs quibus ſupereminet. Quapropter ſi ſubtrahaẽ quidem: fertur in id quod deinceps eſt deorſum. aer quidem/in regionem aquæ: aqua autẽ in eam quæ eſt terræ. ſurſum autẽ in eam quæ ignis eſt ablato igni/non feretur aer: niſi vi/quẽadmodũ & aqua trahiẽ cũ fuerit ſuperficies vna. & velocius traxerit quis ſurſum q̃ ſit latio qua fertur aqua deorſum. neq; aqua: in eã quæ aeris/niſi vti nunc dictũ eſt. Terra autẽ hoc nõ patitur: quoniã nõ eſt vna ſuperficies. Quapropter aqua quidem in vas ignitũ trahitur: terra autẽ/ non. Quẽadmodum autẽ neq; terra ſurſum: ſic neq; ignis deorſum ferẽ/ſublato aere. nullã enim habet grauitatẽ in ſua regione: quẽadmodum neq; terra leuitatẽ. Feruntur autẽ deorſum duo: ſubtractis. quoniã hoc quidem ſimpliciter graue eſt/ quod omnibus ſubſtat: hoc aũt ad aliquid graue exiſtẽs in ſuam regionẽ/aut eorum quibus ſupereminet ꝓpter materiæ ſimilitudinẽ. Q̃ autẽ ſit neceſſariũ facere æquales differentias ipſis: eſt manifeſtum. ¶Si enim vna eſt materia omniũ/vt aut vacuũ/aut plenũ/aut magnitudo/aut triãguli: aut omnia ſurſum/aut omnia deorſum ferẽtur. altera autem latio: non amplius erit. Quare/leue nichil erit ſimpliciter: ſi omnia inclinantur magis/ eo ꝙ ex maioribus ſunt corporibus/aut ex pluribus/aut quia ſunt plena. hoc autem & videmus/ & oſtenſum eſt: ꝙ ſimiliter & deorſum ſemper/&

Cap. 5 6

Tral. ve. ex græ. recog.

vbiq; feruntur/& ſurſum. Si vero vacuum ſit/ aut aliquid tale quod ſemper ſurſum: non erit quod ſemper deorſum. & intermediorum itaq; quædam erunt deorſum citius q̄ terra. in multo enim aere: triangu li plures/aut ſolidi/aut parui erunt. non videtur autem vlla particula aeris: deorſum ferri. Similiter aũt & in leui: ſi illud faciat aliquis ſuperabundare materia. Si autem duæ ſint: intermedia quomodo erunt facientia quæ faciũt aer & aqua: veluti: ſi quis dixerit eſſe vacuum et plenũ. Ignem igitur vacuũ: quapropter & ſurſum. terram vero/plenũ: quapropter et deorſum. aerẽ autẽ/plus ignis habere: aquã autẽ/terræ. erit enim quædã aqua: quę plus ignis habebit pauco aere. et aer multus: plus terrę pauca aqua. Quare oportebit aeris quandã multitudinẽ velocius ferri deorſũ q̄ aqua pauca. hoc autẽ: videtur nullo modo vnq̄. Neceſſe eſt igitur quẽadmodum & ignem ſurſum/quia hoc habet puta vacuũ/alia autẽ non/& terrã deorſum/ quia plenũ habet: et aerem in ſuam regionem/ et ſuperius q̄ aqua ſit quia hoc q̄piã habet. & aquã deorſum: quia tale. Si aũt ſint vnum aliquid ambo aut duo/ambo aũt inſint hęc vtriq;: erit aliqua multitudo vtriuſq; qua excedet et aqua aerem paucũ ipſo ſurſum / & aer aquam ipſo deorſum/quẽadmodum ſępe dictum eſt.

CAP. VI.

16 Figuræ autẽ non ſunt cauſæ vt ferantur ſimpliciter aut deorſum aut ſurſum: ſed vt velocius aut tardius. ꝓpter quas autẽ cauſas: nõ eſt difficile videre. ¶ Dubitatur enim nunc cur lata ferramẽta & plumbũ/innatant ſuper aquam: alia autem minora & minus grauia ſi rotũda ſint aut longa vt acus/deorſũ ferũtur/et cur aliqua propter paruitatẽ natant in aere/vt auri arena & alia terrea & puluerulẽta. De his igitur omnibus putare quidem cauſam eſſe quemadmodum

Argyropylus

vbiq; ac ſurſum corpora ferri. Si vero vacuũ ſit/aut quippiã tale quod ſurſum ſemper feratur: nõ erit id qđ ſemper deorſum ferẽ. & mediorũ aliqua celerius deorſũ q̄ terra ferẽtur. magno enim in aere/triãguli plures erũt/aut ſolida/aut plana/at nulla pars aeris: deorſũ ferri videt. Similiter et i leui: ſi illd fecerit qſpiã excedere materia. Sin vero duę ſint materiæ / veluti ſi qſpiã dixerit eſſe vacuũ atq; plenũ: ipſa media/ aer inq̄ et aqua quonã pacto facient ea quę faciunt? Ignẽ igitur vacuũ eſſe dicunt: quapropter & et ſurſum ferẽ. terrã autẽ plenũ: quocirca deorſum fertur: aerẽ autem/ plus ignis habere: et aquã/ plus terræ. erit itaq; quedã aqua quę plus ignis habebit q̄ paruus aer: & aer magnus plus terræ/ q̄ parua aqua. Quare: magnã aliquam aeris partem/ aqua parua deorſum ferri celerius oportebit. hoc autem: nuſq̄ vnq̄ fieri videtur. Vt igitur & ignẽ ideo ſurſũ ferri neceſſe eſt/ quia hoc habet vacuũ inquã/ cætera vero non/ & terrã ideo deorſum ferri/ quia plenũ habet: ſic & aerẽ ideo ſuũ in locũ ferri/ac ſuper aquã collocari neceſſe eſt/quia hoc habet. & aquã ideo deorſum ferri ac ſub ipſo aere collocari: quia hoc habet. Si vero aut vnũ quid ambo ſint aut duo/ambo vero inſint vtriq;: erit aliq̄ multitudo vtriuſq; qua quidem aerẽ aqua paruum excedet ſupero/& aer aquam infero/ quẽadmodum ſæpe eſt dictum.

CAP. VI.

42 Figuræ autẽ cauſæ nõ ſunt vt aut ſurſum aut deorſũ abſolute ferant: ſed vt celerius tardiuſq; ferãtur. propter quas aũt cauſas: nõ eſt difficile videre. ¶ Dubitat enĩ nũc/cur latũ ferrũ plũbũq; ſuper aquã natat: alia vero minora minuſq; grauia ſi rotũda ſint aut longa vt acus deorſum ferũt/& nõnulla ob paruitatem/ vt arena auri aliaq; terrea puluerulenta ſimilia ſuper aerẽ natãt. Cauſam igitur omniũ horum eſſe putare vti

Argyropylus

Democritus cenſet: non recte ſe ha
bet. Ille enī dicit ea calida quæ ſur
ſum ex aqua feruntur/ grauium ea
quæ lata ſunt ſuſtinere: anguſta ve
ro delabi. pauca enim ea eſſe: quæ
43 ipſa offendūt. In aere autē magis
etiā idipſū fieri oportebat/ vt obiſ-
cit ille ipſe: obiectione vero allata/
molliter ſoluit. Dicit enim: non in
vnum/ motionē eorū corporū fieri
44 quæ ſurſum feruntur. Cum autem
cōtinuorum alia facile/ alia minus
facile diuidi poſſint/ et diuiſiua mo
do eodem/ alia magis/ alia mi-
nus: has eſſe cauſas eſt putandū.
Id igitur facile diuiſibile eſt: quod
facile terminos ſuſcipere poteſt. &
45 id magis: quod magis. Aer autem:
magis eſt tale q̄ aqua: & aqua ma
gis q̄ terra. minus etiam/ quoq; in
genere/ corpus: magis facile diuidi-
tur faciliuſq; diſrūpitur. Ea igitur
quæ latitudinē habent/ quia multū
cōpræhendunt/ ideo ſupra manēt:
propterea q̄ non facile illud diſrū
pitur. Ea vero quæ cōtrario modo
ſeſe habent figuris/ quia parum cō
prehendunt ideo deorſum ferūtur:
propterea q̄ facile illud diuidūt. &
in aere multo magis: quo facilius
q̄ aqua diuiditur. Cum autē & pon
dus aliquas habeat vires quibus
deorſum fertur/ & continua ſimili
modo vt non diſrumpantur: hæc
inter ſeſe conferre oportet. Si vires
enim ponderis/ eas vires quæ in
continuo ſunt ad diſruptionem di
uiſionemq;/ exuperent: vim inferet
ipſum graue/ celeriuſq; deorſum fe
retur. ſin imbecilliores ſint: ſupra
manebit atq; natabit. De graui igi
tur atq; leui/ & de hiſce quæ circa
ipſa accidunt: a nobis hoc modo
ſit definitum.

¶ Quarti de cœlo Ari
ſtotelis interprete
Ioāne Argyro-
pylo/ libri:
finis.

Tral. ve. ex græ. recog.

Democritus: non recte ſe habet. Ille enim Democrit⁹
inquit ea calida quæ ſurſum feruntur ex
aqua/ ſurſum pellere ex habentibus graui-
tatē ea quę lata ſunt: ſtricta vero decidere.
pauca enim eſſe: quę repugnēt ipſis. Opor
tebat autem in aere adhuc magis hoc face
re/ quemadmodum inſtat & ille ipſe: ſed
cum inſtitit/ ſoluit molliter. ait enim non in
vnū/ impetū facere σοῦν: vocās σοῦν motū
eorū quę ſurſum ferūtur/ corporum. Quo-
niam autē continuorū hæc quidem ſunt fa
cile diuiſibilia/ hæc autē minus/ & diuiſiua
etiā eodem modo alia quidem magis/ alia
autem minus: has eſſe cauſas putandū eſt.
Facile igitur diuiſibile: eſt quod bene termi
nabile exiſtit. & magis: quod magis. aer au
tem: magis q̄ aqua/ talis eſt. aqua autem: q̄
terra. & minus itaq; in vnoquoq; genere:
magis facile diuiſibile eſt/ & diſtrahitur fa-
cilius. Q uæ igitur habēt latitudinem quia
multum compræhendunt/ ſupra manent:
propterea q̄ non facile diſtrahitur qđ ma-
ius eſt. Quæ vero contrario modo ſeſe ha-
bent figuris: quia pauca compræhendunt/
feruntur deorſum/ propterea q̄ diuidūt fa
cile. & in aere multo magis: q̄to magis fa-
cile diuiſibilis eſt q̄ aqua. Q uoniā autē &
grauitas habet quandam virtutem/ ſecun-
dum quā fertur deorſum/ & cōtinua vt nō
diſtrahātur: hæc oportet ad ſe inuicem cō-
parare. ſi enim excedat virtus grauitatis/ eā
quę eſt in cōtinuo ad diſtractionem & di-
uiſionem: per vim feretur deorſum veloci-
us. ſi autē debilior ſit: ſupernatabit. De gra
ui igitur & leui & ijs quæ circa hæc acci-
dunt: determinatum ſit nobis hoc modo.

¶ Tralationis veteris de
cœlo Ariſtotelis/ ex
græco recogni-
tæ: quarti li-
bri finis.

v.i.

Tral. ve. ex græ. recog.

CAP. I.

¶ Tralatio vetus primi de generatione & corruptione Aristotelis ex græco recognita: ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.

DE generatione autē & corruptiōe/ natura generatorū & corruptorū: vniuersaliter de oīb9 & causas diuidendū & rationes eorum determinandū. amplius/ de alteratione et augmētatione: quid vtrūq; & vtrū existimandū sit eandē esse naturā generationis & alterationis: an semotā/ vt determinata sūt et noībus. ¶ Antiquorū igitur: hi quidē vocatā simplicem generationē esse inquiūt alterationē/ hi vero aliud generationē & alterationē. Quicūq; enī vnū aliqd dicunt esse omne/ & oīa ex vno generant: his quidē vtiq; necesse est generationē alterationē dicere/ & qđ pricipaliter fit alterari. ¶ Quicūq; autē plures materias vna ponūt/ vt Empedocles & Anaxagoras & Leucippus: his aliud. Sed tamen Anaxagoras: propriā vocē ignorauit. Dicit enim q; fieri et destrui: idē existit quod alterari. multa autē esse dicit elemēta: quēadmodū & alij. Empedocles enim: corporea quidē/ quatuor. oīa autē cū mouētibus: sex numero. Anaxagoras autē & Leucippus & Democritus: infinita. Hic enim homœomera elemēta ponit/ vt os/ carnē/ medullā & alia quorum vniuscuiusq; synonyma pars est. Democritus autē & Leucippus: ex corporibus idiuisibilibus/ alia cōponi inquiūt. hæc autē: infinita & multitudine & formis esse. illa autē ab illis differre/ his: ex quibus sūt/ et positione et ordine horū. Contrarie autē videtur dicere ij qui circa Anaxagorā: eis qui circa Empedoclem. Hi enim: inquiunt ignem & aquam & aerem & terrā

Vatablus

¶ De generatione & corruptione Aristotelis ad R. P. D. Guillermū Briconnetū Episcopū Meldensem liber prior: Francisco Vatablo interprete

DE ortu aūt ac iteritu eorū quæ natura gignūtur intereuntq;: vniuersim de ōnibus tū causas tū ratioes eorum distinguēdo/ dicamus oportet. præterea: quid accretio/ quidq; alteratio sit. & eandēne alterationis atq; generationis esse naturā existimare liceat: an diuersā/ peride vt ipsis quoq; nominibus discretæ sunt. ¶ Priscorum igitur: quidam generationē simplicem absolutamq; alterationē esse inquiūt. Quidam: a generatiōe alterationē aliud esse. Nam qui vniuersum ipsum aiunt vnū quippiā esse/ & omnia ex vno oriri censent: ij generationē alterationē esse/ & qđ proprie generatur id alterari dicāt est necesse. ¶ At q plures q̄ vnam esse materias astruunt/ vti Empedocles/ Anaxagoras & Leucippus: illas differre dicant oportet. q̄q Anaxagoras: suam profecto vocem ignorauit. quippe cū: oriri ac interire/ idem esse quod alterari dicat. at multa esse rerū elementa perinde atq; alij: asserit. Nā Empedocles corporea quidem elementa/ quatuor: omnia vero vna cum hisce quæ motu ciendi vim habent/ numero sex ait esse. Anaxagoras vero & Leucippus & Democritus: infinita. Etenim Anaxagoras: ea facit elemēta rerū quę similaria sunt. vt os/ carnē/ medullā/ cæteraq; quorū cuiusq; pars eandē cū toto sortita est appellationē. Democritus autē & Leucippus: ex idiuisibilibus corporibus quę & multitudine & formis infinita sunt/ cætera componi dicunt. atq; hæc inter se differre per illa: nimirum situ ac ordine eorū ex qbus cōstāt. Porro: Anaxagoras et Empedocles cōtrario dicere modo vidētur. Ille enim: terram/ aquā/ aerē/ & ignē/

Vatablus

elementa quatuor/ eaq; ſimplicia magis q̄ carnē/ os & id genus ſimilaria. Hic vero hæc quidē/ ſimplicia elemētaq;: illa vero/ terrā inquā/ aquā/ aerēq; & ignē/ cōpoſita. vtpote quibus gignēdis: illa p̄ſtēt ſemina. ¶ Igit̄/ qui ex vno omnia cōficiunt: generationē & corruptionē eſſe dicāt alterationē/ eſt neceſſe. nā ſubiectū ipſū: ſemp idē atq; vnū manere dicāt oportet. qđ autē tale eſt: id dicimus alterari. ¶ Qui vero plura genera ſtatuūt: a generatiōe alterationē differre cēſeāt neceſſū ē. cū. n. ea coeūt aut diſſoluūt: generatio corruptiove fit. Quocirca: & Empedocles ad hunc canit modū. Nullius eſt natura/ ſed ipſa. Miſtio/ miſtorūq; prius/ diuulſio ſolum. Patet igitur ſermonem eorum ſuppoſitioni eſſe accōmodatū/ cū hoc pacto dicūt: ac eos ad hūc dicere modū. At neceſſariū & illis quoq; eſt/ vt alterationē dicant a generatione quippiā eſſe diuerſū: fieri tamē haudquaq̄ poteſt/ iuxta ea quę ab eis dicuntur. Qz autē hoc recte dicamus: facile eſt perſpicere. nam quieſcēte ſubſtantia/ vt in ea mutationem in magnitudine quæ vocatur accretio & decretio: ita & alterationē fieri videmus. Verū enī fieri nequit: vt alteratio fiat per ea quę dicūt qui plura vno principia faciunt. Siquidē affect⁹ ipſi iuxta quos id accidere dicimus: differētiæ ſunt elemētorū. qđ genus ſūt: caliditas frigiditas/ albedo nigredo/ ariditas humiditas/ mollicies durities/ et cę teræ alię. vti & Empedocles ait:

Albētē penit⁹ ſolē/ calidūq; videri/
Aſt imbrem inter cuncta nigrū ſimul atq; rigentem.

ſimiliter: & de reliquis quoq; definit pronūciatq;. Quare ſi fieri nequeat vt ex igni oriatur aqua/ aut ex aqua terra: neq; profecto e albo quicq̄ nigrū fiet/ aut e molli durū. eadē: et de cæteris quoq; ratio eſt. hoc autē: eſt alteratio. Anne etiam pſpicuū eſt: oportere ſemper cōtrarijs ipſis vnā ſubijcere materiā/ ſiue loco/ ſiue accretione decretiōeve/ ſiue alteratiōe mutatio fiat? Prēterea ſimiliter & hoc alterationē eſſe eſt neceſſe. Eteni ſi alteratio ſit: & ſubiectū eſt elemētum vnū/ & omniū

Tral.ve.ex græ.recog.

elemēta quatuor/ et ſimplicia eſſe magis q̄ carnem & os & talia ſimilium partiū. Hi autem/ hæc quidē ſimplicia & elementa eſſe: terrā autē/ aquā & ignē & aerem cōpoſita. oīſeminariū enī: eſſe horū. ¶ Iis igitur qui ex vno oīa/ cōſtituūt: neceſſe eſt dicere generationē & corruptionē/ alterationem. ſemper enī ſubiectū: manere vnū & idē. tale autē: alterari dicimus. ¶ Iis autē qui genera multa faciūt: differre a generatione alterationē. cōueniētibus enī & diſſolutis: generatio cōtigit & corruptio. Ideo dicit Empedocles hoc modo: q̄ nullius natura eſt: ſed ſolū miſtio & ſegregatio miſtorū. Qz igitur proprius ſit ſermo eorū ſuppoſitioni ita loqui: manifeſtū eſt/ & q̄ dicunt hoc modo. Neceſſe autē eſt: & his dicere generationē eſſe aliq̄d p̄ter alterationē. impoſſibile tamē eſt: ſcđm ea q̄ ab eis dicūtur. Hoc autē/ q̄ dicimus recte: facile eſt videre. quēadmodū enī videmus quieſcēte ſubſtantia in ea trāſmutationē fieri ſecūdū magnitudinē/ quæ vocat̄ augmētatio & diminutio: ſic & alterationē. ſed tamē ex quibus dicūt/ plura p̄ncipia faciētes vno: impoſſibile eſt alterari. paſſiones enī ſecundū quas hoc dicimus cōtingere: differētiæ elemētorū ſunt. dico autē: vt calidū & frigidū/ album & nigrū/ ſiccū humidum/ molle durū/ & aliorū vnūquodq;. vt inquit Empedocles: ſolē albū videre & calidū/ imbrem autē in oībus nigrū et frigidū. Similiter autē determinat: & de reliquis. Quapropter ſi non ſit poſſibile ex igne fieri aquā/ neq; ex aqua terrā: neq; ex albo nigrum erit aliquid/ neq; ex molli durū. Eadē autem ratio: & de alijs. Hoc autē: erat alteratio. An & manifeſtū eſt q̄ ſemper vnā cōtrarijs ſupponēdū materiā: ſiue trāſmutetur ſcđm locū/ ſiue ſcđm augmentationē & diminutionem/ ſiue ſecūdū alterationē? Amplius autem/ ſimiliter eſt neceſſe eſſe hoc: etiā alterationē. ſi enī alteratio eſt: & ſubiectū vnū elemētū/ & vna omnium materia habentiū adinuicē trāſ-

Cap. 1 2

Tral. ve. ex græ. recog.

mutationē. et ſi ſubiectū vnū ē: alteratio ē. Empedocles igitur: ipſe videt cōtraria dicere & ad apparētia & ad ſeipſū. Simul enī nō dicit alterū ex altero fieri elemētorum vllū: ſed alia oīa ex his. ſimul autē in vnū cū iunxit naturā omnē/ præter litē: ex vno fieri rurſus vnūquodq;. Quapropter ex vno aliquo vt patet: differētijs quibuſdā diuerſorū & paſſionibus/ factū eſt hoc quidē aqua/ illud autem ignis. quēadmodū dicit ſolē albū & calidū: terrā autē graue & durū. Ablatis igitur his differentijs (ſunt enim dimobiles genitæq;) manifeſtum eſt q; neceſſe eſt fieri & terrā ex aqua/ & aquā ex terra. ſimiliter autē: & aliorū vnūqd q;. & nō tūc ſolū: ſed & nūc/ trāſmutata paſſionibus. Sūt enim ex quibus dicit Empedocles poſſibiles aduenire/ & ſeparari rurſus: p̄ſertim aduerſantibus adinuicē adhuc lite & amicitia. ideoq;: & tūc ex vno gñata ſūt. nō enī ignis et terra et aqua exiſtētia adhuc vnū: erat oē. Incertū autē: et vtrū prīcipiū ei ponendū vnū an multa. dico autē ignē & terrā & coordinata horū. ſcd̄m enī q; vt materia ſupponitur/ ex quo trāſmutata per motū fiūt ignis et terra et aqua: vnū/ eſt elemētū. ſcd̄m autē q; hoc quidē ex cōpoſitione fit cōuenientibus illis/ illa autē ex diſſolutione: magis elementa quatuor illa/ & priora natura.

CAP. II.

VNiuerſaliter itaq; de generatione & corruptione ſimplici dicendū eſt: vtrum eſt aut nō eſt/ & quomodo eſt/ & de alijs ſimplicibus motibus/ puta de augmentatione & alteratione. Plato igit̄ ſolū de generatione ſcrutatus eſt & corruptione: quomodo exiſtant in rebus/ & de generatione nō omni/ ſed de ea quæ eſt elemētorum. quomodo autē carnes fiāt/ aut oſſa/ aut aliorū quid taliū: nichil. Amplius: neq; de alteratione/ neq; de augmētatione quomodo exiſtāt in rebus. Vniuerſaliter autem præ-

Empedocles

Plato

Vatablus

quæ in ſe ſe viciſſim mutantur vna eſt materia. & ſi ſubiectū vnum ſit: alteratio eſſe ſolet. Empedocles igitur: & hiſce quæ apparēt/ & ipſe ſibi contraria dicere videtur. Nam & elementorum nullum ex alio fieri/ ſed ex eis cętera oīa/ et cum vniuerſam naturā in vnū coegit præter diſcordiā/ ex illo vno rurſ9 quodq; fieri: aſſerit. Quare ex vno quodā: vt patet/ eorū quæ differētijs q̄buſdā ac affectibus diſtincta ſeparataq; ſunt/ aliud aqua/ aliud ignis factū eſt. quēadmodū ſolē ait albū & calidū: terrā vero grauē atq; durā. Detractis igit̄ hiſce differētijs (detrahi enī poſſūt. nā genitę ſūt) tū ex aqua terrā/ tū ex terra aquā neceſſario fieri cōſtat. Eodē pacto: & cæterorū quodq;. nec tū ſolū: verū etiā nūc/ ſi modo mutētur iuxta affectus. Nā de numero eorū ſunt/ quę adeſſe et abeſſe rurſus poſſe dixit: præſertim adhuc inter ſeſe pugnātibus diſcordia & cōcordia. Quocirca: & tūc ex vno orta ſunt ac genita. nō enim vniuerſum ipſū: ignis/ aer/ aqua/ & terra cū adhuc vnū eſſent/ erat. Sed & id quoq; nequaq̄ liquet: vtrū ſcilicet ille ipſum vnum/ principiū ſtatuere debeat/ an ipſa multa/ ignem inquam & terram & quę cū hiſce eiuſdem ſunt ſortei. Nā quo ipſum vnum/ vt materia/ ſubijcitur/ ex quo mutatione quæ motionis opera fit/ terra & ignis fiūt: elementū eſt. At quo/ hoc quidē ex cōpoſitione fit/ coeuntibus inquam illis/ illa vero ex diſſolutione: hoc/ elemēti appellatione digniora ſunt naturaq; priora.

CAP. II.

OMnino itaq; de generatione et corruptione ſimplici abſolutaq; vtrum ſit necne/ & quo pacto ſit/ et de cæteris abſolutis motibus/ verbi cauſa de accretione & alteratione: dicendum eſt. Plato igitur de generatione ac corruptione quomodo rebus ipſis cōpetant/ cōſiderauit ſolum: nec id quidem de oī/ ſed elemētorū. quomodo vero carnes/ aut oſſa/ aut q̄ppiā aliud tale gignat̄: ne quaq̄. Inſup nec de alteratiōe nec de accretiōe: quonā pacto reb9 ipſis cōtingāt. Ad ſūmā: de nulla mutatiōe

1

2

4

Vatablus

nisi supficie tenus/quicq̃ vllus defi niuit: pręterq̃ Democritus cui om nia fuisse curæ videtur/sed in hoc nẽpe qua via ac ratione fiãt/ iã di screpat. Nam nec de accretione: quisq̃ quicq̃ definiuit/ sicuti diximus/quod non vel quiuis dicat. Dixerũt enim: res ipsas accessu rei similis augeri. id autem quonam pacto fiat: nihil præterea dixere. Nec de mistione: nec de aliorum prope dixerim vllo/ verbi causa de actione & passione/ quonam modo aliud agat/ aliud patiatur in actione naturali. Democritus autẽ & Leucippus: figuras concinnant ex quibus alterationem faciũt atq; generationem. cõgregatione quidem & segregatione/ generationẽ atq; corruptionem: ordine vero & positu/alterationem. Cæterũ quoniam quæ apparẽt/ea vera esse putabant/ cõtraria autem & infinita sunt quę apparent: infinitas fecere figuras/ita vt per cõpositi trãsmutationes idẽ cõtrariũ videatur alij atq; alij/ transmuteturq; inserta repusilla/& omnino permutato vno quopiã diuersum quid appareat. quandoquidẽ tragœdia & comœdia: eisdẽ fiũt literis. ¶ At cũ generatio & corruptio diuersũ quid esse oĩbus fere videãtur/& ea q̃ sũt congregatione atq; segregatione oriri ac occidere/ & demutatione affectuũ alterari; de his cõtẽplẽt q hoc istituti habent/ oportet. Hæc autẽ: & multas et quæ rationis fines nõ egrediuntur/dubitationes habent. Nam si generatio cõgregatio sit: multa ex eorũ numero q̃ fieri nequunt/euenire solẽt. Sũt aũt rursus aliæ ratiões quę vrgẽt quæq; haud facile solui possunt: ꝙ fieri nõ potest vt quicq̃ aliter sese habeat, si generatio cõgregatio nõ sit/aut ꝙ oĩno generatio nõ ẽ aut eadẽ alteratio est. Atq; id/ q̃q̃ difficile: enitẽdũ est soluere. Principiũ autẽ horũ oĩm est/ vtrũ ea quę sũt/generent hoc pacto/accrescãt/alterẽturq;/ & hisce cõtrarias subeãt mutationes/ magnitudinibus primis nullã diuisionẽ admittẽtib9: an nulla sit magnitudo idiuisibilis? hoc enĩ: iterest q̃plurimũ. Et rursũ/si magnitudies sint isectiles: vtrũ hæ corpora sint

Tral.ve.ex græ.recog.

ter ea quæ superficie tenus: de nullo aliquis instituit/præter Democritum. hic autem videtur quidem de omnibus curasse: iã vero in quomodo differt. De augmentatione enim nullus quidem determinauit (vt dicimus) quod non & quiuis dicat: ꝙ adueniente simili augmentantur. quomodo autem hoc: non vltra. Neq; de mistione: neq; de aliorum/ vt ita dicam/ vllo. vt de ipso agere aut ipso pati: quomodo hoc quidem agit/illud vero patitur secundum naturales operationes. Democritus autem & Leucippus faciẽtes figuras: alterationem & generationem ex his faciunt. segregatione quidem & congregatione/generationẽ & corruptionẽ: ordine autem & positione/ alterationem. Quoniam autem existimabant verum esse in apparendo/contraria autem & infinita sunt ea quæ apparẽt: figuras infinitas fecerũt/ ita vt mutationibus ipsius cõpositi idẽ cõtrariũ videatur alij & alij/& transmutetur paruo immisto/& vniuersaliter aliud appareat vno transmutato. ex eisdem enim: comœdia fit & tragœdia/literis. ¶ Quoniã autẽ videtur fere oĩbus esse aliud generatio & alteratio/et generari q̃dẽ & corrũpi quæ cõgregãtur & disgregãtur alterari autẽ mutatis passionibus: de his istituẽtes speculari oportet. Dubitationes autẽ habẽt hæc: & multas & rationabiles. Nã si generatio est congregatio: multa accidũt impossibilia. Sũt autẽ rursus rationes alię cogẽtes/nec faciles vt dissoluantur: ꝙ non cõtingit aliter se habere si generatio non sit cõgregatio/ aut oĩno nõ est generatio/ aut si est/alteratio est. an/etsi hoc dissoluere sit difficile: tentandũ? Principiũ autem horũ oĩm est/vtrũ sic & generẽtur & alterẽtur & augmẽtẽtur ea quæ sunt & his cõtraria patiant̃/primis magnitudinibus existẽtibus idiuisibilib9: an nulla sit magnitudo idiuisibilis? differt enĩ hoc: plurimũ. Et rurs9/si magnitudines sint ĩpartibiles: vtrũ

Democrit9

Democrit9

Leucippus

Cap. 3

Tral. ve. ex græ. recog.

(vt Democritus et Leucippus) corpora hę
8 sint/an (vt in Timæo) plana? ¶ Hoc igi-
tur ipsũ/vt et in alijs diximus/ irrationa-
bile est: vsq; ad plana dissoluere. Quapro
pter magis rationabile fuerit: corpora es-
se indiuisibilia. Sed et hæc: multã habent
irrationabilitatẽ. attamen et hos alterati-
onem et generationem cõtingit facere/ vt
dictum est: conuersione et contactu trãs-
mutantes idem / et figurarum differen-
tijs. quod quidẽ: facit Democritus. Qua-
propter: et colorem non dicit esse. conuer
sione enim: colorari. Eo autem qui in pla-
na diuidunt: non amplius. nichil enim fit/
præter solida: cõpositis. passionem enim
non possunt generare aliquam: ex ipsis.
Causa autem quare minus possint confes
sa videre: inexperientia est. Quapropter
quicunq; magis insudauerunt in natura-
libus: magis possunt supponere talia prin
cipia quibus multa possunt cõplicare. qui
autem ex multis sermonibus eorum qui
existunt indocti sunt: ad pauca respici-
entes facilius enunciant. Videbit autem
quis et ex his: quantũ differũt qui phy-
sice et qui logice considerant. De eo eni
quod est indiuisibiles esse magnitudines/
hi quidem inquiunt: q; autotrigonum
multæ erit. Democritus autem: videbitur
vtiq; proprijs ac physicis rationibus per-
suaderi. Manifestum autem erit quod
dicimus: procedentibus. ¶ Habet ete-
9 nim dubitationem: si quis ponat cor-
pus quoddam esse/ et magnitudinẽ om-
nino diuisibilem. et hoc possibile. Quid
enim erit: quod diuisionem effugiat?
Si enim omnino diuisibile est/ et hoc pos-
sibile sit: siue simul sit hoc omnino diui-
sum (etsi non simul diuidatur) siue hoc
fiat/ non erit vtiq; impossibile. Quapro-
pter et secundũ ipsum medium: simili-
ter. et omnino autem/ si omni ex parte
natura est diuisibile: quamuis sit diui-
sum / nullum erit impossibile factum.

Vatablus

vt Democrito placet atq; Leucip-
po/ an plana vt i Timęo scribitur?
¶ Hoc igitur ipsum/ fieri inquã dis
solutionẽ ad plana vsq;: cancellos
egreditur rationis. id qđ: alio quoq;
loco iã diximꝰ. Idcirco magis cõsẽ
taneũ rationi fuerit: corpora nõ pos
se diuidi. Verũ & hęc quoq;: perab-
surda sunt. sed tamen hisce altera-
tionẽ generationẽq; vti dictũ est/
facere/ cõuersione & attactu atq; fi
gurarũ varietate permutãdo idẽ:
contingit. quod sane: Democritus
facit. Quocirca: non esse colorem as
serit. nam res ipsas per cõuersio-
nẽ colore tingi: cẽset. At illis/ qui in
plana diuisionẽ faciũt: minime. Ni
hil enim: planis cõpositis/ præterq;
solida/ fit. quãdo: nulla ex eis qua-
litas affectusve gigni potest. Sed
cur parum valeãt quæ cõsentanea
sunt perspicere: causam habet ipsa
experientiæ vacuitas. Quam ob rẽ
quotquot diutius circa rerum na-
turalium speculationẽ versati sunt:
ij eiusmodi principia quæ inter se
cohæreant cõsentiantq; q̃plurimũ/
supponere magis possunt. At qui
e multis rationibus quænam veræ
sint haudquaq; expendere consue-
uerunt: paucis inspectis facile pro-
nunciant. Porro ex hisce perpen- 8
dere etiam quis potest: q̃ inter eos
intersit qui naturaliter quiq; via ra
tionali quampiam exercent con-
sideratione. Nam de eo quod est
magnitudines esse ĩdiuisibiles/ nõ-
nulli quidem inquiunt: q; ipse ide-
aliſq; triãgulus/ plures erit. At De-
mocritus: rationibus proprijs na-
turæq; accommodatis persuasus es
se profecto videbitur. Quod autem
dicimus: in progressu euadet aper-
tum. ¶ Nam res ipsa dubitationẽ
habet: si quis corpus aliquod ma-
gnitudinemq; omnino atq; omni
ex parte diuisibilẽ esse statuat/ atq;
fieri posse vt penitus diuidat. Quid
enim erit: qđ effugiat diuisionem?
Nã si oi ex parte atq; oino sit diuisi
bile/ et ita diuidi queat: siue simul e-
rit hoc oi ex parte diuisum (et si nõ
simul diuidatur) siue id fiat / nihil
accidet ipossibile. Igitur & scđm me
diũ: haud secus. Et in sũma: si oi ex
parte ac oino diuidi aptũ sit/ si diui
datur nullum emerget impossibile.

Vatablus

quãdo ne vllũ quidẽ oriat impossibile si ĩ decies millies dena millia diuisũ sit. q̃uis forte nemo vnq̃ diuidet. Itaq; cũ corpus ipsũ/ oĩno tale sit: diuidatur, quid ergo erit reliquũ? magnitudo? Id enĩ fieri nõ potest. esset enĩ q̃ppiã: haud diuisũ. at: erat oĩ ex parte oĩnoq; diuisibile. At vero si nec corp9 nec magnitudo relinquatur/ diuisio tamẽ sit: aut corpus ex pũctis cõstabit & ea ex quib9 cõponit magnitudine carebũt/ aut nihil oĩno erit. Quare/ siue factũ ex nihilo/ siue cõpositũ sit: profecto totũ ipsũ nihil p̃terq̃ apparẽs/ erit. Similiter si ex pũctis cõflari dicatur: q̃tũ nõ erit. Nã cũ vna in magnitudine sese tangũt ea magnitudo vna ꝑpetuaq; est/ atq; illa simul sunt: nihilo maius totũ ipsũ reddũt. quoniã si totũ in duo aut plura diuidatur: nihilo ipsũ minus q̃ prius euadit. Qua de re puncta etiã si pia coagmẽtata sint/ nullã efficiũt magnitudine. Verũ enĩ uero si quid tale iter diuidẽdũ corpus/ fiat quale est rameẽtũ illud qd excidit dũ quippiã serra secatur/ atq; hoc pacto corpus aliqd e magnitudine abscedat: idẽ sermo recidit/ quomodo inq̃ diuisibile illud sit. Q; si id qd abscedere solet corpus nõ sit corpus sed forma quædã affectus/ veseparabilis sitq; magnitudo ipsa/ pũcta vel tactus sic affecti: magnitudinẽ ex nõ magnitudinibus cõstare icõgruũ atq; abhorrẽs est. Adhæc pũcta ipsa siue a motu vacẽt siue eũdẽ subeãt: vbinã erũt? vnus enim semper duorũ quorundam tactus est: tanquã re quapiã alia præter tactũ punctumq; atq; diuisionẽ existente. Si quis ergo quoduis aut q̃tumlibet corpus/ esse omni ex parte atq; oĩno diuisibile ponat: hæc accidunt vniuersa. Præterea si lignũ aut quippiã aliud/ iam diuisum rursum cõponas: iterum æquabile pariter atq; vnũ euadit. Igitur ad hunc modũ res sese habet/ vt patet: etiam si illud quolibet in puncto incidas. Potentia ergo: omni ex parte ac oĩno diuiditur. Quid igitur: præter diuisionem erit? Nam si est affectio quædam: at quonam pacto dissoluitur in hæc fitq; ex his/

Tral.ve.ex græ.recog.

quoniam neq; si in decem millia/ decies millies diuisa fuerint: vllum est impossibile. Atqui forsitan: nullus vtiq; diuidet. Quoniam ergo omnino tale est corpus: diuidatur. quid igitur erit reliquum? magnitudo? Non enim: est possibile. nam erit quippiam: non diuisum. erat autem: omnino diuisibile. At vero/ si nullum erit corpus neq; magnitudo/ diuisio autem erit: aut ex punctis erit & sine magnitudine ea erunt ex quibus componitur/ aut nichil prorsus. Quare & si generabitur ex nichilo & si erit compositũ: & ipsum vtiq; vniuersum/ nichil/ sed apparens tantum. Similiter autem & si ex punctis: non erit quantum. quando enim tangebant se in vna magnitudine/ & vna erat magnitudo & simul erant: nichil faciebant maius ipsũ totum. diuiso enim in duo vel plura: neq; maius neq; minus est ipsum totum q̃ prius. Q uare si etiam omnes simul ponãtur: nullam facient magnitudinem. Sed & si quid/ veluti rasura/ diuiso corpore fiat/ & sic ex magnitudine corpus quoddam abscedat: idem sermo/ illud quomodo diuisibile? Si vero nõ sit corpus/ sed species aliqua separabilis/ aut passio qd recessit/ et est magnitudo ipsa/ puncti/ vel tactus hoc passi: inconueniens est ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Amplius autem: vbi erunt & immobiles aut moti puncti? tactus enim semper vnus: duorum quorundam/ tanquam existente aliquo præter tactum/ & diuisionem/ & punctum. Si itaq; quis ponat quoduis/ aut quantumuis corpus omnino diuisibile: hæc omnia accidunt. Amplius si posiq̃ ego diuisi lignum/ componam/ aut aliquid aliud: rursus æquale & vnum erit. Igitur sic se habet vt patet: etiam si incidero lignum secundum quodcunq; signũ. omnino igitur diuisum est: potẽtia. quid ergo erit: præter diuisionẽ? Si enĩ/ et est aliqua passio: at quomodo in hæc dissoluuntur aut generãtur ex his/

Cap. 2 3

Tral. ve. ex græ. recog.

aut quomodo separantur hæc? Quapropter si est impossibile ex tactibus aut punctis esse magnitudinem: necesse est corpora indiuisibilia esse atq; magnitudines. At vero & hæc ponentibus: non minus accidit impossibile. Consideratum autē est de his in alijs: sed hæc soluere tentandum est. Quapropter: rursus a principio dubitationem dicere oportet. Omne igitur corpus sensibile/ esse diuisibile secundum quod cunq; signum/ & indiuisibile: non est absurdum. hoc enim/ potentia: illud vero actu existit. Esse autem simul omnino diuisibile potentia: impossibile videbitur esse. Si enim est possibile & fiat: non tamen vt sit simul ambo actu indiuisibile et diuisum/ sed diuisum secūdū quoduis signum. Nichil igitur: erit reliquum. & in incorporeū/ corruptum erit ipsum corpus: & generabitur vtiq; rursus aut ex pūctis/ aut omnino ex nichilo. & hoc: quomodo erit possibile? At vero q̄ diuidatur in separabiles & semper in minores magnitudines/ & in semotas & separatas: manifestū est. Neq; itaq; secundum partem diuidenti erit infinita in minutas partes sectio: neq; simul possibile est esse diuisum secundum omne signum (nō enim possibile est) sed vsq; ad aliquid. Necesse est igitur isecabiles ineſſe magnitudines inuisibiles: et præsertī si erit generatio & corruptio/ hæc quidem segregatione/ illa vero cōgregatione. Sermo igitur qui cogere videtur esse magnitudines insecabiles: hic est. Qz autem latet paralogizans/ & qua latet: dicamus. Quoniā enī non est punctus pūcto contiguus: esse omnino indiuisibile/ est quidem vt ineſt magnitudinibus/ est autem vt nō. Videtur autē quando hoc ponitur: & vbiq; & omni in parte punctum esse. quare necesse esse: diuidi magnitudinem in puncta. vbique enim: esse punctus. quare: aut ex tactibus aut ex punctis esse. Hoc autem q̄ ineſt in omni parte/ est: quia vnus vbiq; est/

Vatablus

aut qualiter hæc separari queūt? Itaq; si fieri nequeat vt magnitudines ex punctis aut tactibus cōstēt: indiuisibilia sint corpora magnitudinesq; necesse est. At vero & ijs quoq; qui hæc astruūt: nō minus accidit ipossibile. de quibus q̄q̄ alias fuit a nobis cōsideratum: tamē ea ipsa soluere eniti oportet. Quam ob rem: iterum ab initio dicenda dubitatio est. Igitur ōne corpus sensibile/ quouis i pūcto esse diuisibile atq; indiuisibile: nihil est absurdū. potentia siquidem/ diuisibile existit: actu/ indiuisibile. At vt simul sit omni ex parte potentia diuisibile: fieri non posse videatur. Nam si fieri possit/ & fiat: haud quaq̄ ad hūc fiet modum vt simul ambo sit actu/ indiuisibile inquam atq; diuisum/ sed quolibet in pūcto diuisum. Nihil igitur: erit reliquum. atq; corpus ipsum: corruptione abibit in incorporeum. & rursū: aut ex punctis/ aut prorsus ex nihilo fiet. At id: qui fieri potest? At vero q̄ in separabiles & subinde minores atq; iter se distātes separataſq; magnitudines diuidatur corpus: certū est. Itaq; nec per partes diuidenti sectio quæ in mutula fit: infinita occurret. nec insuper continget vt omni in signo (nō enī est possibile) sed quadā tenus diuidatur. Indiuiduas igitur ineſse magnitudines quę oculi aciē fugiāt: necesse est. et p̄sertim: si generatio cōgregatione/ & corruptio segregatione fieri debeat. Quæ igitur ratio magnitudines esse indiuisibiles necessario colligere videbaī: hęc est. Sed q̄ clāculo peruersa ratiocinatione vtatur & quatenus lateat: exponamus oportet. Nam quia punctū puncto non hæret: magnitudines partim sūt/ et partim nō sunt omni ex parte diuisibiles. Sed cū hoc/ positū assertūq; est: punctum vbiuis ac omni in parte videtur esse. ita vt in pūcta diuidi magnitudinē sit necesse. quippe cū oī in parte pūctū sit. quo fit: vt ea vel tactibus vel pūctis constet. At oī in parte diuisibilis est: quia vbi vbi vnū est

Vatablus

& oia vt ſingulũ quodq;. Vno au tẽ plura nõ ſunt. nõ enĩ: ſũt de inceps. Quare: nõ oi in parte di uiſibilis eſt. Nã ſi per mediũ diui ſibilis ſit: & p pũctũ adhęrẽs erit diuiſibilis. At id: haud quaq; fit. ſiquidẽ: nec ſignum ſigno / nec punctũ puncto hæret. Hoc autẽ eſt: diuiſio & compoſitio. Quare tã congregatio q̃ ſegregatio eſt: ſed nõ ex inſectilibus & in inſectilia (complura enim inde emergunt abſurda) nec hoc pacto vt oi ex parte fiat diuiſio (id enĩ eueniret: ſi pũctũ pũcto hęreret) ſed ſegregatio ĩ parua & minora / & cõgregatio ex minoribus fit. At ſimplex perfectaq; gñatio / cõgregatione & ſegregatione definita non eſt: quemadmodũ nõnullis placet / qui & eã quæ in continuo fit mutationẽ / alterationem eſſe aſſerũt. Verum id ipſum eſt: in quo prorſus errãt. nõ enim generatio ſimplex atq; corruptio / congregatione ſegregationeve fit: ſed cũ ex hoc in hoc mutatio fit. Alij vero: omnẽ eiuſmodi mutationẽ / alterationẽ eſſe putant. At in hoc: diſcrimẽ ſubit. nã hęc ratione: illa materia / in ſubiecto exiſtit. Igitur cum in hiſce fuerit mutatio / generatio erit vel corruptio. / cũ in affectibus & ijs quæ per accidẽs alicui cõpetũt: alteratio. Sed quę cõgregãtur / egregatur: quæ vero ſegregãtur facile corruptiõi reddũtur obnoxia. Nã ſi aqua ĩ minores aquę particulas ſit diſcerpta: ĩ aerẽ ocyus mutari ſolet. ſi vero collecta ſit: ſegnius. quod in hiſce quę poſterius dicẽtur: aperti9 fiet. Nũc vero ſit hactenus definitũ: fieri nõ poſſe vt generatio ſit eiuſmodi cõgregatio qualem nonnulli eſſe aſſerũt.

CAP. III.

11 HIs autẽ determinatis ptractatiſq; primo contẽplari oportet vtrũ ſimpliciter quippiã / an proprie nihil generetur corrũpatur ve / ſemper autẽ ex quodam quiddam fiat. vt ex ægro ſanum / et ex ſano ægrum: aut puſillum e magno / & magnum

Tral. ve. ex græ. recog.

et omnes vt vnuſquiſq; plures autẽ vno nõ ſunt. conſequenter enim: non ſunt. Quare: non omni in parte. ſi enim ſecundum mediũ eſt diuiſibilis: & ſecundum contiguum punctum erit diuiſibilis. Hoc autem non. non enim eſt contiguum ſignum ſigno: aut punctum puncto. Hoc autem: eſt diuiſio / aut compoſitio. Quare eſt & congregatio & ſegregatio: ſed neq; in impartibilia & ex impartibilibus (multa enim ſunt impoſſibilia) neq; ita / vt omni in parte diuiſio fiat (ſi enim eſſet contiguus punctus puncto: hoc vtiq; eſſet) ſed in parua & minora eſt ſegregatio / & congregatio ex minoribus. Sed nõ ſimplex & pfecta generatio / cõgregatione & ſegregatione determinata eſt: vt quidam inquiunt. eã vero quę in continuo eſt / mutationẽ: alterationẽ. Sed hoc: eſt / in quo errãt ſcdm oia. eſt enĩ generatio ſimplex & corruptio non congregatione et ſegregatione: ſed cũ mutatur ex hoc ĩ hoc. Alij autem putant alterationem eſſe: omnem talem mutationem. Hoc autẽ differt. nam in ſubiecto / hoc quidem eſt ſecundũ rationem: illud autem ſecũdum materiam. Quando igitur in his fuerit mutatio: generatio erit aut corruptio. quando autem in paſſionibus / & ſecundum accidẽs: alteratio. Quæ autẽ ſegregantur & cõgregãtur: leuiter et difficulter corruptibilia ſũt. Si enĩ in minores aquas / aqua diuiſa ſit: citius aer generatur. ſi autem cõgregata ſit: tardius. magis autẽ erit manifeſtũ: in ſequentibus. Nũc autẽ tãtũ determinatũ ſit: q; ĩpoſſibile eſt generationem eſſe congregationem / qualem quidam inquiunt.

CAP. III.

DEterminatis autem his primo ſpeculari oportet / vtrũ generetur quippiam ſimpliciter & corrũpatur: an proprie quidem nichil / ſemper autem ex aliquo / & quid. Dico autẽ vt ex laborãte / ſanũ: & laborãs / ex ſano. aut paruũ / ex magno: & magnũ /

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

ex paruo.& omnia alia:hoc modo.Si enī simpliciter erit generatio: simpliciter vtiq; fiet ex non ente. Quare verum erit dicere: q̄ ineſt quibuſdam ipſum non ens. quædam enim generatio/ ex non ente aliquo: vt ex non albo/aut ex non bono. Simplex autem:ex ſimpliciter non ente.ipſum autē ſimpliciter:aut primum ſignificat/ſecundū vnumquodq; prædicamētorū ipſius entis/ aut vniuerſale & omnia compræhendens. Si igitur primum: ſubſtantiæ erit generatio ex non ſubſtantia. cui enim non ineſt ſubſtātia:manifeſtum eſt q̄ neq; aliorum vllum prædicamentorum. vt neq; quale/ neq; quantū/ neq; ipſum vbi. ſeparabiles enim eſſent paſſiones: a ſubſtantijs. ſi autem:non ens omnino negatio erit vniuerſaliter omniū.quare:ex nichilo neceſſe eſt id generari quod generatur. De his igitur in alijs dubitatū eſt atq; determinatū ſermonibus āplius:breuiter autē & nunc dicendum eſt/q̄ aliquo quidē modo ex nō ente ſimpliciter generatur/modo autem alio ex ente ſemper. ipſum enim potentia ens/ actu autem non ens:neceſſe eſt præexiſtere/dictum vtroq; modo. Quod autē et his determinatis/mirabilē habet dubitationē/rurſus repetēdū:quomodo eſt ſimplex generatio/ ſiue ex potentia ente/ ſiue etiā quomodo aliter. Dubitabit enī aliq̄s/ an ſit ſubſtātiæ generatio et huius:ſed nō qualis/ aut quanti/ aut ipſius vbi. Eodem autē modo:et de corruptione. ſi enī quid generatur:manifeſtum eſt q̄ erit potentia ſubſtantia aliqua/actu autem non/ex qua generatio erit/et in quā neceſſe eſt id trāſmutari quod corrūpitur. Vtrū igitur ierit quid huic aliorū actu? dico autem vt nunquid erit quantum/ aut quale/ aut vbi id quod potentia ſolum / eſt hoc et ens/ ſimpliciter autem non hoc neq; ens? ſi enim nichil / ſed omnia potentia: et ſeparabile accidet id eſſe quod ſic eſt non ens/ et inſuper (quod maxime timentes erant: qui

e puſillo.& reliqua oīa:ad hūc modū. Nāſi generatio ſimpliciter ſit: quippiā profecto e nō ente ſimpliciter abſoluteq; fiet. Quare verum erit dicere: quibuſdā nō ens cōpetere. quippe cum: generatio quædā e quodā nō ente/ ceu e nō albo vel non bono fiat. At ſimplex generatio: e nō ente ſimpliciter/ fit. Porro ſimpliciter abſoluteq; non ens: aut id quod ex omnibus entis prædicamentis primū eſt/ aut quod eſt vniuerſale & cuncta ambit cōtinetq;/ſignificat. Igit ſi primū: e nō ſubſtātia/ erit ſubſtantiæ generatio. At cui ſubſtantia non cōpetit: nec ei cæterorū prædicamētorū vllū/ veluti qualitatē/q̄titatē/aut vbi/cōpetere poſſe palā eſt. nā alioqui: affectus ipſi a ſubſtantia ſeparari poſſet. Q̄ ſi ita res habeat: oīno ipſū non ens vniuerſaliter oīm erit abnegatio. Quare id quod generatur: ex nihilo gignat erit neceſſe. Sed de hiſce in alijs libris latius addubitatū ſimul atq; definitū fuit: verum cōpēdioſe in præſentia quoq; dicamus oportet/ e nō ente ſimpliciter aliquo modo fieri generationē/ & alio/ ex ente ſemper. nāq; ens potētia/ ſed actu non ens: preexiſtat eſt neceſſe. qđ ſane: vt patet/ vtroq; dicit modo. Determinatis autem hiſce: id rursum exacte diſquiramus oportet quod mirā habet ambiguitatem: quonam inq̄ pacto generatio ſimplex ſit/ ſiue ex ente potentia/ ſiue etiā alio quouis modo fiat. Dubitauerit nāq; quiſpiā: vtrū ſubſtātię ac rei huiuſce/ ſed nō qualitatis/ q̄titatis/aut vbi/generatio fit. eodē modo & de corruptione. Nā ſi qđ oriatur: quandā potētia/ non actu ſubſtātiā eſſe/ dilucidū eſt ex qua fiat generatio/ & in quā id mutari neceſſe ſit qđ corruptionē ſubit. Vtrū igitur ex ceteris quæ actu ſūt: quippiā huic cōpetet? vtrū inq̄ id qđ potētia dūtaxat hoc aliqđ atq; ens eſt/ ſimpliciter aūt neq; hoc aliqđ neq; ens: q̄titas erit/aut qualitas/aut vbi? nā ſi actu nihil ſit/ ſed oia potētia: eueniet & id qđ ita ē nō ens/eſſe ſeparabile/& inſup (id qđ ſemper maxime ſūt veriti: qui

Vatablus

primi in Philoſophia verſati ſunt) nihilo præexiſtente quippiam gigni. Qz ſi verum non ſit/hoc quidem ſubſtantiam & hoc aliquid eſſe/ſed e cæteris prædicamentis aliquid: continget (vt iam diximus) affectus ipſos a ſubſtãtijs poſſe ſeparari. ¶De hiſce igitur quoad fieri poteſt:& quęnã ſit cauſa cur generatio tã q̃ ſimpliciter q̃ quę ſcđm partẽ fit ſemp ſit/diſſerẽdũ eſt. Sed cum vna quidẽ cauſa ſit vnde motus eſſe principium dicimus/altera vero ipſa materies: de tali cauſa dicamus oportet. Nam de illa quidem prius eſt dictũ/ cũm de motu agerẽmus: eſſe inquã aliud quod omni tempore perdurat immobile/ & aliud quod ī mõtu ſemper eſt. Sed de principio illo quod mutationi non eſt obnoxium: primæ Philoſophiæ eſt determinare ac pertractare. At de eo qđ cætera iccirco mouet quia continue moueatur: quidnam eorum quæ ſingularia vocantur eiuſmodi cauſa ſit/poſterius erit aſſignandum. Nũc autem eam quæ velut in materiæ ſpecie ſita eſt cauſam/ per quam generatio & corruptio nunquam natura deficiũt: dicamus oportet. Nam ſimul forſitã & hoc emerget/ & id quo de nuper dubitauimus: quonam inquam pacto de generatione & corruptione ſimplici dicere cõueniat. Inuehit autem & id quoq; magnũ abunde dubium: quænam cauſa ſit vt generatio generationi ſemper cohæreat & alteram altera ſubinde ſequatur/ſi quidem quod corruptionem ſubit ad id proficiſcitur quod nequaq̃ in ratione rerum exiſtit. qđ autẽ in ratione rerũ minime exiſtit: nihil eſt. Nam qđ haud eſt: neq; ſubſtantia eſt/ neq; qualitas/ neq; q̃titas/neq; vbi. Igitur ſi ſemp quippiã eorũ quæ ſũt in ratione rerũ abeat: cur nõ dudũ vniuerſũ ipſum cõſumptũ fuit atq; inane euaſit/ cũ id ex quo fit genitorũ qđq; finitũ ſit? nõ enim propterea q̃ id ex quo quid fit infinitum ſit: non deficit: id enim: eſſe nequit. nihil enim actu infinitum eſt: ſed potentia tãtum/nempe diuiſione ipſa. Quare hãc ſolã cauſam eſſe oportebat cur nunq̃ deficiat: quia ſemper quippiã

Tral.vè.ex græ.recog.

primi philoſophati ſunt) ex nullo generari præexiſtente. Si autem hoc quidem eſſe hoc aliquid aut ſubſtantiam/ non exiſtit/ ſed aliorum quippiam prædicamentorum: erunt quemadmodum diximus/ ſeparabiles paſſiones a ſubſtantijs. ¶Et de his igitur quantum fieri poteſt/ tractandũ eſt:& quæ cauſa ſit vt generatio ſemper ſit/ & quæ ſimpliciter & quæ ſecundum partem. Cum autem ſit cauſa/ vna quidem vnde principium motus eſſe dicimus/vna autem materia: talẽ cauſam dicere oportet. de illa enim dictum eſt prius in de motu ſermonibus: q̃ eſt hoc quidem immobile per omne tempus/illud vero quod mouetur ſemper. horum autem/de immobili quidem principio diſtinguere: prioris eſt Philoſophiæ. De eo autem quod propterea q̃ cõtinue mouetur alia mouet: poſterius aſſignandum eſt/quid talis eorum quæ ſingularia dicuntur/cauſa eſt. Nunc autem eam quę vt in materiæ ſpecie ponitur cauſam/dicamus: ob quã ſemper generatio & corruptio nõ deficiũt ſcđm naturã. ſimul enim forſitan hoc fiet manifeſtũ/ & de eo qđ nunc dubitatum eſt: quonam pacto oportet dicere de ſimplici generatione & corruptione. Habet autẽ dubitationem ſufficientem/& quæ cauſa ſit vt connectatur generatio: ſi quod corrumpitur ad nõ ens abit/non ens autẽ nichil eſt. neq; enī quippiam eſt aut quale aut quantum aut vbi: ipſum non ens. Si igitur ſemper aliquid eorum quæ ſunt abit: cur non conſumptum eſt iamdudum/ & inane ipſum vniuerſum/ſi quidem finitum eſt id ex quo fit eorum quæ generantur vnũquodq; ? non enim propterea q̃ infinitum id ſit ex quo generatur: non deficit. Hoc enī: eſt impoſſibile. actu enī nullum eſt infinitum: potentia autẽ/in diuiſionem. Quare oportebat hãc eſſe ſolã cauſam/non deficiendi: quoniam generatur

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

quiddam ſemper minus.nūc autē:hoc nō videmus. Quocirca propterea ꝙ huius corruptio alterius eſt generatio/& huius generatio alterius eſt corruptio: inquietā neceſſe eſt trāſmutationē eſſe. De eo igit̄ qđ eſt generationē et corruptionē ſimiliter ſemper eſſe circa vnūqđq; entiū: hanc exiſtimādum eſt ſufficientē omnibus cau ſam. ¶Propter quid autem hæc quidem ſimpliciter dicuntur generari & corrumpi/illa autem non ſimpliciter: rurſus tractandum/ſi idem eſt generatio quidem huius/corruptio autē huius:& corruptio quidem huius/generatio autē huius. quęrit enim:aliquam rationem. Dicimus enī ꝙ corrumpitur nunc ſimpliciter/& nō ſolum hoc.& hęc quidem/eſt generatio ſimpliciter:hæc autem corruptio.hoc autem: generatur quidem aliquid/non autē ſimpliciter generatur.dicimus enim diſcētē: fieri quidem ſcientem/fieri autem ſimpliciter/ non. Quemadmodum igitur determinauimus ſæpe/dicentes ꝙ hoc quidem ſignificat hoc aliquid/hoc autem nō: propter hoc cōtingit quod quæritur. Differt autem:in quod trāſmutetur id quod trāſmutatur.puta forte quæ in ignem eſt via/ generatio ſimplex/ corruptio autē alicuius eſt/ puta terræ. terræ autem generatio:aliqua generatio/generatio autem nō ſimpliciter/ corruptio autem ſimpliciter/ puta ignis.ſicut Parmenides dicit:duo/ipſum ens & nō ens inquiēs ignē & terrā. Hęc autē/aut alia talia ſupponere: nichil differt.modū enī quærimus: ſed nō ſubiectū. In nō ens igitur ſimpliciter/eſt corruptio ſimplex:in ſimpliciter autē ens/generatio ſimplex. Quibus igitur determinata ſūt/ſiue igni & terra/ ſiue alijs quibuſdā: horū erit hoc quidē ens/hoc autē nō ens. Vno igit̄ modo differt in hoc:ſimpliciter generari & corrūpi/a nō ſimpliciter. Alio autē modo/materia: qualiſcūq; q̄dā vtiq; ſit. Cuius enī magis differētię hoc aliquid

fiat minus. nunc autem: hoc fieri minime cernimus. Ergo propterea ꝙ interitus huius/ alterius eſt ortus/& contra ortus huius/ alterius interitus:neceſſario accidit vt mutatio irrequieta ſit & ſubſiſtere nequeat. Cur igitur generatio & corruptio ſimiliter/ſemp ſit circa vnumqđq; eorū quæ ſunt: hāc apud oēs cauſā ſatis eſſe putandū eſt. ¶Sed quā ob rē alia ſimpliciter/alia non ſimpliciter oriri ac interire dicantur/rurſum conſideremus oportet: ſi quidē idem eſt generatio huius & illius corruptio/ atq; huius corruptio & illius generatio. Id enim: quandam poſtulat rationem. Dicimus enim:quippiam ſimpliciter nūc & nō ſolū hoccē/corrūpi. atq; hęc gñatio/generatio ſimpliciter:et hæc corruptio/corruptio ſimpliciter eſt. Fit autem & hoccē quidem aliquid: non autem ſimpliciter. etenim eū qui diſcit: ſcientem fieri dicimus/non autem ſimpliciter fieri. Quia igitur quædā (id qđ definiēdo ſæpe diximus) hoc aliquid ſignificāt/quædam non:hac ſane de cauſa quod in quæſtione verſatur euenit. Refert enim haud parū: in quod mutetur id quod mutationē ſubit. verbi cauſa/quæ ad ignē fit tranſitio:ea forſitan generatio ſimplex eſt/& alicuius ceu terræ corruptio. At terræ generatio/ generatio quædam eſt: cæterū generatio ſimpliciter non eſt/ſed corruptio ſimpliciter/puta ignis. ſicuti Parmenides aſſerit: qui duo/ens inquam & non ens/ignē & terrā eſſe dicit. Vectū hęc/an alia eiuſmodi ſupponātur:intereſt nihil. quandoquidem: modum quærimus/nō ſubiectum. Quæ igitur ad non ens ſimpliciter fit migratio:corruptio ſimplex eſt. Quæ vero ad ens ſimpliciter: ſimplex generatio. Quibus igitur illæ/ ſiue igni & terræ/ ſiue quibuſdam alijs definitæ ſunt: horum profecto alterum ens/ alterum non ens erit. Vno igitur modo ſimpliciter quippiam generari ac corrumpi/et nō ſimpliciter: hoc iter ſe differūt. Altero: materiæ qualitate cōditioneve. Cuius enim differentiæ potius hoc aliquid ſignificant: ea magis ſubſtātia eſt. Contra/ cuius diſ-

Vatablus

ferentiæ priuationē magis ſignificant: ea magis non ens eſt. Vt calor/ p̄dicamētū qddā et ſpecies eſt: frigiditas/priuatio, his autē differē tijs: ignis & terra differunt. At pleriſq; videtur: illa potius ſenſibili et iſēſibili differre. Nā cū ad ſenſibilē materiā mutatio fit: tū gigni quippiam aiunt. cū ad eā quę ſub ſenſum non cadit: corrūpi. Quādoquidē: ens & nō ens ſentiēdo & nō ſentiendo definiunt. quemadmodum quod ſcibile eſt/ ens eſſe aſſerunt: quod ſciri non ſolet/non ens. quippe cum ſenſus ipſe: ſciētię vim obtineat. Igitur hi vt res ipſas viuere quia ſentiāt aut ſentire poſſint: ita eaſdē eſſe quia ſub ſenſum cadant arbitrātur/ veritatē modo quodam ſectātes/ ſed hoc falſi dicētes. Itaq; generari quippiā ſimpliciter atq; corrumpi/iuxta opinionē alio atq; veritatē accidit modo. Nā ſpiritus & aer: ſenſu quidē/ minus ſunt. & proinde illi: quæ ſimpliciter corrūpuntur/ mutatione ad illa tendente corrumpi dicunt. atq; generari: cum in rem tangibilē/terrāq; mutantur. Reuera vero: hoc aliquid et ſpecies magis ſūt q̄ ipſa terra. Cur igit̄ ſit aut non ſit ſimplex generatio quę eadē alicuius corruptio eſt/ & corruptio ſimplex quæ itidē generatio alicuius eſt: cauſam diximus. Nā id: ob materiæ diſcrimen euenit. nempe/aut q̄ ea ſubſtantia ſit vel non ſit: aut q̄ hæc magis/illa minus. & non/ quia materia ex qua mutatio venit & ad quā profi ciſcitur: alia magis/alia minus ſenſu percipi queat. Dicuntur autem quædā ſimpliciter/quædā ſolū aliquid fieri: nō ob mutuam generationem/ſed iuxta eū quem nuper diximus modū. Nam hoc tantum nuper definitum determinatumq; fuit: curnam cum omnis generatio ſit alterius corruptio/ & omnis corruptio cuiuſpiam alius generatio/ tam oriri q̄ interire non ſimiliter tribuamus hiſce quæ in ſeſe viciſſim mutari ſolēt. At quod poſtremo loco fuit dictū/ hoc idem minime in quæſtionem reuocat: ſed quam ob rem quod diſcit/nō ſimpliciter fieri ſed fieri ſciens/quod vero naſcitur fieri dicatur. Hæc autem: prædi

Tral.ve.ex græ.recog.

ſignificāt: magis ſubſtātia eſt. cuius autē priuationem: non ens. puta: calidum prędicamentū aliquod & ſpecies/ frigiditas autem priuatio. differūt autem ignis & terra: his differētijs. Videtur autem multis: magis ſenſato & non ſenſato differre. quando enī in ſenſatā tranſmutatur materiā: generari inquiūt. quādo autē in nō manifeſtā: corrūpi. Ens enī et nō ens: in ſentire et non ſentire determinant. quēad modū ſcibile quidē ens: ignotū autem nō ens. ſenſus enī: ſciētiæ habet virtutē. Quēadmodū igit̄ illi i ſētire vel poſſe/ viuere: ſic et eſſe exiſtimāt ita et res/ modo quodā proſequētes veritatē/id autē dicētes nō verū. Cōtingit itaq;: ſecundum opinionem & ſecundum veritatem aliter & generari ſimpliciter & corrumpi. ſpiritus enim & aer: ſecūdū ſenſum quidē/ minus ſunt. ideo & quæ corrūpuntur ſimpliciter: in hæc trāſmutatione corrūpi dicūtur. generari autē: quādo in tāgibile & in terram trāſmutātur. ſecundū veritatē autē: magis hoc aliquid & ſpecies hęc ſunt/q̄ terra. Eſſe igit̄ ſimplicē generationē corruptionē exiſtentē alicuius/corruptionē autē ſimplicē generationē exiſtētē alicuius: dicta eſt cauſa. propter enī materiā differre: aut eo q̄ ſubſtātia eſt aut nō/ aut q̄ hæc magis hæc vero nō. an q̄ hæc quidē magis ſenſata eſt materia ex qūa & in quā/ hęc vero minus eſt? Dicunt autē hęc quidē ſimpliciter generari/ hęc autē aliquid ſolum: nō ex adinuicē generatione/ſed ſcd̄m quē diximus nūc modū. nūc enī tantū determinatū eſt: quare omni generatione exiſtēte corruptione alterius/ & oī corruptione exiſtēte alicuius alterius generatione non ſimiliter attribuimus generari & corrūpi ijs quæ adinuicē trāſmutant. qđ autē poſt dicitur/nō quærit hoc: ſed quare diſcens quidem/ non dicitur ſimpliciter generari/ ſed generari ſciens/ planta autem generari. Hæc autem: determina-

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

ta sunt prædicamentis. hæc enim: hoc ali quid significāt/hæc autem quale/ hæc autem quantū. Quæcunq; igitur non substā tiā significāt: non dicūtur simpliciter generari/sed secundū quid fieri. Sed tamē simpliciter fieri in omnibus generatio quidē/ secundū ea quæ in alio ordine: dicitur. puta in substātia quidē si ignis: sed nō/ si terra. in qualitate autē: si sciens/ sed nō si nesciens. De eo igitur quod est hæc simpliciter generari/ hæc autē secundū quid/ & vniuersaliter in substātijs ipsis: dictum est. ¶ et q; vt generatio continue sit/ causa vt materia/ subiectū est: quoniā transmutatur in contraria. & est alterius generatio semper in substātijs/ alterius corruptio: & alterius corruptio/ alterius generatio. ¶ At vero neq; quærere oportet: quare generatur aliquid semper corruptis alijs. Quēadmodū eni & corrūpi hoc simpliciter iquiūt quādo ad insensibile venit & nō ens: similiter & generari ex nō ente inquiūt quādo ex īsensibili. Siue igitur existēte aliquo subiecto/ siue nō: generatur ex nō ente. quare similiter: & gnatur ex nō ente & corrūpit i nō ens. Merito igit: nō deficit. generatio enī entis: est corruptio nō entis. corruptio autē entis: generatio nō entis. ¶ Sed hoc nō ens simpliciter: quæret aliquis vtrū alterū cōtrariorū est. puta terra & graue nō ens/ ignis autem & leue ens: an nō/ sed est & terra ens/ nō ens autē materia terræ & ignis similiter? ¶ Et an alia vtriusq; materia/ an nō vtiq; fierēt ex se iuicē/ neq; ex cōtrarijs (his enī existūt cōtraria: igni/ terre/ aquę & aeri) an est q.dē aliquo modo eadē et aliquo modo alia? q.d enī quādoq; existēs subijcit: id idē est/ esse autē nō idē. De his igitur: in tātū dictū sit. Cap. IIII.

camētis distincta sunt. Nā alia substātiā/ alia qualitatem/ alia quātitatem: significant. Quęcunq; igitur substantiam non significant: ea nō simpliciter sed quippiam fieri dicūtur. Verum eniuero: in omnibus generatio simpliciter iuxta ea quæ in altera sunt serie dicitur. vt in substantia: si ignis fiat/ sed non si terra. & in qualitate: si scium/ sed non si inscium. Qz igitur quædam simpliciter oriantur/ quædam non/ etiam omnino in ipsis substantijs: dictum est. & q; vt generatio continue sit/ causa vt materia id quod subijcitur/ est: quia in contraria mutatiuū est. atq; in substātijs semper vnius generatio/ alterius est corruptio: & vnius corruptio/ generatio alterius. ¶ At vero nec dubitasse cō 21
uenit: quam ob causam corruptis quibusdam semper generatio fiat. Nam vt corrumpi simpliciter quippiam dicunt/ cum illud ad insensibile & id quod haud est/ proficiscitur: sic & ortum subire ex eo quod haud est/ cū ex īsēsibili fit. Siue igit subiecto quopiā existente/ siue nō: ex eo fit quod haud est. Quare: simili modo & ex eo quod haud est generatur/ & in id quod haud est corrumpitur. Merito igitur: generatio non deficit. quippe cum generatio: corruptio sit eius quod haud est. atq; corruptio: generatio eius qđ haud est. ¶ Sed quæret 22
aliquis: vtrum hoc ipsū quod simpliciter non est/ e contrarijs sit alterum. verbi causa vtrum non ens sit terra et id quod graue est/ ens vero ignis & qđ leue est: an non/ sed ens terra/ non ens vero terrę materies atq; ignis similiter? ¶ Et vtrū materies vtriusque diuersa sit: an nec ex sese mutuo fieret/ nec ex cōtrarijs? nam hisce/ igni inquā/ terræ/ aquæ & aeri: contraria insunt. An: parti est eadē/ partim diuersa? qđ enim aliquādo cū sit subijci solet/ est idē: at ratio/ nō itē eadē est. Sed de hisce: hactenus. CAP. IIII.

DE gnatione autem & alteratione/ quid differunt: dicamus. dicimus enim: has esse alteras transmutationes abinuicem. Quoniam

DE generatione autem 23
atq; alteratione/ quo iter se discrepēt: agendū. Nam hasce mutationes iter sese diuersas esse: dicimus. Cum

Vatablus

igitur ſubiectū quippiam ſit/& affectio atq; qualitas quæ de ſubiecto nata eſt dici ab eodem diuerſa ſit/ſitq; vtriuſq; horū mutatio: alteratio ſane eſt quando ſenſibile ſubiectum permanens/in ſuis mutatur affectibus/qui aut contrarij/ aut inter contrarios medij ſunt. ſi cuti corpus idē pmanens: viciſſim modo ſanū/modo ægrum eſt. atq; æs/q̄q̄ idem: alias teres atq; rotundum eſt/alias anguli ſpeciē prę ſe fert. At cū totū mutatur/nec ſēſibile quicq̄ vt ſubiectū/idē permanet/ ſed perīde euenit vt cū ex toto ſemine ſāguis/aut ex tota aqua aer/ aut ex aere toto aqua fit: iā qđ eſt tale/ generatio huius eſt & illi⁹ corruptio. Et maxime: ſi ex inſenſibili ad id quod aut tactu aut ſenſibus vniuerſis ſenſibile eſt/mutatio fiat/aut cōtra. vt cū ex aere gignitur aqua: aut eadem in aerē corrūpitur. etenim aer: propemodū inſenſibilis eſt. Cæterū in hiſce ſi qua e contrarietate affectio eadem remaneat in eo qđ ortū eſt quæ prius in eo quod interijt erat/ ceu ſi/ cū ex aere fit aqua aeris perſpicuitas aut frigus/in aqua remaneat: affectionum alterutram/eius eſſe in quod mutatio fiat minime oportet. Sin minus: erit alteratio. Verbi cauſa muſicus homo corrumpitur: & homo non muſicus gignitur. homo vero/ idem perſeuerat. Si ergo muſica/atq; muſicæ vacuitas non eſſet affectio per ſe hominis: generatio profecto foret alterius/& alterius corruptio. Quapropter hæc hominis quidē affectiones ſunt: hominis vero muſici hominiſq; non muſici/ generatio atq; corruptio. Nūc autē id: eius qđ pmanet/ affectus eſt. Proinde circa ea q̄ eiuſmodi ſunt: alteratio exiſtit. Cū igitur cōtrarietatis mutatio in q̄litate eſt: accretio eſt atq; decretio. cū in loco: latio. cum in affectu atq; qualitate: alteratio. At cum id non remanet in quo affectuū alter aut oīno accidēs exiſtit: tū gñatio vnius eſt & alius corruptio. Porro ſubiectū ortus et iterit⁹ ſuſceptiuū: maxime quidē ac ꝓprie materies eſt. quodā aūt modo: & id quoq; qđ cæteris alijs mutationibus ſubijci

Tral.ve.ex græ. recog.

igitur eſt aliqd ſubiectū/ & aliud paſſio/ quæ de ſubiecto nata eſt dici/& eſt tranſmutatio vtriuſq; horum: alteratio quidē eſt/quādo manente ſubiecto ſenſibili exiſtente tranſmutatur in eius paſſionibus aut contrarijs aut medijs. vt corpus ſanū eſt:& rurſus laborat manens idem. & ęs: quandoq; rotundum/quandoq; autē angulare/idem exiſtens. Quando autem totū trāſmutatur nō manēte aliquo ſenſibili/ vt ſubiecto eodē/ſed quaſi ex ſemine totum ſāguis/aut ex aqua aer/aut ex aere omni aqua: generatio iam hoc tale/huius autē corruptio. maxime autē: ſi trāſmutatio fiat ex iſenſibili in ſenſibile aut tactu aut omnibus ſenſibus. puta: quando aqua generatur/ aut corrumpitur in aerem. aer enī: valde inſenſibilis eſt. In his autē ſi aliqua manet paſſio eadē cōtrarietatis in generato & corrupto/ puta quando ex aere aqua/ ſi ambo tranſparentia aut frigida: non oportet huius alteram paſſionem eſſe in quod tranſmutatur. Si autem non: erit alteratio. verbi gratia: muſicus homo corruptus eſt: homo autem non muſicus generatus eſt. homo autem: manet idem. Si igitur huius paſſio non eſſet ſecūdum ſe muſica & immuſica: huius quidē eſſet generatio/ huius autē corruptio. Ideo hominis quidē hæc eſt paſſio: hominis autē muſici & hominis immuſici generatio & corruptio. nūc autē paſſio hęc: manentis. ideo: eſt alteratio ſecundum talia. Quādo igitur ſecūdū quantū eſt trāſmutatio cōtrarietatis: augmentatio eſt & diminutio. quando autē ſecūdū locū: latio. quando vero ſecundū paſſionē & quale: alteratio. quando autē nichil manet cuius altera paſſio eſt & accidens: vniuerſaliter generatio/huius autem corruptio. Eſt autem materia: maxime proprie ſubiectum generationis & corruptionis ſuſceptibile. modo autē aliquo:& quod alijs trāſmutationibus. quoniam omnia ſubiecta: ſuſce-

non opz vt alterum in quod mutatio efficit̄ cuius ſit affectio.
non opz cuius alteram paſſio eſſe in quam mutat
Alteratio eſt ꝓ id qđ tranſmutat eſt paſſio pmanentis

Cap. 4 5

Tral. ve. ex græ. recog.

ptiua ſunt cõtrarietatum aliquarum. De generatione igitur ſiue eſt ſiue non/& quo modo eſt/& de alteratione: determinatũ ſit hoc modo. CAP. V.

DE augmentatione autẽ reliquum eſt dicere: & quid differt a generatione & alteratione/& quomodo augmentatur vnũquodq; qđ augmentatur/ & diminuitur quodcunq; diminuitur. Scrutandum itaq; primo: vtrum ſolũ in ipſo circa quod eorũ adinuicẽ differẽtia eſt. verbi gratia: q; ex hoc in hoc tranſmutatio/ vt ex potentia ſubſtantia in actu ſubſtantiam/ generatio eſt. quæ autem circa magnitudinem: augmentatio & diminutio. quæ autem circa paſſiones: alteratio. vtraq; autem: ex potentia exiſtentibus in actum tranſmutatio/ dictarum eſt. An etiam: modus differt trãſmutationis? videtur enim quod alteratur: non ex neceſſitate tranſmutari ſecundum locum/ neq; quod generatur. quod autem augmentatur & diminuitur: alio autem modo ab eo quod fertur. quod enim fertur: vniuerſum mutat locum. quod autem augmentatur: quemadmodum quod deducitur. hoc enim manẽte: particulæ tranſmutantur ſecundum locum/ non quemadmodum quæ ſphæræ. hæ enim: in æquali loco toto manẽte/ trãſmutantur. quæ autem eius quod augetur: ſemper in ampliorem locum. in minorem autẽ: quæ eius quod diminuitur. Q; igitur differt nõ ſolum in ipſo circa quod/ ſed & ſic/ tranſmutatio eius quod generatur/ & alteratur/ & augmentatur: manifeſtum eſt. ¶ Circa quod autem eſt tranſmutatio augmentationis & diminutionis (circa magnitudinem autem videtur eſſe) augeri & diminui qualiter accipiendum eſt: vtrum ex potentia quidem magnitudine & corpore/ actu autem incorporeo & ſine magnitudine generari cor-

Vatablus

ſolet, propterea q; ſubiecta omnia: quarundam contrarietatum ſuſceptiua ſunt. De generatione igitur ac corruptione ſi eſt necne/& quo pacto eſt/ item de alteratione: hoc modo ſit definitũ atq; determinatum. CAP. V.

REſtat de accretione dicamus: quonam a generatione & alteratione differat/ & quo pacto vnũquodq; eorũ quæ ſuſcipiũt incrementum augeatur/& quoduis eorum quæ decreſcũt diminuatur. Primo itaq; cõſiderare oportet: vtrũ mutua earũ inter ſe differentia in eo ſolũ ſita ſit circa quod verſari ſolent, verbi gratia vtrum eo ſolum inter ſe diſſideant/ q; ea mutatio quæ ex hoc in hoc tendit/ puta ex ſubſtãtia potentia in ſubſtantiam actu generatio ſit/ quæ vero circa magnitudinem verſatur accretio & decretio/ quæ autem circa affectum alteratio/ atque eãrum quæ poſteriore loco dictæ ſunt vtraq; etiam ex his ce quæ potentia ſunt ad ea quę ſũt actu mutatio ſit: an etiam mutationis modus differat? Nam nec id quod alterationem ſubit/ nec id quod generatur: neceſſario mutari loco cernitur. quod autem accreſcit/ aut decreſcit: cernitur. at alio q; quod fertur modo. quod enim fertur: tota mole locum mutat. quod autẽ accreſcit: perinde atq; quod diſtendi produciq; ſolet. hoc enim manente: partes alio/ nõ ſicuti globi partes/ migrant ſuumq; deſerũt locum. nam globi partes toto manente æquabili in loco: locũ ex loco mutant. at partes eorũ quæ augentur/ ſemper in ampliorem locum vergere ſolent: & eorum quæ decreſcũt/ in minorem. Generationem igitur alterationemq; & accretionem non ſolum obiecto ſed ipſo item mutationis modo differre: ꝓſpicuũ eſt. ¶ At id circa qđ accretio decretiove verſari ſolet (verſari autẽ videtur: circa magnitudinẽ) vtro modo accretionem decretionemve ſubire exiſtimãdum eſt: vtrum inq; ex potentia quidẽ magnitudine ac corpore/ ſed actu nec corpore nec magnitudine corpus

25

26

27

Vatablus

fieri/an non/putandum est/atq; cum hoc bifariam dici contingat: vtro modo fit accretio? vtrū ex separata ipsa per se materia: an existēre in alio corpore? An neutro modo fieri queat? hā si separata sit: aut nullum occupabit locū/ veluti punctus quidam/ aut vacuū vel corpus nō sensibile/ erit. Horum autem/ alterum non contingit: alterum necesse est/ in aliquo esse. quod enim ex eo oritur: id semper alicubi erit. quare & illud: aut per se/ aut per accidens. At vero si sit in aliquo/ & ita quidem scitū ctum sit vt nihil illius aut per se aut per accidens sit: multa profecto vel quæ fieri nequeāt euenient. Dico autem vt si ex aqua fiat aer: idem nō erit/ aqua mutationem subeunte/ sed quia in aqua vt in vase materies eius est. Nihil enim vetat: infinitas esse materias. quare & actu fieri. Adde q: nec ita aer ex aqua oriri videtur/ vt permanente aqua/ aer inde egrediatur. ¶ Satius igitur fuerit: inseparabilem omnibus materiam tribuere. vtpote quæ vna numero, eadēq; sit: ratione non vna. At vero: nec puncta nec lineas/ corporis materiā ponere ijsdem de causis oportet. sed cuius vltima sūt hæc: id materies est/ quę nec si ne affectu vnquam/ nec sine forma esse potest. Gignitur igitur absolute: aliud ex alio. id quod alio quoq; loco iam definitum est. Atq; ab aliquo actu existente: quod eiusdem sit aut generis aut speciei. vt ignis ab igni: aut ab homine homo. Aut ab actu. durum enim: a non duro fit. Cum autem & corporeæ substantiæ materies sit corporis iam talis (nullum enim est commune corpus) eadem & a magnitudine & ab affectu/ ratione quidē/ non itē loco separabilis est/ nisi & ipsi quoq; affectus separabiles sint. Patet igit ex his q̄ addubitauimus: accretionē nō esse mutationē e potētia qdē magnitudine/ actu vero nullā habētē magnitudinē.

Tral.ve.ex græ.recog.

pus & magnitudinē? Et cū hoc duplici ter contingat dici: qualiter augmētatio fit? vtrum ex ipsa separata secundum se materia: an existente in alio corpore? An impossibile vtrumq;? separata enī existens: aut nullum possidebit locum velut punctus aliquis/ aut vacuum erit & corpus nō sensibile. Horū autē: hoc quidē nō contingit/ hoc autē necesse est in aliquo esse. semper enim alicubi erit: quōd generatur ex eo. Quapropter & illud: aut secundū se/ aut secundū accidēs. Sed si in aliquo existit/ si quidē separatū ita sit vt nō illius secundū se aut secūdū accidēs aliquid sit: cōtingēt multa & impossibilia. Dico autē verbi gratia: si generabitur aer ex aqua/ nō aqua erit trās mutata/ sed propterea q̄ vt in vase aqua ineſt materia eius. Infinitas enim: nichil prohibet materias esse. quapropter: & generari actu. Amplius: neq; sic videtur generari aer ex aqua/ vt exiēs ea manēte. ¶ Melius ergo est facere oībus insepara tā esse materiā: vt existētē vnā & eādem numero/ ratiōe aūt nō vnā. At vero neq; puctos neq; lineas: ponēdū corporis materiā/ propter easdē causas. illud autē cuius hæc vltima: materia erat/ quā neq; sine passione possibile est esse/ neq; sine forma. Generatur igitur simpliciter alterū ex altero: quēadmodum & in alijs determinatū est. & ab aliquo autē actu existētē: aut eiusdē generis aut eiusdem speciei. vt ignis ab igne: aut homo ab homine. aut ab actu. durū enī: a non duro generatur. Quoniā autē est & substātiæ corporeæ materia corporis talis (corpus enī cōmune: nullū) eadē & passionis & magnitudinis est/ ratione quidē separata/ loco autē nō separata/ nisi & passiones sint separabiles. Manifestū autē ex quæsitis: q̄ non est augmentatio/ transmutatio ex potentia magnitudine/ actu autem nullam habente magnitudinem.

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

separatū enim esset: qđ cōmune. hoc autem ꝙ impossibile sit: dictum est prius in alijs. Amplius autem: talis transmutatio/non augmentationis propria/sed generationis. Augmentatio enim: est in existentis magnitudinis additamētum diminutio autem: minoramētum. Ideo oportet habere aliquā magnitudinē: id quod augetur. Quapropter non ex materia sine magnitudine: oportet esse augmētationem in actum magnitudinis. generatio enim erit magis corporis: nō augmentatio. Accipiendum itaq; magis/quasi tangentes quęstionem a principio: quali existente ipso augmentari & diminui/causas quærimus. Videtur itaq; eius quod augetur quæcūq; pars aucta esse. Similiter autē & in diminutione: minor generata esse. Amplius autē aduenięte aliquo augmētari: & recedēte diminui. Necesse autē: aut incorporeo augmētari/aut corporeo. Si igitur incorporeo: erit separatū qđ cōe. īpossibile autē est: a magnitudine materiā esse separabilē/sicuti dictū est prius. Si autem corporeo: duo corpora in eodē loco erūt/et quod augetur/& quod auget. est autem & hoc: impossibile. Sed neq; sic cōtingit dicere fieri augmentationē et diminutionem: vt cū ex aqua aer. tunc enim: maior tumor est generatus. Non enim augmētatio hoc: sed generatio quidē eius in quod transmutatur erit/corruptio autē cōtrarij/augmētatio aūt neutrius. Sed aut nullius: aut si quid cōmune amborū existit/eius qđ generatur/& eius qđ corrūpit. verbi gratia: si corpus. Aqua aūt nō aucta est/neq; aer: sed hoc qdē deperijt/hoc autem generatū est. corpus autē est: si quid auctū est. sed & hoc: impossibile. Oportet enī saluare: ratione inexistentia ei quod augetur & diminuitur. Hęc aūt sūt tria: quorū vnū est/quācūq; partē maiorē esse eius quæ augetur ma-

quandoquidem quod commune est: separabile esset. hoc autē esse non posse: dictum iam est. Præterea talis mūtatio: accretionis propria non est/sed generationis. Nā accretio: magnitudinis quæ in quopiam ineſt/augmentatio est. Decretio vero: eiusdem diminutio. Quamobrē id quod accrescit: magnitudinē quandam habeat oportet. Proinde nequaquam conuenit: accretionem/ e materia quæ magnitudinis sit expers/ ad actum magnitudinis esse. potius enim esset generatio corporis: nō accretio. Potius itaq; sumamus oportet quasi tractātes ab iitio q̄stionē/qualis/accretio decretio/ve/cuius causas q̄rimus/existat. Igitur eius quod accrementum suscipit: pars quæuis augeri videtur. Atq; pari modo in decretione: minor euadere. Præterea accedente quopiam accrescere: & abeunte decrescere. Itaq; aut incorporeo/aut corpore augeri illud: necesse est. Si igitur incorporeo: quod commune est/separabile erit. At a magnitudine materiā esse separabilem: quēadmodum prius est dictum/impossibile est. Sin vero corpore: duo corpora/ id inquam quod augetur/& quod auget/in eodē erunt loco. quod etiam fieri nequit. At vero nec accretionē decretionēve perinde fieri atq; cū ex aqua fit aer (tunc enī moles: fieri maior assolet) dicere contingit. nō enī id: accretio/sed eius quidē in quod mutatio fit generatio/ contrarij vero corruptio erit. neutrius autē: accretio. Immo aut nullius/aut si qd vtrisq; ei inquam quod oritur & ei qđ iterit cōmune est/ veluti corpus/ eius erit. Et nec aqua nec aer accrescit: verū illa interit/hic oritur. sed corpus: si quid augeatur. At hoc quoq; fieri neqt. Nā ea seruare oportet: quæ ei quod accrescit decrescitve/ratione cō petunt. Hæc autem: tria sunt. quorū pīmū est: magnitudinis quę accrescit/partē quālibet ma

32

33

Vatablus

iorem effici. verbi gratia/ si ca-
ro: carnis? Alterum: accedente
quopiam. Tertium: seruato pa-
riter atq; manente eo quod accre
tionem subit. Nã cũ quippiã sim
pliciter absoluteque gignitur aut
interit: non permanet. At cum al
teratur/ aut accrescit decrescitve:
quod alteratur aut incrementa
suscipit/ id permanet. verum illic
affectio: hic magnitudo/ eadẽ nõ
manet. Qz si mutatio illa quã di-
ximus/ esset accretio: contingeret
profecto quippiã nulla re accedẽ
te permanenteve accrescere/ nul-
laq; abeũte decrescere/ & id non
manere quod suscipit accretionẽ.
At hoc: seruare oportet. qppe cũ:
accretio talis esse supponatur.
34 ¶Sed queret aliquis/ quid est qđ
accrescit: vtrũ id cui nonihil ad-
ditur? verbi causa si quid crus au
geat: crus nẽ maius euadit/ quod
autẽ incrementũ prestat/ ipsum
inq; alimẽtum/ minime? Sed cur
nõ ambo incremẽta suscipiunt?
Nam tã quod additur q̃ cui addi
tio fit/ maius reddi assolet: haud
secus atq; cũ aque vinũ miscue-
ris. pari enim ratione: vtriq; ma
ius est. An quia huius substantia
maneat: illius vero/ puta cibi
haudquaq̃? Quãdo & illic quoq;
qđ euincit ac superat in ipsa mi
stione augeri dicitur: ceu vinum.
Nam vniuersa mistura: vim non
aquæ functionem exercet. In al-
teratione quoq; similiter/ si ca-
ro & substãtia ipsa maneat/ eorũ
vero affectuũ qui per se copetut/
quispiã insit qui prius nõ inerat:
hoc sane alteratũ est. Id autẽ quod
alteratũ est: interdũ nihil patitur/
interdũ & illud quoq; pati solet.
Verũ qđ alterat/ atq; motus prin
cipiũ: in eo est qđ alteratur/ & eo
qđ accrescit. quod eni mouet: in
hisce est. Quãdoq; de & qđ ingeri
solet/ fieri aliquãdo maio potest:
et corpus qđ eo fruitur. vt si qđ in-
geritur: spiritus fiat. Verũ cũ hoc
patitur: corrumpi solet/ nec in eo
est id qđ mouendi vim obtinet.
¶Cũ aũt de hisce sit abũde ad-
dubitatũ: dubitationis solutionẽ
inuenire enitamur oportet/ illud
seruãtes/ pmanẽte inq; eo qđ au-

Tral.ve.ex græ.recog.

gnitudinis. verbi gratia: si caro/ carnis.
Et aduenïente aliquo. Et tertium: vt
saluetur quod augetur & maneat. Cum
enim generatur aliquid simpliciter/ aut
corrumpitur: non manet. Cum autem
alteratur/ aut augetur aut minuitur: ma
net idem quod augetur/ aut alteratur.
sed tum quidem passio/ tum autem ma
gnitudo: eadem non manet. Si itaque
erit prædicta / augmentatio: continget
nullo aduenïente neq; manente auge-
ri/ & nullo recedẽte diminui/ et non ma
nere quod augeť. sed hoc saluare opor-
tet. supponitur enim augmentatio: ta-
lis. ¶Quæret autem aliquis quid sit
quod augetur: vtrum cui apponitur a-
liquid? verbi gratia: si quid crus auge-
at hoc maius/ quod autem auget cibus/
nõ? Quare igitur: nõ ambo aucta sunt?
maius enim/ quod apponitur/ & cui:
quemadmodum quando misces aquæ
vinũ. similiter enim: plus vtrumq;. An
quoniam huius quidem manet substan
tia: huius autem non/ verbi gratia cibi?
Quoniam & ibi dominãs dicitur in mi
stione: vt quoniam vinum. facit enĩ vini
opus/ sed non aquæ: vniuersa mistura.
Similiter & in alteratione/ si manet ca-
ro exístẽs & quod aliquid est/ passio au
tẽ aliqua exístit earũ quæ secundum se/
quę prius nõ exístebat: alteratũ est hoc.
Quo autem alteratum est: hoc quan-
doq; quidem nichil passum est/ quan-
doq; autem & illud. Sed alterans &
principium motus: in eo quod augmen
tatur & alteratur. In his enim: mo-
uens. quoniam & ingrediens generare-
tur vtiq; maius: & accipiens id corpus.
verbi gratia/ si ingrediens fiat vtiq; spi
ritus: sed corrumpitur. hoc patiens/ &
mouens non in hoc. ¶Quoniam au-
tem quæsitũ est de his sufficiẽter: opor-
tet & solutionẽ quæstionis tentare in-
uenire/ saluantes manẽte eo quod au-

Cap.

Tral. ve. ex græ. recog.

Vatablus

getur/ & adueniente aliquo augeri/ rece
dente autem minui. Adhuc autẽ: quod-
cunq; ſignũ ſenſibile aut maius aut mi-
nus factũ eſſe/ & non vacuũ eſſe corpus/
neq; duas magnitudines in eodem/ neq;
incorporeo augeri. Suſcipiendũ autem
cauſam determinantes prius vnũ quidẽ
q; anomœomera augentur/ cũ homœo-
mera augentur. cõponitur enim ex his:
vnumquodq;. Deinde q; caro & os &
vnaquæq; taliũ partiũ eſt duplex: quẽ-
admodũ & aliarũ in materia ſpeciẽ ha-
bentiũ. etenim materia dicitur & ſpeci-
es: caro aut os. ¶ Quãcũq; igitur partẽ
augmẽtari & adueniente aliquo ſecun-
dũ ſpeciẽ quidẽ eſt poſſibile. ſecũdũ ma-
teriã autem: nõ eſt. Oportet autẽ intelli-
gere: quẽadmodũ ſi qs mẽſurabit eadẽ
mẽſura aquã. ſemper enim aliud & ali-
ud: id qđ generať. Sic vtiq; augmẽtatur
materia carnis/ & non cuicũq; partiũ ali-
quid aduenit/ ſed hoc quidem defluit/
hoc autẽ aduenit. formæ autẽ & ſpeciei:
cuicũq; particulæ. In anomœomeris au
tẽ: hoc magis manifeſtum. verbi gratia
manu: q; proportionaliter aucta eſt. ma
teria enim altera exiſtens: eſt manife-
ſta magis hic q̃ in carne & homœo-
meris. Ideo & mortui magis videbitur
eſſe adhuc caro & os: q̃ manus & bra-
chiũ. Quapropter eſt quidẽ vt quæcũq;
pars carnis aucta ſit: eſt autẽ vt nõ. ſecũ
dũ ſpeciẽ enĩ cuicunq; aduenit: ſecundũ
materiã vero nõ. ¶ Maius autẽ totũ ge-
neratũ eſt: adueniente aliquo quidẽ qđ
vocatur cibus et cõtrariũ/ trãſmutato au
tem in eandem ſpeciem. verbi gratia:
ſi ſicco adueniet humidum. cum autem
aduenerit: trãſmutabitur et generabitur
ſiccũ. ¶ Eſt enĩ vt ſimile ſimili augmẽte
tur: eſt autẽ vt diſſimili. ¶ Quæret autẽ
aliquis: quale oportet eſſe id quo augeť.
Manifeſtũ igitur: q; potentia illud. ver-
bi gratia/ ſi caro: potẽtia carnẽ/ actu au-

geť/ atq; adueniẽte aliquo fieri ac
cretionẽ/ & abeũte decretionẽ. et
inſuper: quoduis ſenſibile ſignũ
maius minuſve reddi. & neq; cor
pus eſſe inane/ neq; eodem in lo
co duas eſſe magnitudines/ neq;
incorporea re quicq̃ augeri. Su-
mẽda autem erit cauſa vno qui-
dẽ prius a nobis definito: diſſimi
laria inq̃ augeri cum ſimilaria ac
creſcunt. ex his enĩ: quodq; cõpo
nitur. Deide carnẽ/ & os/ & id ge
nus partiũ quãq; perinde atq; cæ
terarum quę formã habẽt in ma-
teria: duplicẽ eſſe. nam materies
atq; forma: caro dicitur aut os.
¶ Partẽ igiť quãlibet augeri & ac
cedẽte aliquo ſecũdũ formã qui-
dẽ: eſt poſſibile. at ſecũdũ mate-
riam: haudquaq̃. Intelligere au- 36
tem perinde oportet: atq; ſi quis
aquam menſura eadem metia-
tur. quod enim fit: aliuq; atq; ali-
ud ſemp eſt. Ad hũc itaq; modũ
& carnis materies augetur: et nõ
cuiuis parti eius q̃ppiã additur/
ſed alia dilabitur/ alia accedit. At
cuiuis figuræ ac formæ parti: fit
accellio. Id autẽ: magis conſtat 37
in hiſce quæ diſſimiliũ ſunt par-
tium / vt in manu q; iuxta pro-
portionis rationẽ aucta ſit. quã-
doquidẽ materies cũ diuerſa eſt:
facilius dignoſcitur hic q̃ i carne
& hiſce quę ſimiliũ ſũt partium.
Iccirco & cum mortuum eſt quip
piã: magis adhuc caro & os q̃ ma
nus & brachiũ eſſe videtur. Quã
re: partim augetur carnis q̃libet
particula/ partim nõ augetur. Nã
ſcđm formã quidem: cuiuis parti
quippiã adiungitur. ſcđm mate-
riã vero: haudquaq̃. ¶ Totum ta 38
mẽ maius euadit: accedẽte quo-
piam quod nutrimentum atq; cõ
trariũ nominatur/ & in eãdẽ for
mam tranſeũte. vt ſi humidũ ſic-
co accedat: & cũ iã acceſſerit: mu
tationẽ ſubeat fiatq; ſiccũ. ¶ Nã
partim ſimile ſimili partim diſſi-
mile diſſimili accreſcit. ¶ Dubita 39
uerit autẽ quiſpiam: quale id eſſe
oporteat quo quid augetur. Palã
itaq; eſt: hoc/ potentia illud quod
augetur eſſe oportere. vt ſi caro ac
cretionẽ ſubeat: id quo illa accre-
ſcit potẽtia carnem eſſe/ actu au-

Vatablus

tem aliud. quod ſane vbi cernitur: caro fieri ſoleti Non igitur ipſũ: per ſe/ ſolũq; eſt (nã aliog: generatio eſſet/ non accretio) ſed id quod augetur cum eo eſt. Qualiter igitur hoc affecto/illud augeri ſoleat: an miſto haud ſecus atq; ſi quis vino aquam infundat/ & idē id quod ammiſtum eſt efficere vinũ poſſit? An ſicut ignis tactum cremabile adurit: ſic & id cui augendi facultas delegata eſt in eo exiſtẽs quod accreſcit/ qđq; actu caro eſt/ quod acceſſit e potentia carne/ actu carnem facere conſueuit? Illo igitur ſimul exiſtẽte: idipſum accidit. quoniam ſi ſeorſum eſſet: generatio ſane foret. Nam ignem ad hũc facere modum contingit: videlicet iniectis in eum qui iam eſt/ lignis. verum ita quidem: accretio eſt. At cum ligna ipſa incenduntur: generatio. ¶Quantitas autẽ vniuerſalis nulla fit; ſicuti nec animal quod nec homo ſit/ nec ſingularium aliquod. ſed vt hic vniuerſale: ſic & illic quãtitas. Caro igitur & os et neruus & ſimulares partes: accedente quidem quãto aliquo/ ſed nõ carne/ quãtã augeſcunt. Quo igitur potentia ſimul vtrumq; exiſtit/ videlicet caro quanta: hoc quidem auget. nam carnem quantam fieri oportet. Quo vero ſolum caro: hoc alit. hoc enī nutritio & accretio: ratiõe differũt. ¶Quocirca q̃diu ſaluũ manet animal etiã ſi decretionẽ ſubeat/ alitur: ſed nõ ſemp accreſcit. Atq; nutritio idẽ quod accretio exiſtit: ratio tamẽ eſt diuerſa. Quo enim id qđ adiũ/ atq; additur potẽtia caro q̃ta eſt: hoc carnẽ augere poteſt. quo vero caro potẽtia ſolũ: hoc nutrire. Hoc autem: forma ſine materia eſt. vt tibia: potẽtia quędã in materia eſt. ſimiliter: & qđuis aliud inſtrumẽtũ. Qz ſi materies aliqua accedat quę potẽtia ſit tibia/ et potẽtia q̃titatẽ habeat: hæ tibiæ maiores eyadẽt. Sin vero nihil ptereā agere poſſit/ ſed res pinde habeat vt cũ vino ſubide plus aquę imiſcet q̃ tãdẽ vinũ aquẽũ reddit facitq; aquã: tũ q̃titatis decretio

tem aliud. Corrupto autẽ hoc: caro generata eſt. Non igitur ipſum: ſecũdum ſe. generatio enim eſſet: non augmentatio. ſed qđ augetur: in hoc. Quid igitur patiẽs ab hoc auctum eſt: an miſtum/ quemadmodũ ſi quis vino ſuperinfundat aquam/ hoc autẽ poſſit vinum facere quod miſtum? Et quẽadmodũ ignis tangẽs vrẽda vrit: ita in eo qđ augetur/ & exiſtente actu carne/ quod ineſt augmentatiuum/ aduenientẽ potẽtia carne facit actu carnẽ? Ergo: ſimul exiſtente. ſi enī ſeorſũ: generatio. Eſt enī ita ignẽ facere: ad exiſtentẽ/ adiungentẽ ligna. ſed ſic quidẽ: augmentatio eſt. Q uãdo autẽ ipſa ligna incenduntur: generatio eſt.

¶Qz tum autẽ vniuerſale quidẽ nõ generatur: quẽadmodũ nec animal quod nec homo nec aliquid eſt ſingulariũ. ſed vt hic/ vniuerſale: ita & illic/ q̃tum. Caro autẽ/ aut os/ aut manus et horũ homœomera: aduenientẽ quidẽ aliquo q̃to/ ſed nõ carne q̃ta. Secundũ id igitur q̃ potẽtia vtrũq; eſt/ verbi gratia/ q̃ta caro: ſic auget. etenī: q̃tam oportet generari & carnẽ. ſecundũ autẽ q̃ ſolũ caro eſt: nutrit. etenī ſic differũt: cibus et augmẽtatio ratione. ¶Ideo nutritur q̃dẽ quouſq; ſaluatur/ & qđ diminuitur: augmentatur autẽ non ſemper. & nutrimẽtũ: augmẽtationi idẽ quidẽ eſt/ eſſe autẽ aliud. Secũdũ enī q̃ eſt id quod aducitur potentia quanta caro: augmẽtatiuũ carnis eſt. ſecundũ autẽ q̃ ſolũ potẽtia caro: nutrimentũ. Hoc autem: eſt ſpecies ſine materia. vt fiſtula: potentia aliqua in materia eſt. ſimiliter: & aliud quodcũq; organum. Si autem aliqua aduenerit materia exiſtens potẽtia fiſtula/ habens & quantum potẽtia: hæ erunt maiores fiſtulæ. Si autem amplius facere non poteſt/ ſed vt aqua vino ſemper ãplius miſta in fine aquaticum facit & aquam: tunc diminutionem facit quanti/ ſpe-

Tral.ve.ex græ. recog.

Cap. 5 6

Tral. ve. ex græ. recog.

cies autem manet. CAP. VI.

29 QVoniã autẽ oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere/ siue sint siue non/ & vtrum sempiternum sit vnumquodq; /aut generetur aliquo modo/ & si generetur/ vtrũ ex seinuicẽ generentur omnia eodẽ modo/ aut aliquod primum eorum vnũ sit: necesse est prius vtiq; dicere de quibus indeterminate dicitur nunc. Omnes enĩ qui elemẽta generant/ & qui ea quæ ex elementis: segregatione vtuntur & congregatione/ & ipso facere & pati. Est autem cõgregatio: mistio. Q uomodo autem misceri dicimus: nõ est determinatum manifeste. Sed neq; alterari possibile est/ neq; segregari/ neq; cõgregari: nullo faciente neq; patiente. Etenim plura elementa facientes generãt/ faciendo et patiendo abinuicẽ: q̃uis ex vno necesse sit dicere factionẽ. Et hoc recte dicit Diogenes: q̃ si nõ essent ex vno omnia/ nõ esset facere & pati abinuicẽ. verbi gratia calidum infrigidari: & hoc caletieri rursus. nõ enĩ trãsmutantur caliditas & frigiditas in seinuicẽ: sed manifestũ est q̃ subiectũ. Quapropter in quibus facere est & pati: necesse est horũ vnã esse subiectã naturã. Omnia igitur talia esse dicere/ nõ verũ est: sed in quibus/ ipsũ abinuicẽ est. ¶ Sed si de ipso facere & pati & de mistione videndũ sit: necesse est & de tactu. Neq; enĩ facere hęc et pati possunt proprie: quæ non est possibile seinuicẽ tãgere, neq; non tangentia seinuicẽ aliqualiter: cõtingit misceri primũ. Quapropter de tribus his determinãdũ est: quid tactus/ & quid mistio/ et q̃d factio. Principiũ autẽ accipiamus hoc, necesse enim: entiũ quibus est mistio/ esse hæc adinuicẽ tactiua. & si aliquid facit/ hoc autem patitur principaliter: & his si-

Diogenes.

Vatablus

fit/ forma aũt remanet. CAP. VI.

43

QVni autem de materia & hisce quæ nuncupãtur elemẽta primo dicere oporteat an sint necne/ & vtrum vnumquodq; eorũ sempiternum sit an ortum subeat aliquo pacto/ & si generentur vtrum ex sese mutuo generentur eodem modo omnia an inter ipsa vnũ aliquod primũ sit: prius vtiq; de hisce differamus necesse est de quibus nunc dicitur indefinite. Omnes enim/ tã qui elemẽta ipsa/ q̃ qui ea quę cõstãt ex elemẽtis generant: segregatione & cõgregatione/ atq; actione & passione vtuntur. Est autẽ cõgregatio: mistio. Sed quonã pacto q̃piã misceri dicatur: plane ac dilucide haud quaq̃ ẽ definitũ. At vero nec alterari quicq̃ nec segregari cõgregarive: nullo patiẽte aut agẽte potest. Etenim qui plura faciũt elemẽta: actione & passione mutua/ generationẽ fieri cẽsent. q̃q̃: ex vno facta omnia dicãt necesse est. Atq; hoc recte quidem dicit Diogenes: nisi ex vno essent omnia/ nõ posse vicissim agere & pati/ ceu calidũ frigefieri & idẽ rursum calefieri. non enim calor & frigus/ in sese mutuo transeũt: sed ipsũ/ vt patet/ subiectũ mutationẽ suscipit. Quare: horũ quib9 actio cõpetit vnã esse subiectam materiã necesse ẽ. Dicere igit vniuersa esse eiusmodi/ nõ est verũ: sed ea quib9 mutuo a sese pati & agere insitum est. ¶ At vero si de actione passioneve & de mistione contemplandũ sit: & de tactu speculemur est necesse. Nã neq; agere & pati ea possunt proprie q̃ se mutuo tãgere nequeũt: neq; fieri potest vt misceantur quæ non quodam modo sese tangunt prius. Quare de hisce tribus/ videlicet quid tactus/ quid mistio/ & denicq; quid actio: determinandũ videtur. Hinc autẽ: sumatur initiũ. Nã ex entibus ea quibus mistio cõpetit esse apta vt sese mutuo tãgãt: est necesse. atq; si quid agat & aliud patiatur proprie: simili itidem modo atq; illa afficiẽtur.

Vatablus

Quocirca: de tactu prius dicendū est. ¶Fere igitur vt & cætera quęq; alia noīa/ pluribus dicūtur modis/ & partim vniuoce/ partim altera ab alteris prioribusq;: sic & de tactu quoq; res sese habet. Sed tamen quod proprie dicitur: ad ea accōmodari solet quę situm habent. Situs autem: hisce quibus & locus cōpetit. etenim: peride vt Mathematici/ de tactu & loco reddamus oportet / siue eorum quodq; separatum sit/ siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit quēadmodū antea est definitū/ extrema simul esse: ea profecto se mutuo tangēt quę cum discretas magnitudines situmq; habeant/ extrema simul habēt. Porro cum situs omnibus quibus & locus competat/ atq; supra & infra & id genus opposita/ prima loci differentia sint: omnia sane quæ sese mutuo tangunt/ pōdus leuitatemve/ aut vtraq; aut alterū habebūt. quę autē talia sunt: actiua sunt & passiua. Vnde constat ea suapte natura mutuo sese tangere: quorum cū vicissim mobilia sint atq; motiua / discretis separatisq; magnitudinibus/ extrema sunt simul. Cæterum cum id quod mouet nequaquā similiter id moueat quod motū subit/ sed necesse sit vt idē/ aliud moueat motū & ipsū/ aliud immobile persistens: haud aliter de ipso quoq; agente dicendum esse in aperto est. Nam id quod mouet/ agere quippiam : & contra quod agit/ mouere dicunt. Verum differentiam subeunt: & proinde ea distinguamus oportet. Nō enim fieri potest vt quoduis mouens agat: si patiēti agēs opponamus. patiens autem: sit cui motus secūdum affectū cōpetit. affectus vero: secūdū quē solū alteratio fit. vt albedo & calor. sed mouere: latius q̄ agere patet. Illud igitur palam est: ea inqua quæ mouent partim mobilia tangere/ partim minime. Verum ea tangere vniuersaliter diffinitūtur: quæ situ habēt & quorū alterū motiuū est/ alterum mobile/ idq; vicissim/ quibus agere atque pati competit.

Tral. ve. ex græ. recog.

44 45

militer. Ideo: primum dicendum est de tactu. ¶Fere igitur vt & aliorū nomi- 31
num vnūquodq; dicitur multifariā/ & hæc quidē homonyme/ hæc autē altera ab alteris & prioribus: sic sese habet & de tactu. Sed tamē pricipaliter dictum: inexistit habētibus positionē. positio autē: quibus & locus. eteni Mathematicis similiter reddendū est tactū & locum: si ue est separatum vnūquodq; eorū/ siue alio modo. Si igitur est/ vt determinatū est prius/ tangere/ vltima habere simul: hæc vtiq; tangēt seinuicē quæcūq; determinatas magnitudines/ & positionē habentia/ simul habēt vltima. Quoniā autem positio quidem quibus & locus inexistit/ differentia autē loci sursum et deorsum & talia oppositorum : omnia seinuicem tangentia grauitatē vtiq; habebūt aut leuitatē/ aut ambo aut alterū. talia autē: passibilia & actiua. Quapropter manifestum est: q̄ hæc tangere nata sunt seinuicem/ quorum diuisis magnitudinibus simul vltima sunt/ existentibus motiuis & mobilibus adinuicem. Quoniā autem mouēs nō similiter mouet quod mouetur/ sed hoc quidē necesse est motum & ipsum mouere/ hoc autē immobile existēs: manifestū est q̄ in faciēte dicemus similiter. Eteni mouens facere aliquid inquiūt: & faciēs mouere. sed tamē differūt: & oportet determinare. Non enim possibile est mouēs oē/ facere: si facere opponamus patienti. hoc autem: quibus motus passio. passio autē: est secundum q̄ alteratur solū/ verbi gratia calidū & album. sed mouere: in plus est ipso facere. Illud igitur manifestū est: q̄ est quidē vt motiua/ mobilia tāgāt/ est autē vt nō. Sed determinatio ipsius tāgere vniuersaliter quidē est: positionē habētiū/ & huius quidē motiui/ huius autē mobilis/ adiuicē autē motiui et mobilis ī quibus existit facere et pati.

Cap. 6 7

T ral. ve. ex græ. recog.

Est igitur vt plurimum: tactum id quod tangit tangens. Etenim mouent: mota omnia fere quæ in conspectu nostro sunt. quibus necesse etiam videtur: tactum tangere quod tangit. Est autem/ vt inquimus aliquando: mouens tangere solum id quod mouetur. quod autem tangitur: non tangere quod tangit. sed quia mouent mota homogenea: necesse videtur esse/ quod tangitur tangere. Quapropter si quid mouet immobile existens: illud quidem tanget quod mouetur/ illud autem non. Inquimus enim aliquando tristantē tangere nos: sed nos nō eū. De tactu igitur q in naturalibus: determinatū sit hoc modo. CAP. VII.

32 DE ipso autē facere et pati: dicendū deinceps. Suscepimus enim a prioribus: subcontrarios adinuicem sermones. Multi enim cō corditer hoc dicunt: ꝙ simile quidem a simili omne impassibile est/ propterea ꝙ non magis actiuū q̄ passiuum sit alterum altero. omnia enim: similiter existunt hæc similibus. Dissimilia autem & differentia: facere & pati ad inuicem nata sunt. etenim quādo minor ignis a maiori corrumpitur: propter contrarietatem hoc inquiunt pati. Contrarium enim esse multum: pauco. Democritus autem: vltra alios singulariter dixit solus. inquit enim idem & simile esse faciens & patiēs. non enim contingere: altera & differentia pati abinuicem. Sed si altera existentia faciunt aliquid adinuicem: non secundum ꝙ altera/ sed secūdū ꝙ idem aliquid inexistit/ sic accidere hoc eis. Quæ igitur dicuntur: hæc sunt. Videntur autē hoc modo dicentes: subcontrarios sermones dicere. Causa autē cōtradictionis est: quoniā cum oporteat aliquod totum inspicere/ partem aliquam dicunt ambo. ¶ Simile enī & om-

Democrit⁹

33

Vatablus.

Magna igitur ex parte: id quod tangitur/ id tangit a quo tāgi solet. Etenim omnia fere quæ apud nos sunt cum mouentur/ mouēt: per quæ esse necesse videtur vt id quod tāgitur/ id tangat a quo tāgi solet. Interdū autē dicim⁹ mouēs/ solū tāgere id quod motu cietur: & contra quod tangitur/ id non tangere a quo tangitur. Verum quia quæ eiusdem sunt generis cum motum subeunt mouent: vt quod tangitur tāgat necessarium esse videtur. Quare si quid motus expers moueat: id profecto tanget mobile/ nihil autē illud. Interdum enim dicimus eum qui nos molestia afficit: tangere nos/ non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium: hoc pacto determinatum sit.

CAP. VII.

DEinceps de actione & passione dicendū est: cū de hisce sentētias iter sese subcōtrarias a maioribus nostris acceperimus. Plurimi enī vno ore hoc astruunt/ a simili inquā simile nullū pati: quia neutrum altero potius actiuū sit/ aut passiuum. quippe cum eadē omnia: similibus similiter insint. At quæ dissimilia differentiaq; sunt: vt mutuo agant patiāturq; aptissima esse asserūt. Nā cum minor ignis a maiori corrumpitur: ob contrarietatem illum id ipsū pati inquiunt. dicunt enim: multum/ pauco esse contrarium. Democritus vero: solus præ cæteris peculiariter dixit. Nam agens & patiens: idem ac simile esse asserit. non enim fieri posse arbitratur: vt differentia atq; diuersa a sese viciſſim patiantur. Sed & si quæ diuersa sunt quippiam in sese mutuo agāt: hoc illis euenire/ non quo diuersa sunt/ sed quo idē quippiam habent. Quæ igitur dicūtur: talia sunt. Qui autem hoc pacto dicūt: subcōtraria dicere videntur. Contradictionis vero causa: est hæc. Nam cum totū quippiam contemplari oporteat: de parte quadam loquuntur vtriq;. ¶ Nam quod simile est/ & om-

46

47

48

Vatablus

ni ex parte nullam prorſus habet differentiam: nihil a ſimili pati/ rationi conſentaneum eſt. Cur enim: potius alterum altero erit paſſiuum? Item ſi fieri queat vt quippiam patiatur a ſimili: illud quoq; a ſeſe pati poterit. Atqui his ad hũc modũ ſeſe habẽtibus: nihil aut incorruptibile aut mutationis expers fuerit/ ſi quidẽ ſimile quatenus ſimile exiſtit actiuũ ſit. Nã corpus oẽ: ſeſe iterno ꝓprioq; motu mouebit. ¶ Et qđ ꝓrſus diuerſũ & nullatenꝰ idẽ eſt: ſimiliter. Nam neq; albedo a linea/ neq; linea ab albedine quic q̃ patietur: niſi forte per accidẽs. ceu: ſi lineã eſſe albã/ aut nigram acciderit. Nõ enim ea q̃ neq; cõtraria ſũt/ neq; ex cõtrarijs cõſtãt: ſeſe extrudũt propellũtq; a natura. ¶ At cũ nõ quoduis agere ac pati natũ ſit/ ſed quæ aut contraria ſunt/ aut habent cõtrarietatẽ: tam agens q̃ patiens genere quidẽ ſimile ac idem/ ſed ſpecie diſſimile atq; contrarium eſſe eſt neceſſe. Nã corpus a corpore/ & ſapor a ſapore/ & color a colore/ & in ſũma quod eiuſdẽ eſt generis ab eo quod eiuſdem itidem generis eſt: pati aptũ eſt. Cuius cauſa eſt: q; contraria in eodem genere ſunt omnia. Contraria vero: inter ſeſe viciſſim agunt patiunturq;. Quare & agens & patiens partim eadem ſint/ partim diuerſa atq; inter ſeſe diſſimilia: neceſſe eſt. Cum autem agens & patiens genere quidem eadem ſimiliaq; ſint/ ſpecie autem diſſimilia/ contraria vero ſint eiuſmodi: tum contraria tum quę inter ea media ſunt/ inter ſe mutuo actiua & paſſiua eſſe conſtat. Etenim omnino generatio atq; corruptio: in hiſce conſiſtunt. Quamobrem & ignem calfacere & frigidum frigefacere/ & omnino actiuum id quod patitur ſibi ſimile reddere: iam rationi conſentaneum exiſtit. nam agens et patiens contraria ſunt. & generatio: in contrariũ tendit. ¶ Quare neceſſe eſt: vt patiẽs in id muteꝰ qđ agẽdi vim obtinet. hoc enĩ pacto: i cõtrariũ erit gñatio. ¶ Itaq;

Tral. ve. ex græ. recog.

nifariã & omnino indifferens: rationabile eſt non pati a ſimili aliquid. Cur enim magis alterum erit actiuum: q̃ alterum? Atq; ſi a ſimili pati aliquid poſſibile eſt: & ipſum a ſeipſo. q̃uis his ita exiſtentibus nichil vtiq; erit aut incorruptibile aut immobile: ſi ſimile ſecundum q̃ ſimile/ actiuum. ipſum enim ſeipſum: mouebit omne. ¶ Et omnifariam alterũ/ & 34
nullatenus idem: ſimiliter. neq; enim patietur albedo a linea/ aut linea ab albedine: prætereq̃ ſecundum accidens. puta: ſi accidat albam vel nigram eſſe lineam. Nõ enim extrudũt ſeipſa a natura: quę cunq; neq; contraria/ neq; ex contrarijs ſunt. ¶ Sed quoniã nõ quodcunq; natũ 35
eſt pati & facere/ ſed quæcunq; aut contraria ſunt/ aut contrarietatem habẽt: neceſſe eſt & patiens & faciens genere quidem ſimile eſſe & idem/ ſpecie autẽ diſſimile & contrarium. natũ enim eſt corpus quidem a corpore/ ſapor autem a ſapore/ color vero a colore: pati. vniuerſaliter autem: homogeneum ab homogeneo. Huius autem cauſa eſt: q; contraria in eodem genere ſunt omnia. Faciũt autem & patiuntur contraria: abinuicem. Quapropter neceſſe eſt/ aliquo quidem modo eadem eſſe & faciens & patiens: aliquo autem modo altera/ & diſſimilia adinuicem. Quoniam autem faciens & patiens genere quidem eadẽ ſunt & ſimilia/ ſpecie vero diſſimilia/ talia autẽ cõtraria ſunt: manifeſtum eſt q; actiua & paſſiua ſibiinuicem ſunt cõtraria & media. Etenim vniuerſaliter generatio & corruptio: in his. Ideo & rationabile iam ignem calefacere/ & frigidum infrigidare: & vniuerſaliter faciens aſſimilare ſibiipſi patiens. faciens enim & patiens: contraria ſunt. & generatio: in contrarium. ¶ Quapropter neceſſe eſt: patiens in faciens tranſmutari. ſic enim erit in contrarium generatio. ¶ Et ſecun- 37

Cap. 7

Tral. ve. ex græ. recog.

dũ rationem autem/ non eadem dicentes: ambos tamen eſt tangere naturam. Dicimus enim pati quandoq; quidem ſubiectum/ verbi gratia/ ſanari hominẽ & calefieri & infrigidari & alia eodem modo: quandoq; autem calefieri quidẽ frigidum/ ſanari autem laborans. ambo autem: ſunt vera. Eodem modo: & de faciente. quandoq; enim hominem/ calefacere inquimus: quandoq; autem/ calidũ. eſt enim vt materia patiatur: eſt autem vt cõtrarium. Ad illud igitur reſpicientes: idẽ oportere habere exiſtimauerũt faciẽs & patiẽs. ad alterũ autẽ: cõtrariũ. ¶ Eodẽ modo ſuſcipiendũ eſt de ipſo facere & pati: quo & de ipſo moueri et mouere. Dupliciter enĩ dicitur: & mouens. in quo enim eſt principium motus: videtur hoc mouere (principium enim: prima cauſarum eſt) et rurſus: vltimum ad id quod mouetur & generationẽ. Similiter autẽ: & de faciente. etenim medicum ſanare dicimus: & vinum. Primũ igitur mouens: nichil prohibet in motu quidem immobile eſſe. in quibuſdã autem: & neceſſarium. vltimũ autẽ: ſemper mouere/ motum. ¶ In actione autẽ primum quidem impaſſibile eſt: vltimũ autem & ipſum patiens eſt. Quæcunq; enim non habent eandem materiam: faciunt/ impaſſibilia exiſtentia. verbi gratia medicina. ipſa enim faciens ſanitatẽ: nichil patitur a ſanato. cibus autem faciens & ipſe patitur. aut enim calefit/ aut infrigidatur/ aut aliud quid patitur: ſimul faciens. Eſt autem medicina quidem vt principium: cibus autem vltimũ eſt/ & tãgens. Quæcũq; igitur actiuorum/ non in materia habẽt formam: hæc quidem impaſſibilia ſunt. quæcũq; autem in materia: paſſiua. Materiã enĩ omnes dicimus ſimiliter eandem/ vt ita dicã/ eſſe cuilibet oppoſitorũ: vt genus exiſtens. Potens autem calidũ eſſe: prę-

Vatablus

tametſi verbo tenus eadem non dicunt: vtroſq; tamẽ naturã ipſã attingere cõtingit. Dicimus enĩ interdũ: ſubiectum ipſũ pati vt hominẽ ſanari & calefieri ac frigefieri & cætera ad hunc modũ. interdum vero: frigidum calefieri/ & ęgrum ſanari. atq; vtraq; vera ſunt. Eodem modo: & de agẽte dici ſolet. nam interdũ hominem/ interdum calidum: calfacere dicimus. Partim enim materies ipſa patitur: partim contrariũ. Igitur qui ad illã reſpexerunt: agens & patiens quippiam idem habere oportere putarunt. qui ad alterum: contra. ¶ Cæterũ haud 53
aliam eſſe rationem de ipſo agere ac patiq; de ipſo mouere ac moueri: exiſtimandum eſt. Etenim ipſum quoq; mouens: bifariam dicitur. Nam & id in quo motus principium ineſt: mouere videtur. quippe cum principium: prima cauſarũ ſit. & rurſum quod vltimum eſt/ ad id quod mouetur & generationem. Simili modo: de ipſo agente eſt dicendum. Nam & medicum & vinum: ſanare dicimus. Nihil igitur vetat in motu quominus primum mouens/ immobile ſit. immo in nõnullis: etiam neceſſariũ exiſtit. at vltimũ ſemp ſubeũdo motũ moueat: neceſſe eſt. ¶ In actione autem: ipſum quidem primum nihil patitur/ vltimum vero patitur. Quæ enim eandẽ materiam non habent: ea citra paſſionem agunt. ceu medendi ars. hæc enĩ ſanitatẽ efficit: & nihil ab eo patitur qđ ſanari ſolet. At cibus dũ agit: ipſe quoq; quippiam patitur. aut enim calefit aut frigefit aut aliud quippiam patitur: & ſimul agit. Eſt autem medẽdi ars/ veluti principium: cibus vero/ vltimum ac tangẽs. Quæcunq; igitur actiua/ in materia formam nõ habent: ea pati nequeunt. quæcunq; habẽt: queunt. Nos enim ſimiliter prope dixeri omnes: oppoſitorum vtriuſuis eandem eſſe materiam ſicuti genus vnum dicimus. Atq; quod calidum eſſe poteſt: id propius admoto præ- 54

Vatablus

ſenteq̄ calefactiuo incaleſcat neceſſe eſt. Iccirco/ſicuti diximus: ex iſs quæ agendi vim habent/ quædam pati nō ſolēt/ quædam pati ſolēt. Atq̄ quo modo in motione res ſeſe habet: ſic & in actione. Nam vt illic quod primo mouet/motus expers eſt: ita & hic quod primo agit/ pati nequit. ¶Nam cauſa vt vnde principium motus exiſtit: actiua eſt. Cuius autem gratia cætera fiūt: actiua non eſt. Quapropter ſanitas ipſa: non eſt actiua/niſi per tralationem. Etenim cum ea/aliquo quidem agente/adeſt: patiens fit quippiam. Sed cum habitus ipſi adſunt: nihil pręterea fit/ ſed iam eſt. formæ autem atque fines: habitus quidam ſunt. At materies: vt materies/ paſſiua eſt. ¶Igitur ignis: in materia calorem habet. Q̄z ſi calor ſeparabile quippiam eſſet: is nimirum pateretur nihil. Sed fortaſſe fieri nequit: vt is ſeparabilis ſit. Q̄z ſi ſint nōnulla eiuſmodi: ī eis profecto verū fuerit/quod dicimus. Quid igitur ſit agere ac pati/ & quibus competat/& qua de cauſa/ & quemadmodū: hoc pacto ſit definitum.

CAP. VIII.

Vo autem pacto id euenire queat: dicam⁹ rurſū. Quibuſdā igitur pati q̄dq̄ videtur/ vltimo principaliſſimoque agēte per quoſdam meatus ſeſe intrudente: atq̄ nos hoc pacto & videre & audire cæteriſq̄ aliis ſenſibus ſētire aiūt. Tum etiam per aerem & aquam & ea quæ perſpecta atq̄ trāſlucida ſūt res ipſas videri: ꝓpterea q̄ meatus habeant inuiſibiles quidem ob paruitatem/ ſed tamen frequentes & ſerie quadam ac ordine diſpoſitos. & magis: quæ magis perſpicua dilucidaq̄ ſunt. Quidam igitur quemadmodum & Empedocles/ hoc pacto in nonnullis definierūt/non ſolum in agentibus patientibusq̄: ſed & ea miſceri aiūt quorum pori atq̄ meatus commenſiles inter ſeſe ſunt.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſente calefaciente & approximante: neceſſe eſt calefieri. Ideo quēadmodum dictum eſt: factiuorum/hæc quidē impaſſibilia/ hæc autē paſſibilia. Et quēadmodum in motione: eodem modo res ſeſe habet & in factione. illic enim primitus mouens/immobile eſt: & in factiuis primitus faciens/ impaſſibile eſt. ¶Eſt enim factiua: cauſa vt vnde principium motus. cuius autem gratia: non factiua. Ideo ſanitas non eſt factiua: niſi ſecundum metaphoram. etenim hoc quidem faciēte quādo exiſtit: generatur aliquid patiens. habitibus autem præſentibus: nō amplius generatur aliquid/ſed eſt iā. ſpecies autem & fines: habitus quidam ſunt. Materia autem: ſecundum q̄ materia/paſſiuū. ¶Ignis igitur: habet in materia caliditatem. Si autem aliqua erit ſeparata caliditas: hęc nō patietur. Hāc igitur: forſitan impoſſibile eſt ſeparatā eſſe. Si autem ſunt quædam talia: in illis vtiq̄ erit quod dicitur/verum. Quid igitur ſit facere & pati/ & quibus inſit/ & quare/ & quomodo: determinatum ſit hoc modo.

CAP. VIII.

Vomodo autem contingat hoc accidere: rurſus dicamus. His igitur videtur: pati vnūquodq̄ per quoſdam poros/ingrediente faciēte vltimo & principaliſſimo/& hoc modo videre & audire nos inquiunt/& ſecundum alios ſenſus ſentire omnes. Amplius videri per aerem & aquam & per tranſparentia: quia poros habēt inuiſibiles quidē propter paruitatem ſpiſſos autem & ſecundum ordinem. & magis habent: tranſparentia magis. Hi igitur in quibuſdā determinauerunt ita/quēadmodū & Empedocles/non ſolum in patientibus & facientibus: ſed & miſceri ea inquiūt quorum pori adinuicē ſunt cōmēſurabiles.

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

Cōpēdioſe autem maxime & de omnibus vno ſermone determinauerūt Leucippus & Democritus: principiū facientes ſecūdū naturā quod eſt. Quidā enī antiquorum opinati ſunt: ex neceſſitate ens vnū eſſe & immobile. vacuū enī eſſe nō ens: moueri autē non poſſe nō exiſtente vacuo ſeparato. neq; rurſus multa eſſe: non exiſtēte ſegregāte. Hoc autē nichil differre/ſi quis exiſtimet nō contiguū eſſe omne/ ſed tangere diuiſim: ab eo qđ eſt dicere fore multa/& nō vnū eſſe/et vacuū. Si enī vbiq; diuiſibile: nichil eſſe vnū. quapropter neq; multa: ſed vacuū omne. Si autē tū diuiſibile quidē/tū autē nō: fictitiū aliquid hoc vtiq; videri. quouſq; enim & propter quid ipſius totius hoc quidē ita ſe haberet & plenū eſſet: hoc autē diuiſū. Amplius: ſic dicere neceſſarium eſſe non eſſe motionē. Ex his igitur ſermonibus tranſcēdētes ſenſum & deſpicientes eū/ac ſi conueniat rationem ſequi: ipſum omne eſſe vnū/& immobile/& infinitū quoddā dicunt. finem enim: finire vtiq; ad vacuū. Hi ergo: ita & propter has cauſas enū ciauerūt de veritate. Amplius autem in ſermone quidē/ videtur hoc contingere: in rebus autē dementiæ ſimile eſt opinari ita. nullus enim dementiū egreditur intantum: vt ignem/vnum eſſe exiſtimet & glaciem. ſed ſolum bona & apparentia propter aſſuetudinem: hæc quibuſdam propter dementiam nichil videtur differre. ¶ Leucippus autem exiſtimauit habere ſermones: qui ad ſenſum cōfeſſa dicentes/non deſtruent neq; generationē neq; corruptionē/neq; motū & multitudinem entium. Confeſſa autem dicēs: ea quidē apparētibus. Conſtruentibus autē vnū/ vt nō exiſtētē motionē ſi non ſit vacuum: vacuūq; nō ens/& entis nichil non ens inquit eſſe. principaliter enim ens: plenum eſſe ens. Sed eſſe

Vna autē ratione ac via maxime de ōnibus definiere Leucippus & Democritus: principium faciētes quod quidem ſecundū naturā eſt. Nonnullis enim ex veteribus/id quod eſt/neceſſario eſſe vnū atq; immobile: viſum eſt. vacuum enim ipſum: nō eſſe. Nihil aūt moueri poſſe: ſi vacuū ſeparatū in ratione rerū nō ſit. Nec rurſus eſſe multa: ſi ipſū nō ſit id qđ ea diſtinguit. Cęterū puta re vniuerſū ipſum non eſſe contiguū/ ſed ea quibus conſtat diuiſim ſeſe tangere: idē profecto eſſe atq; ipſum multa & non vnū eſſe & vacuū dicere. Nam ſi omni ex parte diuiſibile ſit: nullum vnum eſſe. quare nec multa. ſed vacuū: vniuerſum. Sin vero partim diuiſibile ſit/ partim non diuiſibile: hoc figmento cuidam eſſe perſimile. Nā quatenus/ quāq; ob cauſam pars alia vniuerſi hoc pacto ſeſe haberet/ plenaq; eſſet: alia diuiſa? Præterea: ſic eſſe neceſſariū motū non eſſe. Ob haſce igitur/ rationes nonnulli ſenſum prætereuntes deſpiciēteſq;/quaſi rationē ſequi ducem oporteat: vniuerſum ipſum/vnū & immobile & infinitū eſſe aſſerūt. Nā alioqui (inquūt) finis ad vacuū finiret. Quidā igitur ad hūc modum & ob cauſas haſce: de ipſa veritate dixerūt. Sed cū in rationibus hæc videātur euenire/ in ipſis vero rebus minime: hoc pacto ſentire/inſanię pſimile exiſtit. nemo eni ex hiſce quos inſania male habet: a mente eo vſq; diſcedit/ vt ignē & glaciē/vnū eſſe putet. ſed ſolū q̄ bona honeſtaq; ſunt/& q̄ per cōſuetudinem talia eſſe apparēt: ea quibuſdā ob inſaniā nihil differre vidētur. ¶ Leucippus vero rationes habere arbitratus eſt: quæ ſenſui conſentanea dicentes nec generationē/ nec corruptionē/nec motū/ nec entiū pluralitatem e medio tollant. Cōſentanee autē hiſce quæ apparēt: hęc quidē locut⁹. Illis vero qui ipſū vnū conficiūt quia ſine vacuo non ſit mot⁹: & vacuū eſſe nō ens/ & ei⁹ qđ eſt nihil nō ens eſſe ait. qđ enī ꝓprie eſt: plenum eſſe. Sed quod

Vatablus. Tral.ve.ex græ.recog.

est eiusmodi: non vnum esse/ sed numero infinita/ & inuisibilia ob mollis paruitatem. Atque hæc: in vacuo ferri. vacuum enim esse. Item cum coalescũt coeuntq;/ generationem: cum dissoluũtur/ corruptionem efficere. Atq; agere & pati: quatenus sese tangunt. nam eatenus: non vnum esse. Et generare: cum componuntur 61 complicanturque. Et ex eo quod vere vnum est: non gigni multitudinem. nec ex hisce quę vere multa sunt: vnum. sed hoc esse impossibile. ¶ Sed quemadmodum Empedocles & quidam alij aiunt per meatus pati: sic omnẽ alterationem passionemq; hoc fieri modo. cum per vacuum/ fiat dissolutio & corruptio: similiter autem & accretio/ intro subeuntibus solidis. Fere autem perinde 62 dicat Empedocles atq; Leucippus ait/ est necesse: esse inquã solida quædam cæterum indiuisibilia/ nisi meatus omni ex parte cõtinui sint. quod sane fieri nequit. Nam solidum: nihil aliud præter poros/ sed totum vacuũ esset. Quę igitur sese tangunt indiuisibilia esse/ & quæ inter hæc media sunt vacua/ quos ille poros meatusq; appellat: est necesse. Ad hunc modum: Leucippus de actione & passione dicit. Modi igitur quibus alia agunt/ alia patiuntur: hi fere dicuntur. & de hisce quidẽ/ & quo pacto dicant: perspicuum est. Et ad positiones quibus ipsi vtuntur: fere consentanee accidere videtur. cæteris autẽ minus. verbi gratia Empedocli qualiter generatio/ corruptio/ & alteratio fiant: nequaq; liquet. Na his: prima corpora indiuisibilia sunt/ figura tãtum inter se discrepantia/ ex quibus primis entia cõponuntur/ & in quæ vltima dissolui solent. Empedoeli vero: cætera quidem vt patet vsq; ad elementa ipsa/ generationem habent atque corruptionẽ. At horum ipsorum aceruata congestaq; magnitudo quo pacto oriatur ac intereat: neq; perspicuum est/ neque fieri potest vt ipse dicat/ nisi & ipsius ignis

tale/ non vnum: sed infinita multitudine & inuisibilia propter paruitatem tumoris. Hæc autẽ: in vacuo ferri. vacuũ enim: esse. Et cõstantia quidem: generationẽ facere. dissoluta autem: corruptionem. Facere autẽ & pati: secundum ꝙ existunt tangentia. secundum enim id: non vnum esse. Et cõposita & complicata: generare. Ex vno autem secũdum veritatẽ nõ vtiq; generari multitudinem. neq; ex vere multis: vnum. sed esse hoc impossibile. ¶ Sed vt Empedocles & aliorum aliqui inquiunt pati per poros: ita & omnẽ alterationem & omne pati hoc modo generari. per vacuũ: facta dissolutione & corruptione. similiter autẽ et augmẽtatione: subintrãtibus solidis. Fere autem & Empedoclem necesse est dicere: vt Leucippus inquit. esse enim quędam solida & indiuisibilia: si non vbiq; pori continui sunt. hoc autẽ: impossibile est. nichil enĩ aliud solidũ erit præter poros: sed omne vacuum. Necesse est igitur: tangentia quidem esse indiuisibilia/ media autem eorum vacua/ quos ille dicit poros. Ita autem & Leucippus dicit: de ipso facere & pati. Modi igitur secundum quos hæc quidem faciunt/ hæc autem patiuntur: fere hi dicũtur. et de his quidem/ & quomodo dicunt: manifestũ est. Et ad eorũ positiões quibus vtũtur: fere confesse videtur contingere: alijs autẽ/ minus. verbi gratia/ Empedocli quo modo erit generatio & corruptio & alteratio: nõ est manifestũ. His enim sunt indiuisibilia: prima corporũ/ formis differẽtia solum/ ex quibus primis componuntur/ & in quæ vltima dissoluuntur. Empedocli autem: alia quidem manifestũ est ꝙ vsq; ad elementa habent generationẽ & corruptionẽ. Ipsorũ vero horum quomodo generatur & corrũpitur coaceruata q̃titas: nec manifestũ est/ nec cõtingit dicere ei/ nõ dicẽti et ipsius ignis

Tral.ve.ex græ.recog.

elementum esse.similiter autem & aliorum omniū:vt in Timęo scripsit Plato. ¶Intantū enim differt vt nō eodē modo Leucippo dicat: ꝙ hic quidē solida/ ille autem planities/ dicit indiuisibilia. & hic quidem/ infinitis terminari figuris indiuisibiliū solidorū vnumquodq;: ille autem/terminatis. quoniam indiuisibilia vtriq; dicunt:& terminata figuris. Ex his itaq;: generationes & segregationes. Leucippo enim/duo modi erunt: & per vacuum & tactū.hoc quidem:diuisibile est vnumquodq;. Platoni autē: secundum solum tactū.vacuū enim:nō esse inquit. Et de indiuisibilibus quidē planitiebus:diximus ī prioribus sermonibus.de indiuisibilibus autem solidis quod amplius dicere accidit: relinquatur nunc. ¶Vt autem parum digrediēntes dicamus:necessariū est & impassibile vnūquodq; dicere indiuisibilium (nō eni possibile est pati:nisi per vacuum) & nullius actiuū passionis. neq; enim durum neq; frigidū: possibile est esse. Qualis hoc inconueniens sit: solum dare circulari figuræ calidum. necesse enim est: & contrarium/frigidum/ alij alicui adaptare figurarum. Inconueniens autē est: si hæc quidem existunt/dico autem caliditas & frigiditas/grauitas autē & duritia/ & leuitas & mollities/ non existunt. Sed tamē grauius:secūdū excessum/ dicit esse Democritus vnūquodq; indiuisibiliū.quapropter:& calidius. Talia autē existētia: nō pati abiuicē/ipossibile ē.verbi gratia:a multū excedēte calido leuiter calidū. Sed tamē si durū ē: & molle.molle autē:patiēdo aliquid dicitur.qđ enim cedit: molle. Sed tamē incōueniēs est: si nichil existit/nisi solū figura.& si existit: vnū autē solū.verbi gratia:hoc quidē durū/hoc autē calidū.nec eni vna aliqua esset:natura eorū. Similiter autē ipossibile est:& si multa vni. īdiuisibile enī existēs:

Vatablus

elementum esse dixerit. similitet & aliorum omnium: vti Plato in Timęo scripsit. ¶Tantum enim 63
abest vt eo quo Leucippus modo dicat: ꝙ hic solida/ille plana esse indiuisibilia/& hic infinitis figuris/ille finitis.indiuisibile quoq; definiri asserit. quādoquidē:indiuisibilia vtriq; & figuris definita dicunt. Ex his itaq; generationes & segregationes fiunt. Nā Leucippo quidē duo modi esse possunt:& per vacuū/& per tactum. hac enim ratione: diuisibile quoq; existit. Platoni vero: dūtaxat per tactum, nam vacuū non esse inquit. Et de planis qdē indiuisibilibus:in hisce quę prius dicta sunt diximus. de solidis vero itidē indiuisibilibus quod præterea considerari potest:in præsentia omittatur. ¶Vt autē paululum digre 64
dientes dicamus: quodq; eorum quæ indiuisibilia sunt/ impatibile esse (non enim fieri potest vt quicq̄ patiatur: nisi per vacuum) nullamq; passionem efficere (nam vacuum: neq; durum neq; frigidū esse potest) necesse est. Atqui 65
hoc absurdum est: solum inquā rotundæ figurę calorem tribuere. necesse enim est:& contrariū/ frigus scilicet/alicui alij competere figurę. Absurdū etiam est: si hęc quidem/caliditas inquam & frigiditas insint/pōdus autem ac leuitas & duritia mollitieq; non insint. Atqui Democritus: indiui 66
sibilium quodq; per excessionem grauius esse asserit. quare: vt patet/& calidius. At fieri nō potest: vt quę talia sūt/mutuo a sese nō patiantur./ceu a calore admodū exuperante: id quod lente calidum est/At vero si durū: & mol 67
le. Molle autem dicitur: quia pati quippiam soleat. quod enim cedit: molle est. At vero & absurdū 68
quoq; fuerit: si nihil nisi figura solum insit. Item: si quid insit/sed vnum solum. vt si hoc durum sit: illud calidum. neq; enim eorum natura: vna aliqua esse potest. Pari modo impossibile fuerit: et si plura vni insint. nam cum sit indiuisibile: in eodem af-

Vatablus

fectus habebit. Quare ſi patitur quatenus frigefit: eatenus nimirum & aliud quippiam aget aut etiam patietur. Ad hunc autem modum: de cęteris quoq; paſſionibus eſt dicendum. Siquidē hoc ipſum eodem modo accidit: tam iis qui ſolida/q̄ qui plana eſſe indiuiſibilia dicunt. Nam ſi vacuū in hiſce quæ īdiuiſibilia ſunt/nō inſit: neq; rariora/neq; denſiora fieri poſſunt. Adhæc illud quoq; prętęr rationem exiſtit: parua inquā eſſe indiuiſibilia/ magna vero minime. Nūc enim haud ſine ratione: quæ maiuſcula ſunt facilius q̄ quæ parua/ frangi ſolent. hæc enī/magna ſcilicet/facile diſſoluūtur: quippe quæ in multa īpingāt. Sed quæ prorſus indiuiſibilia exiſtunt: cur paruis potius q̄ magnis competunt? Inſuper vtrum illorum omnium ſolidorum vna ſit natura: an inter ſe differant/ perinde atque ſi mole alia ignea/ alia terrea eſſent? Nam ſi vna ſit omnium natura: quidnā id eſt quod ea diſtinxit ſeparauitq;? Aut cur cum ſeſe tangunt/ non in vnum coaleſcunt: haud ſecus q̄ aqua cum aquam tangit? nihil enim: poſterius a priori differt. Sin vero diuerſa: qualia nam hęc ſint? Atq; perſpicuū eſt: ea/potius q figuras ipſas ponſo portere principia/ cauſaſq; eorū quæ eueniunt. Præterea ſi natura differant: & agent & patientur/ cum mutuo ſeſe tangent. Præterea: quidnam eſt id quod mouet? Nam ſi aliud ſit: affectioni erunt obnoxia. Sin vero quodq; ſeſe moueat: aut erit diuiſibile ita vt altera parte moueat/ altera moueatur/ aut in eodē ineruht contraria/ & materies non modo numero vna ſed & potentia/ erit. ¶ Qui igitur per meatuum motionem paſſiones accidere inquiunt: ſi oppletis quoq; meatibus id euenire dicant/ meatus ſuperuacanei ſunt. Nā ſi paſſio ad hunc fiat modum: vniuerſum ipſū etiā ſi foramina nō habeat ſed continuum ſit/ eodem patī modo poteſt. Inſuper: qui fieri poteſt vt trāſpiciatur vti aiūt?

Tral.ve.ex græ. recog.

in eodē habebit paſſiones. Quapropter et ſi patiatur ſecūdū q̄ īfrigidatur: ſcdm id et aliq̄d aliud faciet aut patietur. Eodē autē modo: & de paſſionibus alijs. hoc enī/& ſolida & planities dicentibus indiuiſibiles: contingit eodē modo. neq; enim rariora/neq; denſiora eſt poſſibile generarī: vacuo nō exiſtēte in īdiuiſibilibus. Amplius autem inconueniens eſt: & parua quidem indiuiſibilia eſſe/ magna autē non. Nunc enim: rationabiliter maiora magis confringuntur q̄ parua. hæc enī: diſſoluūtur facilius paruis. verbi gratia: magna. offendunt enim multa. Indiuiſibilia autē vniuerſaliter: quare magis q̄ magnis/īexiſtūt paruis? Amplius autem/ vtrum vna omniū ſit natura illorū ſolidorū: an differūt altera ab alteris? quemadmodū ſi hæc quidē eſſent ignea: hæc autē terrea ſecundum tumorē. Si enim vna natura eſt omniū: quid eſt diuidēs? aut quare nō fiūt tāgētia/vnū: quēadmodū aqua/aquā quādo tangit? nichil enī differt: poſterior aqua a priori. Si autē alia: qualia hæc ſūt? Et manifeſtū eſt: q̄ hæc/ponendū eſt principia & cauſas contingentiū magis q̄ figuras. Amplius autē differētia naturæ: & faciēt & patiētur/ approximantia adinuicem. Amplius autem: quid eſt quod mouet? ſi enim aliud: paſſiuū. ſi autem ipſum ſeipſum vnumquodq;: aut diuiſibile erit/ ſecundū aliud quidē mouens/ ſecūdū aliud autē motum. aut ſecundū idem contraria inerunt: & non ſolum materia erit numero vna ſed & potentia. ¶ Quicunq; igitur per pororum motionem inquiunt paſſiones contingere: ſi quidem & plenis poris/ ſuperfluunt pori. Si enim patitur ſic omne: & ſi non poros habens/ ſed ipſum continuum exiſtens/ patietur eodem modo. Amplius autem: quomodo contingit de inſpiciendo accidere vt dicunt?

Cap. 8

Tral. ve. ex græ. recog.

neq; enim ſecundū tactus cōtingit trāſire per tranſparentia: neq; per poros/ ſi plenus ſit vnuſquiſq;. Quid enī differret: ab eo qđ eſt nō poros habere? omne enī: ſic eſſet plenū. Sed & ſi vacua quidē hęc ſint/ neceſſe autē ſit corpora in ſe habere: idem continget rurſum. Si autē tāta ſint ſecundū magnitudinē/ vt nō ſuſcipiant corpus aliquod: ridiculum eſt paruū quidē exiſtimare vacuū eſſe/ magnū autē nō eſſe/ neq; quātūcunq;/ aut vacuum aliquid aliud exiſtimare dicere/ niſi regionem corporis. Quapropter manifeſtum eſt: q; omni corpori ſecūdū tumorē ęquale erit vacuū. Vniuerſaliter autē: poros facere/ ſuperfluū. Si enim nichil facit ſecundū tactū: neq; per poros tranſiens faciet. Si autē tangendo/ & poris non exiſtētibus: hæc quidē patiētur/ hæc autē facient/ adinuicē hoc modo natorū. Qz ergo ita dicere poros/ vt quidā exiſtimāt/ aut mendaciū/ aut inane eſt: manifeſtū eſt ex his. Diuiſibilibus autē omnino corporibus exiſtentibus/ poros facere: ridiculū eſt. ſecūdū enī q; diuiſibilia ſunt: poſſunt ſeparari. CAP. IX.

OVo autem modo inſit generare entibus & facere & pati: dicamus/ accipientes principiū dictū ſæpe. Si enī eſt hoc quidē poteſtate/ hoc autem actu tale/ natū autē eſt non tū quidē pati/ tū autē nō pati/ ſed vbiq; ſecundū q; eſt tale/ magis autē & minus ſecūdū q; tale magis eſt & minus: ſic vtiq; poros aliquis dicet magis ineſſe/ vt in metallicis extenduntur paſſiui venæ continuæ. Cōtinuum igitur vnūquodq;/ et vnū exiſtēs: impaſſibile eſt. Similiter autē/ & nō appropinquātia/ neq; ſibiipſis neq; alijs: q̄ facere nata ſūt et pati. Dico autē vt nō ſolū tangēs calefacit ignis: ſed & ſi longe ſit. aerē enī ignis/ aer autē

Vatablus

Nā neq; ſecundū tactus p perſpicua trāſitio fieri poteſt: neq; per meatus ſi ſinguli pleni ſint. Quid enim meatus habere an nō: referret/ totum enim: ſimiliter erit plenū. At vero ſi & hæc quidem vacua ſint/ ſed corpora in ſe neceſſario habeant: idem rurſum accidet. Qz ſi magnitudinē tantilla ſint vt nullum corpus admittere queāt: putare qđ paruū eſt vacuum eſſe/ quod magnum non vacuum/ ne quantillum cuq; quidē/ aūt dicere eſſe putare vacuum eſſe quippiam aliud præter corporis locum/ ridiculum eſt. Quare/ vt patet: vacuum omni corpori/ mole æquabile erit. In ſumma: meatus facere/ ſuperuacaneum. Nam ſi per tactum agat nihil: neq; per meatus ſeſe inſinuando aget. Sin vero quippiam ex eo agat quia tāgit: etiam ſi meatus nulli ſint/ eorum quæ inter ſe agere ac pati nata ſunt alia agent/ alia patiētur. Perinde igitur meatus aſtruere vt quidā exiſtimāt: aut falſum eſſe/ aut certe vanū/ ex hiſce conſtat. Porro cū corpora omni ex parte diuiſibilia ſint: meatus facere ridiculum exiſtit. nam quo diuiſibilia ſunt: hoc ſeparari queunt.

CAP. IX.

VOnam autem modo ea quæ ſunt generent agātq; ac patiātur: ſūpto initio ſæpe iā dicto/ declarare oportet. Si enī aliud potētia aliud actu tale eſt/ atq; natū eſt nō partim pati/ partī nō pati/ ſed vniuerſim quatenus eſt tale/ magis autē & minus quatenus magis & minus tale eſt: ſic profectō melius quiſpiam meatus ineſſe dicet/ ſicuti in metallicis venæ quædam rei affectui obnoxiæ porrigi ſolent. Cō 78
tinuum igitur quodq; & vnū exiſtens: affectionis expers eſt. Similiter: & ea quæ tametſi agere & pati nata ſunt/ tamē neq; ſeſe tangunt/ neq; alia. Intelligi volo: vt ignis non modo cum tangit/ ſed etiam ſi procul ſit/ calfacit. Nam ignis aerem/ aer corpus

excalfacit: cui vt agat patiaturq; est insitu. ¶ At fieri non posse vt quicq̃ parte altera patiatur/ altera non patiatur: qui idipsum initio definiere/ dicant oportet. Si enim magnitudo non oino omniq; ex parte sit diuisibilis/ sed corpus aut latitudo ĩdiuisibilis sit: nõ erit profecto quicq̃ omni ex parte patibile/ sed ne continuum quidẽ. Qz si hoc falsum est/ & omne corpus est diuisibile: diuisumne sit sed tangat/ an diuisibile nihil refert. Nam si per tactus segregari possit/ perinde vt quidam affirmant: etiam si nõdũ sit diuisum/ poterit tamẽ esse diuisũ: nullũ enim: emergit ĩpossibile. ¶ Omnino autẽ gñationẽ ad hũc fieri modũ/ nẽpe discissis corporibus: cancellos egreditur rationis. Etenim sermo iste: alterationem e medio tollit. At idem corpus/ quãq̃ continuum: alias liquidum/ alias concretum videmus/ non diuisione aut compositione hoc passum/ neq; conuersione aut attactu/ sicuti Democritus asserit. Nã neq; transpositione neq; naturæ demutatione: ex liquido concretũ euadere solet. Neq; nunc dura concretaq; ĩdiuisibilia mole sunt: sed ex equo quoduis/ nunc liquidum interdum vero durum ac concretum existit. ¶ Præterea: fieri non potest vt accretio decretiove sit. non enim quoduis fiet maius: si accretio adiectio sit/ & non totũ mutetur vel admisto aliquo vel ipso per se mutato. Qz igitur generare ac agere/ & generari ac pati inter sese mutuo sit/ & quonã pacto id fieri queat/ & quonã quidam fieri dicãt/ non tamen fieri possit: hoc modo sit definitum.

CAP. X.

Restat vt de mistione contemplemur iuxta eundem doctrinæ modum/ nam ex hisce quæ initio proposuimus: hoc erat tertium. Considerandum autem est: quid mistio/ quid mistile/ quibus entibus & quo pacto competat/ & insuper corpus calefacit/ natus & facere & pati. ¶ Existimare autem tum pati/ tum autem non: determinantes in principio hoc dicendum. Si enim non vbiq; diuisibilis sit magnitudo/ sed est corpus indiuisibile/ aut latitudo: nõ vtiq; erit vbiq; passibile/ sed neq; continuum vllũ. Si autem hoc mendacium/ & omne corpus diuisibile: nichil refert diuidi quidem tangere autem/ aut vtiq; diuisibile esse. Si enim segregari potest secundum tactus/ vt aiunt quidã: & si nondũ est diuisum/ possibile erit diuisum esse. fit enim nullũ: impossibile. ¶ Vniuersaliter autem: hoc generari modo scissis corporibus/ inconueniens est. destruit enim hic sermo: alterationẽ. Videmus enim idem corpus cõtinuum existens: quandoq; quidẽ humidũ/ quãdoq; autẽ coagulatũ/ nõ diuisione & cõpositione hoc patiẽs/ nec cõuersione & tactu/ sicut ait Democritus. neq; enĩ trãsductũ/ neq; trãspositũ/ neq; transmutatũ secũdũ naturã: coagulatũ ex humido generatũ est. neq; nũc sunt dura et coagulata/ indiuisibilia tumoribus: sed similiter omne/ humidũ/ quãdoq; autem durũ & coagulatũ est. ¶ Amplius autẽ: neq; augmẽtationẽ possibile esse et diminutionẽ. nõ enĩ qđcũq; erit factũ maius: si quidẽ erit appositio/ & nõ õne trãsmutatũ/ aut misto aliquo/ aut secũdũ se trãsmutato. Qz igitur est generare & facere/ & generari & pati adinuicem/ & quomodo contingit/ & quomodo inquiunt quidã/ non contingit autẽ: determinatũ sit hoc modo.

CAP. X.

Reliquum autẽ est videre de mistione: secundũ eundẽ modum methodi. hoc enim: erat tertiũ propositorum a principio. Scrutandum autem est: quid est mistio/ & quid miscibile/ & quibus existit entiũ/ et quomodo. Amplius autẽ

Cap. 4

Tral. ve. ex græ. recog.

vtrum eſt miſtio: an hoc/ mendaciũ? Impoſſibile enim eſt aliquid alterum alteri miſceri: ſicut dicũt quidã. Exiſtẽtibus enim adhuc miſtis/ & nõ alteratis: nõ magis nunc miſta eſſe inquiunt q̃ prius/ ſed conſimiliter ſe habere. altero autem corrupto: non miſta eſſe. ſed hoc quidem eſſe: hoc autem non eſſe. miſtionem autẽ: ſimiliter habentium eſſe. Eodẽ autẽ modo: & ſi ambobus conuenientibus/ corruptũ eſt miſtorum vtrumq;. non enim eſt miſta: nullatenus exiſtentia. ¶ Hic igitur ſermo videtur quærere: quid differt miſtio a generatione & corruptione/ & quid miſcibile a generabili & corruptibili. Manifeſtũ enim eſt q̃ oportet differre: ſi eſt miſtio. quapropter his exiſtẽtibus manifeſtis: quæſita ſoluentur vtiq;. At vero nec materiam/ igni miſceri dicimus: nec miſceri cum ardet/ aut ipſam ſuis particulis aut igni. ſed ignem quidẽ generari: hanc autem corrumpi. Secundum autem eundem modum: nec corpori cibum/ nec figuram ceræ miſtam figurare tumorẽ. neq; corpus & albũ: neq; totaliter paſſiones & habitus poſſibile eſt miſta eſſe rebus. ſaluata enim: videntur. Sed tamen neq; album & diſciplinam contingit miſceri: nec aliud non ſeparabiliũ aliquod. Sed hoc dicũt non bene: qui omnia quãdoq; ſimul eſſe dicũt/ & miſta eſſe. non enī omne omni miſcibile eſt: ſed oportet exiſtere ſeparabile vtrũq; miſtorũ. paſſionũ autẽ nulla: ſeparabilis. ¶ Quoniã autẽ ſũt entiũ hæc quidẽ potẽtia/ hæc autẽ actu: cõtingit miſta/ eſſe aliqualiter & nõ eſſe/ actu quidẽ exiſtente alio generato ex ipſis/ potentia autẽ quid vtriuſq; eorũ quæ erãt anteq̃ miſcerẽtur/ & non p̃dita. hoc autẽ: ſermo quæſiuit prius. Videntur enī quæ miſcẽtur: prius ex ſeparatis cõueniẽtia/ & poſſibilia ſeparari rurſus. Neq; manẽt igitur actu/ vt corpus & albũ: neq; corrũpũtur

54

Vatablus

vtrum ſit miſtio: an id falſum ſit? Nam fieri non poteſt/ vt quid alterum alteri miſceatur: ſicuti quidã aiunt. Etenim cũ ea quæ miſta ſunt/ adhuc ſint/ nec alterationem ſubierint: non magis nũc q̃ prius eſſe miſta/ ſed ſimiliter ſeſe habere dicunt. Porro ſi alterum ſit corruptũ: nõ eſſe miſta/ ſed alterũ eſſe/ alterũ nõ eſſe, miſtionẽ autẽ: eorũ eſſe q̃ ſimiliter ſeſe habẽt. Eodẽ autẽ modo: & ſi poſtea q̃ in vnũ ãbo venerit/ vtrũq; eorũ quæ miſcentur/ corruptũ ſit. non enim ea eſſe miſta: quę omnino in ratione rerũ nõ ſũt. ¶ Hęc igitur ratio poſtulare videtur vt quo miſtio a generatione & corruptione/ & quo miſtile a generabili & corruptibili differat: definiamus. Perſpicuũ enī eſt: miſtionẽ/ ſi quidẽ ſit/ ab illis differre oportere. Quo fit vt hiſce cognitis: quæ addubitata fuerũt/ ſolui queãt. At vero neq; materiã igni miſtã eſſe/ neq; miſceri dũ cõburitur aut ipſam ſuis partibus aut igni: ſed ignẽ gigni/ et materiã corrũpi/ dicimus. Eodem autẽ modo/ neq; corpori alimẽtũ: neq; figurã q̃ ceræ molẽ afformat ceræ miſceri dicimus. Nec corpori albedinẽ/ nec omnino affectus habituſq; rebus ipſis miſceri poſſibile eſt: quippe cũ ipſi ſalui cernantur. At vero nec albedinem & ſciẽtiã/ nec aliud quicq̃ inſeparabile: miſceri contingit. Quinimo nec id probe dicũt: qui omnia aliquando & ſimul eſſe & miſceri inquiunt. non enim omnibus omnia miſceri queunt: ſed eorũ quæ miſcẽtur vtrumq; ſeparabile quid eſſe oportet. affectuum autem nullus: ſeparabilis exiſtit. ¶ Cũ autẽ eorum quę ſũt/ alia actu ſint/ alia potẽtia: quæ miſta ſunt/ eſſe quodãmodo & nõ eſſe contingit/ actu quidem aliud exiſtẽte eo quod ex eis factum eſt/ potentia vero quippiam vtriuſq; eorum quæ erant antequã miſcerentur/ & non eſſe perdita. id quod: ratio prius addubitabat. Nam quæ miſcentur: & prius ex ſeparatis coiſſe/ & poſſe rurſum ſeparari videmus. Igitur neq; permanẽt actu/ vti corpus & albedo: neq; corrũpuntur/

83

84

Vatablus

aut ambo aut alterum. nã eorũ virtus atq; potẽtia: ſalua manet.
85 Iccirco: hæc omittantur. ¶Dubitationem autem hiſce continuam/ediſſeramus oportet: vtrũ miſtio quippiã ad ſenſũ ſit/ verbi gratia cũ ea quæ miſcentur ita in parua diuiſa fuerint et hoc pacto iuxta ſeſe poſita vt nullum ſenſu dignoſcatur/ tunc ne miſta ſunt an non/ſed fit vt eorum quæ miſta ſunt/ particula quælibet iuxta quãlibet ſit/ Illo igitur modo miſta eſſe dicuntur: vt ordeacea grana frumẽtaceis/ cum quodlibet iuxta quod
86 libet poſitũ eſt. At ſi omne corpus ſit diuiſibile: ſi corpus corpori miſtum ſimilare ſit/ partem quãlibet ſecus quãlibet eſſe oportebit. Atq; cũ fieri neq̃at vt i partes minimas diuiſio fiat/ & cõpoſitio non idẽ ſit qđ miſtio ſed aliud: non oportere dicere quæ miſcẽtur eſſe miſta ſecundũ partes exiguas quæ ſuã adhuc retineãt naturã/ perſpicuũ eſt. cõpoſitio enĩ eſſet/ nõ temperatura/ aut miſtio: nec pars eandẽ cũ toto haberet rationẽ. Dicim⁹ aũt/ ſi quid miſceri debeat: qđ miſtũ eſt/ ſimilũ eſſe partiũ. & quẽadmodum aquę pars/ aqua eſt: ita et temperati temperatum. Qz ſi miſtio ſit compoſitio ſecundum partes exiguas: nihil horũ accidet/ ſed ſolũ eſſe miſta ad ſenſũ. atq; idẽ: huic quidẽ ſi acute non videat eſſe miſtũ/ Lynceo vero nõ eſſe miſtũ videbitur. Neq; diuiſione/ adeo vt quæuis particula iuxta quãuis poſita ſit: miſtio fit. nã fieri nõ poteſt: vt corpora ſic diuidantur. Aut igitur nõ eſt miſtio: aut hoc rurſum eſt dicẽdum/ quo pacto inq̃ fieri poſſit.
¶Sũt itaq; (vti diximus) eorũ q̃ ſũt: quædã actiua/ quędã quę ab
87 hiſce pati ſolẽt. Quædã igitur cõuertunt ſũtq; iter ſe mutuo actiua & paſſiua: quorũ videlicet eadẽ eſt materies. Quędã vero agũt & nõ patiũt: nimirũ qbus materies eadẽ nõ eſt. Horũ igit: nõ eſt miſtio. Quare nec medẽdi ſcientia ſanitatẽ/ nec ſanitas eandem: miſta corporibus efficiũt.

Tral.ve.ex græ.recog.

neque alterum neq; ambo. ſaluatur enim: virtus eorum. Ideo: hæc quidem relinquantur. ¶Cõtinuam autem his quæſtionem dicendum: vtrumne miſtio ad ſenſum ſit/ vt quando ita in parua diuiduntur quæ miſcentur/ & ponuntur hoc modo adinuicem/ vt non manifeſtum vnumquodq; ſit ſenſui/ tũc miſta ſunt/ an non ſunt/ ſed eſt vt quæcunq; ſecus quamcunq; ſit particulã miſtorum? Dicitur igitur illo modo/ verbi gratia ordeũ miſtum eſſe frumẽto: quãdo qđcũq; ſecus qđcunq; ponetur. Si autem eſt omne corpus diuiſibile: ſi eſt corpus corpori miſcibile/ homœomerũ/ quãcunq; vtiq; oportebit partẽ ſi eri ſecus quãcũq;. Quoniã autẽ nõ eſt in minima diuidi/ nec cõpoſitio idẽ quod miſtio/ ſed aliud: manifeſtum eſt q̃ neq; ſecundũ parua ſaluata oportet quæ miſcẽtur dicere miſta eſſe. cõpoſitio enim erit/ et nõ craſis nec miſtio: neq; habebit eandẽ rationẽ cũ toto pars. Dicimus autem oportere: ſi miſtũ eſt aliquid/ miſtũ homœomerũ eſſe. et quẽadmodũ aquę pars/ aqua: ita & tẽperati. Si autẽ ſecundũ parua cõpoſitio/ eſſet miſtio: nichil cõtingeret horum/ ſed ſolũ quidẽ miſta ad ſenſum. & idẽ/ huic quidẽ miſtum/ ſi non videt quis acute: Lynceo autem nõ miſtũ videbitur. Neq; diuiſione: vt quęcunq; pars ſecus quamcunq; ſit. impoſſibile enim: ita diuidi. Aut igitur non erit miſtio: aut dicendum hoc/ quomodo contingit fieri/ rurſus. ¶Sunt itaq; vt diximus: entium hæc quidem actiua/ hæc autem ab his paſſiua. Hæc igitur conuertuntur/ quorum eadem materia eſt: & actiua adinuicem & paſſiua abinuicem. hæc autem faciunt/ impaſſibilia exiſtentia: quorum non eſt eadem materia. Horum igitur: non eſt miſtio. Ideo neq; medicina facit ſanitatem: neq; ſanitas miſta corporibus.

Cap. 10

Tral.ve.ex græ.recog.

57 ¶Actiuorum autem & paſſiuorū quæcunq; ſunt facile diuiſibilia: multa quidem paucis/et magna paruis compoſita/ non faciunt miſtionem ſed augmentationem dominantis. tranſmutatur enim alterū:in dominans. Ideo gutta vini:decies mille amphoris aquę non miſcetur. ſoluitur enim ſpecies:& tranſmutatur in omnē aquā. ¶Quando autē potētijs adæquantur aliqualiter:tunc tranſmutatur vtrumq; in dominās ex ſui ipſius natura.non generatur autē alterū: ſed mediū cōmune. Manifeſtū eſt igitur ꝙ hæc miſcibilia ſunt:quæcunq; facientiū/contrarietatem habent.hæc enim: ſunt abinuicē paſſiua. Et parua autem ſecus parua poſita:miſcentur magis.facilius enim in ſeinuicem & citius tranſeūt. multū autē/ & a multo:tardius hoc operatur. ¶Ideo & bene determinabilia diuiſibiliū & paſſiuorum:miſcibilia ſunt. diuidūtur enim in parua hæc: facilius.hoc enī:erat bene determinabilis eſſe. Verbi gratia. humida:miſcibilia maxime corporū.bene determinabile enim:maxime humidū diuiſibiliū/ſi nō viſcoſum ſit. Hęc enī: āpliorem vtiq; & maiorem tumorem faciūt. Quando autē alterū ſolū paſſiuum erit/ aut vehemēter/hoc autem valde parum: aut nichil amplius erit miſtū ex ambobus/aut parū.quod quidē: contingit circa ſtannū & æs. Quædā enim:balbutiunt adinuicem & ancipitia ſunt. vidētur enī aliqualiter & miſta remiſſe: & vt alterum quidem ſuſceptibile/alterū autem ſpecies.quod in his cōtingit. Stannū enī vt paſſio aliqua exiſtens ſine materia/æris: pene euaneſcit/ miſtum omne colorans ſolum. Idem autem hoc: contingit & in alijs. Manifeſtū eſt igitur ex ijs quę dicta ſunt: & ꝙ eſt miſtio/ & quid eſt/ & quare eſt/ & quæ miſcibilia entium. quoniam ſunt quædam talia:qualia ſunt abinuicē paſſibilia/ & bene determina-

Vatablus

¶Eorū vero actiuorū & paſſiuorū q̄ facile diuiſibilia ſūt: multa qdē paucis & magna paruis cōpoſita miſtionē non faciunt/ ſed accretionē eiuſce qd̄ euincit. Nā alterū:i id qd̄ euincit verti ſolet. vt gutta vini: decies millenis aq̄ mēſuris nō miſcetur. eteni forma vini perit: atq; vinū i totā aquā vertit. ¶Cū vero potētias habēt quodāmodo æqualeis:tū vtrūq; e ſua quidē mutatur natura in id qd̄ vincit ac ſuperat/nō tamē fit alterum/ ſed inter vtrūq; medium atq; commune. Patet igitur ea eſſe miſtilia: quęcūq; ex agētibus cōtrarietatē habēt. hęc enim: inter ſe paſſiua ſunt. Parua autem dum paruis admouētur: propēſius miſceri ſolēt. quippe cum: ea facilius celeriuſq; ſeſe trāſmeēnt. At multūm: tardius hoc idem efficit patiturq; a multo. ¶Iccirco ex hiſce quæ diuidi poſſunt patiq; ſolēt: quæ facile terminos ſuſcipiunt/ea miſtilia ſunt. quippe quæ: facile in parua dirimātur. hæc enim: eſt eius quod facile terminatur/ ratio. Verbi gratia. q̄ liquida ſunt: inter corpora maxime miſtilia ſūt/ cū liquidū maxime oīm diuiſibiliū facile terminari poſſit/ modo nō ſit viſcoſū atq; tenax. Hæc enī: molē reddunt āpliorē atq; maiorē. Cū autē alterū dūtaxat paſſiuum fuerit/ aut alterū vehemēter & alterū admodū remiſſe: vel nihilo vel certe paulo maius euadet quod ex vtriuſq; miſtura conſurgit. quod: in ſtanno & ere accidit. Nōnulla enī entia: inter ſe minus diſcreta ſunt/ ambiguq;. videtur enim quodammodo & remiſſe miſceri: & quaſi alterū ſuſceptiuū/ alterum forma eſſe. qd̄ quidē:& in hiſce accidit. Nā ſtānū quaſi affectio quędā ſine materia/ æris: penē euaneſcit/ miſturę toti colore ſolum indito. quod idē: & in alijs quoq; vſu venit. Patet igitur ex his quæ diximus: miſtionē eſſe/ & quid ea ſit/ & quā ob cauſam/ & quænam entia miſtilia ſint. quandoquidem nōnulla ſunt eiuſmodi: quæ & pati inter ſe &

Vatablus

facile terminari diuidique poſ-
ſunt. Hæc enim cum miſta ſunt
non eſſe corrupta/ nec vltra ea-
dem ſimpliciter eſſe/ nec eorum
miſtionem eſſe compoſitionem/
nec ad ſenſum: neceſſe eſt. Sed
miſtile quidem eſt: quando cū
facile definiri queat paſſiuū eſt
& actiuū/ & ei quod eſt eiuſmo-
di/ miſtile. nā miſtile: ad cogno-
mine dici ſolet. Miſtio vero: eſt
miſtilium alteratorum vnio.

¶ Prioris libri de generatione &
corruptione Ariſtotelis
Frācisco Vatablo
interprete:
finis.

¶ De generatione & corruptio-
ne Ariſtotelis ad R. P. D. Guil-
lermum Briconnetum Epiſcopū
Meldenſem liber ſecūdus: Fran-
ciſco Vatablo interprete.

1 DE miſtione igit & tactu et actione & paſ-
ſione/ quo pacto hiſce com
petant quæ natura mutationē ſubeūt/
& inſuper de ortu & occaſu ſim
plici abſolutoq; qualiter fiat/ cu-
ius ſit/ & quā ob cauſam/ tū etiā
de alteratione quid ſit alterari/ &
quam quodq; eorum habeat dif
ferentiam: dictum eſt. Reſtat: vt
circa ea quæ elementa corporū
appellātur/ contemplemur. Na
generatio & corruptio: ſubſtan-
tijs omnibus quæ natura con-
ſtāt/ haud ſine ſenſibilibus cor-
poribus/ competūt. ¶ Quorum
ſubiectā materiam quidam vi-
nam eſſe aiunt: eam aērem/ aut
ignē/ aut quippia inter hęc me-
diū qd & corpus ſit et ſeparabile
ponētes. Quidā: numero plures

Tral.ve.ex græ.recog.

bilia/ & bene diuiſibilia. Hæc enim: neq;
corrupta eſſe neceſſariū eſt quando mi-
ſta/ neq; adhuc ſimpliciter eadē eſſe quę
prius/ neq; cōpoſitionē eſſe miſtionem
eorū/ neq; ad ſenſum. Sed miſcibile qui-
dē eſt: quando bene determinabile exi-
ſtēs paſſiuū fuerit & actiuū/ et tali miſci-
bile. ad homonymū eni: miſcibile. Mi-
ſtio autē: eſt miſcibiliū alteratorū vnio.

¶ Tralationis veteris de genera-
tione & corruptione Ariſto-
telis/ ex græco recogni-
tæ: primi libri
finis.

¶ Tralatio vetus ſecūdi de generatione
& corruptione Ariſtotelis ex græco re-
cognita: ad R. P. D. Guillermum Bri-
connetum Epiſcopum Meldenſem.

DE miſtione igi-
tur/ et tactu/ et
de ipſo facere et
pati: dictum eſt
quomodo exi-
ſtūt in rebus trā-
mutatis ſecūdū
naturā. Ampli-
us autē & de ge-
neratione & cor-
ruptione ſimplici: quomodo eſt/ & cuius/
et propter quā cauſā. Similiter autē & de
alteratione/ dictū eſt quid alterari: et quā
habet differētiā eorū vnūqdq;. Reliquū
autē eſt: cōſiderare circa vocata elemen-
ta corporū. generatio enim et corruptio:
oībus natura cōſiſtētibus ſubſtātijs/ nō
ſine ſēſibilibus corporibus ineſt. ¶ Ho-
rū aute ſubiecta māteria/ hi quide inqui-
unt eſſe vnā: puta aerē ponētes/ aut ignē/
aut aliq̄d mediū horū/ corpus exiſtens et
ſeparabile. Hi autē: plures ſcdm numerū

Tral. ve. ex græ. recog.

vna. hi quidem ignem & terram. hi autē & hęc: & aerem/ tertium. hi autē & hęc: & aquā/ quartū vt Empedocles. ex quibus cōgregatis & ſegregatis aut alteratis: contingere generationē et corruptionē rebus. Q̄z igitur prima/ principia et elementa bene habet dicere/ ſit confeſſū: ex quibus tranſmutatis aut ſecundū cōgregationem et ſegregationem/ aut ſecūdum aliam tranſmutationem contingit generationē eſſe et corruptionē. ¶ Sed facientes quidem vnam materiam extra prædicta / hanc autem ſeparabilem & corpoream: peccant. Impoſſibile enim eſt: ſine contrarietate eſſe corpus hoc ſenſibile. aut enim leue aut graue/ aut calidum aut frigidum neceſſe eſt eſſe infinitum hoc: quod quidam dicunt eſſe principium. ¶ Vt autem in Timæo ſcriptū eſt: nullam habet determinationem. Nō enim dixit manifeſte: pandeches ſi ſeparatur ab elementis. nec vtitur vllo/ dicens eſſe ſubiectum aliquod vocatis elementis/ prius. vt aurum: operibus aureis. certe et hoc: non bene dicitur/ hoc modo dictum. Sed quorum quidem alteratio eſt/ ita: quorum autem generatio et corruptio/ impoſſibile illud enunciari ex quo generatum eſt. Sed tamen inquit: longe veriſſimū eſſe/ aurum dicere vnumquodq; eſſe. Sed elementis exiſtentibus ſolidis: vſq; ad planities facit diſſolutionem. Impoſſibile autē eſt: & materiam primam/ planities eſſe. Nos autem dicimus eſſe aliquam materiam vnam corporum ſenſibilium/ ſed hanc nō ſeparabilem/ ſed ſemper cum contrarietate: ex qua generantur vocata elementa. determinatum eſt autem de his: certius in alijs. ¶ Sed tamē quoniā & hoc modo ſunt ex materia corpora prima: determinādū eſt et de his/ principiū quidē et primū exiſtimātes eſſe materiā inſeparabilē quidē/ ſubiectā autē cōtrarijs.

Timæus 4.

Vatablus

vna. alij enim ignem & terram/ alij & hęc & tertium aerem/ alij & aquam inter hæc quartam vti Empedocles: ex quibus concretionē ſecretionem ve aut alterationem ſubeūtibus / ortū atq; occaſum rebus ipſis contingere dicunt. Q̄z igitur prima ipſa/ principia elemētaq; probe dicantur: ſit in cōfeſſo. ex quibus ſi aut congregatione ſegregatione ve aut alia mutatione trāſmutētur: generationē fieri contingat atq; corruptionē. ¶ Sed qui vnā vltra ea quæ ſunt dicta/ materiam faciunt/ eamq; corpoream atq; ſeparabilem: errat. Nam fieri nō poteſt: vt corpus hoc cum ſenſibile ſit/ ſine cōtrarietate exiſtat. Etenim infinitū hoc/ quod nō nulli principium eſſe dicunt: aut leue aut graue/ aut calidum aut frigidū ſit/ neceſſe eſt. ¶ Quod autem in Timæo eſt ſcriptū: nihil habet certi definitiq;. Nā nec ille plane dixit an id quod omnia ſuſcipit ab ipſis ſeparetur elementis: nec vllo vti ſolet/ cū tamen prius dixerit illud vocatis elementis/ vt aurum aureis operibus/ eſſe ſubiectum. q̄q̄ id non recte dicitur: ſi hoc dicatur modo. Sed quorū eſt alteratio: ea ita ſeſe habent. quorum vero generatio atq; corruptio: ea ex nomine eorum ex quibus fiunt/ appellari impoſſibile eſt. At qui longe veriſſimum eſſe inquit: dicere quodq; aurum eſſe. Verum cum ſolida ipſa elementa ſint: ad plana vſq; reſolutionē facit. At primam materiam eſſe plana ipſa: de numero eorum eſt quæ fieri nequeunt. Nos autem ſenſibilium corporum quādam eſſe materiā dicimus: ſed eam ſeparari non poſſe/ ſed ſemper eſſe cū contrarietate/ ex qua elementa vocata fiunt. de quibus: alibi exactius eſt definitum atq; pertractatū. ¶ Verū enim vero cū ad hūc modū ex materia corpora prima conſtent: de hiſce quoq; determinemus oportet/ ſupponentes materiam inſeparabilē quidē ſed cōtrarijs ſubiectā/ principiū atq; primū eſſe.

Vatablus

nō enim calor frigori/nec frigus calori:sed quod ſubijcitur/vtriq; materia exiſtit. Quare primo/ quod potentia ſenſibile corpus exiſtit:principium eſt. Deinde: contrarietates/ipſæ/cēū calor & frigus. Poſtremo: ignis & aqua & quę ſunt eiuſmodi/hęc enim: in ſeſe tranſmutari ſolēt. nec res perinde habet: vt Empedocles et cæteri aſſerunt. non enī: eſſet alteratio. At contrarietates ipſę: tranſmutari in ſe non ſolēt. Verū nihilo minus & vt corporis ſunt/ qualia & quot principia ſint:dicamus oportet. Nam cæteri ſuppoſitis vtuntur: nec curant talia ſint/ aut tot numero dicūt.

CAP.II.

7 ¶Vm igitur corporis ſenſibilis hoc eſt tangibilis principia diſquiramus/ ſenſibile autem ſit quod tactu ſēſum facit: conſtat non omnes corporis contrarietates/ ſpecies & principia facere/ ſed eas ſolum quæ ſub tactum cadunt. Nam contrarietate/eaq; tāgibili differūt. Quocirca nec albor nec nigror/ nec dulcedo nec amaritudo/nec item cæterarum quicq; contrarietatum:elementum facit. Atqui viſus:tactu prior eſt. quare & qđ ei obijcitur: prius erit. Verū nō eſt corporis tangibilis affectio quatenus tangibile exiſtit/ ſed per aliud:quāq; natura prius eſt.

8 ¶Porro ipſorū tangibiliū qualeſnā ſint primæ differentiæ & contrarietates: diſtinguamus oportet. Sūt autem tāgibiles contrarietates/hæ:calidū frigidum/ ſiccū humidū/graue leue/ durū molle/ vilcōſūm aridū/ſcabrum glabrum/craſſum tenue. Ex quibus : graue & leue/ neq; actiua ſunt neq; paſſiua. non enim q̄ alterum/ quippiam agat patiaturve ab altero: dicunt. ¶At elementa ipſa inter ſe mutuo actiua ſint & paſſiua:oportet. Nam miſcētur:& in ſeſe viciſſim mutātur. Calidū autē frigidūq; & humidū ac ſiccū:illa qdē q̄ actiua ſint/ hęc vero q̄ paſſiua/ dicūtur.

Tral.ve.ex græ. recog.

neq; enī calidū materia eſt frigido/ neq; hoc calido:ſed ſubiectū amborū. Quapropter primo quidē/potētia corpus ſenſibile:principiū eſt. ſecūdo autē:cōtrarietates. dico autē: verbi gratia caliditas & frigiditas. tertio autē:iā ignis & aqua & talia. Hæc enī trāſmutātur adinuicē: & nō vt Empedocles/ & alij dicunt: neq; enim:eſſet alteratio. Cōtrarietates autē: nō trāſmutātur. ſed non minus & vt corporis: qualia & quot dicendū principia. alij enī ſupponētes vtuntur:& nō dicunt quare aut talia/aut tot.

CAP.II.

¶Voniā igitur quærimus ſenſibilis corporis principia/hoc autē eſt tangibile/tāgibile autē cuius eſt ſenſus tactus:manifeſtū eſt q̄ nō omnes cōtrarietates corporis ſpecies & principia faciunt/ſed ſolū quæ ſecundū tactū. ſecundū cōtrarietatē enī differūt: & ſecundū tāgibilē cōtrarietatē. Ideo neq; albedo & nigredo/neq; dulcedo & amaritudo/ſimiliter autē neq; aliarū ſenſibiliū cōtrarietatū aliqua: facit elemētū. q̄uis prior:viſus eſt/tactu. quapropter & ſubiectū: prius. ſed nō eſt corporis tāgibilis paſſio/ſecundum q̄ tangibile eſt: ſed ſecundū aliud/ etſi fuerit natura prius. ¶Ipſorū autem tangibilium: diuidendū eſt quæ primæ differentiæ & contrarietates. Sunt autem contrarietates ſecundū tactum/hæ: calidum/frigidum/humidum/ſiccū/ graue/leue/ durum/ molle/ lubricum/ aridū/ aſperum/læue/ groſſum/ſubtile. Horum autē:graue quidē & leue/neq; actiua ſūt neq; paſſiua. nō enim faciendo aliquid aliud / neq; patiendo ab alio: dicuntur. ¶Oportet autē:actiua & paſſiua abinuicem/eſſe elementa. miſcentur enim: & trāſmutantur in ſeinuicē. Calidū autē et frigidū/ & ſiccū & humidū: hæc q̄dē q̄ actiua ſūt/hęc autē quia paſſiua/dicunt.

Cap. 2 3

Tral.ve.ex græ. recog.

Calidũ enī eſt: quod cõgregat homogenea. ſegregare enī/qđ inquiũt facere ignẽ: cõgregare eſt ea quæ eiuſdẽ tribus ſunt. cõtingit enim tollere alienigena. Frigidũ autem: quod coniungit & congregat ſimiliter & ſyngenea & quę non eiuſdem tribus. Humidum autem: indeterminatum proprio termino/bene terminabile exiſtens. Siccum autem: bene terminabile proprio termino/difficulter autem terminabile alterius. Subtile autem & groſſum/& lubricum & aridum/& durum & molle/& aliæ differentiæ: ex his ſunt. Quoniam enim repletiuum eſt humidum quia non eſt terminatum quidẽ/bene determinabile autem exiſtens/& quia ſequitur tangens/ſubtile autem repletiuum/ſubtilium enim partium/& quod paruarum partium repletiuum/totum enim totum tangit/ſubtile autem maxime tale eſt: manifeſtum eſt qꝫ ſubtile quidem erit humidi/groſſum autem ſicci. Rurſum autem: lubricũ quidem humidi (lubricum enim: humidum aliquid paſſum eſt/velut oleum) aridum autem ſicci. Aridum enim eſt: quod perfecte ſiccum/adeo vt & coagulatum ſit propter defectionem propriæ humiditatis. Amplius: molle quidem humidi. molle enim: quod cedit in ſeipſum/& nõ obſiſtit qđ quidem facit humidum. et ideo non eſt humidum/molle: ſed molle/humidi. durũ autem: ſicci. Durum enim eſt: quod coagulatum eſt. coagulatũ autem: ſiccum eſt. Dicuntur autem ſiccum & hũmidum: multifariam. oponitur autem ſicco: & humidum & vdũ. & rurſus humido: & ſiccum & coagulatum. omnia autem hæc: ſunt ſicci & humidi primorum dictorum. Quoniam enim vdo opponitur ſiccum/& humidum quidem eſt quod habet alienigenã humiditatem ſuperficietenus/perfuſum autẽ quod in profundo/ſiccũ autẽ

Vatablus

Calidum enim eſt: quod ea congregat quæ eiuſdem ſunt generis. Nã ſegregare (id quod ignẽ facere aiunt) eſt cognata & quæ eiuſdẽ ſunt generis congregare. accidit enī: vt aliena eximat/Frigidum vero: quod ex æquo cogit ac congregat tam quę eiuſdem ſunt generis/q̃ quæ diuerſi/Humidum autem: quod cum facile terminos ſuſcipiat/proprio nõ definitur. Siccum vero: qđ proprio termino belle definitur/alieno ægre. Tenue autẽ & craſſum/viſcoſum & aridũ/durum & molle/& cæteræ differentiæ: ex hiſce ſunt. Nã cum quod repletiuum exiſtit/ad humidum ex eo pertineat quia non ſit definitum ſed prõptę terminari poſſit & ſequatur id quod ipſum tãgit/tenue autem ſit repletiuum (nam paruarum eſt partium. & quod eſt eiuſmodi: repletiuũ eſt. totum enim: totum tãgit. tenue autẽ: maxime eſt tale) tenue ſub humido/& craſſum ſub ſicco ſore cõſtat. Rurſum: viſcoſũ ab humido cõprehẽdetur. nam viſcoſum: humidum cum quadam affectione exiſtit/velut oleum. Aridum autem: a ſicco. Aridũ enī eſt: quod perfecte ſiccũ eſt adeo vt ob humiditatis defectũ etiã concreuerit. Inſuper molle/humidum comitari ſolet: & durũ/ſiccum. Molle enim eſt: quod in ſeſe refugit ceditq;/& nõ reſiſtit/id quod humidum facere aſſolet. Quamobrem & humidum molle non eſt: ſed molle ſub humido/& durum ſub ſicco collocatur. Durum ſiquidẽ eſt: quod concretum ſeu congelatum eſt. Quod autem eſt concretum: ſiccum eſt. Porro ſiccum & humidum: multis dicuntur modis. nã & humidũ & madens: ſicco aduerſantur. & rurſus ſiccum & cõcretum: humido. Hæc autẽ omnia: ad humidum & ſiccum quę prima dicta ſunt/attinent. Nam cum madenti ſiccum aduerſetur/& madens ſit quod ſuperficietenus extrariam admiſit humiditatem/& humectum quod introrſus/ſiccum autẽ id quod

Vatablus

hac vacat: madēs ſub humido/ & ei oppoſitum ſiccum/ſub primo ſicco fore cōſtat. Rurſum humidum & concretum: eodē modo. Humidū enī eſt: qđ in penitiore parte propriā habet humiditatem. Concretum vero: quod hac priuatum eſt. Et proinde ex hiſce: alterum humidi/ alterum ſicci erit. Conſtat igitur: cæteras omneis differentias ad quatuor primas/ & has non amplius in pauciores reduci. neq; enim calidū: id eſt quod humidum/ aut quod ſiccum eſt. neq; humidū: quod calidū/ aut quod frigidum eſt. neq; frigidum & ſiccum ſub-alterna ſunt: neq; ſub calido & humido ſtruūtur. Quare: quatuor eſſe has neceſſe eſt. CAP. III.

16 CVm autem elementa ſint quatuor/ & eorū quæ ſunt quatuor ſex ſint copulæ/ cōtraria autem ſimul copulari non poſſint (calidum enim & frigidum/ & rurſū ſiccum & humidum idem eſſe: eſt impoſſibile) cōſtat q; elementorū copulę quatuor erunt: nempe calidū & ſiccū/ calidū et humidū/ rurſū frigidū & ſiccū/ frigidū & humidū. atq; hæc/ corpora ea q̄ ſimplicia vidētur eſſe/ ignē inquam/ aerem/ aquam & terram ſecūdū rationem comitari ac ſequi ſolēt. Nā ignis: calidus ſiccuſq; eſt. Aer vero: frigidus & humidus. nā aer: velut vapor eſt. Aqua: frigida humidaq;. Terra: frigida atq; ſicca. Vnde fit vt differētiæ illę nō iniuria primis corporibus diſtribuātur: & iuxta rationem eorum numerus cōſtet.

17 Omnes enī & qui ſimplicia corpora elementa faciunt: alij vnū/ alij duo/ alij tria/ alij quatuor eſſe volunt. Qui igitur tātum vnū eſſe dicūt/ deinde dēſitate & raritatē cetera generant: hiſce duo principiā facere/ rarum inquam & denſum/ aut calidum & frigidum accidit. hæc enim: opificis munus obeunt: vnum autē ſubijci ſolet / ſicuti materies. Qui vero continuo duo/ vt Parmenides ignem & terrā/ faciunt: quæ

18

Tral.ve.ex græ.recog.

priuatur hac: palā eſt q̄ vdū quidem erit humidi/ oppoſitum autē ſiccū primi ſicci. Rurſus autē: humidū et coagulatū/ ſimiliter. humidū enī eſt: qđ habet propriā humiditatē in profundo. coagulatū autem: priuatur hac. Quapropter & horum/ erit hoc quidē ſicci: hoc autē humidi. Manifeſtū eſt igitur q̄ oēs aliæ differētiæ: reducuntur ad primas quatuor. hæ autē: nō amplius in minores. neq; enī calidū eſt: quod ſiccū/ vel quod humidum. neq; humidū: quod calidū/ aut quod frigidum. nec frigidum & ſiccum ſub inuicem: nec ſub calido & humido ſūt. Quapropter neceſſe eſt: quatuor eſſe has. CAP. III.

OVoniam autem quatuor elementa ſunt/ eorum autem quatuor ſex cōiugationes / contraria autem nō nata ſunt coniungi (calidum enim & frigidū eſſe idem/ & rurſus humidū & ſiccū: impoſſibile eſt) manifeſtū eſt q̄ quatuor erūt elemētorū cōiugationes/ calidū & ſiccū/ calidū & humidū/ & rurſus frigidum & humidū/ & frigidū & ſiccū. Et ſequūtur ſecundū rationē ſimplicia apparētia corpora & ignem & aerē & aquā & terram (ignis enī: calidus & ſiccus eſt. aer autē: calid⁹ et humidus. velut euaporatio enī: aer. aqua autē: frigida eſt & humida. terra autē: frigida & ſicca) vt rationabiliter diſtribuantur differentiæ primis corporibus/ & multitudo eorum ſit ſecundū rationē. Oēs enim qui ſimplicia corpora/ elemēta faciūt: hi quidē vnū/ hi autē duo/ hi autē tria/ hi autē quatuor faciūt. Quicūq; igit vnū ſolū dicūt eſſe/ deide dēſitate & raritate alia generant: his contingit duo facere prīcipia/ & rarū & dēſum/ aut calidū & frigidū. hæc enim: actiua. vnū autē ſupponitur: quēadmodū materia. Qui aute mox duo faciunt/ vt Parmenides ignē & terrā: media/ miſturas faciūt

Parmenides

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

horũ/puta aerẽ & aquã. Similiter autem & qui tria dicunt/ quẽadmodũ Plato in diuisionibus. mediũ enĩ: místuram facit. Et fere eadem dicũt: & qui duo/ & qui tria dicũt. præterq̃ q̃ hi quidẽ in duo diuidũt mediũ: hi autẽ vnũ solũ faciunt. Quidam autẽ & mox quatuor dicũt: vt Empedocles. cõgregat autem & hæc: in duo. igni enĩ: oĩa alia opponit. ¶ Nõ est autẽ ignis & aer & vnũquodq̃ præ-dictorum: simplex/ sed mistũ. Simplicia autem/talia quidem sunt: non tamen eadẽ. verbi gratia quod simile igni est/ igneum non ignis: & quod aeri/ aereũ. similiter autẽ: & in alijs. Ignis autẽ/ est superabundantia caliditatis: quemadmodum & glacies/ frigiditatis. Congelatio enim & arsio/ superabundãtiæ quædam sunt: hæc quidem frigiditatis/ hæc autem caliditatis. Si igitur glacies est congelatio humidi & frigidi: & ignis erit arsio calidi & sicci. Ideo nichil ex glacie generatur: neq̃ ex igne. Existentibus autem quatuor simplicibus corporibus: primorũ vtriusq̃ est vnumquodq̃. Ignis enim & aer: eius qui ad terminum fertur. terra autem & aqua: eius qui ad mediũ. Et extrema quidẽ & syncera: ignis & terra. media autem & mista magis: aqua & aer. Et vtraq̃: vtrisq̃ contraria. igni enim/ contrariũ aqua: aeri autẽ/ terra. hæc enim: ex contrarijs passionibus cõstituta sunt. Sed tamẽ simpliciter quatuor existentia: vnius vnumquodq̃ est. terra enim sicci magis est q̃ frigidi: aqua aũtem frigidi magis q̃ humidi. aer autem humidi magis q̃ calidi: ignis autem calidi magis q̃ sicci.

CAP. IIII.

QVoniam autem determinatum est prius/ q̃ simplicibus corporibus ex seinuicem generatio est/ simul autem & secundum sen-

inter hæc media sunt ceu aerem & aquam/ horum misturas esse astruunt. Eodẽ modo & qui esse tria inquiunt: quẽadmodũ Plato in diuisionibus. medium siquidem: misturam cogenemq̃ facit. Atq̃ eadem fere dicunt: qui duo/ & qui tria faciũt. verũ illi medium in duo secant: hi vero vnum faciunt medium. Porro nonnulli statim quatuor esse aiunt: vt Empedocles. Cogit autẽ & hic illa/ in duo. nã igni: cetera omnia cõtraponit. ¶ Ignis autẽ & aer & vnumquodq̃ eorum quæ dicta sunt: haudquaq̃ simplex est/ sed mistum. Quæ vero sunt simplicia: talia quidem sunt/ non tamẽ eadem. vt quod igni simile est/ igneũ non ignis: & quod aeri/ aereũ non aer existit. simili modo: & de cæteris quoq̃ dicendum est. Ignis etiã/ caloris est excessus: perinde vt glacies/ frigoris. Nam congelatio & feruor/ excessiones quædã sunt: illa quidem frigoris/ hic vero caloris. Igitur si glacies/ humidi & frigidi congelatio sit: & ignis/ calidi & sicci feruor erit. Quamobrem: nec ex glacie igni quicquam/ nec ex igni potest. Cum autem simplicia corpora sint quatuor: e duobus vtriumq̃ vtriusque locorum est. Ignis enĩ & aer: eius qui ad superficiem terminumq̃ vergit. terra vero & aqua: eius qui ad medium. Atq̃ ignis & terra extrema quidem sunt & syncerio-ra: aqua vero & aer/ media & mista magis. Et vtraq̃ etiam: vtrisq̃ cõtraria sunt. Nam igni/ aqua: aeri vero/ terra aduersat. hæc enim: contrarijs affectibus constant. Verumenimuero cum simpliciter quatuor sint: quodq̃ vnius est. Terra siquidẽ: sicci potius est q̃ frigidi. Aqua vero: frigidi magis q̃ humidi. Aer: humidi magis q̃ calidi. Ignis: calidi magis q̃ sicci.

CAP. IIII.

VTm autẽ prius sit definitũ simplicia corpora mutuã subire generationẽ/ et ea insup igni ad

Vatablus

ſenſũ videãtur (nã alioquí nõ eſ ſet alteratio. quippe cũ ea: in re rũ tangibiliũ affectibus ſita ſit) quiſnã mutuæ generationis ſit modus/ & vtrũ q̃uis ex quouis gigni poſſit/ an aliqua & aliqua nõ/ dicẽdũ videtur. Q̃z igitur vniuerſa in ſeinuicem tranſmutari nata ſint: palam eſt. Nã generatio: in contrarium/ & e contrario fit. Omnia autem elementa: inter ſe contrarietatem ex eo habent/ quia differentiæ ipſæ cõtrariæ ſunt. Nam alijs/ ceu igni & aquæ: ambæ ſunt contrariæ. ille enĩ calidus ſiccuſq; eſt: hęc vero humida & frigida. Alijs vero/ vt aeri & aquæ: altera ſolũ. nam ille quidem humidus caliduſq; eſt: hæc vero frigida & humida. ¶ Quare in vniuerſũ q̃dem patet: quoduis e quouis gigni natum eſſe. Iam vero quo pacto ex omnibus omnia fient: ſingulatim percipere haudquaq̃ eſt difficile. ¶ Differẽt tamẽ. nã celerius & tardius: item facilius difficiliuſq; alia alijs tranſmutationẽ ſubeũt. Quæ enĩ ſymbolum inter ſe habẽt: horum celeris eſt migratio, quæ vero non habent: tarda/ q̃ facilius ſit vnum q̃ multa mutari. verbi cauſa. ex igni fiet aer: altero mutationem ſubeunte. nam ille quidem/ calidus ſiccuſque eſt: hic vero/ calidus & humidus. quare ſi ſiccitas vincatur ab humiditate: orietur aer. Rurſũ ex aere aqua fiet: ſi calorem frigus euincat. ſiquidem aer humidus caliduſq; eſt: aqua vero frigida & humida. quare mutato calore: fiet aqua. Eodem modo: ex aqua quoq; fiet terra/ & ex terra ignis. nam vtraq; ad vtraque: ſymbola habent. aqua enim/ humida frigidaq; eſt: terra vero/ frigida & ſicca. quare ſi humiditas vincatur: emerget terra. Et rurſum cum ignis calidus ſit & ſiccus/ terra vero frigida & ſicca: ſi frigiditas interęat/ ignis e terra fiet. Quare patẽt: circularẽ generationẽ ſimplicibus cõpetere corporibus. Atq; hic mutationis modus prõptiſ-

Tral.ve.ex græ.recog.

ſum vídẽtur generata (nõ enĩ eſſet: alteratío. ſcd̃m eni ipſius tactus paſſiones: alteratio eſt) dícẽdũ eſt quis modus adinuicẽ trãſmutationis/ & vtrũ omne ex omni generari poſſibile ſit/ an hæc quidem poſſibile/ hæc autẽ impoſſibile. Q̃z igitur omnia nata ſint adinuicẽ trãſmutari: manifeſtũ eſt. Generatio enim: in contraria/ & ex contrariſs. elemẽta autẽ omnia: habẽt cõtrarietatẽ adinuicem/ quia differentiæ ſunt contrarię. His enĩ ambæ cõtrarię: vt igni & aquæ. hoc enim ſiccũ & calidum: hoc autẽ frigidũ & humidũ. His autẽ: altera ſolum. verbi gratia: aeri & aquæ. hoc enim/ calidũ & humidũ eſt: hoc autẽ/ frigidum & humidũ. ¶ Quapropter vniuerſaliter quidem manifeſtum eſt: q̃ omne ex omni generari natum eſt. Iam autẽ ſecundũ vnũquodq; nõ difficile eſt vídere: quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. ¶ Differt autẽ: ipſo citius & tardius/ et facilius & difficilius. Q̃uęcũq; enĩ habẽt ſymbolũ adinuicẽ: velox horũ trãſmutatio eſt. quæcunq; autẽ nõ habẽt: tarda. quia facilius eſt: vnũ q̃ multa trãſmutarí. verbí gratia: ex ígne quidem erit aer/ altero trãſmutato. hoc enim erat/ calidũ & ſiccũ: hoc autẽ/ calidũ & humidũ. quapropter ſi vincatur ſiccum ab humído: aer erit. Rurſus autẽ ex aere/ aqua erit: ſi vincatur calidũ a frigido. hoc enĩ erat calidũ & humidũ: hoc autẽ frigidũ & humidũ. quapropter tranſmutato calído: aqua erit. Eodẽ modo ex aqua/ terra: & ex terra/ ignís. habent enim ambo ad ambo: ſymbola. aqua enĩ humidũ & frigidũ: terra autẽ frigidũ & ſiccũ. quapropter: victo humido terra erit. Et rurſus quoniam ignis quidem calidus & ſiccus eſt/ terra autem frigida & ſicca: ſi corrũpetur frigidũ/ ignis erit ex terra. Quapropter manifeſtum eſt: q̃ circularis erit generatio in ſimplicibus corporibus. & facillimus hic modus tranſmutationis:

Cap. 4

Tral. ve. ex græ. recog.

quia ſymbolum exiſtit in ijs quæ deinceps. ¶ Ex igne autem aquam/ & ex aere terram/ & rurſus ex aqua & terra aerē & ignem contingit quidem generari: difficilius autem/ quia plurium eſt trāſmutatio. neceſſe enī eſt ſi erit ex aqua ignis: corrumpi & frigidum & humidū. Et rurſus ſi ex terra aer: corrumpi & frigidum & ſiccum. Similiter autem ſi ex igne & aere/ aqua & terra: neceſſe eſt ambo tranſmutari. Hæc igitur: tardior generatio eſt. Si autem vniuſcuiuſq; alterū corrumpetur: facilis quidem erit/ non autem in ſeinuicem tranſmutatio. ſed ex ignē quidem & aqua: erit terra & aer. ex aere vero & terra: ignis & aqua. Quando enī aquæ corrumpetur frigidum/ ignis autē ſiccū: aer erit. relinquitur enī huius quidem/ calidum: huius autem/ humidum. Quando autem ignis quidem calidum/ aquæ autem humidum: terra. quia relinquitur huius quidem ſiccum: huius autē frigidum. Similiter autē et ex aere & terra: ignis & aqua. quando enim aeris corrumpetur calidum/ terræ autem ſiccum: aqua erit. relinquitur enim huius quidē humidum: huius vero frigidum. Quādo autem aeris humidum/ terræ autem frigidū: ignis. quia relinquitur/ huius quidem calidum: huius autem ſiccum. quæ quidem: erant ignis. Confeſſa autem et ſenſui: ignis generatio. maxime enī: ignis/ flamma. hæc autē: fumus ardens. fumus autē: ex aere & terra. ¶ In ijs autē quę cōſequenter ſunt: nō contingit corrupto in vtroq; altero/ elemētorū fieri tranſmutationē in vllū corporū/ quia relinquūtur in ambobus aut eadē aut contraria. ex neutro autem: cōtingit generari corpus. verbi gratia/ ſi ignis quidē corrūpatur ſiccū/ aeris autem humidū: relinquitur in ambobus calidum. Si autē ex vtroq; calidum: relinquuntur contraria/ ſiccum & humidum. Similiter autē: & in alijs.

Vatablus

ſimus eſt: propterea quod quæ deinceps ſunt/ ſymbolum habēt. ¶ Aqua autē ex igni/ & terra ex aere/ & rurſum ex aqua ignis/ & aer ex terra gigni quidē poſſunt: ſed difficilius/ q; plurīū mutatio ſit. Nam ſi ex aqua oriatur ignis: frigiditatem & humiditatē corrumpi prius eſt neceſſe. Et rurſum frigiditatē & ſiccitatem: ſi ex terra fiat aer. Eodē modo & ſi ex igni & aere/ aqua & terra fiāt: vtraſq; mutari qualitates eſt neceſſe. Hæc igitur generatio: tardior eſt. Sin vero vtriuſq; altera qualitatum intereat: horū migratio facilius quidem/ ſed non in ſeſe mutuo/ fiet. ſed ex igni quidem & aquā/ terra & aer: ex aere vero & terrā/ ignis & aqua ortum ſubibūt. Cum enim aquæ frigiditas fuerit corrupta/ & ignis ſiccitas: fiet aer. nam huius quidem caliditas: illius vero ſimiliter humiditas relinquitur. At cum calor ignis/ & aquę humiditas iterierint: terra/ propterea q; huius frigiditas & illius ſiccitas remanent. Eodem modo ex aere terraq;: ignis & aqua. nā cum aeris calor & terræ ſiccitas interitum ſubierint: fiet aqua. quādoquidem illius humiditas: huius frigiditas relinquitur. Cum vero aeris quidem humiditas/ terræ vero frigiditas: ignis. quia illius caliditas remanet: huius ſiccitas. quæ nimirū igni cōpetunt. Ignē autē gigni: etiā ſenſus ipſe approbat. maxime enim flamma: ignis eſt. hæc autem: eſt fumus ardens. fumus vero: ex aere atq; terra fit. ¶ Porro in hiſce quæ ſunt deinceps/ ſi in vtroq; qualitas altera corrupta ſit: haud quaq; elementorum migratio in vllum corpus fieri poteſt/ eo q; in vtriſq; aut eadē aut cōtraria relinquantur/ ex quibus nullum profecto corpus oriri poteſt. vt ſi ſiccitas ignis/ & aeris humiditas ſit corrupta: calor in vtriſq; remanet. Si vero ab vtroq; calor abierit: contraria/ ſiccum inquam & humidum/ relinquuntur. Similiter autē: & in cęteris.

Vatablus

Nam in omnibus quæ ſunt eiuſ modi: qualitatum altera eadē / altera contraria ineſt. ¶Vnde ſi mul perſpicuum euadit: quæ ex vno in vnū mutātur/vno corrupto/quę ex duobus in vnū/corruptis pluribus gigni. Qz igitur ex omnibus omnia gignantur/ et quonā pacto in ſeſe viciſſim commigrent: dictum eſt.

CAP. V.

31 ATtamen adhuc & hic quoq; de eis cō templemur. Si enī aqua & aer & id genus/naturaliū corporū materies ſint ſicuti nonnullis quoq; placet: aut vnū/aut duo/aut plura/ eſſe hæc neceſſe eſt. Itaq; vt vnū ſcilicet aer vel aqua vel ignis vel terra/ōnia ſit/fieri nequit: ſi trāſmutatio in contraria ſit/atq; id tranſmutetur. Nam ſi aer ſit: ſi remanet/alteratio erit & non generatio. Inſuper nec ita videtur: vt ſimul aer & ignis aut quoduis aliud ſit. Eſſet enim aduerſantia quædam differentiaq;: cuius partem alteram/ceu calorē/ ignis haberet. At vero: nec ignis aer calidus erit. nam quod eſt eiuſmodi: alteratio eſt/& non generatio. Adhæc ſi ex igni aer oriatur: calore in contrarium mutato fiet. hoc ergo inerit aeri: eritq; aer frigidum quid. Quare fieri non poteſt: vt ignis/ aer calidus ſit. ſimul enim: idem calidum eſſet atq; frigidū. ¶Erit ergo aliud quid præter vtrumq; idem: & alia quædam communis materies. Eadem autem & de omnibus ratio eſt: non eſſe inquam inter hęc vnum ex quo
32 vniuerſa ſint. ¶Sed neq; aliud quippiā præter hæc: veluti medium quoddam aeris & aquæ/ aut aeris & ignis / aere quidem & igni craſſius/ſed cæteris ſubtilius. Nam illud: aer & ignis cum cōtrarietate eſſet. ſed e contrariis alterum: priuatio eſt. Quare fieri non poteſt vt illud vnq; per ſe ſit: quēadmodū quidam aiunt infinitum & id quod compræhēdit atq; continet. Si-

Tral. ve. ex græ. recog.

In omnibus enī iis quæ per cōſequentiam exiſtunt: hoc quidē idem/hoc autem cōtrariū. ¶Quapropter ſimul manifeſtū 16
eſt/ q̄ quæ ex vno in vnū trāſeunt: vno corrupto generantur. quæ autē ex duobus in vnū: pluribus. Qz ergo oīa ex omni generantur/& quomodo inuicē generantur: dictum eſt.

CAP. V.

Ed tamen adhuc: & ſic 17
inſpiciemus de eis. Si enī
eſt naturalium corporum
materia/vt videtur q̄buſdā/aqua & aer & quæ talia ſūt: neceſſe eſt/aut vnū eſſe/aut duo hæc/aut plura. Vnum itaq; omnia eſſe/nō eſt poſſibile/ verbi gratia aerē omnia/aut aquā/aut ignem/aut terram: ſi trāſmutatio eſt in cōtraria/& hoc tranſmutatur in contrariū. Si enim erit aer: ſi quidem permanet/alteratio erit & nō generatio. Simul autem neq; ita videtur: vt aqua ſit ſimul & aer/aut aliud q̄cunq;. Erit igitur aliqua contrarietas & differentia: cuius habebit aliquid alteram particulam. verbi gratia ignis / caliditatem. Sed tamen: nec ignis eſt aer calidus, alteratio enim tale: & non videtur. Similiter autem rurſus: ſi erit aer ex igne/calido in cōtrariū trāſmutato erit. exiſtet igitur aeri/hoc: & aer erit frigidū aliquid. Quapropter: ipoſſibile eſt ignē/ aerē calidū eſſe. ſimul enim idem: frigidū & calidū erit. ¶Aliud aliquid igitur 18
præter ambo/ idē erit: & aliqua alia materia cōmunis. eadē autē eſt ratio de omnibus: q̄ nō eſt vnū horū/ex quo omnia. ¶Sed tamen neq; aliud aliquid præter 19
hæc: velut mediū aliquod aeris & aquæ/ vel aeris et ignis/ his autem groſſius/ illis autē ſubtilius. erit enim illud: aer & ignis cum contrarietate. ſed priuatio: alterū cōtrariorum. Quapropter non contingit illud: ſolum eſſe vnquam/vt inquiunt quidā infinitū & cōpræhēdens. Si-

Cap. 5

Tral. ve. ex græ. recog.

Timæus Plato

militer igitur et quodcũq; horũ: aut quidem nichil. Si igitur nullum est sensibile prius his: hæc vtiq; erũt omnia. Necesse est igitur: aut semper manentia & immutabilia inuicem aut trãsmutabilia/ et aut omnia aut hæc quidem hæc autem non/ vt in Timæo Plato scripsit. Q; igitur transmutari inuicẽ necesse est: demõstratũ est prius. Et ꝙ non similiter cito aliud ex alio dictũ est prius: quoniã habentia quidem symbolum citius generãtur ex seinuicem/ non habentia autẽ tardius. Si igitur contrarietas vna est secundum quam transmutantur: necesse est duo esse. materia enim: mediũ est/ insensibilis & inseparabilis existẽs. Quoniam autem plura vidẽtur esse: duæ vtiq; erũt quę minimę. Duabus autẽ existẽtibus: nõ possibile est tria esse/ sed quatuor/ quẽadmodum videtur. tot enim cõiugationes erunt. sex enim existẽtibus: duas impossibile est generari/ quia cõtrariæ sunt adinuicem. De his igitur: dictum est prius. Q; autem/ cum transmutentur ad inuicem/ impossibile sit principium aliquod esse horũ/ aut in extremo/ aut medio: ex his manifestum. In extremis igitur non erit: quoniam ignis aut terra/ essent omnia. et eadẽ est ratio: ac si dicamus ex igne aut terra esse õnia. Amplius autẽ neq; mediũ: vt videtur quibusdam/ aer quidem & in ignẽ transmutari & in aquam/ aqua autem in aerem & in terram/ vltima autem non amplius in seinuicem. ¶ Oportet enim stare: et non in infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraq;. infinitæ enim contrarietates: in vno erunt. Sit terra T/ aqua L/ aer A/ ignis I. Si ergo A transmutatur in I & L: contrarietas erit eorum quæ A/ I. sint hæc: albedo & nigredo. Rursus/ quia in L & A: erit alia. non enim idem: L & I. sint autem siccitas & humiditas: S quidem siccitas/

Vatablus

militer ergo horũ quoduis: aut certe nullum. Si igitur nullũ sensibile hisce prius sit: hæc profecto erunt prima. Aut igitur ea semper manere & in sese vicissim transmutari non posse aut posse/ & aut omnia aut aliqua & aliqua non/ quemadmodum in Timæo Plato prodidit: est necesse. Q; igitur necesse sit ea inuicem in se mutari: demonstratum est prius. Q; vero non æque celeriter aliud ex alio nascatur/ ꝙ quæ communem nacta sunt qualitatem celerius ex sese mutuo oriantur/ quę vero nõ sunt nacta tardius: dictum iam est. Ergo si vna sit aduersantia per quam mutationem subeant: duo sint necesse est. nam insensibilis inseparabilisq; materies: medium est. Porro cum plura esse videantur: duæ ad minimum contrarietates erunt. Sed cum duæ sint: esse tria non possunt/ sed quatuor/ vt patet. tot enim sunt: coniugationes. Nam cum sint sex: duæ ex eis/ fieri non possunt. propterea ꝙ: inter sese contrariæ sunt. Sed de hisce: diximus prius. Cum autem mutuo in sese transmutentur: fieri non posse vt principium quoddam sit eorum vel in extremo vel in medio/ ex hisce palã fiet. In extremis igitur non erit principium: quia ignis aut terra essent omnia. idemq; sermo est: atq; si ex igni aut terra constare oia dicamus. Pręterea neq; mediũ/ principiũ erit: sicuti quidã aerem quidem & in ignem & in aquam/ aquam vero & in aerem & in terram/ vltima autem non amplius in sese vicissim trãsmutari putãt. ¶ Nam stet hoc/ nec in infinitum recta vtraq; ex parte abeat: oportet. in vno enim: cõtrarietates essent ĩfinitæ. Sit: T terra/ L lympha seu aqua/ A aer/ I ignis. Itaq; si A in I & L mutetur: vna erit contrarietas/ nempe ipsorum A/ I. sint hæc: albor & nigror. Rursũ si in L et A mutetur: erit altera. nõ enĩ: L & I idem sunt. sint autẽ siccitas & humiditas: S qdẽ siccitas/

Vatablus

H vero humiditas. Igitur ſi albor maneat: humida & alba erit aqua. ſin minus: nigra. quãdoquidem: in cõtraria mutatio eſt. Aquam igitur: aut albã eſſe/aut nigrã neceſſe eſt. Sit primũ. Pari ergo ratione: S/inerit I. Tranſmutabitur igitur & ipſe ignis: in aquam/contraria enim ſunt. nã ignis primo niger erat & deide ſiccus: aqua vero humida & poſtea alba. Liquet itaq; omnia in ſeſe viciſſim trãſmutari: atq; etiam in hiſce/ipſi terræ reliqua duo ſymbola/ nigrorem inquã & humiditatem/ cõpetere. hęc enim: necdum copulata fuere.

36 Sed q; fieri nequeat in infinitũ abitio (quod quidem cum eſſemus demonſtraturi: in hoc ante incidimus) ex hiſce emerget. Si enim rurſum I id eſt ignis in aliud ceu in M tranſmutetur/nec regreſſio fiat: aduerſantia quædã ab hiſce quas diximus alia/I & M inerit. nam M: nulli ipſorũ T L A I eſſe idem ſupponitur. Sit itaq; K/ ipſi I: & O/ ipſi M. K itaq; omnibus T L A I inerit. nam ea: in ſeſe mutuo tranſmutari ſolent. Sed hoc quidem: nondũ ſit oſtenſum. illud tamẽ in aperto eſt/ q; ſi M in aliud rurſum tranſmutetur: alia in M et in I contrarietas inerit. atq; ita ſemper primis cum ſequentibus aliqua inerit aduerſantia. Quare ſi infinita ſint: infinitæ quoq; erunt in vno cõtrarietates. Q; ſi hoc ſit: nec finiri quicquam nec oriri poterit. Nam ſi aliud ex alio fiet: tot & adhuc plures tranſire contrarietates oportebit. Quare in nõnulla trãſmutatio fiet nunquam/ videlicet ſi intermedia infinita ſint. quod profecto neceſſario accidet: ſi infinita ſint elemẽta. Pręterea/ neq; ex aere in ignem trãſmutatio fiet: ſi infinitæ ſint contrarietates. Fient etiam omnia: vnum. nam omnes ſuperiorum contrarietates / hiſce ineſſe quæ infra I ſunt collocata/ & contra: neceſſe eſt. Quare: omnia vnum erunt.

CAP. VI.

Tral. ve. ex græ. recog.

H autẽ humiditas. Quapropter ſi quidẽ manet album: exiſtet aqua humida et alba. ſin autem: nigra erit aqua. in cõtraria enim: trãſmutatio. Neceſſe eſt igitur: aut nigram/aut albã eſſe aquã. Sit itaq; primũ. ſimiliter igitur et I: S exiſtet/ſiccitas. Erit igitur igni: trãſmutatio in aquã. cõtraria enim: exiſtit. ignis enim: primũ quidem nigrũ erat/ deinde autem ſiccũ. aqua autem humida: deinde vero alba. Palam itaq; eſt: q; omnibus ex ſeinuicẽ erit tranſmutatio. & in his: q; T terræ exiſtunt & reliqua duo ſymbola nigrum & humidum. hæc enim: nondum coniuncta ſunt. Q; autem in infinitum non poſſibile eſt ire (quod futuri oſtendere: ad hoc prius venimus) manifeſtũ eſt ex his. Si enim rurſus I ignis in aliud tranſmutatur/et non reuoluitur/verbi gratia in M: contrarietas quædã in I & M alia exiſtet præter prædictas. nulli enim idẽ ſupponitur T L A I: ipſum M. Sit ergo ipſi I/K: & O ipſi M. K ergo: omnibus exiſtet T L A I. tranſmutantur enim in ſeinuicem. Sed hoc quidem: ſit nondum demonſtratum. ſed illud manifeſtum: q; ſi rurſus M in aliud/alia erit contrarietas & ipſi M & I. ſimiliter autem: ſemper cum adiecto contrarietas aliqua exiſtet iis quæ ante. Quapropter ſi infinita ſint: & cõtrarietates ſi infinitæ vni exiſtent. ſi autẽ hoc: nõ erit neq; diffiniri aliquid/ neq; generari. oportebit enim ſi erit aliud ex alio: tot tranſire cõtrarietates et ãplius plures. Quapropter in quædã quidẽ: nunq; erit tranſmutatio/ verbi gratia/ ſi infinita media ſint. neceſſe eſt autẽ: ſi infinita ſint elementa. Amplius autẽ: neq; ex aere i ignẽ trãſmutatio fiet/ſi infinitæ contrarietates ſunt. Fiũt autem et omnia: vnum. neceſſe enĩ: omnes exiſtere in inferioribus quidem I quæ ſuperiorũ. his autẽ: quæ inferiorũ. Quapropter: omnia vnum erunt.

CAP. VI.

Cap. 6

Tral. ve. ex græ. recog.

Empedocles

ADmirabitur autem aliquis dicentes plura vno elemẽta corporum vt non transmutentur inuicẽ/ sicut Empedocles inquit: quomodo contingit eis dicere comparabilia elementa. Sed tamen: dicit sic. Hæc enim: æqualia omnia. Si ergo secundum quãtum: necesse est idem aliquid esse inexistens in omnibus comparabilibus/ quo mẽsurantur. verbi gratia/ si ex aquæ pugillo: erũt pugilli aeris decem. idem aliquid igitur erant ambo: si mensurantur eodem. Si autem non sic secundũ quantum comparabilia/ vt quãtum ex quanto/ sed quantum possũt/ verbi gratia/ si pugillus aquæ æqualiter potest infrigidare vt decem aeris/ & sic secundum quantum non secundũ ꝙ quãtum comparabilia/ sed secundum ꝙ possunt aliquid: erit ergo & non quãti mẽsura comparare secundum potentias sed secundum proportionem. verbi gratia: vt hoc calidum/ hoc album. Hoc autem vt hoc: significat in quali quidem simile/ in quanto autem æquale. Inconueniens igitur videtur: si corpora immutabilia existentia/ non proportione comparabilia sint/ sed mensura potentiarum/ & eius quod est esse æquale calidum aut simile ignis tantum & aeris multiplex. Idẽ enim plus: quia homogeneũ/ talem habebit rationem. ¶ Sed neq; augmentatio vtiq; erit secundum Empedoclem nisi secundum additionem. igne enim: augetur ignis. Auget autem puluis proprium genus: æthera autem æther. hæc autem: adijciuntur. Videntur autem nõ sic augeri: quæ augẽtur. ¶ Multo autẽ difficilius est eidem: tradere de generatione secundum naturam. Quæ autem generantur secũdum naturam: aut semper/ aut multum. Ea autem quæ non semper & multum: ab euentu & fortu-

23

Vatablus

MIrabitur porro aliquis eos qui elemẽta corporum vno plura esse dicũt ita vt in se non transmutẽtur/ sicuti Empedocles inquit: quo pacto ipsi elementa esse comparabilia dicere queant. Atqui ille: ad hunc modum ait. Nam æqualia sunt hęc/ Omnia. Si igitur secũdum quantitatem: idem quid omnibus ĩesse cõparabilibus quo mẽsurẽtur est necesse. vt si ex aquæ sestario vno: aeris decem fiant. ergo idem quid vtraq; sũt: si mẽsurantur eodẽ. Sin vero nõ hoc pacto secundum quãtitatem vt e quanto quantum sed quãtum possint/ velut si aquæ sestarius æque frigefacere atq; aeris decẽ possit/ atq; ita secundum quantitatem non quatenus quantitas est sed quatenus possunt aliquid comparabilia sunt: fiet sane vt etiam nõ q̃titatis mensura secũdũ potentias atq; vires/ sed proportione comparẽtur. verbi causa: vt hoc calidum/ hoc album. Sed vt hoc: in qualitate quidem similitudinem significat/ in quãtitate vero æqualitatem. Videtur itaq; esse absurdũ: si corpora illa quæ transmutari nequeunt proportione comparabilia non sint/ sed potentiarum mensura/ & eo ꝙ tantum ignis/ æquale vel simile calidum sit atque aeris multo plus. Idem namque cum maius est: ex eo quia vnius est generis/ hãc habebit rationẽ. ¶ At vero: neq; accrẽtio fuerit secundum Empedoclẽ: pręterq̃ quæ additione fit. nã igni ignem augeri censet. inquit enĩ. Auget terra quidem proprium genus/ ætheraque æther. Hæc autem: adijciuntur apponunturq;. At ea quæ incrementa suscipiunt: non ad hunc modum augeri videntur. ¶ Longe autẽ difficilius fuerit eidẽ: de gñatione quæ natura fit/ rationem assignasse. Nam omnia quę natura gignũtur: aut semper sic aut plęrũq; fiũt. Quæ vero nõ semper aut plęrũq; fiunt: a casu & fortu-

37

38

39

na fieri assolent. Quænam igitur causa est: vt ex homine homo aut semper aut plerumque & e tritico triticum sed non oliua/ oriatur? An si ita componatur os? non enim vtcumque quemadmodum inquit ille/ sed ratione quadam coeuntibus fit aliquid. Quænam igitur horum causa est? nō enim ignis vel terra: causa existit. At vero: neq; cōcordia aut discordia. etenim hæc segregationis/ illa vero cōgregationis solum: causa est. Hoc autē est/ cuiusque essentia: sed non Mistio/ mistorumq; prius diuulsio solum/ quemadmodum inquit ille. In hisce namq; fortuna nominari solet/ non ratio. fieri enī potest: vt aliqua vt contingit ac temere misceantur. Itaq; sic se se habere: eorum quę natura cōstant/ causa existit. atq; cuiusq; natura hæc est: de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At vero hoc: ipsum bonum existit. Porro: ille solam mistionem collaudat. Atqui discordia haudquaq̄ secernit elemēta ipsa/ quæ natura deo priora sunt: sed cōcordia. dī autem: & hæc quoq; sunt. ¶ Præterea: de motu simpliciter dicit. nō enim satis est: dicere cōcordiā et discordiā mouere/ nisi hęc cōcordiæ ratio sit/ motu inq̄ tali ciere/ & discordię tali. Igitur aut definiuisse aut supposuisse/ aut exacte vel molliter vel alio quolibet modo demōstrasse: oportebat. Insuper cum vi & præter naturam moueri corpora videantur: per naturam quoq; mouentur. vt ignis: ad superum quidem locū nō vi/ sed ad inferum vi/ fertur. Vi autē & natura: contraria sunt. Contingit autem: vi moueri. ergo & natura quoq; motu cieri contingit. Concordia igitur: illo motu mouet/ aut non mouet. Nam terram deorsum ferri: cōcordię cōtrarium est/ & segregationi simile existit. potiusq; discordia: naturalis motus causa est/ q̄ cōcordia. Vnde fit: vt omnino cōcordia potius pręter naturā existat.

na. Quænam igitur causa existit ex homine hominem aut semper fieri aut frequenter/ ex frumento frumentum/ sed non oliuam? An si ita componatur os? non enim vt contingit conuenientibus aliquid generatur/ quemadmodum ille inquit: sed ratione aliqua. Quę igitur horū causa? non enī ignis/ aut terra. Sed tamen neque amicitia/ neque lis. congregationis enim solum/ illa: hęc autem segregationis/ causa. hoc autem: est substantia vniuscuiusq;/ sed non solum mistio & separatio mistorum/ quemadmodum ille inquit. fortuna enim: in his nominatur/ sed non ratio. est enim: misceri vt contingit. Natura igitur existentium/ causa est ita habere: & vniuscuiusque natura hæc est/ de qua nichil dicit. Nichil igitur de natura dicit. sed tamen & bonum hoc est: & optimū. Hic autem: mistionem solum laudat. Etenim & elementa segregat nō lis/ sed amicitia: quæ natura priora sunt deo. dij autem: & hæc. ¶ Amplius autem: de motu dicit simpliciter. non enim sufficit dicere ꝙ amicitia & lis mouent: si non hoc sit amicitiæ esse ꝙ motu tali/ liti autē ꝙ tali. Oportebat igitur: aut determinare/ aut supponere/ aut demōstrare aut certe aut molliter aut aliqualiter aliter. Amplius autē/ quoniā videtur & vi & præter naturam moueri corpora: & secundum naturam. verbi gratia: ignis superius quidem non vi/ inferius autem vi. vi autem: ei quod secundum naturam/ contrarium est. Est autem: vi moueri. est igitur: & secundum naturam moueri. Hoc igitur amicitia mouet: aut non. contrarium enim est terrā superius: & segregationi assimilatur. et magis lis: causa est eius qui secundum naturam motus/ q̄ amicitia. Quapropter: & vniuersaliter pręter naturā amicitia erit magis.

Cap. 6

Tral.ve.ex græ.recog.

Simpliciter autem nisi amicitia aut lis mouet: eorum corporum nullus motus est/neq; mora. Sed incōueniens est. Amplius autē: & vidētur mota. Segregauit enim: lis. ductus est autē superius æther/non a lite: sed quādoq; quidem inquit vt a fortuna. Sic enim fuit currens tūc: frequēter autē aliter. Quādoq; autē: inquit natum esse ignē superius agi. Aether autem: ingrediebatur terræ profundas radices. Simul autem: & mundum similiter habere inquit in lite nunc/& prius in amicitia. Quid igitur est id quod mouet primum: & causa motus? non enim amicitia & lis: sed cuiusdam motus hæc causę sunt. si autem sūt: illud principium est. ¶ Incōueniēs autē est: & si anima ex elemētis/aut vnū aliquod eorum. alterationes enī animæ: quomodo erūt/verbi gratia musicū esse/& rursus sine musica/aut memoria aut obliuio? Palā siquidē est q̄ si ignis anima sit: passiones inerūt ei quęcunq; igni secundum q̄ ignis. Si autem mistum: corporales. harum autē nulla: corporalis est. Sed de his: alterius opus est contemplationis. CAP. VII.

DE elementis autē ex quibus corpora cōstituta sūt quibus quidē videtur esse aliquid cōmune/aut trāsmutari i seinuicem: necesse est si alterum horū/& alterum contingere. Quicunq; autē non faciunt ex inuicem generationem/neque ex vnoquoq;/nisi sicuti ex pariete lateres: inconueniēs. quomodo enim ex illis erūt: carnes & ossa & aliorū quodcūq;? Habet autem quod dicitur quæstionem & ex alterutris generantibus: quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. dico autem/verbi gratia/ex igne est aqua: et ex hac generatur ignis. est enim aliquid commune: subiectum. sed vtique & caro ex eis generatur: & medul-

Vatablus

Simpliciter autem/nisi cōcordia aut lis moueat: ipsorum corporū nullus motus statusve est. At hoc: absurdum est. Adhæc: videmus corpora motū cieri. Nā discordia segregauit. Aether autē: i sublime subuectus non a discordia fuit. Sed interdū: illū velut a fortuna sublatū asserit, sic dicēs. Nā plerūq; aliter: sed tū sic forte cucurrit. Interdū: ignem sursum ferri aptissimū esse. inquit enim. Ast æther: longis sub humū radicibus ibat. Et īsuper: ipsū quoq; mundum similiter nunc tempore discordię/vt prius tēpore concordiæ habere dicit. Quid igitur: mouēs primum/motionisq; causa existit? non enim discordia & concordia. verum: hæc alicuius motus causæ sunt. Qz si sint: illa principium erit. ¶ Porro absurdum est: animam ex elementis cōstare/aut elementorū vnū aliquod esse. Quomodo enim animæ alterationes/ceu musicum esse & rursum nō musicum/aut memoria aut obliuio: erūt? Perspicuū enī est q̄ si anima ignis sit: eædem illi quæ igni vt ignis est/affectiones competent. Si vero ex elementorum mistura constet: corporeæ. At harum: nulla corporea existit. Verum de hisce cōsiderare: alterius contēplationis est officium.

CAP. VII.

DE ipsis autē elemētis ex quibus corpora cōstāt/ijs quidē qui cōmune quid esse/aut ea inter se transmutari putant: si ex hisce alterum/& alterū quoq; contingat est necesse. Qui vero generationē mutuā nō faciūt/nec e singulis singula/sed velut e muro lateres gigni volūt: absurdū quid dicūt. Nā qui carnes/& ossa/& cæterorū quoduis: ex illis erūt? Qđ autē dicitur dubitationē habet/etiā apud eos q generationē mutuā astruūt: quonā pacto ex ipsis diuersū qd ab eis oriatur. Verbi causa: ex igni aqua fit/et ex aqua ignis. nā subiectū: cōmune qd existit. sed & caro atq; medul-

Vatablus

la ex eis fiũt. at hęc: quomodo? Eteni illis q perinde vt Empedocles dicũt: qsnã erit modus? Nã cõpositionẽ esse/quomodo e lateribus atq; lapidibus fit murus: necesse est. et hæc mistura ac cõgeries: ex cõseruatis quidem/ sed secũdũ exiguas portiones iuxta sese cõpositis erit elementis. Ad hũc itaq; modũ: caro & cæterorũ quodq; fiet. Accidit autẽ vt non ex qualibet carnis parte ignis & aqua gignãtur (sicuti ex cera: ex hac parte pila/ ex aliqua alia meta fieri potest) sed ex vtraq; vtrumq; fieri queat. Hæc itaq; hoc gignũtur modo ex carne: ex quauis parte vtrumq;. At hisce q illo modo dicũt/ ex quauis vtrũq; gigni non potest: sed perinde fit vt e muro lapis & later/ ex alio loco ac parte vtrũq;. Pari modo & hisce qui ipsorum materiã vnam faciũt dubitatio quędã obrepit: qualiter ex ambobus/ calido inquã & frigido/ aut igni & terra/ quippiã erit./ Nam si caro ex ambobus sit/ & neutrũ illorũ/ nec rursus seruatorũ copositio: quid restat id esse præterq̃ materiam/ quod ex illis constat? Nam corruptio alterius: aut alterum facit/ aut materiam/ Igitur postq̃ calidum & frigidum intẽsionem remissionemq; suscipiũt: cum simpliciter alterũ actu fuerit/ tunc alterum erit potentia. Cum vero non prorsus sed frigidum vt calidum/ & calidum vt frigidũ fuerit/ propterea q; quæ miscentur suas exuperantias vtrisq; corrumpũt: tunc neq; materia erit/ neq; illorum contrariorum vtrumque/ sed intermedium/ actu simpliciter erit. Porro quo potentia magis calidum est q̃ frigidum/ aut cõtra: hoc duplo/ aut triplo/ aut alio id genus modo magis calidum potentia quam frigidum existit. Alia itaque mista: ex contrarijs erũt/ aut elementis. Et elementa: ex illis quodam modo potentia existentibus/ non tamen sic vt materia/ sed dicto modo. Atque hoc quidem pacto mistio/ illo vero materia: id quod gignitur/ existit.

Alterationis

Tral. ve. ex græ. recog.

la. hæc autem: quomodo generantur? Illis enim qui dicunt vt Empedocles: quis erit modus? necesse enim est compositionem esse: sicut ex lapidibus & lateribus paries est. misturaq; hęc: ex saluatis vtiq; elementis erit/ secundũ parua autẽ adinuicẽ cõpositis. Sic itaq; caro: & aliorũ vnũquodq;. Contingit itaq; non ex quacunq; parte carnis generari ignẽ & aquã/ quẽadmodum ex cera generabitur vtiq; ex hac quidẽ parte sphæra/ pyramis autẽ ex alia aliqua: sed cõtingebat ex alterutro alterutrũ generari. Hęc igitur hoc gignantur modo ex carne: ex quolibet/ ambo. Eis autẽ qui illo modo dicũt non cõtingunt: sed vt ex pariete lapis & lateres/ alterũtrũ ex alio loco & parte. Similiter autẽ & faciẽtibus vnã eorũ materiã/ habet aliquã quæstionem: quomodo erit aliquid ex ambobus. verbi gratia/ ex calido & frigido: aut ex igni & aqua. si enim est caro ex ambobus/ et neutrũ eorũ/ neq; rursus cõpositio saluatorũ: quid relinquitur nisi materiã esse quod ex illis est? alterius enī corruptio: aut alterũ facit/ aut materiã. Quapropter quoniam est & magis & minus calidũ & frigidum: quando quidẽ simpliciter est alterũ actu/ potẽtia alterũ erit. quãdo autẽ nõ omnino/ sed vt quidẽ calidum frigidũ/ vt autẽ frigidũ calidũ/ quia quæ miscẽtur corrũpũt excelẽtias adinuicẽ: tũc neq; materia erit/ neq; illorum cõtrariorũ alterutrũ actu simpliciter/ sed mediũ. Secũdũ vero q̃ est potẽtia magis calidum q̃ frigidum/ vel contra: secundum hanc rationem dupliciter calidum potentia quam frigidum/ vel tripliciter/ vel secundum alium talem modum. Erunt itaque mista alia ex contrarijs/ aut ex elementis. & elementa: ex illis potentia aliqualiter existẽtibus/ nõ ita vero vt materia/ sed secundum prædictum modum. & erit ita quidem mistio/ illo vero modo materia: quod generatur.

Cap. 7 8 9

Tral. ve. ex græ. recog.

Amplius autē: patiuntur cōtraria ſecundū eam quæ in primis determinationē. eſt enim actu calidū/ potentia frigidū: & actu frigidū/ potētia calidū. quapropter ſi nō coæquentur: tranſmutantur in ſeinuicē. ſimiliter autē: & in alijs cōtrarijs. Et primo quidē elemēta ita trāſmutātur: ex his autē carnes & oſſa & quæ talia/ calido quidem facto frigido/ frigido autem calido/ quando ad mediū veniūt. hic enī neutrū. mediū autē: multa & nō indiuiſibile. Similiter autē & ſiccū & humidū & alia talia: ſecundū medietatē faciunt carnē et os et alia huiuſmodi. CAP. VIII.



Mnia autē miſta corpora/ quæcunq; circa mediū locū ſunt: ex omnibus cō poſita ſunt ſimplicibus. Terra enī ineſt omnibus: quia vnūquodq; eſt maxime & multū in proprio loco terrę. Aqua autem: quia oportet terminari quodcūq; cōpoſitū. ſola autē eſt ſimpliciū bene terminabilis: aqua. Amplius autē & terra ſine humido non poteſt cōmorari: ſed hoc eſt quod cōtinet. ſi enim auferatur ex ipſa omnino humidū: decidet vtiq;. Terra igitur & aqua: propter has inſunt cauſas. Aer autem & ignis: quoniam contraria ſunt terræ & aquæ. terra enim aeri/ aqua vero igni contraria eſt: vt cōtingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe. Quoniā igitur generationes ex contrarijs ſunt/ inſunt autem altera extrema contrariorum: neceſſe eſt & altera ineſſe. Quapropter in omni compoſito: omnia ſimplicia inerūt. Teſtificari autē videtur: & nutrimentum vniuſcuiuſq;. omnia enim: nutriuntur eiſdem ex quibus ſunt. omnia enim: ex multis nutriuntur. etenim quæcunq; videntur vno ſolo nutriri/ vt aqua plantæ: multis nutriuntur. miſta eſt enim aquæ: terra. Ideo ruſtici: tentant irrigare miſcentes. Quo-

Præterea: & ipſa contraria pati ſolēt/ quēadmodum ante prefinitū eſt. Eteni actu calidū/ potētia frigidū eſt: & actu frigidum/ potētia calidū. Quare niſi ad æqualitatē redacta ſint: i ſe mutuo trāſmutātur. Simili modo: & in cæteris contrarijs. Atque primo quidē elementa ipſa ita trāſmutantur: deinde ex hiſce carnes et oſſa & eiuſmodi fiunt/ cū illa calido quidē in frigidum & frigido in calidū trāſeūte/ ad mediocritatē venerit. hic enī: neutrū eſt. mediocritas autē: multiplex eſt/ & nequaq̄ indiuiſibilis. Similiter humidū & ſiccū & talia: carnē oſſaq; & cętera id genus mediocritate efficiunt. CAP. VIII.

Mnia autem miſta corpora quæ circa locum qui medio vniuerſi tribuitur/ collocata ſunt: ex ſimplicibus cōſtant omnibus. Nā terra quidē ideo cūctis ineſt: q; vnūquodq; maxime & vt plurimū in proprio terræ loco exiſtit. Aqua vero/ q; cōpoſita finiri oporteat: & illa e ſimplicibus ſola/ belle terminari queat. Præterea q; & terra ſine humiditate cōſiſtere non poſſit: ſed humiditas id ſit qđ cōtinēdi vim ac coercendi habeat. nā ſi humiditas a terra prorſus eximatur: ea defluet profecto. Terra igitur & aqua: has ob cauſas inſunt. Item aer & ignis: q; terræ & aquæ contraria ſint. Nā aeri terra/ & aqua igni cōtraria eſt: q̄tum ſubſtātiā ſubſtātiæ cōtrariā eſſe contingit. Cū igitur generationes e cōtrarijs ſint/ & cōtrariorū extremū alterum inſit: alterum quoq; inēſſe eſt neceſſe. Quare in omni compoſito: ſimplicia omnia inerūt. Sed & id: cuiuſq; rei nutricatio comprobare videtur. omnia enim: eiſdem alūtur quibus conſtāt. omnia ſiquidem: pluribus aluntur. Nam quæcunq; vno ſolo ali maxime vidētur/ vt plantæ aqua: pluribus aluntur. terra enim: aquæ ammiſta eſt. Quamobrem ipſi quoq; agricolæ: miſcentes irrigare conantur.

Vatablus

Cum autē alimentū ad materiā pertineat/ quod autem nutritionem ſuſcipit cū materia coniunctū forma ſit atq; ſpecies: rationi conſentaneū fuerit/ ex omnibus ſimplicibus corporibus quæ mutua generatione oriuntur ſolum ignē nutriri/ quēadmodū & priores aiunt. quippe qui ſolus ac maxime formæ ſit: propterea q; ſuapte natura ad terminū fertur vniuerſi. In ſuū autē locum quodq; ferri: natū eſt. forma vero ſpecieſq; omniū: in ipſis conſiſtit terminis. Q; igitur corpora omnia ex ſimplicibus omnibus cōſtent: dictū eſt.

CAP. IX.

50 VM autē nonnulla generabilia corruptibiliaq; ſint/ & generatio ī eo qui circa mūdi mediū eſt loco ſit: de omni generatione ſimiliter & quot & quæ ſint eius principia dicendū eſt. ſic enī facilius ſingularia contēplabimur: cū de vniuerſalibus prius ſūpſerimus. ¶ Sūt igitur tot numero: & genere eadem quæ in æternis primiſq;. Nam alterū vt materia: alterum vt forma exiſtit. oportet autem: & tertium inſuper adeſſe. Nam duo haudquaq; ſatis ſunt ad generandū: ſicuti nec in ipſis primis. Igitur quod eſſe & non eſſe poteſt: generabilibus cauſa vt materies exiſtit. Nam quædā neceſſario ſunt/ ceu æterna: quædam neceſſario nō ſunt. Quorū/ illa quidē nō eſſe/ hęc vero eſſe eſt īpoſſibile: eo q; fieri nō poſſit vt neceſſariū aliter ſeſe habeat. Nōnulla: & eſſe poſſunt & nō eſſe. de quorū numero: generabile exiſtit/ atq; corruptibile. hoc enī: iterdū eſt/ iterdū nō eſt. Quare neceſſe eſt: vt generatio atq; corruptio circa id ſit qđ eſſe & non eſſe poteſt. Quocirca & hoc: cauſa vt materies generabilibus exiſtit. At forma ſpeciesq;: vt cuius gratia. hæc autē: eſt ſubſtantiæ cuiuſque ratio. Oportet autem & tertium quoq; adeſſe: quod omnes quidem ſomniant/ nemo tamen dicit.

Tral. ve. ex græ. recog.

niā autem eſt nutrimentū quidem materiæ/ quod autē nutritur coniunctū materiæ/ forma & ſpecies: rationabile eſt ſolū ſimpliciū corporū nutriri ignem omniū ex ſeinuicem generatorū/ quēadmodum & priores dicūt. ſolus enim eſt & maxime ſpeciei/ ignis: quia natus eſt ferri ad terminū. vnūquodq; enī: natū eſt ad ſuā ipſius ferri regionē. forma autē & ſpecies omniū: in terminis. Q; igitur omnia corpora ex omnibus conſtituta ſunt ſimplicibus: dictum eſt.

CAP. IX.

VIa vero ſunt quædam generabilia & corruptibilia/ & generatio exiſtit in eo qui eſt circa mediū loco: dicēdum eſt de oni generatione/ ſimiliter quot & quæ eius principia. facilius enim ſic ſingularia inſpiciemus: quādo de vniuerſalibus accipiemus prius. ¶ Sunt igitur et numero æqualia: & genere eadē principia quę & in ſempiternis & in primis. hoc enim/ vt materia eſt: hoc autē/ vt forma. oportet autē: & tertiū adhuc exiſtere. nō enī ſufficientia ſūt ad generandum/ duo: quemadmodū neq; in primis. Vt materia igitur: generabilibus quod poſſibile eſſe & non eſſe/ cauſa eſt. Hæc enī ex neceſſitate ſunt: vt æterna. hęc autem: nō ſunt ex neceſſitate. Horū autem/ hæc quidē impoſſibile eſt nō eſſe: hæc autē impoſſibile eſſe/ quia non contingit circa neceſſariū/ aliter ſe habere. Quædā vero: eſſe & nō eſſe poſſibile eſt. quod eſt: generabile & corruptibile. quādoq; enī eſt hoc: quandoq; autē non eſt. Quapropter neceſſarium eſt: generationē & corruptionē eſſe circa poſſibile eſſe & nō. Ideoq; vt materia quidē: hoc eſt cauſa generabilibus. vt autē cuius gratia: forma & ſpecies. hęc autē: eſt ratio vniuſcuiuſq; ſubſtātiæ. Oportet autē adeſſe & tertiū: qđ omnes quidem ſomniant/ dicit autē nullus.

Cap. 9 10

Phædon Socrates

Tral. ve. ex græ. recog.

30 ¶Sed hi quidē ſufficientē exiſtimauerūt cauſā eſſe ad generandū: ſpecierū naturā/ quēadmodū in Phædone Socrates. etenī ille increpās alios vt nichil dicentes: ſupponit ꝙ ſunt entiū/hæc quidē ſpecies/hęc autē participatiua ſpecierū. & ꝙ eſſe quidem vnūquodq; dicitur ſecundū ſpeciē: generari autē ſecundū ſuſceptionē/& corrūpi ſecūdū abiectionē. Quapropter ſi hęc vera ſunt: ſpecies exiſtimat ex neceſſitate cauſas eſſe & generationis & corruptionis. ¶Hi autem: ipſam materiam. ab hac enim: eſſe motū. Neutri autē: dicūt bene. Si enim ſunt cauſæ ſpecies: quare nō ſemper generant continue/ſed quandoq; quidem quandoq; autē non/exiſtentibus & ſpeciebus ſemper & participatiuis. Amplius autem: in quibuſdam videmus aliā cauſam eſſe. ſanitatem enim medicus facit & doctrinam doctor: exiſtente & ſanitate ipſa & doctrina & participatiuis. ſimiliter autem: & in alijs ſecundum potentiā operatis. Si autē materiā quis inquiet generare propter motum: naturalius vtiq; dicet ita dicentibus. alterans enī & tranſformās: magis cauſa eſt generationis. & in omnibus aſſueti ſumus hoc dicere efficiens: ſimiliter & in ijs quæ natura/ & in ijs quæ ab arte ſunt/ quod vtiq; mouens eſt. Sed tamen: neq; hi iuſte dicunt. materiæ enim eſt: pati & moueri. mouere autem & facere: alterius potentię. Manifeſtū autē: & ī ijs quę arte & natura generātur. nō enī ipſa facit aqua animal ex ſeipſa: neq; lignū lectum/ſed ars. Quocirca & hi dicūt non recte/ propter hoc: & quoniā derelinquūt principaliorē cauſā. auferunt enī: qđ quid eſt eſſe/et formā. Amplius autē & potētias attribuūt corporibus: propter quas & generāt valde organice/auferētes eā quæ ſecūdū ſpe
32 ciē cauſam. ¶Quoniam enim natum eſt (vt inquiunt) calidum quidem ſegregare/ frigidum autem congregare/ & aliorum

Vatablus

¶Sed alij formarum naturam cauſam eſſe ſufficientē ad generandū arbitrati ſunt: quemadmodum in Phędone Socrates. Nā vbi ille cæteros increpuit/ tanq; nihil locutos: eorum quæ ſunt quædam ſpecies eſſe/ quædam quæ ſpecies participent/ & eorū quodq; per ſpeciem eſſe dici/ ſuſceptione vero oriri & abiectione iterire ſupponit. Quare ſi hęc vera ſunt: ſpecies/ cauſas eſſe generationis & corruptionis neceſſario putat. ¶Alij/ ipſam materiam: nimirū a quā ſit motus. At neutri: recte dicunt. nā ſi formæ cauſæ ſunt: cur nō ſemper gignunt continēter/ſed quādoq; & quādoq; non/ cū ſemper tum ſpecies tum quæ eas participāt in ratione rerū ſint? Præterea: in nōnullis aliā quandā eſſe cauſā ſpectamus. Nā medicus in corpore ſanitatē efficit/ & ſcientiā ſciēs: exiſtēte & ipſa ſanitate/& ſciētia/& hiſce q eas participat. Eodē modo: & in cęteris q facultāte quadā fiūt. Qz ſi q materiā 52
ipſā ob motū generare dicāt; naturalius, pfecto dixerint q qui ita dicūt. Eteni quod alterat quodq; tranſſigurationem facit: cauſę vt quippiam oriatur rationem ſibi vendicat magis. Et in oībus ex æquo tam hiſce quæ natura conſtant q quæ ab arte proficiſcuntur: hoc agens dicere conſueuimus/quod mouēdi vim obtinet. Verū enimuero: & hi quoq; non recte dicunt. Pati namq; & moueri: materiæ eſt. agere vero & mouere: alterius potentiæ. palam autē eſt: cum in ijs quę arte/ tum ijs quæ natura fiunt. nā neq; aqua ex ſe animal facit/ſed natura: neq; lignū lecticam/ ſed ars. Quare & iſti ob id/ & quia 53
potiorē omittūt cauſā: haud recte dicūt. quiditatē enī formāq; exterminant. Præterea potentias atq; vireis corporibꝰ tribuūt: per quas admodū iſtrumētaliter generant/eam quæ a ſpecie ſumitur cauſam auferentes. ¶Etenim quoniam/ vt ajunt/ calidum ſegregare/& frigidum congregare natum eſt/& cęterorum

Vatablus

quodq; / aliud agere / aliud pati: ex his & per hęc gigni & corrũpi cætera omnia dicunt. At ipse quoq; ignis: mouere ac pati videtur. Præterea perinde faciunt: ac si quis serræ & instrumentorũ cuiq; / eorũ quæ generantur causam tribuat. Nam cum quis serra secat / diuidi quippiam: & cũ corradit / læue fieri necesse est. & in cæteris simili modo. Quare si q̃maxime agit mouetq; ignis: quomodo tamen moueat nõ vltra cõtemplantur / nempe q; deterius q̃ ipsa instrumenta. Sed & prius a nobis vniuersaliter de causis dictum est: & nũc de materia & forma pertractatum àtq; determinatum. CAP. X.

RÆterea cũ demõstratum sit motum eum esse perpetuũ qui lationi accommodatur: his existentibus & generationibus quoq; cõtinẽter esse necesse est. Latio naq; continue generationẽ ideo faciet: quia admouet & abmouet id quod gignẽdi vim obtinet. Iusper & priora esse dicta recte / lationẽ inquam mutationũ primã esse / & non generationẽ: dilucidum est. Nam multo magis cõsonum est rationi: id quod est ei quod non est vt nascatur causã esse / q̃ id quod nõ est ei quod est vt sit. Sed qđ lationẽ subit / est: quod vero oritur / non est. Idcirco et latio: generatione prior est.

55 ¶Cũ autẽ supponatur & demõstratũ sit continuã rebus ipsis generationẽ corruptionemq; competere / & lationem generationis causam esse dicamus: patet q; si vnica latio foret / fieri non posset vt ambæ fierẽt / propterea q; contrariæ sunt. Nam idẽ eodẽq; modo semper habens: idem facere natũ est. Quare: aut generatio sẽper esset / aut corruptio. Multos autẽ esse motus contrarioſq; aut latione aut inæqualitate: cõuenit. cõtrariorũ enĩ: cõtrariæ sũt causæ. Quocirca et prima latio / ortus ac iteritus causa nõ est: sed obliqui circuli latio. ea naq; et continua est / et duobus motibus fit.

Tral. ve. ex græ. recog.

vnunquodq; / hoc quidem facere / hoc autem pati: ex his dicũt & per hæc omnia alia generari & corrũpi. videtur autem & ignis ipse motus: pati. Amplius vero / simile aliquid faciunt: vt si quis serræ & vnicuiq; instrumentorum attribuat causam eorum quæ generãtur. necesse enĩ est serrante diuidi: & incidente coæquari. & in alijs simíliter. Quocirca si quidẽ maxime facit & mouet ignis: sed quomodo mouet nõ vident / quoniã deterius q̃ organa. Nobis aũt & vniuersaliter prius dictũ est de causis: & nũc determinatum est de materia & forma. CAP. X.

AMplius autem quoniam secũdũ lationem motus demonstratum est q; est perpetuus: necesse est his exístentibus & generationẽ esse cõtinue. Latio enim faciet generationẽ actualiter: quia adducit & abducit generans. Simul autem manifestũ est / q; & priora bene dicta sũt: prima trãsmutationũ lationẽ / sed nõ generationẽ dicere. multũ enim rationabílius: ens nõ enti generationis causam esse / q̃ non ens enti esse. qđ fertur igitur / est: quod generatur autẽ / nõ est. propter qđ & latio: prior est generatione. ¶Quoniã autẽ suppositũ est & demonstratum cõtinuam esse rebus generationẽ & corruptionẽ / dicimus autẽ lationẽ causã esse generationis: manifestũ est q; vna existẽte lat one nõ contingit fieri ambo / quia cõtraria sunt. Idem enĩ & similiter se habẽs semper: idẽ natũ est facere. Quocirca: generatio erit semper aut corruptio. Oportet autem: multos esse & contrarios motus / aut latione aut inæqualitate. contrariorum enim: contraria causa. Ideoq; nõ prima latio / causa generationis & corruptionis est: sed quæ circa obliquum circulum. in hac enim: & continuũ inest / & moueri duobus motibus.

Cap. Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

Neceſſe enim ſi erit ſemper continua ge
neratio & corruptio: ſemper aliquid mo
ueri/vt non deficiant trāſmutationes hę.
duobus autē: vt non ſolū contingat alte
rum. Cōtinuitatis igitur/ totius latio cau
ſa eſt: præſentiæ vero & abſentiæ/ incli-
natio. contingit enim: quandoq; fieri lon
ge/ quandoq; vero prope. ¶ Inæquali ve
ro diſtātia exiſtente: inæqualis erit mo-
tus. Quocirca ſi in aduenīendo et in pro-
pe eſſe generat: & in recedendo & longe
fieri idipſum corrumpit. Et ſi in ſæpe ad-
ueniendo generat: & in ſæpe recedendo
corrūpit. contrariorū enim: contraria eſt
cauſa. Et in æquali tēpore: corruptio et
36 generatio/ quæ ſecūdū naturam. ¶ Ideo
& tempus & vita vniuſcuiuſq;: numerū
habent/ et hoc determinātur. omniū enī
eſt ordo. Et omne tēpus & vita: menſu-
rantur periodo. ſed tamen non eadem
omnia: ſed hæc quidē minori/ hæc autē
maiori. his enim annus/ his autem ma-
ior/ alijs autem minor periodus: eſt men
ſura. Apparent autem & ſecundum ſen
ſum: cōfeſſa his quæ a nobis dicta ſunt.
videmus enim: ꝙ aduenīente quidē ſole
generatio eſt/ recedēte autem diminutio/
& in æquali tempore vtrumq;. Aequa-
le enim: tēpus generationis & corruptio-
nis quæ ſecundum naturam. Sed cōtin-
git ſæpe in minori corrumpi: propter ad
inuicem confuſionem. inæquali enim exi
ſtente materia & non vbiq; eadem: ne-
ceſſe eſt generationes inæquales eſſe/ &
has quidem citiores/ has autem tardio-
res. Quocirca accidit propter horum ge-
nerationem: alijs fieri corruptionē. Sem-
per vero (vt dictū eſt) cōtinua erit genera
tio & corruptio: & nūq̄ deficiet propter
quam diximus cauſam. hoc autē: ratio-
nabiliter cōtingit. Quoniā enī in oībus ī-
quimus qđ melius eſt deſiderare naturā
ſemper/ melius autē eſſe q̄ nō eſſe/ eſſe au
tē quot modis dicimus in alijs dictū eſt/

Nā ſi generatio corruptio ve fu-
tura ſit ſemper continua: ſemper
quippiā qdē moueri neceſſe eſt/
vt ne mutationes iſtæ deficiant.
ſed duobus: vt ne altera dunta-
xat eueniat. Continuitatis igi-
tur cauſa eſt: latio vniuerſi. acceſ
ſus vero & receſſus: ipſa decliui-
tas. accidit enī: vt interdū pro-
cul/ interdū prope exiſtat. ¶ Atq; 56
cum interuallum ſit inæquale:
motus erit inæqualis. Quare ſi
ex eo generat quia accedit & pro
pe eſt: & quia abſcedit & procul
exiſtit/ hoc idem corrūpit. Atq;
ſi quia ſæpenumero accedit/ ge-
nerat: & quia plęrumq; recedit/
corrumpit. contrariorum enim:
cauſæ ſunt cōtrariæ. Et genera-
tio atq; corruptio ſecundum na-
turam: æquali in tempore fiunt.
¶ Quocirca & cuiuſque tem-
pus & vita: numerum habēt/ nu
meroq; præfiniūtur. omnium e-
nim: ordo eſt. Et omne tem-
pus ac vita: circuitu mēſuratur.
verum non eodem omnis: ſed
alia minori/ alia maiori menſu-
ratur. alij ſiquidem annus/ alij
maior/ alij minor circuitus: mē-
ſura eſt. Apparēt autē & ad ſen 57
ſū: hiſce quæ dicimus cōſentā-
nea. Accedente namq; ſole ge-
nerationē fieri/ & recedente cor-
ruptionem/ & in tempore æqua
li vtrumq;: videmus. Nam cor-
ruptionis & generationis natu-
ralis tempus: æquabile exiſtit.
Sed plęrūq; accidit vt in mino-
ri corruptio fiat: ob mutuam in-
uicem conſpirationem. Si enim
materies inæqualis ſit/ nec om-
ni ex parte eadem: generationes
quoq; inæquales/ & quaſdam ce-
leriores/ quaſdam tardiores eſſe
neceſſe eſt. Vnde fit vt ob horū
generationem: alia corrumpi ac
cidat. Semper autem/ ſicuti di-
ctum eſt/ generatio & corruptio
cōtinētes erunt/ nec vnq̄ defici-
ent: ob eam quam diximus cau
ſā. Idq;: ratione optima euenit.
Nā cū in omnibus quod pręſta- 58
bilius eſt natura ſęper expetere
dicatur/ pręſtabilius autem ſit eſ
ſe q̄ non eſſe/ & quot modis eſ-
ſe dicamus alibi dictum ſit/ hoc

Vatablus

vero in oībus ineſſe ipoſſibile ſit
ꝓpterea q̄ lōge ab ipſo pricipio
diſtent: reliquo modo deus ipſe
vniuerſū cōpleuit/ cōtinua facta
gñatione. Nam ita maxime: ipſū eſſe contineter erit. propterea
q̄ illud/ ſemper inquam generationē fieri: ad ſubſtātiā proxime
accedit. Cuius rei/ vt ſępe diximus/ cauſa: circularis latio eſt. ſola enī: continens eſt. Quocirca &
cætera alia quę ī ſeſe ſecūdū affectus atq; vireis tranſmutari ſolent/ ceu corpora ſimplicia: circularem imitantur lationem. nā
cum ex aqua gignitur aer & ex
aere ignis/ & rurſum ex igni aer
& ex aere aqua: in orbem ire generationem ideo dicimus/ quia
rurſum eodem redit reciprocaturq;. Quare & recta horum latio/ circularem imitata lationē:
59 continens exiſtit. Adhæc ex hiſce colliquet id quod nōnulli addubitant: cur cum corporū q̄dq;
ad ſuum feratur locum/ in tempore infinito corpora diducta
ſeparataque non fuerunt. Nam
mutua in ſeſe migratio: huiuſce rei cauſa exiſtit. Si enim in
ſuo quodq; loco manſiſſet/ nec a
vicino fuiſſet tranſmutatū: iā iā
ſeparata foret atq; diſcreta. Tranſmutantur igitur: ob lationē quæ
duplex eſt. & quia trāſmutationē ſubeunt: fieri nō poteſt vt ex
ipſis vllū aliquo ī loco ſtato maneat. Q̄z igitur generatio ſit atq;
corruptio/ & quā ob cauſam/ &
quid generabile & corruptibile:
ex hiſce quæ diximus manifeſtū
60 eſt. Cū autē ſit neceſſe quippiā
eſſe mouēs ſi futurū eſt vt ſit motus/ quēadmodū antea dictū eſt
in alijs/ & ſi motus ſemp ſit ſem
per eſſe quippiā mouēs/ & ſi cōtinuus vnū ideq; & immobile et
ab alteratione generatioueve īmūne/ & ſi plures ſint motus circulares plura quidē ſed oīa hęc
quodāmō ſub vno eſſe pricipio
neceſſe ſit/ & cū tēpus ſit cōtinuū
motū eſſe continuū: ſi quidē fieri
nequit vt ſit tēpus ſine motu: tēpus profecto cōtinuū cuiuſpiam
61 numerus erit. Eius igitur qui in
gyrum fit: ſicuti in hiſce quæ in

Tral.ve.ex græ.recog.

hoc autē in oībus ipoſſibile exiſtere propterea q̄ longe a pricipio diſtāt: reliquo
modo compleuit omne deus/ cōtinuā facies generationem. ita enim maxime cōtinuabitur eſſe: quia proxime eſt ſubſtantiæ/ fieri ſemper generatione. Huius autem cauſa/ vt dictum eſt ſæpe: circularis
latio. ſola enim: cōtinua. Ideo & alia quęcunq; tranſmutantur ad inuicem ſecundum paſſiones & potētias/ verbi gratia/
ſimplicia corpora: imitantur circularē lationem. quando enim ex aqua aer generatur/ & ex aere ignis/ & rurſus ex igne
aqua: ſcd̄m circuitū dicimus circuire generationē/ quia rurſus reuertitur. Quocirca & recta latio aſſequens circularē: continua eſt. Simul autem manifeſtum eſt
ex his/ quod quidam quærunt: quare vnoquoq; corporum in propriam lato regionem: in infinito tempore non diſtant
corpora. Cauſa enim huius eſt: adinuicem tranſitio. ſi enim vnumquodq; maneret in ſua ipſius regione/ & non tranſmutaretur ab eo quod prope: iam vtiq;
diſtarent. Tranſmutātur igitur: propter
lationem duplicē exiſtentem. quia trāſmutantur autem: non contingit manere
vllum eorum in vlla regione ordinata.
Q̄z igitur eſt generatio & corruptio/ & propter quam cauſam/ & quid generabile & corruptibile: manifeſtum eſt ex
his quæ dicta ſunt. Quoniam autem neceſſe eſt eſſe aliquid mouens ſi motus erit/ vt dictum eſt prius in alijs/ & ſi ſemper/ q̄ oportet aliquid ſemper eſſe/ & ſi
continue/ vnum idem & immobile & inalterabile & ingenerabile/ & ſi multi circulares motus/ multa quidem/ omnia autem aliqualiter eſſe hæc neceſſe ſub vno
principio/ continuo autem exiſtente tempore/ neceſſe motum continuū eſſe/ ſi impoſſibile tempus ſine motu eſſe: cōtinui
igitur alicuius numerus tēpus. Circularis ergo: quemadmodum in his quæ in

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

principio determinatum est. Continuus autem motus vtrum est/ quia quod mouetur cōtinuum est: an in quo mouetur/ velut locum dico/ aut passionem? Manifestum itaq; ꝙ eo ꝙ id quod mouetur. quomodo enim cōtinua passio: nisi quia res cui accidit/ cōtinua est? Si autē & eo ꝙ id in quo: soli loco/ hoc existit. magnitudinē enim aliquam: habet. huius autē quod circulare est: solum/ continuū. quocirca: idem sibi ipsi semper continuū est. Hoc igitur est quod facit continuū motū: circulare corpus quod fertur. motus autem: tempus.

CAP. XI.

QVoniam autem in continue motis secundum generationem aut alterationem aut vniuersaliter trāsmutationē/ videmus deinde existens & generatum hoc post hoc/ vt non deficiat: videndum est vtrum est aliquid quod ex necessitate erit/ an nichil/ sed omnia contingit nō fieri. Qꝛ enim quædam: manifestum est. & mox: erit & futurum/ aliud propter hoc. quod enim verum dicere ꝙ erit: oportet hoc esse quandoque verum ꝙ est. quod autem nunc verum est dicere ꝙ futurum est: nichil prohibet non fieri. futurus enim incedere quis: non incedet. Vniuersaliter autē: quoniā cōtingit quædā entiū esse & nō esse: manifestū est ꝙ & quæ generātur ita habebūt/ & nō ex necessitate hoc erit. ¶ Vtrū igitur oia sint talia an nō/ sed quędā necesse est simpliciter fieri: & est quēadmodū in esse hæc quidē īpossibilia nō esse/ hęc autem possibilia/ ita & circa generationē? verbi gratia/ conuersiones necesse est fieri: & nō possibile est nō cōtingere. Si igitur qđ prius necesse est fieri si quod posterius erit/ verbi gratia/ si domus fundamētum/ si vero hoc lutum: nunquid ergo si fundamētū factū est necesse et domū fieri/

itio diximus/ præfinitū est. Sed vtrū motus ideo sit cōtinuus qa id quod motū subit cōtinuū sit: an quia id in quo fit motus/ locus inquā aut affectus? Palā sane est: motū ideo continuū esse/ quia id quod mouetur continuū est. Nam quo pacto continuus est affectus: nisi quia res ea cui accidit/ continua est? Si vero & quia id in quo: hoc/ soli loco cōpetit. quippe qui magnitudinē quandā habeat. e magnitudinibus autē: sola circularis cōtinua est/ adeo vt ipsa sibi semper cōtinua sit. Corpus igit̄ circulare qđ ferri assolet: motū facit cōtinuū. motus vero: tempus.

CAP. XI.

62 QVm autem in hisce quæ per ortū alterationē ve aut ōnino transmutationē cōtinenter mouentur/ hoc post hoc deinceps esse ac oriri intantū vt non deficiant/ videamus: vtrum quippiam sit quod erit necessario an nihil/ sed omnia non fore contingat/ considerandum est.

63 Palā enī est: ꝙ nōnulla. Atq; cōtinuo: fore & esse futurū/ hac de causa/ diuersa sūt. Nam de quo verū est dicere ipsum fore: de eo tandē hoc/ ipsum inq̄ esse/ verū sit oportet. de quo vero nūc verū est dicere/ ipsum esse futurū: hoc non fore nihil vetat. Nā tāetsi futurū est vt quispiā ambulet: tamē fieri potest vt nō ambulet.

64 Omnino autē cū ex entibus nonnulla et esse & non esse contīgat: ꝙ & ea quæ gigni solēt ita sese habebūt/ & non necessario erunt/ apertum est.

65 ¶ Vtrum igitur vniuersa sint eiusmodi/ an non/ sed aliqua simpliciter fore necessariū sit: & sicut in ipso esse fit vt q̄dā non possint nō esse/ q̄dā possint non esse/ sic & in ipsa quoq; generatiōe? verbi gratia/ solstitia fore necesse est: nec fieri potest vt nō cōtingāt.

66 Si igitur prius fore necesse est si posterius erit/ vt si domus fundamētum/ si vero fundamētum lutū: nōne ergo si fundamentū factū est domū quoq; fore necesse est/

Vatablus

an non adhuc / nisi & eam fore simpliciter necesse sit? q si hoc sit: facto fundamento / fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet: ad posterius. Qua de causa si hoc erit: ante fore illud / est necesse. Si itaq; est necesse fore posterius: prius quoq; necesse est. et si prius: & posterius. Verū non ob illud: sed quia necessario futurū supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est / in hisce recurrit: sempq; si prius est factum / posterius fore necesse est. Q; si deorsum versus / in infinitum abeant: haud quaq; ex posterioribus hocce fore simpliciter sed ne ex suppositione quidē erit necesse. nā semper aliud: ātē necessario erit. quo circa & illud fore: necessariū erit. Quare si infiniti nō sit principiū: nec primū quicq; erit ob qđ fore erit necessariū. At vero nec in hisce quidē quæ finē habet atq; terminū hoc verē dici cōtinget: simpliciter inq; fore quippiā / ceu domū cū factū fuerit fundamentū. Nā cū fuerit factum: nisi semper eā fieri sit necesse / semper id esse quod potest nō esse / eueniet. At generationē semper sit est necesse: si ipsius generatio necessario sit / nā necessario & semper: si mul sūt. qđ enim esse est necesse nō potest non esse. Quare si quid necessario est: sēpiternū est. & si sempiternū est: necessario est. Si itaque huiusce generatio necessario est: sēpiterna est. & si sempiterna: necessario. ¶Si igitur generatio cuiuspiam necessario simpliciter sit: in orbem eat eodemque reuertatur necesse est. Nam generationem: aut terminum habere / aut non habere / necesse est. Et si non habeat: aut in rectum / aut in circulum. Horum autē / si sempiterna sit / in rectum minime possibile est: quia nequaquam sit principium / neq; deorsum vt in futuris accipimus / neque sursum vt in hisce quæ iam facta sunt. At esse principium si finita non sit / atq; eam sempiternā esse: necesse est. Quocirca circularis sit: ē necesse.

Tral. ve. ex græ. recog.

an nō adhuc / si non & illud necesse sit generari simpliciter? si autē hoc: necesse & fundamēto generato / generari domū. Sic enim erat quod prius habens: ad posterius. Quare si illud erit: necesse illud prius generari. Si igitur necesse generari quod postea: & quod prius necesse. et si quod prius: & qđ posterius igitur necesse. sed nō propter illud: sed quoniā suppositū est ex necessitate futurū. In quibus igitur qđ postea necesse esse / in his conuertitur: & semper priori generato / necesse est generari qđ postea. Si igitur in infinitū tendat ad iferius: nō erit necesse eorū quæ postea sunt hoc generari simpliciter / sed neq; ex suppositione. semper enī alterū: anterius necesse esse. Ideo: & illud necesse generari. Quocirca si nō est principiū infiniti: neq; primū erit aliquid propter quod necesse erit generari. At vero neq; in finem habentibus hoc est dicere vere: q; simpliciter necesse sit generari. verbi gratia domum: quādo fundamentum generatur. quando enim generatur / si non necesse semper generari: accidet semper esse / contingens non semper esse. sed oportet generatione semper esse: si ex necessitate est eius generatio. ex necessitate enim & sēper: simul. qđ enī esse necesse est: nō possibile est nō esse. Quocirca si est ex necessitate: sempiternū est. & si sēpiternū est: ex necessitate. Et si generatio igitur ex necessitate sit: perpetua generatio huius. & si sempiterna: ex necessitate. ¶Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio sit: necesse circuire & reiterare. necesse enī est: aut finē habere generationē aut nō. et si nō: aut in rectū aut circulariter. Horū autē / si erit sempiterna / non in rectum possibile est: quia nequaq; est principiū. neq; si iferius / vt ad futura accipiamus: neq; superius / vt ad generata. Necesse autē est esse principiū / nō finita existētē: & sempiternā esse. Ideo necesse est: circulariter esse.

hic soluit aristotelis questionem secundo positam

hoc quod hic dicimus nō est vniuersaliter verum se soluendo q; suppositione p hypothesis vt ex hoc quod dicit intelligamus sed in his quorum materia est eorum vt supra mutationes et horum p in eternis prius et hic hoc tempus vocat habere vt

hic probat generationem esse in infinitum nō quomodo libet sed secundum circulationem q; rectum recte nō potest esse omne rectum sit finitum probat nō esse generabile per infinitum ad inferiora tendere q; infinito nō est principium nec finis quod oportet sit ens vt ad recte esse infinitum

hic aristoteles probat minorem sui syllogismi posito q; necessarium esse semper esse simultatem ipse probat

infert in hac parte conclusionem dicens quod si alicuius necessaria generatio illa est sine circulo q; nō sine recto

nota quomodo dicat hic aristoteles generationem esse primi principii si autem in alijs locis maxime impugnat probans primi principium infinitum esse

Cap. 11

Tral.ve.ex græ.recog.

Conuerti igitur: neceſſe erit. verbi gratia/ſi hoc ex neceſſitate eſt: & quod prius ergo. ſed ſi hoc: & quod poſterius neceſſe generari. Et hoc ſemper iã continue. nichil enĩ hoc differt dicere: ꝑ duo/aut multa. In circulari igitur motu & generatione eſt: quod ex neceſſitate ſimpliciter, & ſi circulariter: neceſſe generari & generata eſſe. & ſi neceſſe eſt: horum generatio circularis. Hæc itaque rationabiliter: quoniam perpetuus eſt circularis motus/ & qui cœli. quoniam hæc ex neceſſitate generantur & erunt: quæcunq; huius motus ſunt/ & quæcũq; propter hũc. Si enĩ quod circulariter mouetur/ ſemper aliquid mouet: neceſſe eſt & horũ circulatiõe exiſtẽte circulari: ſol ſic. Quoniam autem ſic: horæ propter hoc circulariter generantur & reiterãtur. His autem ita generatis: iterũ quæ ab his. ¶ Quare ergo hæc quidẽ ita vidẽtur: verbi gratia/ aqua & aer circulariter generantur. & ſi nubes erit: oportet & pluere. & ſi pluet: oportet & nubẽ eſſe. hoies vero & animalia: nõ reiterantur in ſeipſa/ vt rurſus generetur idẽ. non enĩ neceſſe eſt ſi pater generatus eſt/ te generari: ſed ſi tu/illũ. In rectũ itaq; vidẽtur eſſe: hæc generatio. ¶ Principium autẽ intentionis rurſus hoc: vtrũ ſimiliter oĩa reiterãtur/ an non/ ſed hæc quidẽ numero/ hæc autẽ ſpecie ſolũ? Quorũ igitur incorruptibilis eſt ſubſtãtia mota: manifeſtũ ꝙ & numero eadẽ erũt. motus enim: ſequitur quod mouetur. Quorũ autẽ nõ/ ſed corruptibilis: neceſſe eſt ſpecie/ numero autẽ non/ reiterari. Ideo/ aqua ex aere: & aer ex aqua ſpecie idẽ/ non numero. Si autẽ & eadẽ numero: ſed nõ quorũ ſubſtantia generatur exiſtẽs talis/ qualis poteſt non eſſe.

¶ Tralationis veteris de generatione et corruptione Ariſtotelis/ ex græco recognitæ ſecũdi libri: finis.

Vatablus

Igitur: regreſſũ fieri neceſſe erit. vt ſi hoc neceſſario ſit: ergo & prius. at vero ſi hoc: & poſterius fore erit neceſſe. Atq; hoc ſẽper cõtinue. nihil æni refert: per duo an plura hoc dicamus. Igitur neceſſario ſimpliciter: circulari motui atq; generationi cõpetit. Et ſi i orbẽ fiat generatio: fore qdq; & eſſe factũ neceſſe ẽ. & ſi neceſſe ſit: horum generatio circularis erit. Hæc itaq; no ſine ratione acci- 68
dunt: poſteaq̃ motus ille circularis atq; cœleſtis perpetuus eſt. nam hæc neceſſario fiũt & erũt: q̃cũq; huiuſce motiones ſunt/ & quæcũq; propter hũc fiũt motũ. Nã ſi id qd in orbẽ mouetur/ aliqua ſemper moueat: eorũ quoq; motũ circularẽ eſſe neceſſe eſt. vt ſi ſuperna latio orbita ſit: ſol orbito mouetur. Quoniã aũt hoc pacto mouetur: hac ſane de cauſa anni tẽpora in circulũ fiũt redeuntq;. Quę cũ ita fiãt: oĩa pfecto quæ ſub ipſis ſũt/ haud ſecus fient. ¶ Curnã igitur quædam ita 69
fieri videntur/ nempe circulatim oriri/ vt pluuia & aer (nã ſi nubes erit/ pluat etiã oportet: & ſi pluet: nubem quoq; fore conuenit) hoies vero & aĩalia in ſeſe non redeũt remeãtq; ita vt idẽ rurſũ oriatur/ non enim ſi pater ſit/ te fore: ſed illũ ſi tu ſis/ neceſſe eſt. hęc autẽ generatio: in rectũ pfici ſci videtur. ¶ Rurſũ autẽ hoc cõſiderationis initiũ ſumatur: ſimili ne modo vniuerſa redeant an nõ/ ſed quædã numero/ q̃dã ſpecie ſolũ? Quorũ igitur ſubſtantia motũ ſubiẽs incorruptilis eſt/ ea oĩa/ vt patet/ etiã numero eadẽ redire ſolẽt. nã motus: id comitari ſolet qd motu cietur. Quorum vero non/ ſed corruptilis: ſpecie/ nõ item numero/ reuerti neceſſe eſt. Quocirca cũ ex aere aqua fit/ & ex aqua aer: aer ſpecie idẽ/ nõ numero/ redit. Qz ſi & eadẽ numero aliqua redeãt: nõ tamẽ ea quorũ ſubſtãtia ortũ ſubit/ eiuſce modi exiſtẽs quæ nõ eſſe poſſit.

¶ Secũdi libri de generatione & corruptione Ariſtotelis/ Franciſco Vatablo interprete: finis.

Vatablus

¶ Meteorologicorum Aristotelis/ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem liber primus: Francisco Vatablo interprete.

DE primis igitur naturæ causis ac oī natura-li motu/ & insuper de stellis supera inlatione pulchre riteque dispositis / necnon de corporeis elemētis quot & quę sint/& de mutua eorum transmutatione/item de ortu ac interitu communi: dictū est antea. Restat autē adhuc quædā/huiusce disciplinę portio contemplanda: quā priores vniuersi Meteorologiā/id est eorum quæ fiunt in sublimi scientiā/appellitabāt. cuiusmodi sunt: quæcunqȝ per primi elementi corporū naturā quidē sed quæ tamen minus sibi constet/ in eo potissimū loco eueniunt qui in conuersionis stellarū vicinia situs est. verbi causa: de lacteo circulo/cometis/ostentis conflagrantibus discurrētibusqȝ/ necnō de hisce quę aeri & aquæ promiscuas esse affectiones affirmare possumus/et insuper de hisce quæ terræ species ac partes aut earundē affectus existunt. ex quibus: ventorū ac terræ motuum causas contemplabimur/& omniū quæ dū ea mouentur cooriri solent. inter quæ: alia addubitamus/ alia modo quodam attingimus. Super hæc: de fulminū casu/ typhonibus/ prestēribus/ cæteriscȝ circularibus affectibus qui corporum concretione eorundē obueniūt. Quibus pertractatis: speculabimur si quid de animalibus aplātis tā vniuersim q̄ seorsum dicere/ via & ratione quā cœptum ē/ queamus. Fere enī his dictis: res vniuersa/ qua de agere ab initio instituimus/ finem erit assecutum.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus primi Meteorologicorum Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetū Episcopum Meldensem.

DE primis igitur causis naturæ & de omni motu naturali / adhuc autē de rectę dispositis secundum superiorē lationem astris & de elementis corporalibus/& quot & quę/& de ea quæ inuicē fit permutatione / & de generatione & corruptione cōmuni: dictū est prius. Reliqua autem pars huius methodi/ est adhuc cōsideranda: quā omnes priores Meteorologiā vocabant. Hæc autem sunt: quæcunqȝ accidunt secundum naturam quidem/ inordinatiore tamen/ primi elementi corporum / circa locum maxime propinquum lationi astrorum/ vt & de lacte/& cometis/ & ignitis & motis phasmatibus/& quæcuqȝ ponemus vtiqȝ aeris esse cōmunes passiones & aquæ. Adhuc autē terræ quæcunqȝ species & partes & passiones partiū: ex quibus & de spiritibus & terræ motibus considerabimus vtiqȝ causas/& de omnibus quæ fiunt secundum motus horum. in quibus: hæc quidem dubitamus/ hæc autem attingimus quodā modo. Adhuc autē: de fulminum casu/& typhonibus/& incensionibus: & alijs circularibus quæcunqȝ propter coagulationē accidūt passiones eorūdem corporum. Pertrāseuntes autē de his: speculabimur/ si quid possimus secūdū inductū modum dicere de animalibus & plantis vniuersaliter & singillatim. Fere enī his dictis: finis vtiqȝ factus erit / ois eius quæ a principio nobis ele-

CAP. I.

in primo libro meteologicorum agit aristoteles de trāsmutatiōe ut sim. de passionibꝫ elementoꝝ quoꝝ alter accidentis ꝑ generatiōē ut aqua lica ꝑ humida vel enarmoꝝ hic quę generatum nuncia ex earū causa sicut sunt ventꝰ ꝑ ima veri epilogo aristotelis subiungit ostendit quę sunt quę dicta sunt nam in duobꝰ primis libꝝ ꝑ hicorꝝ de principijs de quę genera bꝰ causarū dictū est in .3. ligni bꝰ de motu inconuerso in duobꝰ primis de celo dictū est de valoꝝ ꝓmis astris sup. motu circulari q̄ omnia celestia corpora mouentur insuper duobꝰ libꝝ ꝓcedit de mutatiōe recta elementoꝝ ad inuicē ꝑ conuersiones ꝑ corruptiones ꝑ ꝙ ordinē ꝑ generationes ꝑ corruptiones ad inuicē communi est dictū in primo loco de generatione putrida in 2o de elementoꝝ permutatione inferiorū inuicem ꝑ hoc est ꝙ superiorū loco aristoteles tractat in hoc loco impressiones meteologicas quoad dictatus fieri sup. naturā minus ordinatam ꝙ ea natura quę est primi elementi .i. celi quę circa ipsum dicebantur ꝙ ea in ipso mundo multa varietas ꝓpter ꝙ nonnulli credidērunt ꝙ ea anathema fuerunt ꝙ ea a fortuna vel casu accidere ut ea considerantes nō solū ea ꝙ semper fiunt naturaliter fieri sed etiam quę frequenter sed ꝙ sunt inueteratꝝ corpore semper similiter se habentium ꝙ ea nāturā elementoꝝ in ipsis inferiora corpora nō semper idem ordinate sicut ꝙ ꝙ quę naturam impressiones meteorologicę dicuntur sup. naturā elementoꝝ ordinatā ꝙ ꝙ quę a fortuna propter ea ꝙ ipsę ꝙ quę quę determinatum sicut ea nutritiones celestis scientie ꝙ ea utilitati ꝙ nutritiones quoad nos habent locum nō apud ipsum quę autem nunc ꝙ nutrimentum sed corpora celestia semper omnem ꝙ ea ꝙ ea ꝙ ea

Cap. Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

ctionis. Sic igitur incipiētes: dicamus de ipsis primo.

CAP. II.

QVoniā enī determinatū est prius a nobis/ vnum quidē principiū corporū ex quibus cōstat circulariter latorū corporū natura/ alia autem quatuor corpora propter quatuor principia/ quorum duplicē esse dicimus motū/ hūc quidē a medio/ hūc autē ad mediū/ quatuor autem existentibus his igne & aere & aqua & terra/ omnibus quidē his superminens esse ignē/ subsians autē terram/ duo autē quæ ad seipsa his proportionaliter se habent (aer enim igni est propinquior q̄ alia: aqua autē/ terrę) qui itaq; circa terrā est totus mundus ex his cōstat corporibus/ de quo accidentes passiones dicimus esse sumendū. Est autē ex necessitate cōtinuus iste superioribus lationibus: vt ōnis ipsius virtus inde gubernetur. Vnde enim motus principiū omnibus ineſt: illā causam putandū primam. Adhæc autē: hic quidē perpetuus est & finē motus nō habēs loco/ sed semper in fine. Hæc autē corpora oia: finitis distāt locis abinuicē. Quare accidētiū circa ipsum: ignem/ & terram/ & cōgenea his/ vt in materiæ specie eorū quę fiūt/ causas oportet putare. subiectū enī & patiens: appellamus hoc modo. Quod autē sic causa est vt vnde motus pricipiū: eorū quę sē per mouētur causādū virtutē.

CAP. III.

ESumētes igitur eas quæ a principio positiones/ et dictas prius determinationes: dicamus et de lactis phantasia/ & de cometis/ & alijs quæcunq; existūt his cōgenea. Dicimus itaq; ignē & aerē & aquā & terrā fieri ex se inuicem: & vnūquodq; horū in vnoquoq; existere potentia/ sicut & aliorū quibus vnū aliquid

cuta. Sic ergo sumpto initio: de ipsis prius dicamus.

CAP. II.

VM enī antea definitum sit a nobis/ vnum quidē principiū de numero illorū corporum esse ex quibus natura eorum constat/ quę in orbem commeant & alia corpora quatuor ob principia totidem esse/ quorum duplicē esse motū/ alterū a medio/ alterū ad mediū dicimus/ atq; cū hęc sint quatuor/ nēpe ignis/ aer/ aqua/ & terra/ quod super hæc omnia inuehitur esse ignem/ quod subsidet terram/ duo etiam esse quæ perinde vt illa/ inter se habeant (nā aer/ igni iter cætera proximus existit: aqua / terræ) totus profecto mundus terræ vndiq; incumbens ex hisce constat corporibus/ circa quem quæ cōtingere solent affectiones sumi oportere censemus. Est autē necessario mundus iste supernis lationibus fere continuus: vt inde vis eius vniuersa/ regatur. Ea siquidē causa/ prima putāda omnibus est: vnde motus principium existit. Adhec: que perpetua est/ nec motus fine ratione loci habet/ sed in fine semper est. Quia etiā hæc omnia corpora: certis discreta sunt spacijs. Quare ignē & terram & quæ hisce cognata sunt: eorum quæ in inferiore mūdo contingunt/ vt in genere materiæ eorū quæ fiunt/ causas existimare addecet. quod enī subijcitur patiturq; : hoc nuncupare modo consueuimus. Sed quod ita causa est vt vnde pricipium motus: ad eorum vim quæ assidue mouentur/ referendum est.

CAP. III.

REpetitis igitur positionibus definitionibusq; quas prius diximus: de lacteo circulo/ cometis/ & ceteris. que hisce cognata sūt/ edisseramus. Dicimus itaq; ignē/ aerē/ aquā & terrā: ex sese mutuo gigni. & eorum perinde qdq; in quoq; potētia ineſſe: vt et cęterorū/ quibus vnū quippia

Vatablus

idemq; ſubiſcitur / in quod vltimũ reſolui ſolẽt. ¶Principio igitur addubitauerit quiſpiã de vocato aere: quam eius naturã in mundo terræ circumfuſo ſumere oporteat/ & quẽ ſibi ille vendicet ordinem ad reliqua / quæ elementa corporum nuncupantur. Siquidẽ quanta ſit terræ moles ad ambientes magnitudines: haud quaquã obſcurum eſt. Iam enim per ſyderalis ſcientiæ theoremata depræhenſum a nobis eſt: terrã eſſe multo item ũ ſtellas quaſdam / minorẽ. Aquæ vero naturam: nec cõgregatam in vnum ſequeſtratãq; cernimus / nec fieri poteſt vt ab eo qd circa terram ſitum eſt/ corpore ſeparetur / ſcilicet a manifeſtis maris partibus / fluminibus / & ſi qua eſt altitudo profunda quæ nobis manifeſta non ſit. Itaq; quod inter terram ſtellaſq; in vltimo locatas interpatet: vtrum vnum quoddam eſſe natura corpus/an plura exiſtimãdũ eſt? Et ſi plura ſint: quotnã ſũt/ & qua fini locis diſterminata? ¶De primo igitur elemento nobis priuſ dictũ eſt: quibus ſit viribus/ & cur totus ille qui circa lationes ſupernas exiſtit mundus/ illo corpore differtus eſt. Quę opinio: nõ modo noſtra eſt / ſed priſca quædã maiorumq; exiſtimatio eſſe videtur. Nam quẽ vocamus ætherã: antiquam ſibi adoptauit appellationem / quam Anaxagoras idem quod ignis vocabulum ſignificare / putaſſe mihi videtur. quippe qui: & ſuperas mũdi partes igni plenas eſſe/ & vim quæ mihi eſſet æthera vocare cẽſuit. quod quidem: approbe fecit. Nã corpus quod aſſidue currit: ſimul & diuinum natura exiſtimaſſe viſi ſunt/ & quod eſſet eiuſmodi æthera nũcupare/ tanquã nulli eorũ quæ hic viſuntur idẽ foret/ definierũt. Non enim oportet opiniones mortalium eaſdẽ ſemel/ aut iterum/ aut iuxta quẽpiã paruũ numerum redire dicamus: ſed infinities. ¶Qui autẽ id quod ambit/ & non corpora ſolum quæ lationẽ ſubeunt/ eſſe

Tral.ve.ex græ.recog.

& idem ſubijcitur/ in quod etiam reſoluuntur vltimũ. ¶Primo igitur dubitabit vtiq; quis circa vocatum aerem: quã oporteat accipere ipſius naturam in mũdo ambiẽte terram / & quomodo ſe habet ordine ad alia dicta elementa corporum. Moles enim terræ quanta ſit ad ambientes magnitudines: non immanifeſtum. Iam enim viſum eſt per Aſtrologica theoremata / a nobis: q; multo etiam quibuſdam aſtris minor eſt. Aquæ autem naturam conſtantem & ſeparatam: neq; videmus / neq; contingit ſegregatam eſſe ab eo quod circa terram locatum eſt corpore. vt a manifeſtis / mari & fluminibus: & ſi quod profundũ immanifeſtum nobis eſt. Medium itaq; inter terram et vltima aſtra: vtrum vnum aliquod putandum ſit ſecundum naturam eſſe corpus aut plura? Et ſi plura: quot / et vſquequo determinata ſunt locis? ¶Nobis igitur dictum eſt priuſ de primo elemento: quale ſecundũ virtutem eſt / et quare totus circa ſuperiores lationes mũdus / illo corpore plenus eſt. Et hanc opinionem non ſolum nos ſumus habentes: videtur autem antiqua quædã exiſtimatio hæc et priorũ hominũ. dictus enĩ æther antiquã accepit appellationem. quã Anaxagoras quidem igni idem putaſſe michi videtur ſignificare. ſuperiora enim plena igne eſſe: & ille eam quę ibi potentiã ęthera vocare putauit / hoc quidẽ recte putans. corpus enĩ ſemper currens: ſimul & diuinũ aliquid ſecundum naturam viſi ſunt exiſtimare / & determinauerunt nomina re æthera illud tale / tanquam nulli eorum quę ſunt apud nos / exiſtens idem. Non enim dicemus ſemel / neque bis / neque raro eaſdem opiniones reiterari factas in hominibus: ſed infinities. ¶Quicunque autem ignem purum eſſe. Gli. aiunt id quod ambit / & non ſolum lata

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

corpora/ quod autem intermedium terræ & astrorum/aerē: considerantes vtiq; quæ nūc ostēdūtur per mathematica sufficienter/forte vtiq; desisterēt ab hac puerili opinione. valde enim simplex est: putare vnumquodq; latorum esse paruum magnitudinibus/ quia videtur aspiciētibus hinc nobis/sic. Dictū est igitur & prius in circa superiorem locū theorematibus: dicamus autem eandem rationem & nunc. Si enim & distantiæ plenæ sunt igne/& corpora constāt ex igne: olim annichilatum vtiq; esset vnūquodq; aliorū elementorum. At vero: neq; aere solo plena. multū enim vtiq; excederet æqualitatem communis analogię: ad coelemētaria corpora. Et etiā si duobus elementis plenus: qui intermedius terræ et cœli locus est. nulla enim (vt ita dicam) pars/ terræ moles est in qua contenta est & omnis aquæ multitudo: ad ambientem magnitudinē. Videmus autē nō in tanta magnitudine factū excessum moliū: cū ex aqua disgregata aer fit/ aut ignis ex aere. Necesse autem est eandem rationem habere/ quam habet tantilla et parua ad factū ex ipsa aerem: & totam aquam ad totum. Differt autem nichil: neq; si quis dicat quidem/ non fieri hæc ex seinuicem/ æqualia tamē virtute esse. secūdum enim hunc modum necesse est æqualitatem virtutis inesse magnitudinibus ipsorum: quemadmodum si facta ex seinuicem existerent. Qꝫ igitur neq; aer/ neq; ignis solum/ repleuit intermedium locum: manifestum est.

purum ignem aiunt / quod vero inter terram stellasque intercedit/aerem: ji/si que nunc Mathematicis rationibus abūde demonstramus fuissent speculati/ forsitan ab hac puerili opinione destitissēt. Est enim animi perq̄ simplicis: putare singula quæ motu cietur ideo pusilla esse magnitudine/ q̄ nobis hinc aspiciētibus appareant eiusmodi. Ergo tāetsi vel ātea in de supero loco cōtemplationibus hac de re dictū sit: eandē tamē rationem in præsentia quoq; dicamus. Nam si & interualla ipsa forent oppleta igni/ & corpora ex eodem cōstarēt: dudū cetera alia euanuissent perijssentq; elemēta. At vero: nec aere solo plena sunt interualla. Nam tum aer: communis rationis æqualitatē ad corpora eiusdem sertei/ haud paruo exuperaret. Etiā si locus qui inter cœlum terrāq; interhiat: elemētis duobus sit oppletus. quādoquidem terræ moles quæ totā etiam aquæ copiam complexa est: nullius (prope dixerim) particulæ rationem subitu ad ambiētem magnitudine. At molis excessum in tanta fieri magnitudine haud quāq̄ videmus: vbi ex aqua secretionem subeunte aer cōfit/ aut ex aere ignis. Sed quā tantilla ac perexigua aquæ portio ratione habet ad aerem qui ex ea cooritur: eandem & tota aqua ad totum aerem habeat est necesse. Nihil autem interest: si quis ea non ex sese vicissim gigni/ æquas tamen vireis habere dicat. Nam hoc pacto: viriū æqualitatē/ magnitudinibus eorū competere perinde est necesse/ atq; si ex sese mutuo gignerentur. Patet igitur: neq; aerem solum/ neq; ignem/ interpatentem oppleuisse locum.

CAP. IIII.

Reliquum autē est perscrutātes dicere: quomodo ordinata sunt duo/ ad primi corporis positionem. dico autē aerem & ignē.

¶ Et propter quam causā: calidītas a superioribus astris fit his

CAP. IIII.

Reliquum est autem allatis antē dubitationibus dicamus: quonam pacto elementa duo/ aer inquam ac ignis/ ad primi corporis positū sita sint. ¶ Et quā ob causā: calor a supernis stellis ad

Vatablus

loca quæ ſunt circa terram/ profluat. ¶De aere igitur prius locuti/ ſicuti admonuimus: dicamus de inceps etiam de hiſce rurſus. Itaq; ſi ex aere aqua cooritur / & ex aqua aer: quanam de cauſa nubes ſupero in loco non conſiſtunt? Nã eo magis interibi nubes conſiſtere addecebat: quo longius a terra locus ille diſtat/ & algidior eſt/ propterea q; neq; adeo prope ſtellas exiſtat quibus calorifica vis ineſt/ neq; prope radios a terra refractos qui/ q; feruore caloris conſtitutiones ſegregent/ vapores in nubem cogi prope terram vetãt. Etenim nubiũ aſtructiones ibidem fieri ſolent: vbi iam radij propterea deſinunt/ q; in vaſtum aerem effundantur diſperganturq;. Igitur/ aut non ex quouis aere aqua fieri aſſolet: aut ſi ex quouis ſimiliter fiat/ qui circa terram eſt/ non modo aer ſed veluti vapor exiſtit. Proinde: in aquam rurſum cogitur. At vero ſi vniuerſus aer tantus exiſtens/ ſit vapor: aeris natura & aquæ multum excedere videbũtur/ ſi ſupera interualla corpore quodã plena ſint/ nec fieri poſſit vt igni/ propterea q; aſſiccata iam forent cætera omnia/ ſed reliquum ſit/ vt aere oppleta ſint/ & quod telluri vndiquaq; adiacet / aqua. nam vapor: non niſi aquæ ſecretio exiſtit. Ad hunc igitur modum: de hiſce addubitatũ ſit. ¶Nos autem quæ ſimul & ad mox dicenda / & ad nunc dicta conducant definientes: dicamus. Quod enim ſupero in loco conſiſtit/ & ad lunæ globum vſq; porrigitur: corpus eſſe diuerſum ab igni & aere/ dicimus. Verumeniuero in eo aliud magis/ aliud minus purum eſſe ac ſyncerum: differentiaſque ſortiri / & imprimis qua deſinendo / ad aerem mundumq; terræ circunquaq; incumbentẽ pertingit. ¶Cum autẽ primũ elemẽtũ & corpora quę in eo ſunt in orbem feruntur: ſemper id quod ex infero mũdo ac corpore illi cõtinuũ eſt/ vi motus diſgregatũ accẽditur atq; calorẽ efficit. Sic autem mẽte cõcipiamus addecet: hic itẽ ſũpto exordio. Nã corpus

Tral. ve. ex/ græ. recog.

quæ ſunt circa terram/ locis. ¶De aere igitur dicentes primo/ ſicut ſuppoſui mus: dicamus ſic & de his iterum. Si itaq; fit aqua ex aere/ & aer ex aqua: propter quam quidem cauſam non cõſtant nubes in ſuperiori loco? conuenebat enim magis: quanto remotior a terra locus & frigidior / quia neq; ita prope aſtra calida exiſtentia eſt / neq; prope radios a terra refractos qui prohibent prope terram conſtare/ diſgregãtes caliditate conſiſtentias. Fiunt enim nubium congregationes: vbi deſinunt iã radij/ propterea q; ſparguntur in immenſum. Aut igitur non ex omni aere nata eſt aqua fieri: aut ſi ſimiliter ex omni / qui circa terram eſt non ſolũ aer eſt/ ſed veluti vapor. Quapropter: rurſus conſtat in aquam. At vero ſi tantus exiſtens aer omnis/ vapor eſt: videbitur vtiq; multum excedere aeris natura & aquæ/ ſi quidẽ ſuperiores diſtantiæ plenæ ſunt corpore aliquo / & igne quidẽ impoſſibile/ quia exſiccarentur vtiq; alia omnia/ relinquitur autẽ aere/ & qđ circa terram totã aqua. vapor enim: aquæ diſgregatio eſt. De his igitur: dubitatũ ſit hoc modo. ¶Nos autẽ dicamus: ſimul & ad dicenda determinantes/ & ad nũc dicta. Quod enim eſt ſurſũ & vſq; ad lunã: dicimus eſſe corpus alterũ & ab igne & aere. quinimo & in ipſo/ hoc quidẽ purius eſſe illud autem minus ſyncerũ: & differẽtias habere/ et maxime qua deſinit ad aerẽ et ad eũ q circa terrã mũdũ. ¶Lato aũt primo elemẽto circulariter et corporibus quæ in ipſo ſunt: id qđ propinquũ eſt/ ſẽper inferioris mũdi & corporis/ motu diſgregatũ accẽditur/ et facit caliditatẽ. Oportet autẽ itelligere ſic: et hic ĩcipiẽtes. qđ eni ſub ea quæ ſurſum eſt/ circulatione

Cap. 3 4

Tral.ve.ex græ.recog.

corpus: velut materia quædã exiſtẽs/ & potentia calida & frigida & ſicca & humida/ & quæcunq; aliæ has ſequuntur paſſiones/ fit talis & eſt & a motu & immobilitate/ cuius cauſam & principium diximus prius. In medio igitur & circa medium eſt: grauiſſimum & frigidiſſimum ſegregatum/ terra & aqua. circa hæc autẽ: & attigua his/ & aer & quod propter conſuetudinem vocamus ignẽ/ non eſt autem ignis. exceſſus enim calidi/ & veluti feruor: eſt ignis. Sed oportet intelligere: dicti a nobis aeris id qđ eſt circa terram velut humidũ & calidũ eſſe/ propterea q; vaporizet & exhalationem habeat terræ/ quod autem ſuper hoc/ calidum iam & ſiccum. Eſt enim vaporis natura: humidum & calidũ. exhalationis autẽ: calidũ & ſiccũ. Et eſt vapor quidẽ: potẽtia velut aqua. exhalatio autem: potentia velut ignis.

10 ¶ Cur igitur in eo qui ſurſum eſt loco nõ cõſtent nubes: hãc exiſtimandũ eſt cauſã eſſe/ quia nõ eſt aer ſolũ/ ſed magis ignis. Nichil autẽ prohibet: & propter circularẽ lationẽ prohiberi nubes cõſtare ĩ ſuperiori loco. Fluere enĩ neceſſariũ eſt oẽm ĩ circuitu aerẽ: quicũq; nõ ĩtra peripheriã capit definiete vt & terra ſphærica ſit tota. videtur enĩ & nũc vẽtorum generatio ĩ ſtagnatibus locis terræ: & nõ excedere vẽti altos mõtes. Fluit autẽ aer circulariter: quia ſimul trahitur cũ totius circulatione. ignis enĩ/ cũ eo qđ ſurſũ eſt elemẽto: cũ igne autẽ/ aer continuus eſt. Quare: & propter motũ/ prohibetur congregari in aquã. ſed ſẽper quæcũq; pars ipſius graueſcit: extruſo in ſuperiorẽ locũ calido/ deorſũ fertur. alia autẽ: in parte ſimul ſurſũ fertur cũ exhalato igne. et ſic cõtinue/ hoc quidẽ perſeuerat aere plenũ exiſtẽs: hoc autẽ igne. & ſẽper aliud et aliud fit: vnũqđq; ipſorũ. De eo igitur qđ eſt nõ fieri nubes/ neq; ĩ aquã cõgrevatus est quod superæ conuerſioni ſubeſt: veluti materia quædam quæ potentia ſit calida/ frigida/ arida & humecta/ cæteraſq; alias omneis affectiones q̃ has comitãtur ſubeat/ fit ac eſt eiuſmodi/ ratione motus & immobilitatis/ cuius cauſã principiũq; diximus antea. Grauiſſimum igitur corpus atq; frigidiſſimum/ terra inquã & aqua: in medio & circa mediu ſegregata exiſtũt. Circa quæ: illa quoq; ſunt quæ hiſce hærẽt/ aer ſcilicet atq; id qđ q̃uis ignẽ aſſueuimus appellare/ ignis tamen haudquaq̃ eſt. Siquidẽ ignis: caloris exuperãtia ac veluti feruor exiſtit. Verũ aduertere oportet: eius quod a nobis aer dicitur vocaturq; / q; vaporẽ teſerat terreq; exhalationẽ habeat/ partem vnã quæ circa terrã eſt/ veluti calentẽ humidãq; eſſe/ alterã quæ ſuperior eſt/ calidã iã eſſe atq; aridã. Nã vaporis natura/ humecta calidaq; eſt: exhalationis / calida & arida. Eſtq; vapor/ potentia vt aqua: exhalatio/ potẽtia vt ignis. ¶ Cur igitur nubes ſupero in loco non cõſiſtant/ hãc eſſe cauſã exiſtimãdũ eſt: inibi nõ aerẽ ſolũ/ ſed potius ignem eſſe. Nihil autẽ vetat: per lationẽ quoq; orbicularẽ prepediri nubes quo minus ſupero i loco conſiſtat. Nã circũfũdẽs aer vniuerſus/ quicũq; nõ ĩtra eã capitur circũferẽtiã quæ efficit vt tellus tota rotunda ſit: fluat eſt neceſſe. videmus enĩ nũc quoq; in ſtagnantibus terræ locis vẽtos cooriri/ qui etiã montes altiſſimos haudquaq̃ trãſcendũt. Diffluit autẽ in orbẽ prolabiturq; aer: q; eũ/ ipſius vnuerſi cõuerſio ſecũ trahat rapiatq;. Nam ignis/ ſupero elemento: aer autẽ/ igni continẽs eſt. Ex quo etiã fit: vt motus inhibeat/ quominus in aquã cõcreſcat aer. Verũ ſemper quæcunq; aeris particula pondus habere cœperit: extruſo ĩ ſuperũ locũ calido/ deorſũ ruit. & alia/ in parte ſurſũ vna cũ exhalãte igni emicat. Acita cõtinue: aere aliud/ aliud igni oppletũ perſeuerat. & eorũ qđq; aliud ſubide atq; aliud euadit. Qz igitur nec nubes ſupero i loco fiãt/ nec ĩ aquã cõcretio/

¶ Conſiderandum eſt quod aliud eſt quietem dicere loco aeris, aliud eius naturam. Quod enim aeris eſt ſecundum naturam, hoc eſt ei naturale. Quod autem eſt ei præter naturam, hoc violentum. Et ſic tota aeris regio dicitur iuxta partes partialis regionis ſuprema media et infima. Suprema eſt ea quæ eſt ſuperficie ad causam ignis. Vbique ad illam partem aeris ex diſtinctione quarumcunq; corpora cœleſtia dicuntur habere calefacere. Vltra propriam naturam eo quod radij nimium diſperguntur. Et media regio aeris eſt ea quæ eſt ſecundum naturam. Infima regio aeris eſt ea quæ eſt ſecundum naturam. Et iſte tres regiones aeris differunt quia ſuperna eſt ſemper calida vltra naturam calefactionis et ideo vocatur ignis. Media eſt ſemper frigida ultra naturam. Infima eſt calida vltra naturam calefactionis propter vicinitatem ignis et motum corporum cœleſtium. Et ideo vocatur humida. Et ſic tota aeris regio dicitur iuxta partes partialis regiones ſuprema media et infima. Suprema eſt ea quæ eſt ſuperficie ad causam ignis. Vbique ad illam partem aeris ex diſtinctione quarumcunq; corpora cœleſtia dicuntur habere calefacere. Vltra propriam naturam eo quod radij nimium diſperguntur. Et media regio aeris eſt ea quæ eſt ſecundum naturam. Infima regio aeris eſt ea quæ eſt ſecundum naturam. Et iſte tres regiones aeris differunt quia ſuperna eſt ſemper calida vltra naturam calefactionis et ideo vocatur ignis. Media eſt ſemper frigida ultra naturam. Infima eſt calida vltra naturam calefactionis propter vicinitatem ignis et motum corporum cœleſtium. Et ideo vocatur humida.

Vatablus

ſtem quonã pacto de loco inter ſtellas terramq; medio ſentire oporteat/& quonam ſit locus ille corpore diffarctus: tot dicta ſint. At de calore genito quẽ ſol præſtare ſolet: magis quidem per ſe & exacte conuenit in commẽtario de ſenſu dicere. Nam calor: affectio quędã ſenſus exiſtit. Sed quam ob cauſam oriatur calor/ cum corpora illa cœleſtia haudquaquã eiuſmodi ſuapte natura ſint: dicendũ nunc quoq;. Videmus itaq;: motum poſſe aerem ſegregare/atq; incẽdere intantũ vt ſæpius & quæ motu cientur/ liquefieri videãtur. Vt igitur tepor gignatur atq; calor: ſolis latio dũtaxat/ſatis eſt efficere. Nã & celerem eſſe lationem/ nec lõgius abeſſe: oportet. Stellarũ igitur latio: celeris eſt/ſed abiuncta procul. Lunæ vero: deorſũ quidem eſt/ pigra tamen. At ſolari lationi: vtraq; hæc abunde competunt. Porro calorem vnã cum ipſo ſole potiſſimum gigni: conſentaneum eſt rationi / ſumpta ab hiſce quæ hic fiũt/ ſimilitudine. Etenim cum quædam hic vi ferũtur: vicinus aer maxime/ calidus effici ſolet. id quod: haud ſine ratione contingit. Nam ſolidæ rei motio: aerem imprimis ſegregare poteſt. Igitur/tum hac ob cauſam caloris feruor ad hũc pertingere locum aſſidet: tum q; ignis aerem complexus/ motionis ratione crebriter ſegregetur diſſipeturq;/ atq; vi deorſum feratur. Qz autẽ ſuperus locus nec calidus ſit/ nec ignitus: vel ſtellarũ diſcurſus ſufficienti ſunt indicio. illic enim non fiunt: ſed infero in loco. quãquã quæ validiore motu ciẽtur: vt ocyus ita plenius igneſcere ſolent. Adhęc/ ſol ipſe qui calidus cum primis eſſe videtur: candidus apparet/ non igneus.

CAP. IIII.

HIs autem pertractatis: quam ob cauſã flammæ ardentes / & ſtellæ diſcurrentes/ & vocati a quigatio & quomodo oporteat accipere de loco intermedio aſtrorum & terræ/ & quo eſt corpore plenus/tot dicta ſint. De facta autem caliditate quam exhibet ſol: magis quidem ſecundum ſe & diligenter in ijs quæ de ſenſu /conuenit dicere. Calidum enim: paſſio quædam ſenſus eſt. Propter quam autẽ cauſam fit non talibus exiſtentibus illis ſecundum naturam: dicendum eſt & nunc. Videmus itaq; motum: q; poteſt diſgregare aerem & ignire/ vt & lata liquefieri videantur ſæpe. Vt igitur fiat æſtus & calor: ſufficiens eſt efficere etiã ſolis latio tantũ. velocem etenim oportet: & non longe eſſe. Quæ igitur aſtrorum eſt: velox quidem/ longe autem. quæ autem lunæ: deorſum quidẽ/ tarda autem. quæ autem ſolis: ambo hæc habet ſufficienter. Fieri autem magis ſimul cum ſole ipſo caliditatem: rationabile eſt/ſumentes ſimile ex ijs quę apud nos fiunt. etenim hic violentia latis: vicinus aer maxime fit calidus. & hoc: rationabiliter accidit. maxime enĩ motus ſolidi: diſgregat ipſum. Et propter hãc igitur cauſam pertingit ad hũc locum caliditas: & quia ambiens ignis aerem/ ſpargitur motu frequenter/ & fertur violentia deorſum. Signum autẽ ſufficiẽs/ q; qui ſurſũ eſt locus nõ ſit calidus/ neq; ignitus: eſt etiã diſcurſus aſtrorum. ibi enim non fiunt: deorſum autem. quãuis quæ magis mouentur & citius: igniantur citius. Adhæc autẽ ſol/ qui maxime eſſe videtur calidus: videtur albus/ ſed non igneus exiſtens

CAP. IIII.

HIs autẽ determinatis: dicamus ꝓpter quã cauſã flãmę accẽſę apparẽt circa cœlum/ & diſcurrẽtia ſydera/ & vocati a qui-

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

busdam dali et æges. hæc enim omnia: sunt idem/ et per eandem causam/ differunt autem ipso magis et minus.

12 ¶ Principium autem horum & multorum aliorũ: hoc est. Calefacta enim terra a sole/exhalationem necessarium est fieri non simplicem/ vt quidam putant/ sed duplicem: hanc quidem magis vaporosam/ hãc autem magis spirituosam. eã quidem q̃ eius quod in terra & super terram est humidi/vaporem: eã autem q̃ ipsius terræ existentis siccæ fumosam. & harum/spirituosam quidem supereminere propter calidum: humidiorem autẽ subesse propter pondus. Et propterea hoc modo ordinatum est:quod in circuitu. primo enim sub circulari latione est calidum & siccum: quod dicimus ignem. innominatum enim est: & cõmune in omni fumosa disgregatione. attamẽ quia maxime natum est tale corpus exuri: sic necessarium est vti nominibus. Sub hac autem natura: aer. Oportet autem intelligere: veluti hypeccauma hoc/qđ nunc diximus ignem/extensum esse circa vltimum sphæræ quæ circa terram est/ vt modicum motum sortiens exuratur sæpe sicut fumus. est enim flãma: spiritus sicci ardor. Quacunque igitur maxime oportune se habeat talis consistentia: quando a circulatione mota fuerit aliqualiter/exuritur. Differt igitur secũdum hypeccaumatis positionem/ aut multitudinem. Si enim latitudinem habeat & longitudinem hypeccauma: sæpenumero videtur accensa flamma veluti in area ardente stipula. Sin autem secundum longitudinem solummodo:vocati dali

Vatablus

busdã torres/ & capræ circa cœlum visantur: dicamus. hæc enĩ omnia: idem sunt/atque eadem de causa / intensione tamen ac remissione disparantur. ¶ Horum autem & aliorum complurium principium: est hoc. Incalescente namque a sole terra/ halitum fieri non simplicem / vti quidam putant/ sed geminum: necessarium est. alterum/ vaporosum magis: alterũ/magis spiritosum. humidi quidem halitum quod in terra & super terram existit: vaporem. terræ vero præaridæ existentis: anhelitum fumidum. e quibus: qui spiritosus est/ eum caloris beneficio inuehi. qui vero humentior: subsidere ob grauitatẽ. Et propterea id omne quod a lunari ambitu terræ circunfunditur vndiq;: eleganter hoc pacto digestũ est. Nam statim sub ipsa cœli conuersione situm est: quod calidum aridumq; est/ quem nũcupamus ignem. siquidem nomine vacat: & cuilibet fumidæ secretioni competit. attamen quia quod tale est/ ex omni corporum genere maxime succendi ac conflagrare suapte natura potest: ideo sic vti nominibus ẽ necesse. Sub hac vero natura: collocatus est aer. Nosse autem oportet hãc veluti succensionem / quam nunc ignem diximus: circa eius sphæræ extremum quæ terram ambit/extensum esse. quo fit: vt cũ exiguum forte fortuna motum nacta fuerit/ sępe fumi modo in ardescat/. Nã flãma: feruor est spiritus aridi. Talis igitur constitutio / cum a circulari motu aliquo pacto agitata fuerit: qua potissimum parte ardori concipiẽdo idonea accõmodaq; est/ eatenus succenditur. Succensionis itaq; positu aut multitudine: discrimen obuenire solet. Nam si longitudinem latitudinemq; habeat succẽlio: sępius videtur flãma collucẽs/ propemodũ ita vt ĩ aruis fit succẽsis calamis. Sin autẽ longitudinẽ dũtaxat habeat: tum fiunt quos vocant torres/

necnō caprę & vagę vtcūqȝ ſtellę. Nā ſi in lōgitudinē magis q̄ in latitudinē ſuccēſio porrigatur: cum quaſdā veluti ſcintillas diſpuere videtur & interim ardet/ qđ quidē ideo cōtingit quia minutatim quidē ſed priore parte ignē obiter excipit: id eſt quod capra nominatur: cū vero hac affectione caret: torris. Sin vero exhalationis lōgitudo ī multas ſimul & exiguas parteis diſſeminata ſit/ & latitudo atqȝ craſſitudo ſe cōſimiliter habeāt: tū fiūt q̄ creditur vulgo vagari ſtellæ. Interdū igit exhalatio/ motionis opera deflagrās: ea ipſa gignit. Interdū ab aere ob refrigerationē conſiſtēte/ calidū ſecernitur extruditurqȝ. Vnde etiā fit: vt eorum delatio proiectioni magis/ q̄ incēſioni aſſimiletur. Dubitauerit enim quiſpiā/ vtrū ſtellarū excurſus haud aliter proueniāt q̄ lucernæ ſubdita exhalatio e flamma ſupera inferā lucernā redaccendit (mira enim eſt eiuſce rei celeritas ac iactui aſſimilis: nec per inde fieri videtur/ quaſi alius ac alius ſubinde oriatur ignis) an corporis cuiuſpiam eiuſdem proiectiones exiſtant? Mihi ſane videtur: eos propter vtrūqȝ fieri. Nam & perinde fiunt: vt flāmæ ardentis lucernæ per fumū in extincta irruptio lucernā efficitur. et nonnulla: q̄ extrudatur/ ideō proijci ſolēt/ ceu nuclei qui e digitis elabūtur diſſilūtqȝ. adeo: vt in terram mareqȝ deferri tū noctu tū interdiu cū/ ſudū fuerit/ videātur. Sed in partē elabūtur ſternā: propterea q̄ dēſatio propellens/ ea deorſū verſus excutiat. Proinde: ipſa quoqȝ fulmina in præceps ferri ſolēt. hæc enī omnia: ſecretio quæ extruſionis ratione cōmittitur/ nō incēſio/ gignere ſolet. quippe cū natura calidū omne: inſitū habeāt vt ſurſum verſus feratur. Quęcūqȝ igitur ſuperiore in loco cōſiſtunt: conflagrante fiunt exhalatione. At quæcūqȝ in inferiore: ſecretione exhalationis proueniūt/ q̄ ea cū ſit humidiuſcula frigefiat atqȝ coagmētetur. Nā hęc cū coit ſpiſſaturqȝ: deorſum vergendo/ id propellit ac cōtorquet inferne/ qđ & æges/ & ſydera. Et ſi quidem maius ſit hypeccauma ſecundum longitudinem q̄ ſecundum latitudinem/ quando quidem quaſi exſcintillat/ ſimul autem incenſum eſt (hoc autem fit: propterea q̄ ignitur ſecundū modica quidem/ ad principium autem) æx vocatur. quando autem ſine hac paſſione: dalus. Si vero longitudines exhalationis ſecundum parua & multipliciter diſperſæ fuerint/ & ſimiliter ſecundum latitudinem & profunditatē: ſydera quæ videntur volare/ fiunt. Aliquando igitur a motu exhalatio exuſta/ generat ipſa: aliquando autem ab aere propter frigus conſiſtente extruditur & ſegregatur calidum. Quapropter & latio ipſorum: aſſimilatur magis proiectioni/ ſed non exuſtioni. Dubitabit enim aliquis vtrū veluti quæ ſub lucernis poſita exhalatio/ a ſuperiori flamma accendit inferiorem lucernā (mirabilis enim & huius velocitas eſt: & ſimilis proiectioni/ ſed non vt alio & alio facto igne) an proiectiones eiuſdem corporis ſunt diſcurſus? Videtur itaque: propter ambo. etenim ſic: vt quæ a lucerna fit. & quædam/ quia expelluntur/ proijciuntur/ veluti quæ ex digitis elabuntur: vt & in terram & in mare videantur cadere & noctu & per diem/ ſerenitate exiſtente. Deorſum autem iaciuntur: quia coagulatio deorſum inclinat propellens. Quapropter & fulmina: deorſum cadunt. omnium enim horum generatio: non exuſtio/ ſed ſegregatio ab expulſione eſt. quoniā & ſecundū natura: calidū ſurſum natū eſt ferri omne. Quæcūqȝ igitur magis in ſupremo loco conſiſtūt: exuſta fiūt exhalatione. quęcūqȝ autē demiſſius: ſegregata/ propterea q̄ congregatur & frigefit humidior exhalatio. Hæc enī cōgregata & inſpiſſata: deorſū tendēs propellit/ et deorſū

Cap. Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

facit calidi proiectionem. Propter posi-
tionem autē exhalationis: qualitercūq;
posita habeat latitudinem & profun-
ditatem/sic fertur aut sursum/aut deor-
sum/aut ad latus. vt plurimū autē ad la-
tus: propterea q̄ duabus feratur latio-
nibus/ violentia quidem deorsum/ natu-
ra autē sursum. omnia enim: secundum
diametrū ferūtur/talia. Quapropter: &
discurrentiū syderū plurima obliqua fit
latio. Omniū itaq; horum causa vt ma-
teria quidem/exhalatio: vt autem mo-
uens/ aliquādo quidē quæ sursum latio/
aliquando autē aeris cōcreti coagulatio.
¶ Oīa autē hæc: sub luna fiūt. Signū au
tē est: apparens ipsorū velocitas/ similis
existēs ijs quę a nobis proijciūtur/q̄ quia
ppe nos sūt/multū videtur velocitate prę
tergredi et astra et solē et lunā. CAP. V.

caloris est particeps. Ratione ve
ro positus vtcūq; exhalatio suo
in situ forte fortuna latitudinem
habuerit atq; altitudinē: ita de-
mum aut sursum/aut deorsum/
aut ad latus commeat. Sed ma-
gna ex parte in obliquū: q̄ dua-
bus cieatur lationibus. vi quidē/
iferne: natura autē/superne. cū-
cta enī eiusmodi; per dimetiete
lineam ferri solent. Quocirca &
discurrentiū stellarum delatio:
magna ex parte obliqua reddi-
tur. Omniū igitur horum causa
tanq̄ materia: est exhalatio. At
tanq̄ mouens: interdum supera
latio/interdum aeris concrescen
tis coagulatio. ¶ Hęc autē oīa:
infra lunam fiūt. Argumēto est:
ipsorum celeritas/eorum motui
persimilis quæ a nobis iaciuntur
lacertisq; nostris contorquentur.
quę vidētur plane multo/stellis/
luna/sole meare celerius: q̄ non
procul a nobis distent. CAP. V.

APparēt autem aliquando noctu serenitate existente consistentia multa phas-
mata in cœlo: veluti hiatus & bothyni & sanguinei colores. Causa autem & in his: eadem. ¶ Cū enim manifestus est constans qui sursum aer vt ignitio fiat/ & ignitio aliquando quidem talis fit vt flamma videatur ardere/ aliquādo autem veluti dali ferantur & sydera: nullū inconueniens est si coloretur idem aer cō stans/ omnimodis coloribus. per spissius enim trāsparens minus lumen/ & refractionē suscipiēs aer: omnimodos colores faciet. Maxime autē puniceū aut purpureū: quia hi maxime ex igneo & albo fiunt permistis secūdū superappositiones. velut orientia astra & occumbentia: si fuerit cauma. & per fumū: punicea appa ret. Et refractione autē faciēt: cū speculū fuerit tale/vt non figurā/sed colorem suscipiat. Quare autē non multo tempore maneant hęc: consistētia causa est/velox existēs. Hiatus autē: disrupto lumine/ ex

COrro multa in cœlo quandoq; phas-
mata visaq; consistere cernuntur/nec
nisi nocte serena/ velut hiatus/iouęæ/ colores san
guinei: quorū oīm eadē quoq;
causa existit. ¶ Nā cū palā supe-
rus aer adeo consistat vt flagret/
& incēdiū quādoq; emergat eius
modi vt flāmā ardere/quandoq;
vt quasi torres aut stellas procur
rere arbitremur: nihil est absur-
di/ si aer idem concrescēs varios
præferat colores. Nā tā lumē mi
nus per desius trāsparēs corpus/
q̄ aer refractione suscipiēs: colo-
rum varias ac multiplices faciet
visiones. Imprimis vero punicei
et purpurei: q̄ hi potissimū mi-
stura ignei cādidiq;/altero alteri
superindito/tēperari soleant. In-
dicio sunt stellæ quæ si oborien-
tes occidentesq; per æstū aut a-
lioqui per fumū spectentur: pu-
niceæ apparent. Idē quoq; refra
ctione efficiet: cū speculū fuerit
eiusmodi vt nequaq̄ figurā/ sed
colorē suscipiat. Sed cur hęc par
uo tēporis spacio edurēt: cōstitu
tio q̄ cito absumitur/ ī causa est.
Hiatus autē: lumine iterrupto /

Vatablus

cerulei atrive coloris interuẽtu/ef ficit vt aliqua videatur ineſſe ,pfũditas. Atq; ex eiuſmodi/etiam torres frequẽter excidũt: nimirũ vbi amplius cõcreuerit. Sed cũ adhuc coit: hiatus viſionẽ ingerit. In ſũma attũ cãdido permiſtũ/ceu flãma fumo: multas colorũ varietates cõmittit. Interdiu igitur: ſol eos fieri prohibet. At noctu cæteri præter puniceum: quia cõcolores ſint viſum defugiũt. Igitur ſtellarũ trãſcurrẽtiũ/ eorũ quæ incẽdio fiũt/& omniũ inſuper oſtentorũ quæ ſunt eiuſmodi vt repẽtinas ingerãt viſiones: has eſſe cauſas putare operęprecium eſt. CAP. VI.

QVorro de cometis & vocato lacte: ediſſeramus/ allatis prius ad ea q̃ ab alijs dicta ſũt/dubitationibus. Anaxagoras igitur atq; Democritus: cometas eſſe aſſerũt/ ſtellarũ errantiũ coapparitionẽ/ cũ quia propius acceſſerit/ ſeſe tãgere mutuo vidẽtur. ¶At eorũ nõnulli qui Italiã habitant Pythagoręiq; vocitantur: cometen/e ſtellis errãtibus vnã eſſe dicũt. verũ/nõ niſi lõgo interpoſito tẽpore comparere in cœlo: & parũ ab ſole digredi. Id quod: etiã Mercurij ſtellæ obuenit. Nam qa nõ admodũ ab ſole recedit: ſępe/cũ ſe viſendã pręſtare deberet/occultatur. Proide: nõ niſi lõgo tẽpore interiecto cerni ſolet. ¶Hippocrates autẽ ille Chius & eius diſcipulus Aeſchylus nõ ſecus q̃ hi dixere: verũ nõ a ſeſe habere comã/ſed dũ errat interdũ eã ratione loci aſſumere/ dicũt. nimirũ: cũ ab humore quem ad ſe attrahit/ ſolẽ verſus aſpectus noſter refrãgitur. quia vero iter cætera ſydera tardiſſime a ſole relinquitur: nõ niſi plurimo tẽporis iteriecto/ ita demũ appare re/vt cũ eodẽ ex loco/toto ſuo circulo relictũ ab ſole cernitur. ac ipſũ ab ſole deſeri: & ad auſtrũ/ & ad ſeptẽtrionẽ. In itermedio igitur tropicorũ loco aquã ad ſeſe nõ attrahere: q̃ ea ibi ob ſolis latione feruore caloris abſũpta ſit.

Tral. ve. ex græ. recog.

obſcuro & nigro facit vt videatur habere aliquam profunditatem. Sępe autem ex talibus & dali excidũt: cũ cõcretũ fuerit magis. concretũ autẽ amplius: voragó videtur. Omnino autẽ in nigro albũ multas facit varietates. veluti flamma in fumo. Die igitur ſol prohibet: nocte autẽ (excepto puniceo) alij propter ſimilẽ colorationem non apparent. De diſcurrentibus igitur aſtris/ & ignitis/ adhuc autẽ de alijs phaſmatibus talibus quæcunq; feſtinas faciũt phãtaſias: has exiſtimare oportet cauſas.

CAP. VI.

DE cometis autem & vocato lacte dicamus: dubitantes ad dicta ab alijs/ vt primo. Anaxagoras igitur & Democritus aiunt eſſe cometas ſymphaſin errantium ſtellarum: cum propterea q̃ prope veniunt/ videantur tangere ſeinuicẽ. ¶Italicorum autẽ quidã & vocatorũ 17 Pythagorẽorum: vnum dicunt ipſum eſſe errantiũ ſyderum. ſed poſt multum tempus phantaſiam ipſius eſſe/ & exceſſum ad modicum: quod accidit & circa Mercurij ſtellam. Quia enim modicum diſgreditur: ſæpe nõ apparet/ ita vt poſt tempus multum appareat. ¶Similiter 18 autem & his: & qui circa Hippocratem Chium/ & diſcipulũ eius Aeſchylum/ enunciauerunt. ſed comam nõ ex ſeipſo aiunt habere: ſed errantem propter locum/ aliquando accipere/ refracto noſtro viſu ab humore attracto ab ipſo/ ad ſolem. Quia autem diſcedunt tardiſſime tempore: apparere poſt tẽpus plurimum aliorum aſtrorũ/ vt cũ ex eodem/ appareat derelictũ per totum ſuum circulũ, recedere autẽ ipſum: & ad arctu & ad auſtrũ. In intermedio igitur loco tropicorum: non attrahere aquam ad ſeipſũ/ quia exuſta eſt a ſolis latione.

Anaxagoras
Democritꝰ

Pythagorei

Hippocrates
Aeſchylus

Cap. 6

Tral.ve.ex græ.recog.

Ad auſtrum autem cum feratur: copiã quidem habere talis humiditatis. ſed quia parua eſt deciſio circuli quæ ſuper terrã/ quæ autem deorſũ multiplex: nõ poſſe viſum hominũ fractũ ferri ad ſolem/ neq; tropico auſtrino appropinquante/ neq; in æſtiuis verſionibus exiſtente ſole. Quapropter: in his quidẽ locis neq; fieri cometam ipſum. Quando vero ad boream relictus extiterit/ accipere comam: quia magna eſt peripheria quę eſt ſupra horizontem. quæ autẽ eſt ſubtus/ pars circuli: parua. facile enĩ: viſum hominum pertingere tunc ad ſolem. Omnibus autem his: hæc quidem cõmuniter accidit dicere impoſſibilia/ hæc autem ſeparatim. Primo igitur: dicentibus q̃ errãtium eſt vna ſtellarum/ cometa. Errãtes enim omnes: in circulo animãlium relinquũntur. cometæ autem multi: viſi ſunt extra circulum. Deinde & plures vno: ſimul facti ſũt ſæpe. Adhæc autem ſi propter refractionẽ comam habent/ ſicut ait Hippocrates: oportebat aliquando apparere & ſine coma ſtellã hanc/ quoniã relinquitur quidem & ad alia loca/ comam autem habet non vbiq;. nũc autem: nulla viſa eſt præter quinq; ſtellas. Iſtæ autem: ſæpe ſimul omnes/ eleuatæ apparẽt ſuper horizontem. Et manifeſtis autem exiſtentibus ipſis omnibus/ & non apparentibus omnibus/ ſed quibuſdam exiſtentibus apud ſolem: nichilominus cometæ apparent facti ſæpe. At vero neq; hoc verum: quod in loco ad arctũ fit cometes ſolũ/ ſimul & ſole exiſtente circa tropas æſtiuales. Magnus enim ille cometes factus circa eum qui in Achaia fuit terræ motum/ & circa fluctus aſcẽſum: ab occaſibus æquinoctialibus ortus fuit. Et ad auſtrũ: iã multi facti ſunt. Imperante autem Athenis Eucle Molonis filio: facta fuit comata ſtella menſe

Achaia

Eucles

Vatablus

Cum vero ad auſtrũ accedit: talis humoris copia perfrui. Verum quia ſupera circuli portio parua eſt/ infera longe maior: nõ poſſe aſpectum hominis refractum/ ad ſolem peruenire/ ſiue is auſtrino tropico propinquus feratur/ ſiue in æſtiuo ſolſtitio exiſtat. Quocirca: nec in hiſce quidem locis cometen ipſum gigni. At cum ab ſole ad aquilonem digreſſus fuerit: comã accipere. quia circuli portio quæ ſupra horizontẽ eſt/ magna ſit: quæ vero ſubter/ exigua. tũc enim aſpectum hominis: ad ſolem facile pertingere. Hiſce autem omnibus euenit: quædam cõmuniter/ quædam ſeparatim impoſſibilia dicere. Primo igitur/ qui cometen e ſtellis erantibus vnam eſſe aſtruunt: impoſſibilia dicunt. Nam ſtellæ vagæ omnes: ab ſole in ſignifero relinquuntur. At cometæ nõ pauci extra ſigniferũ viſi ſunt. Deinde: & plures vno ſæpe ſimul facti ſunt. Adhæc/ ſi ob refractionem comam haberẽt/ quemadmodum Hippocrates & Aeſchylus aiunt: aliquando ſydus hoc etiam citra vllos crines apparere oportuit. quandoquidẽ & ad alia loca ab ſole digreditur: ceſarie aũt nõ vbiq; geſtat. Nũc autem: præter quinque illas ſtellas/ nulla in cœlo viſa eſt. Sed hæ frequenter ſimul omnes ſupra horizontem eleuatæ/ viſuntur. Nec minus cometæ/ cum omnes hæ quinque apparent/ quam cum non apparent/ ſed quædam ſolem ſubeunt: plerumq; facti conſpiciuntur. At vero/ ne id quidem verũ eſt: cometen ſub ipſo ſeptentrione ſolum fieri. Inſuper: & ſole circa æſtiuum ſolſtitium exiſtente. Nam & magnus ille cometes qui haud ita multo ante factus eſt q̃ Achaia terræ motu quateretur/ & in eam maris inundatio introrũperet: ab occaſu æquinoctiali emicuit. Et in auſtrina cœli regione: multi iam facti ſũt. Porro magiſtratũ gerẽte Athenis Eucle Molonis filio/ mẽſe

Vatablus

Ianuario/ſole circa ſolſtitium hybernũ exiſtẽte: in regione cœli ſub ſeptentrionibus/ crinitũ ſydus apparuit. quamuis & ipſi affirment: fieri non poſſe vt tanta refractio fiat. Commune autem eſt hiſce & illis qui cometen ſtellarum errantium coniunctionem atque contactum eſſe aſtruunt: primo quidem/ e numero ſtellarũ cœlo adhærẽtiũ nõnullas comã accipere. Qua in re: non Aegyptijs modo pręſtanda fides eſt (nam & illi id aiunt) ſed & nos vidimus. Nam ſtella quædam ex hiſce quæ in caniculæ coxa ſunt: comam habuit/ languidã tamen atq; obſcuram. Qui enĩ eã intentis oculis aſpectabant: ſplẽdorẽ agnoſcebãt exiguum. qui vero ſenſim conſpectũ in eã quaſi obiter iactabãt: maiuſculũ. Adhæc/ quotquot noſtra tẽpeſtate viſi ſunt: ſine occaſu ſupra horizonte euanuerunt/ paulatim ita emarceſcentes atq; abſumpti vt nec vnius ſtellę corpus/ nec pluriũ reliquerint. Nã & magnũ illud ſydus/ quo de ſupra mentionẽ fecimus: tẽpore hyberno/ rigẽte gelu/ atq; cœlo ſereno/ veſperi/ Ariſtæo Prætore apparuit. Ac prima quidẽ die viſũ nõ eſt: ꝙ ante ſolis occaſũ delituiſſet. poſtera autẽ: apparuit. nã q̃minima fieri poteſt diſtãtia/ ſolẽ reliquit: & mox occubuit. Lumen vero: ad tertiam vſq; cœli partem/ inſtar ſaltus porrigebatur. vnde & viæ nomẽ accepit. Porro: ad vſq; balteũ cõſcẽdit Orionis/ inibiq; diſſolutũ fuit. Atqui Democritus: opinionẽ ſuã aſtruere cõtẽdit. Nã poſt cometarũ diſſolutionẽ ſydera quędã fuiſſe conſpecta: aſſeuerat. At hoc haudquaq̃ interdũ fieri/ interdũ nõ fieri/ ſed ſemper: oportebat. Præterea: ipſi quoq; Aegyptij ſtellas errãtes/ tã inter ſe q̃ cũ fixis coire aiũt. Atq; ipſi: iã ſemel atq; iterũ vidimus Iouis ſtellã in Geminis exiſtẽtẽ/ quandã ſubijſſe/ ac eã occultaſſe. ſed cometen factũ: nequaq̃. Inſuper: & ratione hoc ipſũ patet. Nã ſtellę tãetſi maiores minoreſve apparẽt: attamẽ p ſe indiuiduę vidẽtur eſſe. Vt igitur ſi indiuiſibiles eſſent/ ſuo cõtactu ma-

Tral. ve. ex græ. recog.

gamelione/ ſole exiſtente circa tropas hyemales. Et quidẽ tantam refractionem fieri: & ipſi impoſſibilium eſſe aiunt. Commune autem his/ & contactum dicentibus: primo quidem/ ꝙ & non errantium comam accipiunt quædam. & hoc: non ſolum Aegyptijs credere oportet (etenim & illi aiũt) ſed & nos vidimus. Earum enim quę ſunt in femore canis: ſtella quædam habuit comã/ debilem tamen. Intendentibus enim in ipſam: debile fiebat lumen. adijcientibus autem ſenſim viſum: maius. Adhæc autem omnes qui noſtris temporibus viſi ſunt: ſine occaſu diſparuerunt in loco ſuper horizontem cõſumpti paulatim/ ita vt neq; vnius ſtellæ derelinqueretur corpus/ neq; plurium. quoniam & magna ſtella de qua prius meminimus: apparuit quidem hyeme in gelu & ſerenitate a veſpera/ Ariſtæo imperante. & prima quidem die non apparuit/ tanquam præoccumbens ante ſolem: ſequenti autem apparuit quantum contingit. minimũ enim relicta fuit: & mox occubuit. Lumen autem ſe extendit vſq; ad tertiam partem cœli/ veluti ſaltus. quapropter: & vocata fuit via. Aſcendit autem vſq; ad zonam Orionis: & ibi diſſoluta fuit. Et quidẽ Democritus obtinere voluit pro opinione ſua. ait enim: apparuiſſe diſſolutis cometis/ ſtellas quaſdam. Hoc autem non oportebat aliquando quidem fieri/ aliquãdo autẽ nõ: ſed ſemper. Adhæc autẽ & Aegyptij aiunt: errantiũ & ad ſeipſas & ad nõ errãtes fieri cõuentus. & ipſi vidimus iã bis ſtellã Iouis in Geminis ſubeuntẽ quãdam et diſparere facientem: ſed non cometã factum. Præterea autẽ: & ex ratione manifeſtũ. Stellæ enim & ſi maiores & minores appareant: attamen indiuiſibiles per ſe eſſe videntur. Quemadmodũ igitur & ſi eſſent indiuiſibiles/ tangentes

Ariſtæus

Democrit⁹

Cap. 6

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

nullam vtiq; facerent magnitudinē maiorem: sic & quoniam non sunt quidem/ videntur autem indiuisibiles & conuenientes/ nichil videbūtur maiores secūdū magnitudinē existere. Qz igitur dictæ de ipsis causæ falsæ existunt: & si nō per plura / attamen & per hæc sufficienter patet.

gnitudinē haudquaq̃ maiorē reddere: sic etiā cum indiuisibiles nō sint sed appareant/ suo coitu ac cōcursu nihilo maiorē præferre molē videbuntur. Quas igitur de ipsis causas diximus: falsas esse/ etiā si nō per plura/ at per hęc/ abunde perspicuū est. CAP. VII.

CAP. VII.

QVoniam autem de immanifestis sensui putamus sufficienter demōstrasse secundū rationē/ si ad possibile reduxerimus: ex ijs quæ nunc dicuntur existimabit vtiq; aliquis sic de his maxime accidere. ¶ Supponitur enī nobis mundi eius qui circa terram/ quātum sub circulari est latione: esse primā partem / exhalationem siccam & calidam. Ipsa autem/ & continui sub ipsa aeris adhuc multum/ simul circunducitūr circa terram: a latione & motu circulari. Lata autē & mota hoc modo/ quacūq; cōtigerit bene domabilis existens: sæpe ignitur. Quapropter: dicimus fieri et disperſorū syderū discursus. Cū igitur in talem cōdensationē inciderit propter superiorū motū principiū igneū/ neq; sic multū valde vt cito & ad multum exurat/ neq; sic debile vt extinguatur cito/ sed maius & ad multum/ simul autē desubtus accidat ascendere bene dispositam exhalationē: hoc fit stella comata/ qualitercunq; exhalatum extiterit figuratū. Si enim omniquaq; similiter / cometes: si autem in logitudinem/ vocatur pogonias. Sicut autem talis latio/ stellæ latio videtur esse: sic & mansio / quasi stellæ mansio videtur esse. Simile enī est id quod fit: velut si quis in palearum cumulum & multitudinem immiserit tionē/ aut ignis principium iniecerit modicum. videtur enim similis & syderum discursus: huic. cito enim propter aptā

Vm autem de hisce quę sensui peruia nō sunt/ satis esse iuxta rationē demonstratū putemus/ si ad id qđ fieri possit ea reduxerimus: ex hisce q̃ in præsētia dicūtur/ existimauerit quispiā de hisce maxime ad hūc modū vsu venire. ¶ Supponimus enim mūdi terræ circūfusi primā eā oēm partē q̃ orbiculari subest lationi: exhalationē esse calidā aridaq;. Eam autē/ & insuper aēris quē suo in sinu fouet ac ambit/ haud parū: circularis latio ac motus secū circa terrā raptat versatq;. At interim dū illa fertur ac mouetur hoc pacto: qua forte fortuna fuerit bene temperata/ sępe īcēditur. ob qđ: & illos sparsorū syderū discursus fieri dicimus. Cū igitur ob superiorū corporū conuersionem in eiusmodi dēsitatem igneū inciderit principiū/ neq; tā vehemēter multū vt cōtinuo & diu exurere queat / neq; porro tā debile vt statim extinguatur/ sed validius & qđ diutius possit permanere/ simulq; cōtigat vt subuolet/ i eū sublata locū probe temperata exhalatio aptaq; vt incēdatur: tū id/ sydus crinitū fit/ quam cūq; figurā surrecta exhalatio cōtraxerit. Nā si vndiq; similis fuerit: cometes (id est stella crinita & comarū modo in vertice/ hispida) nūcupatur. Sin autem oblonga: pogonias (quasi dicas: barbata/ & cui inferiore ex parte in speciem barbæ lōgę promittitur iuba) vocitatur. Vt autē huiusmodi latio/ stellæ latio: sic & statio/ stellæ statio videtur esse. Idem enim propemodū fit: ac si quispiā torrem aut paruum ignis principiū/ in palearum cumulū aceruūq; immiserit atq; iniecerit. Nā & stellarū discursus: huic rei persimilis apparet. Cito nāq; ob succen-

Vatablus

ſæ materiæ accommodantiã: in longitudinem ſequela quadam ſerpit. Itaq; ſi id edurarít/nec trãſ eũdo emarcuerit/ qua potiſſimũ parte ſuccenſio denſet: lationis profecto initiũ/excurſionis fiet finis. Tale eſt & crinitũ ſydus: vt pote qđ/nõ aliter q̃ ſtellæ diſcurſus/ principiũ in ſe finẽq; habeat. ¶Cũ igitur cõſtitutionis principium in ipſo inferiore loco exiſtit: per ſe cometes apparet. Cũ autẽ ſub aliqua ſtella aut errantiũ aut cœlo affixarũ/ motionis opera conſtiterit exhalatio: tum ex hiſce quæpiam/ fit cometes. Nec enĩ coma: ipſis adhæret ſtellis. Sed/ ſicuti coronæ circa ſolem ac lunam apparent/ ſydera ipſa quãuis alio demigrent/ ſequentes/ vbi aer adeo denſatus eſt vt hæc affectio ſub ſolis itinere fieri queat: ſic & aſtris ipſis coma ceu corona exiſtit. Verũ corona: tali colore ob refractionem inſignitur. At comæ: colorem quẽ præferũt/ in ſeſe habent. Cũ igitur iuxta ſtellã aliquam talis cõcretio facta fuerit: cometes eo dẽ quo ſtella motu ferri videatur eſt neceſſe. Cũ vero per ſe conſiterit: tum ſubſidens & relicta videtur. Nam latio mundi qui circa terram eſt: agnoſcitur eiuſmodi. Hoc autem maxime inſinuat cometen non eſſe perinde vt coronam/ refractionem quandam quæ in ſuccenſione pura ac nitida ad ſydus ipſum/ aut quemadmodum Hippocrates affirmat/ ad ipſum ſolem fiat: q; & plerumq; cometes per ſe/ & ſæpius q̃ circa ſtellas quaſdam definitas fieri ſoleat. Sed de area hoc eſt corona: poſterius cauſã dicemus. ¶Qz autem ignea ſit cometarũ cõſtitutio: hinc conijectare licet. Nam ſi plures fiant: flatus & ſqualores portendunt. perſpicuũ enim eſt: eos ideo gigni/ q; eiuſmodi ſecretio redundet intantum vt neceſſario aer aridior efficiatur/ & ſublatum humidum copia exhalationis feruidæ adeo diſcutiatur ac diſſoluatur vt non facile conſiſtere ac denſari in liquorem poſſit. Sed

Tral. ve. ex græ. recog.

diſpoſitionem hypeccaumatis: ſuccedit in lõgitudinẽ. Si itaq; hoc maneat/ & nõ conſumatur pertranſiens/ qua maxime denſatum eſt hypeccauma: fiet vtiq; principiũ lationis/ cõſummatio diſcurſionis. Talis & comata eſt ſtella: vt diſcurſus ſyderis/ habẽs in ſeipſo terminũ & principiũ. ¶Quando igitur in ipſo inferiori 21
loco principiũ conſiſtentiæ fuerit: per ſe apparet cometes. quãdo autẽ ſub aſtrorũ aliquo aut non errantiũ aut errantiũ/ a motu cõſtiterit exhalatio: tũc cometes fit horum aliquis. Non enim apud ipſa aſtra: coma fit. Sed quẽadmodũ halo circa ſolem & lunam apparent/ aſſequentes/ etiam tranſlatis aſtris/ cum ſic fuerit condẽſatus aer/ vt paſſio hæc fiat ſub ſolis itinere: ſic & coma aſtris velut halos eſt. Attamen halos quidem/ fit propter refractionem/ talis ſecundum colorem: ibi autem/ in ipſis exhalationibus color apparens/ eſt. Quando igitur ſecundum ſtellam facta fuerit talis concretio: eadẽ neceſſe eſt apparere latione & moueri cometam/ qua quidem fertur ſtella. Cũ autẽ cõſtiterit per ſe: tunc tardantes videntur. talis enim eſt: latio mundi qui circa terram. Hoc enim maxime inſinuat non eſſe refractionem quandam/ cometam/ vt halo/ in hypeccaumate puro/ ad ipſam ſtellam/ factam/ & non (vt dicunt qui circa Hippocratem) ad ſolem: quia & per ſe fit cometa ſæpe/ & frequentius q̃ circa aliquas determinatarũ ſtellarum. De halo igitur: cauſam poſterius dicemus. ¶De eo autẽ quod eſt eſſe igneam cõſiſtentiã ipſorũ/ argumentũ oportet putare: q; ſignificãt facti plures/ ſpiritus & ſiccitates. Palã enim eſt: q; fiunt propterea q; multa eſt talis ſegregatio. quare ſicciorẽ neceſſariũ eſt eſſe aerẽ: & diſgregari & diſſoluí euaporãs humidũ a multitudine calidę exhalationis/ ita vt non cõſiſtat facile in aquam. Ma-

Hippocrates 22

Cap. 7 8

Tral.ve.ex græ.recog.

nifeſtius autem dicemus & de hac paſſione: quãdo & de ſpiritibus dicẽdi fuerit tẽpus. Quando igitur crebri & multi apparẽt: ſicut dicimus/ſicci & ſpirituoſi fiunt anni notabiliter. Quando autẽ rariores et tenuiores magnitudine: ſimiliter quidem non fit tale. attamẽ frequẽter fit quidam exceſſus ſpiritus: aut ſecundũ tempus/aut ſecundũ magnitudinẽ. Quoniã/ & quãdo qui in Aegos potamis eſt/cecidit lapis ex aere: a ſpiritu eleuatus cecidit per diem. fuit autem & tunc: comata ſtella facta a veſpera. Et circa magnam ſtellam comatam: ſicca erat hyẽs & borealis. Et fluctus: propter contrarietatem ventorum factus fuit. In ſinu enim boreas obtinuit: extra autem auſter flabat magnus. Adhuc autem ſub principe Nicomacho factus fuit paucis diebus cometes circa æquinoctialem circulum / non a veſpera faciens ortum: in quo qui circa Corinthum ſpiritus/ euenit. Eius autem quod eſt non fieri multos neq; ſæpe cometas/ & magis extra tropicos q̃ intra: cauſa eſt ſolis & aſtrorum motus/ non ſolum ſegregans calidum/ ſed & diſgregans quod conſiſtit. Maxime autem cauſa eſt: q̃ plurimum in lactis congregatur regionem.

Aegos potami

Nicomachus

Corinthus.

CAP. VIII.

23 Valiter autem & propter quam cauſam fit/ & quid eſt lac: dicamus iam. prædiſcutientes autem: & de hoc quæ ab alijs dicta ſunt primo. Vocatorum igitur Pythagoreorum: quidam aiũt viam eſſe hanc. hi quidem: excidentiũ cuiuſdam aſtrorum/ ſecundum dictam ſub Phaetõte lationẽ. hi autẽ: ſolẽ hoc circulo delatũ eſſe aliquãdo aiũt. Velut igitur exuſtũ eſſe hũc locũ: aut aliquã aliã

Pythagotei

Phaeton

Vatablus

de hac itẽ affectione dilucidius ſumus dicturi: cum loquendi de flatibus tempus affuerit. Cũ igitur crebri ac plures apparẽt: ſicuti dicimus/ aridus admodum & flatuoſus redditur annus. Cũ vero rariores & magnitudine non perinde inſigni conſpiciuntur: haudquaq̃ ex æquo tale quippiã fieri ſolet. verum enimuero exceſſus qdã flatuũ vel in durationevel in magnitudine: magna ex parte cõmittitur. Quandoquidẽ & cũ lapis ille q̃ apud Aegopotamos oſtẽditur/ ex aere cecidit: vento ſublatus excidit interdiu/ comete quoq; illis noctibus flagrante. Atq; circa id tẽporis quo magnũ illud crinitũ ſydus apparuit: ſicca fuit hyems & aquilonia. Nec non æſtus ille maris qui Achaiam inuaſit: ob flatuum contrarietatem factus eſt. Nam ſinum ipſum / aquilo occuparat: & extra/ ingens ſpirabat auſter. Pręterea: Nicomacho Athenis imperante/ circa æquinoctialem circulum paucis diebus cometes apparuit / exortu ſuo nequaq̃ veſperi facto: quo adhuc regnante vẽtum illũ qui circa Corinthũ debacchatus eſt/ factum eſſe accidit. Cur autẽ plures non fiant cometæ nec ſæpe/ curq; extra tropicos potius fiant q̃ intra: in cauſa eſt ſolis aſtrorumq; latio/ quæ non modo calidũ ſecernit/ verũ etiã id ſegregat qđ conſiſtit. Imprimis vero cauſa exiſtit: q̃ in lactei circuli regionem/ plurimę exhalationes congregentur.

CAP. VIII.

Am vero qualiter et quã ob cauſam fiat lac/ necnõ quid ſit: dicẽdũ eſt. Sed príus q̃ ab alijs de hoc quoq; dicta fuere: percurramus. Quidã igit̃ ex ijs quos Pythagoreos vocitãt: viã eſſe hãc aiũt. Alij cuiuſdã aſtri de cœlo lapſi: iuxta cœli conflagrationem/ quã ſub Phaetonte ferunt accidiſſe. Alij ſolis: quem per hunc circulum aliquando ferri dicunt. Hunc igitur locum veluti cõbuſtũ/ aut quampiã aliã id genus

Vatablus

affectionem paſſum eſſe/ ab eorũ latione: volunt. At illud perabſurdum eſt: non animaduertere ſi ea foret cauſa ſigniferum quoq; / & quidem potius q̃ lactis circulum/ haud aliter affectũ eſſe oportere. quippe cũ errones omnes/ & non ſol dũtaxat: in eo ferantur. Totus autem circulus: nobis eſt conſpicuus. ſemper enim eius ſemicirculus nocturno tẽpore apparet: ſed nihil id genus ſubijſſe videt/ niſi ſi qua ipſius particula lacteo circulo ſeſe applicuerit. ¶Anaxagoras vero atq; Democritus: lac/ eſſe quorundã ſyderũ lumẽ aſſerũt. ſolem enim dum ſub terra fertur: ex ſtellis quaſdam non aſpicere. Quæcunq; igitur ab ſole aſpiciuntur: earũ lumen non videri. inhiberi enim: a ſolis radijs. Quibuſcũq; autem tellus ipſa obſiſtit quo minus a ſole aſpiciãtur: harum proprium lumen eſſe lac aiunt. Sed q̃ impoſſibile ſit: patet. Nã lac: aſſidue idem in eiſdem exiſtit aſtris. apparet enĩ: maximus circulus. Quæ autẽ ſtellæ a ſole nõ aſpiciuntur: ſemper diuerſæ ſunt/ propterea q̃ ſol haudquaq̃ in eodem maneat loco. Oportebat igitur: migrãte ſole/ tranſferri & ipſum lac. nunc vero: hoc fieri minime videmus Adhęc/ ſi quemadmodũ in cœleſtium rerum contemplationibus demonſtratum eſt/ ita res ſeſe habeat/ & ſolis magnitudo maior ſit q̃ terræ/ & diſtãtia ſtellarum a terra multiplicato maior ſit q̃ ſolis ab eadem/ quemadmodum ſolis a terra q̃ lunæ maior eſt: alicubi non procul a terra turbo ille qui a ſole initium ſumit/ radios cõmittet cõiungetq;. nec terræ vmbra/ quam noctem appellitant: ad aſtra pertinget. ſed ſolem ſydera omnia circũſpicere/ & eorum nulli terram obſiſtere: neceſſe eſt. ¶Eſt autẽ præterea de lacte: tertia quædam opinio. Quidam enim: lac ipſum perinde atq; crinitum ſydus/ eſſe refractionem noſtri aſpectus ad ſolem/ dicunt. Sed & hoc: fieri nequit. Nam ſi & videns & ſpeculũ & totũ id quod cõſpectui obuiã eſt quieſcant: in eadem ſpeculi partẽ/ eadem viſionis

Tral. ve. ex græ. recog.

talem paſſionem paſſum eſſe a latione ipſorum. Inconueniens autem eſt non cointelligere: q̃ ſi quidem hæc erat cauſa/ oportebat & zodiacum circulum ſic ſe habere/ & magis q̃ eum qui lactis. omnia enim in ipſo feruntur errantia: & nõ ſol ſolus. Manifeſtus autẽ eſt nobis: totus circulus. ſemper enim ipſius manifeſtus eſt ſemicirculus nocte: ſed nichil videtur tale paſſus/ niſi ſi qua copulatur pars ipſius ad lactis circulum.

¶Qui autẽ circa Anaxagoram & Democritũ: lumẽ eſſe lac aiũt aſtrorũ quorundã. ſolẽ enim ſub terra latũ: non reſpicere quædã aſtrorum. Quæcunq; igitur aſpiciuntur ab ipſo: horum quidem non apparere lumen. prohiberi enim: a ſolis radijs. Quibuſcũq; autem obſiſtit terra ita vt non aſpiciantur a ſole: horum proprium lumen aiunt eſſe lac. Manifeſtũ autẽ: q̃ & hoc impoſſibile. Lac enim ſemper idem: in eiſdem eſt aſtris. apparet enĩ: maximus eſſe circulus. a ſole autẽ/ ſemper altera quæ nõ aſpiciũtur: quia nõ in eodẽ manet loco. Oportebat igitur: trãſlato ſole trãſferri & lac. nũc autẽ: nõ apparet hoc factũ. Adhæc autem ſi (quẽadmodũ oſtẽditur: in ijs quæ circa Aſtrologiã theorematibus) ſolis magnitudo maior eſt q̃ terræ/ & diſtãtia multo maior aſtrorũ ad terrã q̃ ſolis/ ſicut ſolis ad terram q̃ lunæ: non vtiq; longe alicubi a terra conus qui a ſole conijciet radios/ neq; vtiq; vmbra terræ quæ vocatur nox/ erit apud aſtra. ſed neceſſe ſolem omnia aſtra circunſpicere: & nulli ipſorũ terram obſiſtere. ¶Amplius autẽ: eſt tertia quædam opinio de ipſo. Dicunt enĩ quidã: lac eſſe refractionem noſtri viſus ad ſolẽ/ ſicut & ſtellam comatam. Impoſſibile autem eſt: & hoc. Si enim videns quieuerit/ & ſpeculum/ & quod videtur omne: in eodẽ ſigno ſpeculi eadẽ

24 Anaxagoras Democrit⁹

25

Cap. 8

Tral.ve.ex græ.recog.

apparebit vtiq; pars emphaſeos. Si autē moueātur ſpeculū & quod videtur/ in eadē quidē diſtantia ad vidēs & quieſcens/ adinuicē autem neq; æque velociter neq; in eadē ſemper diſtantia: ipoſſibile eādē emphaſin in eadē eſſe parte
26 ſpeculi. ¶Quæ autē in lactis circulo feruntur aſtra/ & ſol ad quem fit refractio: mouētur manētibus nobis / & ſimiliter et æqualiter ad nos diſtātia/ a ſeipſis autem nō æqualiter. aliquando enim mediis noctibus Delphin oritur: aliquādo vero diluculo. partes autem lactis: eædē manent in vnoquoq;. Atqui non oportebat: ſi erat emphaſis / ſed nō in eiſdē adhuc eſſet hæc paſſio locis. Amplius autem noctu in aqua & talibus ſpeculis/ lac quidem illuceſcit aſpicientibus: viſum autē refrāgi ad ſolem quomodo eſt poſſibile? Q7 igitur neq; via planetarum vllius/ neq; lumen eſt non reſpectorum aſtrorum/ neq; refractio: ex his manifeſtū eſt. Fere autē hæc ſolū ſunt: quæ vſque nunc tradita ſunt ab alijs. Nos autē dicamus: reſumētes ſuppoſitū nobis principiū. Dictū enim eſt prius: ꝙ extremū dicti aeris potētiam habet ignis / ita vt motu diſgregato aere ſegregetur talis conſiſtentia/ qualem & comatas ſtellas eſſe dicimus. Tale itaq; oportet intellígere fierí quod in illís: cum non ipſa per ſe facta fuerit talís ſegregatio / ſed ſub aliquo aſtrorum aut fixorum aut errantium. Tunc enī tales vidētur cometæ: quia aſſequūtur ipſorū lationem/ quēadmodū ſolē talis cōcretio/ a qua propter refractionē halo apparere dícimus/ cū ſic fuerit diſpoſitus aer. Quod itaq; ſecūdū vnū aſtrorū accidit: hoc oportet accipere fieri circa totū cœlum & ſuperiorē lationem omnē. Rationabile enī eſt / ſi quidē vnius aſtrí motus incēdit: & eū qui omniū eſt facere tale aliquid & irritare/ & cū his

Vatablus

portio apparebit. Sin vero ſpeculum & res conſpecta in eadem ad id quod videt ac quieſcit diſtantia/ ſed inter ſe nec æque celeriter nec eodem ſemper interuallo moueantur: fieri profecto non poterit vt eadem viſio in eadem ſpeculi parte conſpiciatur. ¶At ſtellæ quæ in lacteo circulo feruntur/ & ſol quem verſus refractio fit: & ſimiliter & ex æquo a nobis diſtantes/ a ſeipſis autem minime/ manentibus nobis mouentur. Interdum ſiquidē media nocte/ interdū diluculo: exoritur Delphin. Lactis autē partes: eędē in vnaquaq; manent. Atqui non oporteret: ſi lac emphaſis atque viſio eſſet/ immo ne in eis quidem locis hęc foret affectio. Pręterea/ noctu in aqua & id genus ſpeculis: lac/ ſpectātibus apparet. Sed qui fieri poteſt: vt tū aſpectus in aduerſum / ſolem verſus refrangatur? Patet igitur ex hiſce: lacteum circulum neq; meātium vllius viam/ neq; ſtellarum quæ non vidētur iubar / neq; refractionem eſſe. Hæc autem ſola: fere ſūt quæ ad hoc vſq; æui ab alijs tradita ſunt. Nos vero: reſumpto quod ſubiecimus principio/ dicamus. Dictū enim eſt prius: extremā aeris particulam vim ignis habere/ vt aere motus opera diſcreto/ conſtitutio ſecernatur eiuſmodi/ qualem crínita item ſydera eſſe dicimus. Operæprecium autem eſt intelligamus: tale quippiam fieri quod in illís cum ipſa talis ſecretio haudquaq̄ per ſe/ ſed ſub aliqua ſtella aut cœlo adfixa aut errante fuerit facta. Tum enim eiuſmodi cometæ cernuntur: propterea ꝙ ſtellarum lationem ſequatur/ perinde atque ſolem talis ſecretio in qua per refractionem/ coronam apparere dicimus/ vbi forte fortuna fuerit ita tēperatus aer. Quod autē circa vnam ſtellam contingit: id circa totum cœlum/ ſuperamq; lationem vniuerſam fieri accipiamus oportet. Nam ſi vnius ſtellæ motus ſuccendere queat: non etiam fuerit abſurdum cūctarum lationem/ tale quid committere ac ignem excitare/ præſertim in qua

Vatablus

cœli parte denſiſſimæ/ & plurimæ/& maximæ ſunt ſtellæ. Igitur ſignifer: ob ſolis & erronũ lationẽ/ huiuſmodi cõſtitutionẽ tenuat ac diſſoluit. Proinde: pleriq; cometæ extra tropicos fiũt. Preterea: neq; circa ſolẽ/ neq; circa lunã coma fieri ſolet. Nã ocyus eiuſmodi cõcretionẽ diſcernũt: q̃ vt cõſiſtere queat. Ipſe autẽ circulus in quo lac/ ſpectantibus apparet: & maximus eſt/& ita ſitus vt poſitu tropicos haud parum excedat. Adhæc: locus ipſe maximis ſplendidiſſimiſq; ſtellis/& inſuper hiſce quas ſparſas nuncupant/oppletus eſt (quod & oculis cernere licet) adeo vt his de cauſis aſſidue ac ſemper tota hæc coaceruetur concretio. Cuius rei ſignũ eſt. Nã in huius circuli parte altera q̃ cãdorẽ duplicato maiorem præfert: maius lumẽ eſt. in hac enĩ maiores dẽſioreſq; ſtellę ſunt q̃ in altera: quaſi non alia vlla de cauſa iubar/ q̃ ob ſtellarum lationem/fiat. Nã ſi hoc in circulo fiat in quo plurimæ ſunt ſtellæ/ & huius ipſius circuli magis ĩ ea parte quæ multis ac magnis ſtellis diffarcta apparet: hanc eſſe cauſam affectionis familiariſſimam exiſtimare par eſt. Sed tum circulum/ tum ſtellas quæ in eo ſunt: ex deſcriptione contemplemur.

Tral.ve.ex græ.recog.

adhuc ſcđm quẽ locũ creberrima & plurima et maxima exiſtũt aſtra. Circulus igitur animaliũ: propter ſolis lationẽ & planetarũ/diſſoluit talẽ cõſiſtentiã. Quapropter multi quidẽ cometarũ: extra tropicos fiunt. Amplius autẽ: neq; circa ſolẽ/ neq; circa lunam fit coma. citius enim diſgregant: q̃ vt conſtet talis concretio. Iſte autem circulus in quo lac apparet aſpicientibus: & maximus eſt exiſtens/et poſitu ſitus ſic/vt multum tropicos excedat. Adhæc autẽ: locus plenus eſt aſtris maximis et fulgidiſſimis/et adhuc ſporadicis vocatis (hoc autẽ eſt/ et oculis videre manifeſtũ)vt & propter hoc continue & ſemper hæc oĩs aggregetur concretio. Signũ autẽ eſt. Eteni ipſius circuli ãplius lumẽ eſt in altero ſemicirculo habẽte duplatũ. In hoc enĩ plura & crebriora ſunt aſtra q̃ in altero: tanq̃ nõ propter alterã aliquã cauſam facta claritate q̃ propter aſtrorũ lationẽ. Si enĩ & in hoc circulo fit ĩ quo plurima ponũtur aſtrorũ/ & ipſius circuli in eo qđ magis videtur ſpiſſũ eſſe & magnitudine & multitudine aſtrorũ: hãc par eſt exiſtimare conueniẽtiſſimam cauſam eſſe paſſionis. Conſideretur autem & circulus/ & quæ ſunt in ipſo aſtra: ex deſcriptione.



Cap. 8 9

Tral.ve.ex græ.recog.

Sporadica autem vocata / ſic quidem in ſphærã non erit ordinare: quia nullã habet aſſidue vnũquodq; poſitionẽ manifeſtam. ad cœlum autem reſpicientibus: eſt palam. in ſolo enim hoc circulorũ: intermedia plena talibus aſtris ſũt. in alijs autem: deficiunt manifeſte. Quare ſi quidem & cur appareant cometæ accepta-mus cauſam tanquam dictam mediocriter: & de lacte eodem modo / exiſtimãdũ eſt ſeſe habere. quod enim ibi circa vnum eſt paſſio / coma: hoc idem circa circulum quendam accidit fieri. Et eſt lac (vt ita dicam) veluti definitũ: maximi propter ſegregationem coma circuli. Quapropter (quemadmodũ prius diximus) nõ multi / neq; ſæpe fiunt cometæ: quia cõtinue ſegregata eſt & ſegregatur ſecundum vnamquãq; periodũ in hunc locũ ſemper talis cõſiſtẽtia. De factis igitur in eo qui eſt circa terram mundo cõtinuo ſuperioribus lationibus / dictum eſt: & de diſcurſu aſtrorum / & ignita flamma / adhuc autem de cometis / & vocato lacte. fere enĩ ſunt tot paſſiones: apparentes circa hũc locum.

CAP. VIII.

27 DE loco autẽ poſitione ſecũdo poſt hunc / primo autem circa terrã: dicamus. Iſte enim locus communis eſt aquę / & aeri / & accidentibus circa / quæ ſurſum / generationem ipſius. ſumendum autem eſt: & horũ principia / & cauſas omnium ſimiliter. Quod igitur eſt vt principale & mouens & primum principiorũ: circulus eſt in quo manifeſte ſolis latio diſgregans & congregãs ex eo quia prope fit aut longius / cauſa generationis &
28 corruptionis eſt. ¶ Manẽte autem terra: quod circa ipſam eſt humidũ / a radijs et ab alia quæ deſuper eſt caliditate / euaporans fertur ſurſum. Caliditate autẽ quæ duxit ipſum ſurſum relinquente / & hac

Vatablus

Quas autem ſparſas vocitant: nõ licet in pilam ad hunc intrudere modũ / q; nullã vlla vnq; habeat poſitionẽ quæ oculo notari poſſit. id quod: in cœlum aſpectantibus dilucidum eſt. in hoc enim circulo ſolo: quæ inter latera iacent / ſtellis plena ſũt eiuſmodi. in alijs vero circulis: ſtellis / vt patet / huiuſmodi vacant. Quare / ſi cauſã cur cometæ appareant / quaſi mediocriter dictã recipiamus: & de lacteo cãdore haud aliter habere ſentiendum eſt. Quæ enim ibi affectio circa vnã ſtellã exiſtit: hãc eandẽ circa circulum quempiam effici cõtingit. Eſtq; lac ipſum (vt ita dixerim) veluti definitũ: facta per ſecretionem maximi circuli coma. Et proinde (vt iam dictum eſt) non multi / neq; ſæpe fiũt cometæ: q; talis conſtitutio in hũc ſemper locum / & continue excreta ſit & per ſingulas excernatur circuitiones. De hiſce igitur quæ in mundo terræ circunfuſo qui ſupernis adhæret lationibus fieri ſolent / de ſtellarum diſcurſu / flãma ardente / & inſuper de crinitis ſyderibus ac vocato lacte: dictũ eſt. tot enim fere ſunt affectiones: quæ circa huncce locum apparent.

CAP. VIIII.

DE loco vero ab illo poſitione ſecundo / a terra vero primo (hic enĩ promiſcuus aquæ & aeris locus exiſtit) & hiſce quę in ſuperiore eius parte cõtinguntur: agendum eſt. Oportet autem: & horum principia ſumamus / & cauſas omnium ſimiliter. Principium igitur vt mouẽs præcipuumque & omnium primum: circulus ille eſt in quo manifeſte ſolis latio quæ ſegregat congregatq; / eo q; terræ propius remotiuſve fiat / generationis atq; corruptionis cauſa exiſtit. ¶ Manente autem terra / humor qui circa eam eſt / in vaporem a ſolis radijs & ab alio calore ſuperno cõuerſus: ĩ ſublime tẽdit. Calore vero / cuius opera ſurrigebatur vaporẽ deſerẽte / atq; altero

Vatablus

in ſuperum locum diſperſo / altero etiam extincto ꝙ longius in aerem qui ſuper terram eſt euehatur: vapor frigore contracto/ ob caloris deſtitutionem atq; loci naturam rurſum conſiſtit / & ex aere fit aqua. quæ poſtea q̃ genita eſt: rurſum in terram defertur. ¶Eſt autem halitus / qui ex aqua ortum habet: vapor. Qui vero ex aere in aquã mutari ſolet: nubes. Nebula autẽ: nubis in aquam concretæ ſuperfluitas. Proinde: ſerenos dies potius q̃ pluuios/ portẽdit. quippe quę: veluti nubes infœcunda & ſemine exhauſta exiſtat. Circulus autem iſte: ſolis circulum imitatur. ſimul enim ille ad latera: & iſte ſurſum & deorſũ mouetur. Atq; conſideraſſe oportet hunc veluti fluuium aeris & aquæ promiſcuum: in orbem ſurſum ac deorſum fluere. Nam cum ſol prope terram fertur: vaporis fluuius in ſublime effluit. cum vero ſe dimouit: aquæ fluuius in terrã defluit. quod: citra vllam intercapedinem haud abſq; ordine fieri ſolet. Quare ſi priores Oceani nomine/ inuolucri cauſa vtebãtur: hunc fortaſſis fluuium dixerint qui circa terram fluit. Humore autem ſemper in altum vi caloris ſcandente / & rurſus deorſum ad terrã ob refrigerationẽ ruente cõtingẽtibus affectibus & eorũ qbuſdã differẽtijs: proprie nomina poſita ſunt. Nam cũ minutatim deſcendit / ſtillæ: cum per partes maiuſculas / pluuia nuncupari ſolet. CAP. X.

EXeo autẽ quod interdiu euaporat q̃tumcunq; attolli in ſublime nequiuerit ob caloris ipſũ eleuantis/ad vaporẽ qui ſurrigitur/ paruitatem: cum rurſum deſcendit concepto per noctem frigore/ ros & pruina vocitatur. ¶Pruina quidẽ: cũ vapor fuerit ante conglaciatus q̃ rurſum in aquã concreuerit. ¶Fit autẽ per hyemem: & potiſſimum frigidioribus in locis. ¶Ros vero: cũ in aquam vapor fuerit denſatus/

Tral. ve. ex græ. recog.

quidem diſperſa ad ſuperiorem locum / hac autẽ & extincta propterea ꝙ ſuſpenditur longius in aerẽ qui eſt ſuper terrã: cõſtat iterũ vapor ifrigidatus/ & propter derelictionẽ caloris & propter locũ/ & fit aqua ex aere. facta autẽ: iterũ fertur ad terrã. ¶Eſt autẽ q̃ quidẽ ex aqua exhalatio: vapor. q̃ autẽ ex aere in aquã: nubes. Caligo autẽ: nebulæ decidentia eius quæ in aquã/ concretionis. Quapropter: ſignum magis eſt ſerenitatis / q̃ aquarũ. eſt enim caligo: veluti nebula ſterilis. Fit autem circulus iſte: imitans ſolis circulũ. ſimul enim ille ad latera permutatur: & iſte ſurſum & deorſum. Oportet autẽ intelligere: hunc veluti fluuiũ fluere circulariter ſurſum & deorſum/ cõmunẽ aeris & aquæ. prope enim exiſtẽte ſole: vaporis ſurſum fluit fluuius. elongato autem: aquæ deorſum. et hoc indeſinens vult fieri: ſecundũ ordinem. Quare ſi ęnigmatizabant Oceanum priores: forte vtique hũc fluuium dicebãt circulariter fluentẽ circa terrã. Eleuato autem humido ſemper propter calidi virtutem/ & iterum lato deorſum propter infrigidationem/ ad terram: proprie nomina paſſionibus imponuntur / & quibuſdã differentijs ipſarum. Cum enim ſecundum modica feratur/ pſecades: cum autem ſecundum maiores partes/ pluuia vocatur. 29

Oceanus

CAP. X.

EXeo autẽ quod de die euaporat/ quantũ nõ ſuſpẽſum fuerit propter paucitatẽ ſurſum ducentis ipſũ ignis ad eam quæ eleuatur aquã: iterum deorſum latum cum infrigidatum fuerit nocte/ vocatur ros & pruina. ¶Pruina quidem: quando vapor congelatur prius / q̃ in aquã concretus fuerit iterũ. ¶Fit autẽ hyeme: & magis ĩ hyemalibus locis. ¶Ros autẽ: cum cõcretus fuerit in aquã vapor/ 30 31 32 33

Cap. 10 11 12

Tral.ve.ex græ.recog.

et neq; ſic fuerit æſtus vt exſiccetur ſurſum ductũ/ neq; ſic frigus vt congeletur vapor ipſe/ propterea q̃ aut locus calidior aut tempus ſit. Fit enim magis ros/ in temperie & in tẽperatis locis: pruina autem/ ſicut dictum eſt/ econtrario. Palã enim eſt: q̃ vapor calidior eſt aqua. habet enim: eleuãtem adhuc ignem. quare amplioris eſt frigiditatis: ipſum coagu-
34 lare. ¶ Fiunt autem ambo: ſerenitate & tranquillitate. neq; enim eleuabũtur nõ exiſtente ſerenitate: neq; conſtare poterunt vtiq; vento flante. Signum autem eſt: quod fiunt hæc quia non longe ſuſpenditur vapor. in montibus enim: nõ
35 fit pruina. ¶ Cauſa autem eſt/ vna quidem hæc: q̃ ſurſum ducitur ex ſummiſſis & humectis locis. Quare veluti onus portans maius/ ſurſum ducens caliditas q̃ ſecundum ſeipſam: non poteſt eleuare ipſum ad multũ locum altitudinis/ ſed prope dimittit iterũ. Alia autẽ eſt: quia diffluit maxime aer exiſtẽs in altis/ qui diſſoluit conſiſtentiã talem. Fit autẽ ros vbiq; / auſtralibus/ nõ borealibus: præter q̃ in Põto. ibi autem: e cõtrario. borealibus enim fit: auſtralibus autem nõ fit. Cauſa autẽ: eſt ſimiliter ſicut q̃ temperie quidẽ fit/ hyeme autem non. auſter enim temperiẽ facit: boreas autem hyemẽ. frigidus enim eſt. quare: ex hyeme exhalationis extinguit caliditatẽ. In Põto autẽ: auſter quidẽ/ nõ ſic facit tẽperiẽ vt fiat vapor. boreas autẽ propter frigiditatẽ antiperiſtaſin faciens: calidũ congregat. quare plus: vaporat magis. Sepe autẽ hoc: & in exterioribus locis eſt videre fieri. vaporant enim putei: borealibus magis q̃ auſtralibus. ſed borealia quidem: extingunt ante q̃ conſtet aliqua multitudo. in auſtralibus autem: ſinitur congregari exhalatio. Ipſa autem aqua: non coagulatur hic/ quẽadmodũ in circa nubes loco. CAP. XI.

Pontus

Vatablus

& nec tepor tantas vireis habuerit vt quod ſublatũ ſit aſſiccare/ nec itidẽ frigus vt ipſum vaporẽ gelare/ propter vel loci vel tẽporis naturã calentiorẽ/ quiuerit. Ros enim: per tẽperiem magis/ inq; tẽperatioribus locis naſci ſolet. pruina/ vti dictũ eſt: cõtra. Cõſtat enĩ: vaporẽ/ aqua eſſe calidiorẽ. quippe qui: ſubleuantem adhuc ignẽ habeat. Quare pruinæ concretio: ad frigiditatẽ pertinet maiuſculã. ¶ Fiũt autẽ ambo: nõ niſi ſerena nocte/ & a vẽtis ſilente. Nã neq; cũ ſudũ ſerenũq; non fuerit/ attolletur quicq̃: neq; ſpirãte vento conſiſtere poterit. Quæ ideo fieri quia vapor non longe a terra ſurrigatur/ indicio eſt: pruinã in mõtibus non gigni. ¶ Huius rei: duæ ſunt cauſæ. Vna hęc eſt: q̃ e locis humilibus & aquoſis in ſublime attollitur. Proinde calor euehẽs/ quaſi qui põdus ferat maius q̃ ſuis congruat viribus: in locũ admodũ altũ ſurrigere illud nequit/ ſed haud procul a terra rurſum dimittit. Altera: q̃ aer qui in locis æditioribus eſt/ maxime fluitat agitaturq; / atq; cõſtitutionẽ eiuſmodi diſſoluit ac diſſipat. Fit autẽ vbiq; ros flante auſtro/ non aquilone: præterq̃ in Põto/ vbi cõtra vſu euenit. Nam ſpirãte aquilone/ ros fieri ſolet: auſtro/ non ſolet. Cauſa autem: ſimiliter habet atq; illud/ q̃ tẽperatis/ nõ hybernis tẽporibus ros gignitur. Etenĩ tẽperiẽ/ auſter importat: aquilo/ hyemem. algidus enim eſt. quare: exhalationis calorẽ/ ſuo frigore extinguit. At in Põto: nõ tãtã tẽperiẽ cõmittit auſter vt vapor cooriri queat. Sed aquilo frigore ſuo circũobſiſtẽs/ calorem cõgregat: adeo vt calor maior/ vehementius vaporẽ eliciat. Quod etiã extra Pontũ fieri: ſæpenumero cernere licet. Nam putei: flante aquilone q̃ auſtro largius vaporẽ euomũt. verũ: aquilonij flatus ante calorẽ præſocãt/ q̃ vt vlla vaporis copia cõſiſtat. at auſtrini: exhalationẽ aſtringi ſinũt. Porro: aqua nõ pinde hic cõcreſcit/ atq; eo ĩ loco qui nubes cõplectitur. CAP. XI.

Vatablus

ASria ſiquidē corpora cōſiſtentia ob frigus/aqua/nix/grādo: illinc venire ſolēt. quorū duo: pari ratione / ac eiſdem de cauſis quibus ea quæ fiunt non procul a terra/ effici aſſolēt/ intēſione tamen ac remiſſione/ multitudine & paucitate diſcrepāt. Nix nāq; & pruina/ itē pluuia & ros: ſunt idē. verū illud/ multū: hoc/ paucū exiſtit. Nā pluuia: fit ex multo vapore frigeſcēte. Cuius cauſa eſt: tū loci/tū temporis amplitudo in quo & ex quo colligitur. Ros vero: paucum quid exiſtit. nam conſtitutio / ſingulorū dierum: & locus/paruus exiſtit. qđ: & ortus celeritas / & parua multitudo ſignificant. ¶ Cōſimiliter pruina & nix: ſeſe habent. Nam cū nubes fuerit congelata/ nix: cū vapor/ pruina emergit. Quocirca: vel tēporis vel regionis frigidæ indiciū exiſtit. nō enim/niſi frigus dominaretur / congelaſceret: cum multā adhuc retineat caliditatē. In nube nāq; multus adhuc calor ineſt: qui ex eo ſupeſt igni / qui a tellure humorē in vaporem conuerſum/ſuſtulit. At grando: illic quidē fit. in quo autē loco vapores non lōge a terra iuehūtur: hæc deficit. Nā (ſicuti diximus) vt illic nix / ita hic pruina: item vt illic pluuia / ita hic ros enaſci aſſolet. Sed vt illic grādo: ita hic ſimile nullum e regione aſſignari poteſt. cuius cauſa: cum de grandine dixerimus/ erit perſpicua. CAP. XII.

SVmere autē ſimul oportet & quæ circa eius ortū contingāt: & quæ haudquaquam ſeducāt/ quæque haud prēter rationē eſſe videantur. Grando nāque: glacies eſt. concreſcit autem aqua: per hyemem. Ipſæ vero grandines: vere & autūno potiſſimū fieri ſolent/ deinde & æſtate/ hyeme autem rarēter/ & tum cum non admodum magnum fuerit frigus. Atq; in totū grandines/in locis tēperatioribus fiūt:

Tral. ve. ex græ. recog.

HInde enim tria veniūt corpora/ cōſtātia propter infrigidationē: aqua & nix & grando. Horum autē/ duo quidem proportionaliter & propter eaſdē cauſas fiunt ijs quæ inferius: differentia ſecundū magis et minus/ & multitudine et paucitate. Nix enī & pruina/ idē: & pluuia & ros. ſed illud quidē multū: hoc autē paucū eſt. Pluuia enī: ex multo vapore fit infrigidato. Huius autē cauſa eſt: & locus multus & tēpus exiſtēs in quo colligitur & ex quo. Paucū autē: ros. ephemera enim eſt conſiſtentia: & locus paruus. manifeſtat autē generatio exiſtens velox: & parua multitudo. ¶ Similiter 37
autē: & pruina & nix. Cū enim cōgelata eſt nubes: nix eſt. cum autē vapor: pruina. Quapropter: aut tēporis / aut regionis ſignum eſt frigidę. non enim vtiq; coagularetur/ adhuc multa inexiſtente caliditate: ſi non ſuperuinceret frigus. in nube enim: adhuc ineſt multū calidum reſiduū ignis qui euaporare fecit ex terra humidū. Grando autē: ibi quidē fit. in vaporizāte autē ꝓpinquo terrę: hoc deficit. quēadmodū enim diximus / vt quidē ibi nix/ hic fit pruina: vt autē ibi pluuia/ hic ros. Vt autē ibi grādo: hic nō cōtra reſpōdet ſimile. cauſa autem: cum dixerimus de grandine/ erit manifeſta. CAP. XII.



Portet autem accipere ſi- 38
mul & accidentia circa generationē ipſius: & quæ nō ſeducūt/ & quę vidētur eſſe rationabilia. Eſt enim grando: glacies. coagulatur autem aqua: hyeme. Grandines autem: fiunt vere quidem/ & autumno maxime. deinde & tempore fructuum. hyeme autem: rarius. & quando minus fuerit frigus. Et vniuerſaliter fiunt grandines quidem/ in temperatioribus locis:

Tral.ve.ex græ.recog.

niues autem/ in frigidioribus. Inconueniens autem eſt: & coagulari aquam in eo qui eſt ſurſum loco. neq; enim congelatam eſſe poſſibile eſt: anteq̃ facta ſit aqua. neq; aquã: vllo tempore poſſibile eſt manere eleuatã exiſtentẽ. At vero/ neq; ſicuti pſecades ſurſum quidẽ inſidẽt propter paruitatem/ immorãtes autẽ in aere (ſicuti & in aqua: terra & aurum/ propter paruitatẽ partiũ ſæpe ſupernatant) ſic in aere/ aqua. Cõueniẽtibus autẽ multis paruis: magnę deorſum feruntur pſecades. hoc autẽ: nõ cõtingit fieri in grãdine. nõ enĩ copulãtur congelata: vti humida. Palã igitur: q; ſurſum tãta aqua mãſiſſet. non enĩ vtiq; congelata fuiſſet tãta.

39 ¶His igitur videtur paſſionis cauſa eſſe huius & generationis: cũ propulſa fuerit nubes in ſuperiorẽ locũ magis exiſtẽtẽ frigidũ/ propterea q; deſinunt ibi refractiones radiorũ a terra/ & veniẽs illuc/ ĩ aquã coagulatur. Quapropter & æſtate magis & in calidis regionibus fieri grandines: quoniã amplius/ calidũ ſurſum pellit a terra nubes. Accidit autem in valde altis minime fieri grãdinem: q̃uis oportebat/ quẽadmodũ & niuẽ videmus in altis maxime fieri. Adhuc autẽ ſæpe viſę ſunt nubes delatæ cum ſono multo ſecus ipſam terrã: vt terribile eſſet audiẽtibus & vidẽtibus/ tanq̃ futuro aliquo maiori. aliquãdo autem & ſine ſono talibus viſis nubibus: grãdo fit multa/ & magnitudine incredibilis/ & figuris nõ rotũda. propterea q; nõ multo tẽpore fit latio ipſius: tãq̃ prope terrã facta coagulatione/ ſed non ſicut illi aiunt. At vero/ neceſſariũ eſt ab ea quę maxime cauſa eſt coagulationis: maximas fieri grandines. glacies enim grãdo eſt: & hoc omni eſt manifeſtum. Magnę autẽ ſunt: quę figuris ſunt nõ rotũdę. hoc autẽ: ſignũ eſt q; ſint cõgelatę ꝓpe terrã. Latæ enĩ de lõge: ꝓpterea q; ferunt lõge/ circũattritę/ fiũt & figura rotũ-

Vatablus

niues/ frigidiuſculis. Metas autẽ egreditur rationis & illud: aquã ſupero in loco cõgelari. Nã neq; fieri poteſt: vt aqua ante congla ciata ſit q̃ ortum ſubierit/ aut vt per vllũ tẽporis ſpaciũ in ſublimi ſuſpẽſa maneat. At vero neq; prout ſtillæ ob paruitatẽ ſuperne ĩſidẽt atq; in aere verſãtur/ perinde vt ipſi quoq; aquę/ ſępe terra & aurũ ob partiũ ſubtilitatẽ innatãt: ſic in aere pluuia ĩuehitur. Coeũtibus autẽ cõpluribus paruis: magnæ ſtillę decidũt. Quod: grãdini obuenire nequit. non enĩ cõcreta: liquidorũ more/ coaleſcere queũt. Q̃z igitur aqua tãta in alto manſiſſet: liquet. nam alioqui: haudquaq̃ tãta fuiſſet cõglaciata.

¶Sũt igitur quibus huiuſce affectus ac generationis cauſa/ hęc eſſe videatur: nubẽ cũ in ſuperiorẽ locũ/ q; iccirco frigidior eſt q; ſolariũ radiorũ a terra refractiones ĩnibi deſinãt/ fuerit propulſa peruenerit; illuc/ in aquam denſari. Quocirca & æſtate inq; ęſtuantibus locis/ grandines gigni potius volũt: q; tũ calor longius a terra nubes ſurſũ verſus propellat. Cõtingit autẽ: in locis admodũ ędi-tis/ grãdinẽ nequaq̃ fieri. quanq̃ illic fieri oportebat: vti & niuẽ in altis fieri locis maxime videmus. Prẽterea: ſępe viſę ſunt nubes circa terrã cũ ingẽti ſono ferri/ adeo vt id terrorem incuteret hiſce qui audiebãt videbãtq;/ quaſi matus quippiã eſſet futurũ. Interdũ autẽ & poſteaq̃ eiuſmodi nubes abſq; ſono apparuerũt: fit grãdo multa & magnitudine incredibili & figura nequaq̃ globoſa. propterea q; eius delatio tẽpore paruo abſumatur: tanq̃ prope terrã facta cõcretione/ & nõ perinde vt illi aiũt. At vero neceſſariũ eſt: potiſſimã cõcretionis cauſam/ magnas efficere grãdines. ſiquidẽ grãdo: glacies eſt. id quod: cuiuis perſpicuũ exiſtit. Magnæ autẽ ſunt: quę nequaq̃ rotundam habent figuram. quod argumẽto eſt: grãdines nõ procul a terra concreuiſſe. Nam quæ eminus decidunt: circumfractæ/ q; per longũ ferantur interuallum/ vt figura rotundæ ita

Vatablus

magnitudine minores euadere ſolent. Patet igitur: cõcretionẽ non ideo euenire/ꝙ nubes in ſuperiorẽ locum qui multo frigore riget/ ꝓpellãtur. ¶At cũ hic/ mutua calidi ac frigidi pugna/ ãtiperiſtaſin fieri videamus (ob quod/ vt æſtuante tempore ſubterranea loca/ frigida ſunt: ita gelante/ calida) hoc ipſum in ſupero quoque loco fieri putandum eſt. Proinde/ frigus tempore calidiuſculo/ introrſum per antiperiſtaſin coactũ obcircũdantẽ calorẽ: iterdũ celeriter aquam e nube facit. Quocirca: & multo maiores ſtillæ & aquæ impetuoſiores/ æſtuantibus diebus q̃ hyberno tẽpore fiunt. Impetuoſiores nãq; dicũtur: cum dẽſiores ex alto ruũt. quod profecto euenire ſolet: ob cõcretionis celeritatẽ. Hoc autẽ ipſum: cõtra fit q̃ Anaxagoras dicat. Is etenim: nubẽ/ cũ in frigidũ aſcendit aerẽ/ hoc pati aſſerit. Nos vero/ vbi deſcendit in calidũ: & tũ maxime/ cũ ĩ maxime calidũ. Cũ autem frigus adhuc magis in ꝓfundũ coactũ fuerit ab exteriore calore: quã fecerit aquã cõglaciat magis/ emergitq; grando. qđ accidit: vbi aquę in imũ lationẽ/ cõgelatio anteuertit. Nãſi aqua tanto in tẽpore deſcendat/ & frigus cũ ſit vehemens in minori conglaciauerit: nihil vetat aquam cũ adhuc erat in ſublimi/ fuiſſe gelatam/ ſi gelatio breuiori q̃ delatio tempore abſoluatur. Itẽ quo propius ac repente magis concretio facta fuerit: eo & aquæ ꝓpetuoſiores/ & ſtillæ atq; grãdines maiores euadũt/ ꝙ per breuem ferantur locum. Grandeſq; ſtillæ/ non denſæ cadunt: eadẽ de cauſa. ¶Minus autem grando æſtate q̃ vere aut autumno/ magis tamen q̃ hyeme fieri ſolet: quod aer per æſtatẽ ſit aridior/ verno tempore adhuc humidus/ autumno iã humeſcat. Fiunt autem (quemadmodum diximus) grandines etiam circa æſtatis calcẽ: haud alia de cauſa. Nonnihil autem facit ad concretionis celeritatem: præcedẽs aquæ concalfactio. Quandoquidẽ quę prius incaluit: ocyus refrigerari aſſolet.

Tral.ve.ex græ.recog.

dæ & magnitudine minores. Q̃ igitur non ex eo ꝙ propellũtur in ſuperiorẽ locũ frigidum/ coagulatio accidit: palam. ¶Sed quoniã videmus ꝙ fit antiperiſtaſis calido & frigido inuicẽ (quapropter in æſtu/ frigida ſũt inferiora terrę: & calida/ in gelu) oportet putare & hoc in eo qui ſurſũ/ fieri loco. Quare in calidioribus tẽporibus antiperiſtaſin paſſum intus frigidũ/ propter eã quę in circuitu eſt caliditatẽ: aliquãdo quidẽ cito aquã ex nube facit. Quapropter & guttæ multo maiores in calidis fiũt diebus q̃ in hyeme: et aquæ labroteræ. labroteræ enĩ dicũtur: cũ magis ſubitę ac ſimul totæ. magis ſubitę autẽ ac ſimul totę: propter celeritatem coagulationis. Hoc autẽ ipſũ: fit cõtra q̃ vt Anaxagoras dicit. Hic enĩ: cũ in frigidũ aerẽ aſcẽderit/ ait hoc pati. Nos autẽ cũ in calidũ deſcẽderit: & maxime/ cũ maxime. Cum autẽ adhuc magis antiperiſtaſin paſſũ eſt intus frigidũ ab exteriori calido: aquã faciẽs coagulauit magis/ et fit grando. Accidit autẽ hoc: cũ citius fuerit coagulatio/ q̃ aquæ latio deorſũ. Si enim fertur quidẽ in tãto autẽ tẽpore/ frigiditas autẽ vehemẽs exiſtẽs in minori coagulauit: nichil prohibet eleuatã cõgelari/ ſi coagulatio in minori fiat tẽpore q̃ quæ deorſũ fit latio. Et q̃to vtiq; propiquius & magis ſubito fit coagulatio: & aquæ labroteræ fiũt/ & guttæ & grãdines maiores/ propterea ꝙ breui ferãtur loco. Et nõ crebrę/ guttę magnę cadũt: propter eãdẽ cauſã. ¶Minus autẽ eſtate fit q̃ vere et autũno: magis tamẽ q̃ hyeme. quia ſiccior eſt aer: eſtate. in vere autẽ: adhuc humidus. in autũno autẽ: iã humectať. Fiũt autẽ aliquãdo (vti dictũ eſt) et in maturatione fructuũ grãdines: propter eãdẽ cauſã. Cõfert autẽ ad huc ad celeritatẽ coagulationis: & ꝑcale factã fuiſſe aquã. citius enĩ: ifrigidatur.

Anaxagoras

Cap. 12 13

Tral.ve.ex græ.recog.

Quapropter multi cũ calidã ifrigidare cito voluerint: ad ſolẽ ponũt primo. Et

Pontus

qui circa Pontũ ſũt/cũ in glacie habitacula faciũt ad piſciũ venationes (venantur enī: intercidẽtes glaciẽ) aquã calidã calamis circunfundũt/propterea ꝙ citius coagulatur. vtuntur enī glacie quaſi plũbo: vt ꝙeſcãt calami. Calida autẽ fit cito/cõſtãs aqua: ī regionibus & tẽporibus calidis. Fiũt autẽ et circa Arabiã et

Arabia Aethiopia

Aethiopiã æſtate aquæ & nõ hyeme/ & hæ vehemẽtes/& eadem die ſæpe: propter eãdẽ cauſã. cito enī infrigidãtur per antiperiſtaſin: quę fit propterea ꝙ calida eſt regio valde. De pluuia igitur & rore & niue & pruina et grandine ꝓpter quã cauſã fiũt/& quæ natura ipſorũ ẽ: tot dicta ſint. CAP. XIII.

42 DE vẽtis autem & omnibus ſpiritibus/adhuc autem & de fluuijs & marí: dicamus primo & de his dubitantes ad nos ipſos. Sicut enī & de alijs: ſic & de his nichil accepimus dictum tale/quod non & quilibet dicat vtiq;. Sunt autẽ quidã qui aiunt vocatum aerem/motum quidẽ & fluentẽ: vẽtum eſſe. conſiſtentẽ autẽ eundẽ hunc: iterum nubem & aquã. tanq̃ eadẽ natura exiſtente: aquæ & ſpiritus. & ventũ: eſſe motũ aeris. Quapropter & eorũ qui ſapiẽter volũt dicere/quidã vnũ aiũt ventũ eſſe oẽs vẽtos: quia accidit & aerẽ motũ/ vnũ & eũdẽ eſſe/ omnẽ. videri autẽ differre/nichil differẽtẽ: propter loca vnde fuerit fluens ſemper. ſimiliter dicentes: quẽadmodum vtiq; ſi quis putet & fluuios oẽs vnũ fluuiũ eſſe. Quare melius multi dicũt ſine inquiſitione: q̃ qui cũ īquiſitione ſic dicũt. Si enī ex vno principio oẽs fluerẽt/et ibi ſpiritus eodẽ modo: forte dicerẽt vtiq; aliq̃d/dicẽtes ſic. Si autẽ ſimiliter hic & ibi:

Vatablus

Quocirca multi cum calidam celerius refrigerare volũt: prius inſolãt. Itẽ accolæ Põti cũ ſupra glaciem domunculas extruunt quo piſciũ venatui incũbãt (venãtur enī: interſciſſa glacie) aquã calidam arundinibus circũfundũt/ꝙ celerius duretur in gelu. Nam glacie vt plũbo vtuntur: quo immotæ perſiſtãt arundines. Conſiſtens autem aqua: calida celeriter efficitur in feruidis regionibus tẽporibuſq;. Fiunt etiã circa Arabiã & Aethiopiã per æſtatẽ/& nõ per hyemem aquæ/ eæq; impetuoſæ ac eodem die ſæpe: eandẽ ob cauſam. Nam per Antiperiſtaſin/ quæ ob vehemẽtem regionis æſtum committitur: cito rigent. Sed de pluuia/ rore/niue/pruina/ grandine/ quã ob cauſam fiant/ quænã item ſit eorum natura: tot a nobis dicta ſint.

CAP. XIII.

DE ventis autem flatibuſq; omnibus/& inſuper de fluuijs ac mari/allatis prius de hiſce aduerſus noſipſos dubitationibus: dicamus. Nã vt de cæteris alijs/ ſic & de hiſce: nihil eiuſcemodi a maioribus dictum accepimus/ quod non vel quiuis dicere queat. Sũt autẽ qui aerẽ motũ ſubeũtẽ fluitantẽq; eſſe vẽtũ/& hũc eũdẽ conſiſtentẽ nubẽ rurſũ aquãq;/ tanq̃ eadẽ ſit flatus & aquæ natura/necnõ vẽtum motionem aeris: aſſerãt. Quocirca/& ex eorum numero qui docte loqui volũt/ quidã ventos omneis vnũ eſſe vẽtũ aiũt: quia omnẽ aerẽ qui motum ſubeat/eundẽ atq; vnũ eſſe cõtingit. Sed cũ nullã ſubeat differẽtiã/ videri tamẽ differre: propter loca vnde ſemper fluit. Perinde dicentes: ac ſi quis omnia quoq; flumina/vnũ eſſe flumẽ putet. Quocirca/pleriq; citra inquiſitionẽ melius dicunt: q̃ qui diſquiſitione adhibita ad hunc dicũt modũ. Nã ſi tã amnes q̃ flatus vniuerſi ab vno corriuarentur primordio: forſitan qui ita dicunt/ quippiã dicerent. Sin vero hic & ibi ſimiliter res ha

Vatablus

beat: lepide quidē hoc dictū eſſe/ nō tamen vere/ perſpicuū exiſtit. Quandoquidē hoc: congruā habet conſiderationē/ nēpe quid ſit ventus/quo pacto naſcatur/ quid ventū moueat/vnde ſit vēti exordiū/& vtrum haud ſecus q̄ e vaſe quodā effluere ventū accipere oporteat/ idq; tātiſper fieri dū vas ſit inanitū quaſi ex vtre diſſiliret/ an ꝓinde vt ipſi quoq; pictores vētos depingūt ex ſeipſis flatus initiū emittētes. ¶De fluuiorū aūt generatione: haud diſſimilē qdā habēt opinionē. Etenim aquā ſolaribus radijs leuatā in ſublime/ cū pluta rurſū/aggregata cōgeſtaq; fuerit i terræ viſceribus tanq̄ ex aluo pregrandi erūpere/& aut fluuios omneis ex vna aut alium ex alia ſcaturire/ nec vllam gigni aquam/ ſed quæ hybernis menſibus in huiuſmodi conceptacula collecta fuerit/ hanc in amniū euadere multitudinē: arbitrātur. et ob id: putāt maiores ſēper hyeme q̄ eſtate profluere. Et quoſdam perennes eſſe: quoſdā minime. Quorū enī cōgeſta aqua ob cōceptaculi magnitudinē adeo multa exiſtit vt ſufficiat nec prius abſumatur q̄ tempore hyberno rurſū pluuia aqua ſuperueniat: abſq; vlla itercapedine fluere dicūt. Cōtra qui minora habēt cōceptacula: hos ob aquæ paucitatē ante aſſiccari/euacuato nimirū vaſe/q̄ cœleſtis ſuperueniat aqua. Atqui liquet ꝙ ſi quis velit/ficto ante cōſpectū veluti ſuſceptaculo qđ per ſingulos dies fluentē cōtinēter aquā capiat/aquæ multitudinē cōtēplari: tota quæ effluit i annum aqua recepta/ magnitudine molē terræ exuperabit/ aut certe parū deficiet. Attamē cōplura eiuſmodi in plęriſq; terræ partibus euenire: cōſtat. Verūeniuero abſurdū fuerit: ſi quis nō putet eādem ob cauſā ex aere aquā etiā in terræ viſceribus naſci/ ob quā ſupra terrā fieri aſſolet. Quare ſi hic aer ad vaporis naturā accedēs/ob frigus in aquā dēſeſcit: idē hoc ab ea quoq; q̄ in terra eſt frigiditate euenire ac fieri/& nō ſolū aquā eā quæ in illa ſeq̄ſtrata ſit fluere/ ſed cōtinue fieri cēſeam⁹ operęꝑciū ē.

Tral.ve.ex græ.recog.

palam ꝙ leue dictum hoc/ erit mendacium. Quoniam hoc quidem optimam habet conſiderationem: quid eſt vētus/ & quomodo fit/ & quid eſt mouens/ & vnde principium ipſorum/ & vtrū quēadmodum ex vaſe oporteat accipere fluentem ventum/ & eouſq; fluere donec vtiq; euacuatum ſit vas/ velut ex vtribus emiſſum/aut quemadmodū pictores pingūt ex ſeipſis principiū emittētes. ¶Similiter autē & de generatione fluuiorū: videtur q̄buſdā ſe habere. Eleuatā enī a ſole aquā/ iterū plutā cōgregatā ſub terra/ fluere vt ex vētre magno: aut omnes ex vno/ aut aliū ex alio. & nō fieri aquā vllā: ſed collectā ex hyeme in talia ſuſceptacula/ hanc fieri multitudinē fluuiorū. Quapropter: & maiores ſemper hyeme fluere q̄ eſtate. Et hos qdē eſſe perpetuos: hos autē nō perpetuos. Quorū enī propter magnitudinē vētris/multa collecta aqua eſt vt ſufficiat & non prius conſumatur q̄ ſuperueniat imber in hyeme iterū: hos qdē ꝑpetuos eſſe ſine fine. Quibuſcunq; autē minora ſuſceptacula ſunt: hi propter paucitatē aquę exſiccātur anteq̄ ſuperueniat aqua de cœlo/ euacuato vaſe. Quāuis manifeſtū eſt ꝙ ſi quis velit/ faciēs velut ſuſceptaculū prę oculis/ cotidianæ aquæ fluentis cōtinue intelligere multitudinē: excedet vtiq; magnitudine/ terræ molē/vel nō multū deficiet/ſuſcepta oīs fluēs aqua per annū. Sed palā: ꝙ accidūt quidem & multa talia in multis locis terræ. Verū incōueniēs eſt ſi quis non putet propter eandem cauſam aquam ex aere fieri propter quā quidē ſuper terrā/ & in terra. Quare ſi & ibi propter frigiditatē conſtat vapo rizās aer/ in aquā: & ab ea quæ i terra frigiditate idē hoc oportet putare accidere & fieri. & nō ſolū ſegregatā aquā in ipſa & hanc fluere: ſed fieri cōtinue.

Cap. 13

Tral.ve.ex græ.recog.

Amplius autem non fiente ſed exiſtente aqua quotidie: nō tale eſſe principium fluuiorum/ veluti ſub terra ſtagna quædā ſegregata/ ſicut quidā dicunt. ſed ſimiliter ſicut & in eo qui eſt ſuper terram loco/ paruæ cōſiſtūt guttæ/ & iterum ipſæ cum alijs / ac tandē cū multitudine deſcēdit pluta aqua: ſic & in terra ex paruis cōſtillari primo/et eſſe velut ſcaturigines in vnū terræ/ prī
44 cipia fluuiorū. ¶Manifeſtat autē: ipſū opus. Qui enim aquæ ductus faciunt: humilibus & defoſſis deducunt/ quaſi vtiq; ſudāte terra ab excelſis. Quapro pter & rheumata fluuiorū:ex mōtibus vidētur fluentia. Et plurimi & maximi fluuij:fluunt ex maximis mōtibus. Similiter autē & fōtes plurimi: mōtibus & locis altis vicini ſunt. in cāpeſtribus autē:ſine fluuijs pauci fiūt ōnino. Mōtana enim & alta loca/ velut ſpōgia/ ſu perſuſpēſa: ſecūdū modica quidem/ in multis autē locis producūt & cōſtillāt aquā. ſuſcipiunt enī: aduenientis aquæ magnā multitudinē (quid enim differt concauam & ſupinam: aut conuexam peripheriā eſſe & gibboſā: vtroq; enī modo: æqualē molem cōpræhendet corporis) & aſcendentē vaporē infrigidant/ & condenſant iterum in aquam. Quapropter:quēadmodum diximus/ maximi fluuiorū / ex maximis vidētur fluentes mōtibus. Palam autē eſt hoc: conſiderantibus terræ periodos. has enim inquirendo a ſingulis: ſic deſcripſerunt/ quoſcunq; nō accidit ipſoſmet vidiſſe et dicere. In Aſia igitur: plurimi ex Parnaſo vocato monte videntur fluentes/ & maximi fluuij. Hic autē mōs: dicitur eſſe maximus omniū qui ad orientē hyemalē. tranſcendenti enim iā hunc: apparet mare qđ extra eſt/ cuius terminus nō palā his qui hinc. Ex hoc igitur fluūt & alij fluuij: & Bactrus &

ASIA

Paropaniſus

Bactrus

Vatablus

Pręterea: dato q; aqua cotidie ortū nō ſubeat ſed in ratione rerum ſit: haudquaq̄ tale eſſe fluuiorum exordiū/ nimirū ſtagna quædam ſub terra ſemota vt quidam aiūt/ oportet. ſed vt in eo quoq; qui eſt ſupra terrā loco/ exiguæ aſpergines coagmētātur/ quæ rurſū alijs coeūt/ & tādē copioſus imber decidit: ſic etiā in terra grandiores guttas ex paruis factas ſtillare primū/ necnō fluuiorū principia eſſe quaſdā veluti ſcaturigines aquarū q̄ in vnā aliquā terræ partē cōcurrāt. ¶Quod: experiētia ipa declarat. Nā qui aquę ductus ſtruūt: ſcrobibus atq; cuniculis aquā deducere / tanq̄ ab excelſis ſudante terra/ ſolēt. Quocirca & amnium fluxus: e mōtibus corriuari cernūtur. Atq; plurimi & maximi amnes: e maximis defluūt mōtibus. Pari modo & montibus locisque excelſis: vicini ſunt fōtes plurimi. in planis vero latiſq; campis: pauci admodū ſine fluuijs fiunt. Mōtana ſiquidē & ædita loca tanquā ſpōgia quædā locis incūbētia humilibus: pauxillatim quidem/ ſed multis ex partibus effundunt ſtillātq; aquā. Nā & magnā aquæ ex alto cadentis copiam intra ſe admittūt (quid enim itereſt: cōcaua ne ſit & ſupina/ an deuexa & prona montiū circūferētia/ vtroq; enī pacto: æqualē corporis molē amplectetur) & vaporē egredientē in ſublime frigefaciūt/ rurſumq; in liquorem cogūt. Quocirca: amniū maximi (ſicuti diximus) e maximis profluere montibus vidētur. quod/ hiſce qui terræ ambitus contēplantur: perſpicuū exiſtit. Etenī vniuerſi quos nō cōtigit dicentes eoſdē & ſpectatores fuiſſe: ex hiſce quæ a ſingulis percontando acceperunt / eos ad hunc deſcripſere modū. In Aſia igitur: e mōte Paropaniſo plurimi maximiq; amnes defluere viſuntur. Cæterū hic: cōmuni conſenſu / omnium eorū maximus eſt qui ad hybernū vertuntur orientē. Nā eo iā ſuperato: exterū mare cernitur/ cuius finem qui citra incolūt haudquaquā habent perſpectum. Ex hoc itaque: inter cæteros amneis/ Bactrus &

Vatablus

Choaſpes & Araxes defluũt/ a quo Tanais q̃ pars eius eſt/ in Męotin lacũ corriuatur. Fluit etiam: & Indus ex eo monte/ maximũ ex omnibus fluminibus aquarũ agmen euoluẽs. Ex Caucaſo vero: & plæriq; alij tã numero q̃ mole exuperantes defluũt/ & Phaſis. Caucaſus autẽ: mons eſt/ eorũ qui ad æſtiuum ſolis exortũ vergũt/ multitudine pariter atque celſitudine maximus. Celſitudinis autẽ argumẽtũ: inde colligi poteſt. Nã/ tũ ab eo loco quem Bathea (hoc eſt Profunda) Põti vocãt/ tum ab hiſce qui Męotici lacus oſtium nauigio ſubeũt: cernitur. Præterea: ſũmæ eius partes noctu/ mane inq̃ & veſperi/ ad tertiã vſq; partẽ radijs illuſtrantur ſolaribus. Multitudinis vero: quia cũ multas ſedes habeat in quibus & populos multos inhabitare/ & lacus magnos eſſe dicant/ attamẽ eas omneis ad ſummũ vſq; cacumẽ cognitas eſſe aſſerũt. Porro ex Pyrenæo (hic autem: mõs eſt Celticę regionis/ æquinoctialem occaſum ſpectãs) Iſter & Tarteſſ9 defluũt. hic/ extra Herculis colũnas: ille/ totam interfluens Europã in Pontũ effunditur Euxinũ. Ex cæterorũ autem amniũ numero: plurimi ad ſeptẽtrionẽ e mõtibus Hercynijs profluunt/ qui tã altitudine q̃ multitudine maximi in hoc tractu habentur. Sub ipſo autẽ ſeptentrione vltra extremã Scythiã: mõtes Rhiphęi appellati/ ſiti ſunt. de quorũ magnitudine: fabuloſa admodũ ſunt quę ferũtur. Plurimi igitur/ & cęterorum poſt Iſtrum fluuiorum maximi: inde (vt aiunt) effluũt. Simili autẽ modo in ipſa quoq; Africa: alij/ Aegon atq; Nyſes ex Aethiopũ mõtibus defluunt/ alij qui inter celebratos maximi ſunt/ amnis inquã Chremetes nomine qui in exterum mare exoneratur & Nili fluentũ primũ e mõte cui Argenteo nomen eſt/ ortũ habẽt. Ex hiſce autẽ qui Græciam alluunt: Achelous e Pindo/ vnde & Inachus/ effluit. At Strymon/ Neſtus/ & Hebrus qui tres numero omnes ſunt: e Scombro ducunt originem. Multa item flumina: ex

Tral. ve. ex græ. recog.

Choaſpes & Araxes. Ab hoc autem diuiditur Tanais/ pars exiſtens: in Męotidẽ paludem. Fluit autẽ & Indus ex ipſo: omniũ fluuiorũ rheuma plurimũ. Ex Caucaſo autẽ: & alij fluũt multi & ſecundũ multitudinẽ & ſecũdũ magnitudinẽ excedẽtes/ & Phaſis. Caucaſus autẽ: maximus mõs eſt eorũ qui ad orientẽ æſtiualẽ/ & multitudine & altitudine. Signa autẽ altitudinis quidem: quia videtur & a vocatis Profundis/ et & a nauigantibus in ſtagnum. Adhuc autem: illuſtrantur ſole ipſius ſummitates vſq; ad tertiam partem/ nocte et ab aurora & iterum a veſpera. Multitudinis autem: quia multa habens iuga in quibus & gentes habitant multæ/ & ſtagna eſſe aiũt magna/ attamẽ omnia iuga eſſe aiunt manifeſta vſq; ad vltimum verticem. Ex Pyrenęo autem (hic autem: eſt mons ad occidentem æquinoctialem in Celtica) fluunt Iſter & Tarteſſus. iſte q̃dẽ/ extra Columnas: Iſter autem/ per totam Europam in Põtum Euxinum. Aliorum autem fluuiorum: plurimi ad arctum/ ex montibus Arcynijs. Hi autem: & multitudine & altitudine maximi circa locum hunc ſunt. Sub ipſa autẽ vrſa ſuper vltimã Scythiã vocatæ Rhipæ: de quarũ magnitudine ſermones qui dicuntur valde ſunt fabuloſi. Fluunt igitur plurimi & maximi poſt Iſtrum aliorum fluuiorum hinc: vt aiunt. Similiter autem & circa Libyam: hi quidem ex Aethiopicis mõtibus/ & Aegon & Nyſes/ hi autẽ maximi diuulgatorũ & Chremetes vocatus q̃ in exterius mare fluit et Nili fluxus prim9 ex Argẽteo vocato mõte. Eorũ aũt qui circa Hellanicũ locũ: Achelous quidẽ ex Pindo/ et Inachus hinc. Strymon autem & Neſtus & Hebrus õnes tres exiſtentes: ex Scombro. Multi autem fluxus: & ex

Choaſpes
Araxes
Tanais
Indus
Caucaſus
Phaſis
EVROPA
Celtica
Pyrenæus mons
Iſter
Tarteſſus
Hercynij montes
Scythia
Rhiphęi montes
AFRICA
Aethiopici montes
Aegon
Nyſes
Argenteus mons
Chremetes
Nilus
Græcia
Pindus
Achelous
Inachus
Scombrus
Strymon
Neſtus
Hebrus

Cap. 13

Tral.ve.ex græ.recog.

Rhodope

Rhodope ſunt. Similiter autem & alios fluuios inueniet quis vtiq; fluentes: ſed teſtimonij gratia hos diximus, quoniam & quicunq; ipſorum fluũt ex paludibus: paludes ſub montibus poſitas eſſe accidit omnes fere/ aut ſub locis altis ex appoſitione. Q; igitur non oportet putare ſic fieri principia fluuiorum vt ex determinatis ventribus: manifeſtum. Neque enim vtiq; ſufficiens eſſet locus terræ/ vt ita dicam/ ſicuti neq; nubium: ſi exiſtentem oporteret fluere ſolum/ & nõ hæc quidem deficeret/ hæc autem fieret/ ſed ſemper ab exiſtẽte acciperetur. Et ſub montibus eſſe fontes: atteſtatur ꝙ quia confluit ad modicum & paulatim/ ex multis ſcaturiginibus diſtribuit locus. & fiunt ſic: fontes fluuiorũ. Verũ & talia eſſe loca habẽtia multitudinem aquæ veluti ſtagna/ nichil inconueniens eſt/ ſed nõ tãta vt hoc accidat: nichil magis q̃ ſi quis putet manifeſtos eſſe fontes fluuiorũ. fere enim: ex fontibus plurimi fluunt. Simile igitur eſt: illa & hos putare eſſe corpus aquæ omne. Q; autem ſint tales fauces & voragines terræ: manifeſtant abſorpti fluuij. Accidit autem hoc: in multis locis terræ/ vt Peloponeſi plurima talia circa Arcadiã ſunt. Cauſa autem eſt: quia montoſa exiſtens non habet effluxus ex alueis in mare. repleta enim loca/ & non habentia effluxum: ipſis inueniunt tranſitum in profundum/ cogente deſuper adueniente aqua. Circa igitur Helladem: parua talia omnino ſunt facta. Sed eſt ſub Caucaſo ſtagnũ: quod vocant qui ibi/ mare. hoc enim multis fluuijs et magnis ingredientibus: non habens effluxum manifeſtũ/ deriuat ſub terra/ iuxta Coraxos/ circa vocata Profunda Ponti. hæc autẽ ſunt: infinita quædã maris profũditas, nul-

Peloponeſus

Arcadia

Græcia

Caucaſus

Coraxi

Bathea Põti

Vatablus

Rhodope cooriũtur. Atq; ſimiliter cęteros quoq; amneis fluere quiſpiã deprehendat: verũ teſtimonij gratia hoſce diximus. Quicunq; enĩ amnes e paludibus fluere videntur: ex eiuſmodi profecto reddũtur/ quas fere omneis ſub mõtibus/ aut locis quæ molliter aſſurgunt/ eſſe ſitas cõtingit. Q; igitur cenſendũ non ſit fluuiorũ primordia haud ſecus q̃ ex ſequeſtratis qbuſdã cauernis fieri: cõſtat. Nec enĩ terræ locus vt ita dixerim ſufficeret/ quemadmodũ nec nubiũ: ſi eã dũtaxat quæ eſt in ratione rerũ fluere oporteret/ nec elaberetur vna quidem & altera rurſum gigneretur/ ſed ſemper ex ea quę in rerũ natura exiſtit/ promeretur. Itẽ illud ad montium radices fonteis eſſe: teſtatur locũ aquam propterea diſtributim reddere/ ꝙ ea ad exiguũ quid ac paulatim ex multis confluat guttulis. Qua etiã ratione: amniũ fontes effici conſueuere. Verũenimuero & talia eſſe loca ceu ſtagna quæ aquarũ multitudinem cõtineãt/ ſed nõ tanta vt illud accidere queat: haud quaq̃ magis fuerit abſurdũ/ q̃ ſi quis fluuiorũ fonteis manifeſtos eſſe putet. fere enim: e fontibus plurimi effluũt. Cenſere igitur ſtagna & iti dem fontes/ vniuerſum aquarum corpus eſſe: ſimile exiſtit. Q; autẽ terra taleis habeat hiatus atq; diſceſſiones: flumina ipſa quæ ſeſe condũt/ declarant. quod quidem: multis in locis terræ accidit. vt in Peloponeſo. plurima enim ſũt eiuſmodi: circa Arcadiã. Cauſa autem eſt. Nã quia montoſa eſt: ex alueis in mare effluxum nullũ habet. oppleta namq; loca & effluxũ minime habẽtia: amnibus trãſitũ in imũ inueniũt/ vim afferẽte ea quæ ex alto aduenit aqua. In Græcia igitur: parua admodũ talia fiunt. At ſub mõte Caucaſo ſtagnũ exiſtit: quod accolæ mare vocitãt. id enĩ multis fluminibus iiſq; ingentibus receptis: manifeſtũ non habens effluxũ terrã ſubit/ ac demum iuxta Coraxos circa vocata Bathea Ponti/ acceptas euomit aquas. hæc autem ſunt: immẽſa quædam altitudo maris. Nã

Vatablus

nemo vnquam: vadū demiſſo fune reperire quiuit. Hic itaq; longe a continenti trecentis fere ſtadijs: lōgo tractu / non tamen continuo ſed tripartito/ potulenta redditur aqua. Item amnis quidam haud quaq̄ Rhodano minor: in agro Liguſtico abſorbetur/ rurſūq; alio in loco emergit. Rhodanus autem: fluuius eſt qui non niſi nauigio tranſmitti poteſt. CAP. XIIII.

QVorro nō ſemper eadē telluris loca / vel aquoſa ſunt/ vel arida: ſed mutationem iuxta amnium ortū ac defectū/ ſubeunt. Et ideo: q̄ cōtinēti vicina ſūt & quę mari/ pmutari ſolēt. nec ſēper hæc/ terra: illa/ mare omni permanēt tēpore. ſed vbi terra erat/ illic mare naſcitur: & vbi nunc mare eſt/ illic rurſum terra erit. ordine tamen quodā ac ambitu: fieri iſta exiſtimādū eſt. Horum autē principium cauſaq; exiſtit: q; interiores quoq; telluris partes/ perinde atq; animantium plantarumq; corpora/ iuuētutem atq; ſenectutem habeant. Verum iſtis / hoc per partem ſubire / nequaquam contingit: ſed ſimul totum iuueneſcat atque ſeneſcat neceſſe eſt. terræ: particulatim hoc idem/ ob frigus atq; calorem accidit. Hæc igitur: accreſcere ſimul atq; decreſcere propter ſolis calorem conuerſionemq; aſſolent. Quaetiā de cauſa: telluris quoq; partes/ vireis ſibi vēdicant differētes. Proinde: ad aliquod vſq; tempus aquoſa permanere queunt/ deinde aſſiccantur atq; ſeneſcunt rurſum. Alia porro loca: reuiuiſcunt/ & ſecundum partem aquoſa reddi ſolent. Sed cum loca aridiora ſunt: fontes deleantur neceſſe eſt. quæ cum accidunt: amnes primū e magnis puſillos fieri/ deinde tādem inareſcere oportet. Quinetiam cum amnes alio commigrāt/ & hinc quidem euaneſcunt / ſed alijs in locis pari magnitudine erumpunt: permutari mare neceſſario accidit. Vbi enī mare fluuiorum auctu redundat: inibi/ cum recedit/ aridam committat neceſſarium exiſtit. contra vbi mul-

Tral. ve. ex græ. recog.

lus enim vnq̄ qui tentauerit: potuit terminū inuenire. Hic autē longe a terra fere ad trecenta ſtadia: potabilē reddūt aquā ad multū locū / non autē cōtinue ſed in tres partes. Et circa Liguſticā: nō minor Rhodano abſorbetur quidā fluuius/ & iterū egreditur ſecūdū alium locum. Rhodanus autem: fluuius eſt nauibus tranſmeabilis. CAP. XIIII.

Liguria

Rhodanus

NOn ſemper autē eadē loca terræ/ neq; aquoſa ſūt neq; arida: ſed permutātur ſecūdum fluuiorū generationes & defectus. 14

Quapropter: & quę ſunt circa aridam permutātur / & quæ circa mare. & non ſemper hæc quidem terra/ hæc autē mare perſeuerāt ōni tēpore: ſed fit mare quidē vbi arida/ vbi autē nunc mare hic iterum terra. ſecundum quēdā tamē ordinē putare oportet hoc fieri: & periodū. Principiū autē horum & cauſa eſt: q; & terræ interiora ſicuti corpora plantarū & animaliū/ ſtatū habent & ſenectutē. Sed iſtis quidē nō ſecundū partē hæc accidit pati/ ſed ſimul totū in ſtatu eſſe & decremētū pati neceſſariū eſt. terræ autem hoc fit ſecundū partē: propter frigus & caliditatē. Hæc igitur & creſcūt & minuuntur: propter ſolem & circulationē. propter hæc autē: & virtutē partes terrę accipiūt differētē. Quare: ad tēpus aquoſa poſſūt pmanere/ deinde exſiccātur & ſeneſcunt iterū. Alia autē loca: viuificantur / & aquoſa fiūt ſecundū partē. Neceſſe autē eſt: locis factis ſiccioribus/ fōtes exterminari. his autem accidentibus: fluuios primo quidē ex magnis paruos / deinde tandē fieri ſiccos. Fluuijs autē trāſmutatis/ & hinc quidē exterminatis/ in alijs autem proportionaliter factis: pmutari mare. Vbi enī excreſcēs a fluuijs/ abūdauit: abſcedēs/ aridā facere neceſſariū eſt. vbi au-

Cap. 14.

Tral.ve.ex græ.recog.

tē fluxibus abundās/ exſiccabatur: affuſum/ iterū hic ſtagnare. Sed propterea ꝙ fit oīs naturalis circa terrā generatio per ſucceſſionē & in temporibus lōgiſſimis ad noſtrā vitā: latent hæc facta. & prius omniū gentiū interitus fiūt & corruptiones: q̄ memoretur horū permutatio a principio ad finē. Maximæ igitur corruptiones fiūt & citiſſimæ in prælijs: aliæ autem infirmitatibus / hæ autē ſterilitatibus. & in his: hę quidem magnę/ hę autem ſecundū modicū vt lateāt talium gentiū etiā tranſmigrationes. propterea ꝙ hi quidem derelinquunt regiones: hi autem permanent vſq; ad hoc/ donec vtiq; non amplius poſſit alere regio multitudinē vllā. A prima igit̄ deſertione ad vltimā: par eſt fieri lōga tēpora/ ita vt nullus meminerit / ſed ſaluatis adhuc permanentibus/ obliuionē factā eſſe propter tēporis multitudinem. Eodē autē modo oportet putare: & inhabitationes latere / quando primum factę ſunt gentibus ſingulis in permutatis & factis ſiccis ex paludoſis & aquoſis. Etenī hic paulatim in multo fit tēpore additio: vt nō ſit memoria qui primi/ & quādo/ & qualiter ſe habētibus locis/ venerūt. vt accidit & circa Aegyptū. Etenī hic locus ſemper ſiccior videtur fieri: & tota regio fluuij atterratio eſſe Nili. Propterea autem ꝙ paulatim exſiccatis paludibus/ propinqua inhabitata ſunt: ex temporis longitudine ablatū eſt prīcipiū. Vidētur igitur & ora omnia / excepto vno canobico: manufacta / & nō fluuij exiſtētia. Et antiquitus/ Aegypt9: Thebę vocatę. Inſinuat autē et Homerus: ſic recens exiſtēs (vt ita dicā) ad tales permutationes. illius enim loci facit mētionē: tanq̄ nōdū Mēphi exiſtente/ aut omnino/ aut non tanta. Hoc autē: par eſt ſic accidere. Inferiora enī loca: ſuperioribus poſterius habitata fuere.

Aegyptus

Oſtia Nili Canobicū

Thebæ Homerus

Memphis

Vatablus

tis ſcatēs fluxibus aſſiccatur: inibi rurſum / cum accedit / ſtagnare. At quia omnis quæ circa terram fit generatio / non niſi ſucceſſione & tempore reſpectu vitæ noſtræ oppido q̄ longo / fieri ſolet: iſta nobis haudquaq̄ aduertentibus fiunt. Atq; prius gentes vniuerſæ intereunt pereuntque: q̄ horum mutatio ab initio ad finem vſq; memoria teneri queat. Maximas itaq; celerrimaſq; clades prælia aduehunt/ alias morbi/ nōnullas ſterilitates. & hæ: quaſdā ſatim magnas/ quaſdam lentas adeo vt talium quoq; gentiū trāſmigrationes nos lateāt. propterea ꝙ alij regionē deſerunt: alij eo vſq; ſuſtinēt quoad nullā amplius multitudinem alere regio queat. Inter primā igitur nouiſſimāq; loci derelictionē: tēpora interueniāt adeo lōga par eſt/ vt nemo meminiſſe poſſit/ immo īcolumibus etiānū hiſce qui remāſerint / lōgi tēporis iniuria obliuio irrepſerit. Eodē autē modo latere quoq; exiſtimandū eſt: quādo primū ſinguli populi quæ pmutata eſſēt/ & arida e paluſtribus aquoſiſque facta/ inhabitare cœperint. Hic enī incremētū paulatim multo in tēpore fieri aſſolet: ita vt memoriā diffugiat quinā primū/ quo tempore/ & qualiter habentibus locis venerint. ſicut & circa Aegyptum accidit. Etenim locus iſte totaq; regio quæ fluminis tātū inuectu nata eſt: ſemper aridior effici videtur. At propterea ꝙ paulatim arefcētibus paludibus vicina loca incoli cœpere: tēporis longitudo initiū obliterauit. Oia igitur Nili oſtia/ præter vnū Canobicū: manu inſtituta/ nō ab amne facta/ vidētur. Quinetiā: antiquitus tota Aegyptus/ vrbe quā Thebas vocāt/ cōſtabat. id quod & Homerus declarat: qui non adeo multo (vt ita dixerim) poſt eiuſmodi mutationes floruit. Nam loci illius mentionē facit: tanq̄ necdū/ aut omnino/ aut certe tāta exiſtēte Memphi. Par eſt autem: id ad hunc contingere modum. Siquidem: humilia loca mortales poſterius incolere cœperūt/ q̄ ædita.

Vatablus

Nam ea loca quæ cœno quod amnis ſubinde conuehit / viciniora ſũt : diutius paluſtria ſint neceſſe eſt / propterea ꝙ ſemper extrema plenius allui ſolẽt. at: id mutatur / atq; rurſum in melius euadit. Nã quę inareſcũt loca: ad bene habendum properant. At q̃ prius erãt bene tẽperata: ſi inſuper aſſiccẽtur / tũ deteriora fiũt. id quod: Græcię & circa Argiuorũ et Mycenæorũ regionẽ vſu euenit. Etenĩ Troianis tẽporibus Argiuorũ regio / ꝙ paluſtris eſſet / pauculos alere poterat. contra Mycenæorum ager: pulchre habebat. ideoq; honoratior habebatur. Nũc autẽ: ediuerſo / ob quã diximus cauſã. Nã hæc: ſterilis facta eſt / atq; admodum inaruit. illius quæ tunc erant ſterilia / ꝙ aquis eſſent obruta: nũc fertilia ſunt effecta. Quod igitur in illo loco qui paruus eſt accidit: hoc idem etiã circa loca magna / regioneſq; integras accidere cenſeamus oportet. Sed qui pauca reſpiciũt: vniuerſi mutationem / quaſi cœlũ ortũ ſit / cauſam eſſe eiuſmodi affectuũ arbitrãtur. Quocirca & mare ipſum / minus fieri quatenus ſiccet / aiũt: ꝙ nũc plura loca q̃ prius / ita ſeſe habere cernãtur. At hoc: partim verũ eſt / partim nõ verũ. Multa enĩ ſunt: quæ prius erãt aquoſa / nũc autẽ cõtinẽti addita ſũt. Sed & cõtra res agit̃. Nã ſi cõſiderare velint: mare / terrã multis ĩ locis occupaſſe cõperiẽt. Attamẽ: huiuſce rei cauſa / ad mũdi generationẽ haudquaq̃ referẽda eſt. Ridiculũ enĩ foret: ob paruas breueſq; mutationes / vniuerſũ moueri aſſerere. Porro terræ moles atq; magnitudo: ad totũ cœlum nihil profecto exiſtit. ¶Verũ horũ oĩm cauſã exiſtimemus oportet / ꝙ vt elapſis certis tẽporum ſpacijs / iter anni tẽpora hyems: ita magno quodam circuitu / hyems magna & imbriũ exceſſus fieri ſoleat. At hic: non ſemper eiſdẽ in locis efficitur / ſed perinde vt vocatũ diluuiũ quod tempore Deucalionis accidit. Etenĩ hoc circa Græciam maxime / &

Tral.ve.ex græ.recog.

Paludoſa enim / ad amplius tẽpus neceſſariũ eſt eſſe propinquiora atterrationi: propterea ꝙ ſtagnant in vltimis ſemper magis. permutatur autem hoc: et iterum apte habet. deſiccata enim loca: veniunt ad bene habendum. Quæ autem prius erant bene temperata: ſuperexſiccata aliquando fiunt deteriora. quod quidem: accidit Helladi & circa Argiuorum & Mycenæorum regionem. Troicorum enim tẽpore: Argia quidẽ quia paludoſa erat / paucos poterat alere. Mycenęa autem: bene habebat. quapropter: honoratior erat. Nũc autem cõtrariũ: propter dictam cauſam. hæc enim: inutilis facta eſt / & ſicca prorſus. illius autem / ea quæ tũc propterea ꝙ ſtagnabãt / inutilia erãt: nunc vtilia facta ſunt. Sicut igitur / in hoc loco accidit exiſtente paruo: idem oportet putare hoc accidere & circa magna loca / & regiones totas. Qui igitur reſpiciunt ad modicum: cauſam putant taliũ eſſe paſſionum totius mutationem / tanq̃ generato cœlo. Quapropter & mare minus fieri aiunt / tanq̃ exſiccatũ: quia plura loca apparent hoc paſſa nũc q̃ prius. Eſt autẽ horũ: hoc quidẽ verum / hoc autẽ nõ verũ. plura enim ſunt: quę prius aquoſa / nũc autẽ arida. Verũ & cõtrariũ. In multa enĩ loca / cõſiderãtes inuenient ſuperueniſſe mare: ſed huius cauſam / non mũdi generationem putare oportet. Ridiculum enim eſt: propter paruas & momentaneas permutationes / mutare ipſum totum. Terræ autem moles ac magnitudo: nichil omnino eſt ad totũ cœlũ. ¶Sed 46
omnium horũ cauſam exiſtimare oportet / quia fit per tempora finita / vt in temporibus quæ ſecundum annum / hyems: ſic periodo quadam magna / magna hyems & exceſſus imbrium. Hic autem non ſemper ſecundum eadem loca: ſed quemadmodum vocatus ſub Deucalione cataclyſmus. Etenim hic circa Hella-

Hellas

Argia

Mycenęa

Deucalion

Cap. 14

Tral.ve.ex græ.recog.

nícum locum factus fuit maxime: & huíus circa Helladem antiquam. hæc autem eſt: circa Dodonen & Acheloum. iſte enim: multis in locis rheuma permutauit. habitabant enim Selli hic: & vocati tunc quidem Græci/ nunc autē Hellenes. ¶ Cū igitur factus fuerit talis exceſſus imbriū: putare oportet ad multū tempus ſufficere. & ſicut nunc eius quod eſt fluuiorum hos quidē eſſe perpetuos/ hos autem non / hi quidem aiunt cauſam eſſe magnitudinem/ſub terra voragi num: ita nos magnitudinem altorum locorum/ & ſpiſſitudinem/ & frigiditatem ipſorum. iſta enim: plurimam & ſuſcipiunt aquam/ & operiunt / & faciunt. Quibuſcunque autem paruæ ſuſpenſæ ſunt montium conſiſtentiæ aut ſpongioſæ & lapidoſæ & argilloſæ: hæc prædeficere ſic putare oportet/ in quibus vtique facta fuerit talis humidi latio / vt perpetuæ fiant humiditates locorū magis. tempore autem: hæc exſiccata facta ſunt magis. altera autem minus/ quę aquoſa ſunt: donec veniat iterū deſcenſus periodi eiuſdem. Quoniam autem neceſſe eſt totius quidem fieri quandam permutationem / non tamen generationē et corruptionem: ſi quidē maneat totum / neceſſe eſt (quemadmodū nos dicimus) non eadem ſemper loca humida eſſe marí & fluuijs / & ſicca. Manifeſtat autem: id quod fit. quos enim dicimus antiquiſſimos eſſe hominum/ Aegyptíos: horum regio tota facta videtur/ & eſſe fluuíj opus. Et hoc ſecundum regionem ipſam aſpicienti: manifeſtum eſt. Et quæ circa rubrum mare: argumentum ſufficiens. hoc enim: regum aliquis tentauit perfodere. non enim paruas vtique haberet ipſis vtilitates: nauigabilis totus locus factus. Dicitur autem primus Seſoſtris conatus fuiſſe antiquorū: ſed inuenit mare exiſtens altius terra.

Hellas antiqua
Dodone
Achelous
Selli
Græci
Hellenes

47

Aegyptus

Rubrum mare

Seſoſtris

Vatablus

eā potiſſimū partē quā antiquā Hellada vocitāt: factum eſt. hęc autē: ea regio eſt quæ circa Dodonen & Acheloū exiſtit. hic ſiquidē: multis ī locis defluxū mutauit. Habitabāt eteni inibi Selli: & qui tunc appellabātur Græci/ nūc autē Hellenes. ¶ Cū igitur talis imbriū exuperātia acciderit: ad longū tempus ſufficere cenſeamus oportet. Item/ quēadmodū amplitudinē cauernarū quæ ſub terra ſunt/ cauſam eſſe affirmant cur amniū alij perennes ſint/ alij haudquaquā: ita nos ipſi excelſorū locorum magnitudinem eorumq; denſitatē atq; frigus/ eiuſce rei cauſam eſſe dicimus. hæc eni: aquæ plurimum receptant / tegunt / gignunt. Quibuſcunq; autem fluuijs incumbentes montū productiones/ puſillæ ſunt/ aut fungoſe/ aut lapidoſæ/ aut argilloſæ: hoſce hoc pacto ante deficere putemus oportet / quā eos in quos humoris delatio fiat eiuſmodi vt magis queat reddere pennes locorū humiditates. hi eni: progreſſu temporis ſiccari magis videntur. alteri/ nēpe qui aquis abūdāt: minus/ quouſq; circuitus eiuſdē conſtitutio redeat. Cū autē ſit neceſſe quandam eſſe mutationē vniuerſi/ non tamen ortū ac interitū: ſi quidem ipſum permaneat / neceſſarium eſt (ſicut ipſi dicimus) non ſemper loca eadem mari aut amnibus humectari/ atque ſiccęſcere. quod re ipſa quæ fieri aſſolet: li quido conſtat. Tota nāq; Aegyptiorum regio/ quos hominum antiquiſſimos eſſe dicimus: facta / ac amnis opus eſſe videtur. Idq; regionem ipſam diſpicienti: palā eſt. Item quæ rubro marí cōtermina ſunt: id abūde indicāt. Nā quidā e regibus: ex eo nauigabilē alueū perducere ī Nilū tētauit. is enim per totū qđ inter flumē & rubrū mare itereſt ductus: nō parua ipſis commoda adferret. quod primus veterū Seſoſtris aggreſſus fuiſſe memoratur: ſed excelſius mare rubrū cōperit q̄ terram Aegypti.

Vatablus

Quamobrem ille prius/ & mox Darius fodere desijt: vt ne immisto mari corrumperetur aqua Nili. Patet igitur: hæc omnia/ vnũ mare cõtinuũ fuisse. Quocirca & Libya regio illũstrata Ammonis oraculo: humilior videtur atq; depressior/ q̃ subsidentis loci ratio postulet. Perspicuum enim est: q̃ quia limũ aut quippiam eiusmodi aquarum vis intulit/ stagna facta sunt/ & tellus arida. q̃q; inibi relicta stagnãsq; aqua: successu temporis assiccata/ iam prorsus euanuit. At vero & quæ ad Męoticũ lacũ pertingunt: amnium conuectu intãtum excreuere/ vt naues multo minores nunc q̃ anno abhinc sexagesimo / quæstus gratia ingrediantur. Quare ex hoc ratiocinari promptũ est: q̃ vt a prima statim origine pleriq; lacus/ ita & hic quoque amnium opus sit/ q̃q; tandem vt totus assiccetur sit necesse. Præterea Bosphorus assidue fluit: q̃ ille limo oppleatur. Atq; quonam pacto hęc contingant: ipsis quoque oculis adhuc contueri licet. Nam postea q̃ fluxus citra Asiã littus fecerat: quod ab eo ad Asiam interueniebat / paruum initio stagnum efficiebatur/ mox inarescebat. postea vero: littus aliud citra littus illud/ & citra stagnũ stagnum emergebat/ idque semper ad hunc modũ eueniebat similiter. Hoc autem cum sępenumero fiat: necesse fuerit vt procedente tempore tanquam flumen euadat/ quod tandem etiã exiccabitur. ℂ Patet igitur cũ tẽpus nunquam deficiat / & vniuersum sempiternũ sit: nec amnem Tanain / nec Nilum semper fluxisse/ sed loca vnde profluunt fuisse olim arida. nam eorũ opus/ terminũ habet: tempus/ non habet. Id qđ: similiter & de cæteris quoq; fluminibus dicere congruet. At vero si amnes ortum habeant atq; occasum/ nec semper eadem terræ loca scateant aquis: ipsũ quoq; mare simili modo mutari oportet. quod cum assidue alia deferat/ alia in-

Tral.ve.ex græ.recog.

Quapropter & ille primo/ & Darius posterius cessauit fodere: vt non corrumperetur fluxus fluuij / commisto mari. Manifestum est igitur: q̃ mare vnũ hæc omnia continuum erant. Quapropter & quæ circa Libyam Ammoniam regionem: humiliora videntur & profundiora præter rationem inferioris regionis. Palam enim q̃ atterratione facta: facta sunt stagna & arida. tempore autem facto: derelicta & stagnans aqua desiccata/ est iam annichilata. At vero & quæ sunt circa Męotidem paludem: creuerũt atterratione fluuiorum tantum/ vt multo minores magnitudine naues nunc innatent ad quęstum / q̃ anno sexagesimo. Quare ex hoc facile est proportionaliter accipere: q̃ vt primo multa stagnorũ/ ita & hoc/ opus est fluuiorum/ & tãdem necesse est totum fieri siccum. Adhuc autem Bosphorus semper quidẽ fluit: propterea q̃ atterratur. Et est adhuc hæc oculis videre: quo accidunt modo. Quando enim ab Asia interceptionem faciebat fluxus: quod erat posterius/ stagnum factum fuit paruum primo/ deinde exsiccatum fuit. post hoc autem: alia ab hac interceptio/ & stagnum ab hoc / & hoc semper similiter sic accidit. Hoc autem facto sæpe: necesse tempore procedente veluti fluuium fieri / tandem autem & hunc siccum. ℂ Manifestum igitur/ quoniam quando tempus non deficit/ & totum est æternum: q̃ neque Tanais/ neq; Nilus semper fluxit/ sed erat aliquando siccus locus vnde fluunt. opus enim ipsorum habet terminũ: tempus autem non habet. Similiter autem hoc: & in alijs fluuijs congruet dicere. At vero si quidem fluuij fiunt & corrumpuntur / & non semper eadem loca terræ sunt aquosa: & mare necesse est permutari similiter. mari autem hæc quidem deferente/ hæc autem supergre-

Darius

Libya

Mæotis

Bosphorus

48

Tanais

Nilus

Tral.ve.ex græ.recog.

diente ſemper: manifeſtum eſt q̄ totius terræ non ſemper eadem/ hæc quidē ſūt mare/ hæc autem arida/ ſed permutantur tempore omnia. Cur igitur terræ nō ſemper eadē aut arida ſunt aut nauigabilia/ & propter quam cauſam hæc accidūt: dictū eſt. ſimiliter autē & propter quid fluuiorū: hi quidē perpetui ſunt/ hi autem non.

¶ Tralationis veteris primi libri Meteorologicorum Ariſtotelis/ ex græco recognitæ: finis.

Vatablus

uadat: patet non ſemper vniuerſæ terræ tractus eoſdē/ hos mare/ illos continentem eſſe/ ſed tē pore cūcta permutari. Igitur cur eædem telluris partes nec aridæ ſemper nec itidem nauigabiles exiſtant/ & quā ob cauſam iſta vſu eueniāt/ ſimiliter & cur amnium quidā perennes ſint/ quidam haudquaq̄: dictum eſt.

¶ Primi libri Meteorologicorū Ariſtotelis/ Franciſco Vatablo interprete: finis.

¶ Tralatio vetus ſecundi Meteorologicorū Ariſtotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetū Epiſcopum Meldenſem.

¶ CAP. I.

DE mari autē/ et quæ natura ipſius/ & propter quā cauſam eſt ſalſa tanta aquæ multitudo/ adhuc autem de ea quę a principio generatione: dicamus. Antiqui igitur & verſātes circa Theologias: faciunt ipſius fontes/ vt ipſis ſint principia & radices terrę & maris. Magis tragicum enim ſic & reuerentius exiſtimauerunt forte eſſe quod dicitur: tanquam magna quędam hęc pars totius exiſtēs. et reliquum cœlum totum circa hunc locum conſiſtere/ & huius gratia: tāquam exiſtētem honoratiſſimum & principiū. ¶ Sapiētiores autē humana ſapiētia: faciūt ipſius generationem. Eſſe enī primo humidū omnem locū qui circa terrā eſt:

¶ Meteorologicorum Ariſtotelis/ ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem liber ſecūdus: Franciſco Vatablo interprete.

DE mari autem/ & quænam ſit eius natura/ & quā ob cauſā tā ingens aquarū copia ſalſa ſit/ atque etiam de prima eius generatione: dicendum. Igitur veteres/ quiq; diuina tractant: mari fonteis tribuunt/ vt tā maris q̄ terræ primordia radicesq; habeant. Sic enim fortaſſe quod dicitur magis tragicū eſſe atq; venerandum arbitrati ſunt: quaſi pars hæc haud parua quædā portio ſit vniuerſi. atq; totum reliquum cœlum: locum hunc ambire dicunt. & ob id: eum honorabiliſſimū eſſe/ rationemque principij ſubire putāt. ¶ At qui humana ſapientia antecellunt: ij mare ortum eſſe ſtatuunt. Aiunt enim: totum eum locū qui circū vndiq; terræ innititur/ principio humidū/

Vatablus Tral.ve.ex græ.recog.

mox feruore ſolis reſiccatum fuiſ
ſe. quod in vaporem tranſit: fla
tus/ conuerſionesq; ſolis ac lunę
efficere. quod ſupereſt: eſſe ma
re. Vnde etiam fit: vt mare mi
nus reddi aſſiccatione putēt/ tan
dēmque fore vt aliquando pror
ſus inareſcat. ¶ Inter quos: nō
nulli mare eſſe veluti ſudationē
terræ quæ ſole recaleſcit/ ſalſūq;
proīde haberi aiūt. etenī ſudor:
ſalſus eſt. Alij: ſalſedinis cauſā/
terræ tribuunt. nam vt aqua per
cinerem tranſmiſſa / ſalſa reddi
tur: ſic etiam mare/ propter ter
ram eiuſmodi ſibi admiſtam/ ſal
ſum eſſe volunt. Verum fieri nō
poſſe vt fōteis mare habeat: iam
per ea quæ vera ſunt/ cōtemple
mur oportet. Aquarū enim quę
circa terram ſunt: aliæ ſunt flui
tantes/ aliæ ſtagnantes. Fluitan
tes quidem omnes: e fontibus ḋi
manant. de quibus antea dixi
mus: intelligi oportere fontem
eſſe principium/ non a quo quaſi
e vaſe quodā promatur aqua/
ſed in quod primū quæ aſſidue
fit eodemq; fluit concurrere at
que coagmētari ſoleat. Stagnan
tium vero: aliæ ſunt collectitiæ
atq; ſubſidentes / vt paluſtres &
lacuſtres / quæ multitudinis ac
paucitatis ratione inter ſe diſcre
pant. aliæ fontanæ: quæ omnes
manu productæ ſunt. verbi cau
ſa: quæ puteales nuncupantur.
omnium enim fontem/ q̄ fluxū:
ſublimiorē eſſe cōuenit. Ex quo
fit: vt quædam ſponte fluant/ vt
fontanæ & fluuiatiles. quędam:
artis auxiliū deſyderent. Igitur
aquarū differētię: tot numero ta
leſque habētur. Quibus ad hunc
modū definitis: vt mare fonteis
ſortiatur / fieri nequaq̄ poteſt. nā
mare: in horū generū altero eſſe
nequit. quippe cū: nec effluidū
ſit/ nec manu factum. At fonta
næ omnes: alterum ex his ſubi
re conſueuerunt. Nec vllam tan
tam aquæ fontanæ copiam: ſpō
te ſua ſtare videmus. Adhæc/
cum plura ſint maria quæ nul
lo ipſa in loco inter ſe copulari
ſiue permiſceri ſoleāt (quorum
rubrum quidem: cum eo quod
a ſole autem exſiccatum. quod quidem
euaporauit: ſpiritus & conuerſiones ſo
lis & lunæ aiūt facere. reliquum autem
mare eſſe. Quapropter & minus fieri ex
ſiccatum putant: & tandem fore aliquā
do totū ſiccū. ¶ Quidam autem ipſorū:
ſunt calefacta a ſole terra / veluti ſudo
rem fieri. Quapropter: & ſalſum eſſe. ete
nim ſudor: ſalſus. Quidam autē: ſalſedi
nis cauſam/ terram eſſe aiunt. quēadmo
dum enim & quod per cinerem colatur
ſalſum fit: eodem modo & hoc ſalſum
eſſe/ miſta ipſi / tali terra. Qz igitur fon
tes maris impoſſibile ſit eſſe: per exiſten
tia iam conſiderare oportet. Aquarum
enim quæ circa terram ſunt: hæ qui
dem fluxibiles exiſtunt/ hæ autem ſtati
onariæ. Fluxibiles quidē omnes: fonta
næ. De fontibus autem diximus prius/
q̄ oportet intellígere: non tanquam ex
vaſe deriuata principium eſſe fontem /
ſed ad quod ſemper facta & confluens
occurrit primum. Stationariarum au
tem: hæ quidem collectiuæ & ſubſtan
tiuę veluti paludoſę & quęcunque ſunt
ſtagnales / multitudíne & paucitate dif
ferentes. hę autem: fontanę. hę autē: om
nes manufactę. dico autem: veluti pute
ales vocatæ. omnium enim oportet ſu
perius fontem eſſe: fluxu. Quapropter
hę quidem: ſpontaneę fluunt/ fontanę &
fluuiales. hę autem: arte indigent ope
rante. Differentię igitur: tot & tales a
quarum ſunt. His autem ſic determina
tis: impoſſibile eſt fontes eſſe maris. in
neutro enim horum generum: poſſibile
eſt eſſe ipſum. neq; enim effluxibile eſt:
neque manufactum. fontanę autē om
nes: horum alterum paſſę ſunt. ſponta
neam autem ſtationariam tantam mul
titudinem: nullam videmus fontanam
factam. Adhuc autem: plura ſunt ma
ria adinuicem non commiſta ſecundum
vllum locū. quorū rubrū quidē: videtur

Mare tu
brum

Cap. 1 2

Tral.ve.ex græ.recog.

Columnæ Herculis

Mare Hyrcanum

Caspium

secundum modicum communicans cum eo mari quod extra colūnas est. Hyrcanicū autē & Caspiū: et separata ab hoc / & circumhabitata in circuitu. quare non vtiq; laterent fontes: si secundū aliquem locum ipsorum essent. Fluere autem mare videtur secundū angustias / sicubi propter adiacentem terram in modicum ex magno coarctatur pelago: propterea q̄ libratur huc & illuc sæpe. hoc autem: in magna multitudine maris immanifestum est. Qua autem propter angustiam terræ modicum obtinet locum: necessarium est eam quæ in lato est modicam librationem / ibi apparere magnā. Quod autem intra Heracleas columnas est: totum secundum terræ concauitatem fluit / & fluuiorum multitudinem. Mæotis enim: in Pontum fluit. iste autem: in Aegæum. omnia autem / præter hæc / maria: minus faciunt hoc euidenter. Illis autem: & propter fluuiorū multitudinem / accidit hoc (plures enim fluuij in Euxinū fluūt & Mæotin: q̄ multiplicatiorem regionē ipsius) & propter breuitatē profunditatis. Semper enī adhuc profūdius videtur esse mare: & Mę otide quidem Pontus / hoc autem Aegęum / Aegæo autem Sicelicum. Sardonicum autem & Tyrrhenicum: profundissima sunt omnium. Quę autē extra columnas sunt: breuia quidē propter lutum / sine flatu autem sunt / vt in concauo / mari existēte. Sicut igitur & secūdū partē ex altis fluuij apparēt fluere: sic & totius terræ ex altioribus quæ ad arctū / fluxus fit plurimus. Quare hęc q̄dē propter effusionē nō profunda: hæc autem / extra maria / profunda magis. De eo autē quod est quæ ad arctum sunt esse terrę alta: signū q̄d̄dā est et hoc / multos p̄suasos esse antiquorum Meteorologorū solē nō ferri sub terra / sed circa terrā et locū hunc. disparere autē & facere noctē:

Mæotis

Pontus

Aegeum

Siculum

Tyrrhenū

Sardoum

Vatablus

extra Herculis columnas iacet / parum communicare videtur. Hyrcanum vero & Caspium: & ab extero mari seiūcta esse / & circūquaq; accolas habere) fontes profecto haudquaquā latere possent / si quo in loco ea haberent. In angustijs autē fluere mare videtur: sicubi ratione terrę ambiētis in arctū ex amplo coeat / propterea q̄ vltro citroque sæpe libratur. quod: in magna æquorum vastitate depræhendi nō potest. At si angusto meatu sit / qa non longe refugiant terræ: quæ in vasto parua est / illic magna cernatur aquæ libratio necesse est. Totum autem id mare quod intra Herculis columnas concluditur: sectando terræ cauitates atq; amnium multitudinē / profluere solet. Nā Mæotis / in Pōtū influit: Pontus / in Aegęū. cętera vero ab istis maria: id minus aperte faciunt. Hoc autem illis accidere solet: tū ob amnium multitudinem (amnes enim plures: Pōtum Euxinum atque Mæotin subire solēt / q̄ maris interni tractū multo maiorem) tū ob altitudinis breuitatem. Nam mare: vt incedit / semper altius esse cernitur. siquidem: Pontus Mæotide altior existit. Ponto: Aegæum. Aegæo: Siculum. omnium altissima: Tyrrhenum atq; Sardoum. At æquora extera: vt breuia sunt ob lutū / ita flatibus non solicitantur / q̄ mare in cauo sit. Igitur / vt per partes telluris e locis excelsis amnes fluere cernuntur: ita etiam e totius terræ locis æditioribus quæ ad septentriones vergūt / plurimum aquarum agmen cooriri assolet. Quā ob rē & extera maria: quædam minime alta sunt quod alio suas refundant aquas / quædam altiuscula habentur. Q̄z autē ea terrę portio quę ad septentriones posita est / excelsa sit: indicio vel id esse potest / q̄ nō pauci ex hisce qui olim sublimiū rerum studiosi fuere / solē non subter terram ferri / sed circa eandē atq; locū istū crediderunt. disparere autem atq; noctē cōmittere:

Vatablus

quoniã terra ad vrſã excelſa ſit. Igitur q̃ fieri nequeat vt mare fonteis habeat/ & quam ob cauſam ita fluere videatur: tot ac talia nobis dicta ſint. CAP. II.

DE generatione vero ipſius numquando ortum ſubierit/ atq; ſapore quænã cauſa ſit ſalſitudinis & amaritudinis: dicendũ eſt. Cauſa q̃ maiores noſtros cõpulit vt mare vniuerſę aquę corpus atq; originẽ eſſe putarẽt: hæc eſt. Videbitur enĩ cõſonũ eſſe rationi: vt totius aquæ corpus quoddã ſit/ a quo cũ detrahitur abſcedit & cęteris admiſcetur/ perinde ac cæterorũ quoq; elementorũ congeſta moles eſt atq; initiũ quod multitudine conſtat. vt ignis: in ſublimi. aeris: in loco ab igni ſecundo. terræ: in eo/ circa quẽ omnia iſtęc aperte ſita ſũt. Quare: eadẽ quoq; ratione/ vt patet/ de aqua q̃ramus neceſſe eſt. Tale autẽ corpus/ nimirũ qđ perinde vt cæterorum quoq; elementorum corpora/ alicubi vniuerſũ iaceat: præter mare/ nullum eſſe videtur. omniũ enim corpus; neq; totũ alicubi ſitum eſt / neq; ſtabile eſt / ſed cotidie ſemper fieri videtur. Ex hac itaq; dubitatione: mare tum humoris / tum aquæ vniuerſæ principium eſſe viſum eſt. Quamobrem: & ameis ipſos quidam nõ modo in mare delabi / verum etiã e mari fluere/ aſſerũt. ſalſam enim aquam: cũ percolatur/ potu idoneam reddi aiunt. Huic autem opinioni/ alia dubitatio aduerſatur: curnam videlicet hæc aqua quæ conſiſtit/ potulenta non eſt ſed ſalſa / ſi ea totius aquæ origo ſit atq; prĩcipium? ¶ Cauſa: pariter & huiuſce dubitationis ſolutio erit/ & primã de mari exiſtimationẽ recte accipi efficiet. Cũ enĩ aqua terrã ambiat/ perinde vt aquã aer/ & aerẽ ignis (hic enim: omnium vltimus/ tã aliorũ qui plurimi ſunt/ q̃ noſtra ſententia exiſtit) atq; ſol iſto feratur modo/ ob idq; mutatio pueniat/ & ortus ſimul atq; iteritus: quãpropterea q̃ alta ſit ad arctũ terra. Q̃ igitur neq; fõtes poſſibile ſit eſſe maris/ & propter quã cauſam ſic videtur fluere: talia & tot nobis dicta ſint.

Tral. ve. ex græ. recog.

CAP. II.

DE generatione autẽ eius ſi factum eſt / & de ſapore quæ cauſa ſit ſalſedinis & amaritudinis: dicendum. Cauſa igitur quæ fecit priores putare mare principiũ eſſe & corpus oĩs aquę: hæc eſt. Videbitur enĩ rationabile: eſſe corpus oĩs aquę ſicut & aliorũ elemẽtorũ eſt cõgregata moles & principiũ propter multitudinẽ/ vnde permutatur partitũ & miſcetur alijs. puta/ ignis quidem: in ſuperioribus locis. aeris autẽ multitudo: quæ poſt ignis locũ. terræ autẽ corpus: circa quod hæc omnia poſita ſunt manifeſte. Quare palam eſt: q̃ ſecundũ eãdẽ rationem & de aqua neceſſe eſt quærere. Tale autẽ nullũ aliud corpus videtur poſitũ totũ ſimul/ ſicut & aliorũ elementorũ: præter maris magnitudinẽ. quod enim fluuiorũ: neq; totũ ſimul/ neq; ſtabile/ ſed vt factum ſemper videtur quotidie. Ex hac itaq; dubitatione: principiũ humidorũ & omnis aquæ/ putatum eſt eſſe mare. Quapropter & fluuios: non ſolũ in hoc/ ſed et ex hoc aiũt quidã fluere. colatũ enĩ fieri/ quod ſalſum eſt: potabile. Opponitur autem altera ad hanc opinionem dubitatio: cur non eſt conſiſtens aqua hæc potabilis / ſi quidẽ principiũ ſit omnis aquæ/ ſed ſalſa. ¶ Cauſa autem: ſimul et huius dubitationis ſolutio erit/ & de mari primã accipere exiſtimationem neceſſarium recte. Aqua enim circa terrã ordinata/ ſicuti circa hanc aeris ſphæra/ & circa hanc quæ dicitur ignis (hic enim eſt omnium vltimus: ſiue vt plurimi dicunt / ſiue vt nos) lato autem ſole hoc modo/ & propterea permutatione & generatione & corruptione exiſtente: quod

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

quidē ſubtiliſſimū eſt & dulciſſimū ſurſū ducitur per ſingulos dies/ & fertur diſgregatū & euaporans in ſuperiorē locū. ibi autē rurſū conſtās propter infrigidationē: deorſum fertur iterū ad terram. et hoc ſemper vult facere natura ſic: vt dictum eſt prius. Quapropter: & deriden di ſunt omnes quicunq; priorum exiſtimauerunt ſolē alí humido. Et propter hoc: quidā etiā aiūt facere conuerſiones ipſū. nō enim ſemper poſſe eadem loca exhibere ipſi alimentū: neceſſariū autē eſſe hoc accidere circa ipſū/ aut corrūpi. eteni manifeſtū ignē: q̄diu habuerit alimentū/ tādiu viuere. humidū autē igni eſſe alimentū ſolum: tanq̄ pertingat vſq; ad ſolem quod ſurſum ducitur humidi/ aut aſcenſus talis ſit qualis quidē factæ flāmæ. propter quam ſignū accipientes: ſic & de ſole putauerunt. Hoc autē: non eſt ſimile. Flāma enim: propter cōtinuū humidū & ſiccū permutata fit/ & non alitur. non enim eadem exiſtens: permanet vllo tēpore/ vt ita dicā. Circa ſolē autē: impoſſibile eſt hoc accidere. quoniā alito quidē eodem modo ſicut illí quidē dicunt: palā q̄ & ſol non ſolum ſicut ait Heraclítus/ nouus quotidie eſt/ ſed ſēper nouus cōtínue. Adhuc autē: quæ a ſole fit eleuatío humidi/ ſimilis eſt calefactis aquis ab igne. Si igítur neq; ſubardēs alítur ignis: neq; ſolē par erat exiſtimare/ etiā ſi omnē calefaciēs euaporare fecerit aquā. Incōueniēs autē & ſolū curaſſe de ſole: aliorū autē aſtrorū ipſos negligere ſalutē/ tātorū & multitudine et magnitudine exiſtētiū. Idē autē accidit: et his irrationabile & dicentibus primo humida exiſtēte terra & mūdo quí eſt circa terrā a ſole calefacto/ aerē factū eſſe et totū cœlū augmētatū/ et hoc ſpíritus exhibere et cōuerſiones ipſius facere. Apte enī ſēper ſurſū ductā videmus deſcendere iterū aquā: & ſi non per annū reddatur & per

tum profecto aquæ leuiſſimum ſit dulciſſimumque aſſidue eximi/ in vaporem cōuerti/ & deniq; in altum ſeuocari videtur. quo in loco vbi frigoris beneficio conſtiterit: rurſum ad terram delabitur. quod ſemper eo modo/ quo dictū iam eſt: natura ſolet efficere. Quibus fit: vt etiam priores omnes ridēdi ſint/ quotquot ſolem humore ali exiſtimarunt. Ob quod: nonnulli ſolē etiā cōuerti aiunt/ vtpote cui nō ſemper eadem loca nutrimentū parare queant. id quod ſoli accidere/ aut eum corrumpi eſſe neceſſe: volunt. nam ignem illū quē videmus: tādiu ardere q̄diu habuerit alimentum dicūt/ & ei alimentum humorem tātum eſſe. quaſi humor ille qui ſubducitur: vſq; ad ſolem pertingat/ aut nō ſecus atq; flāma q̄ fit in ſublime feratur. a qua/ ſūpta ſimilitudine de ſole quoq; ad hūc ſenſere modum. At id: haud quaq̄ ſimile eſt. nam flāma: per continentē humidi in ſiccū mutationē fieri/ nō ali/ ſolet. nullo enim (prope dixerim) tēpore: eadē manet. Hoc autem: ſoli accidere nō poteſt. quoniam ſi perinde nutriatur vt illi aiunt: nō ſolum vt patet in dies ſicuti Heraclitus aſſerit/ ſed cōtinue ſemper nouus erit. Præterea ſubductio illa humoris quę a ſole fit: aquis ignis opera ícalefcētibus/ perſimilis habetur. Si ergo ignis aquæ ſubditus/ ea nō nutriatur: nec ſolē aqua ali putare par eſt/ etiā ſi tota in vāporē calfaciendo verterit. Abſurdum quoq; eſt: eos ſolis tantūmodo curā habuiſſe/ reliquorū autē ſyderum quæ tot tātaq; numero ac magnitudine habētur/ ſalutē neglexiſſe. Eodē autē a ratione aberrāt: hi atq; illi qui cū ab initio terra eſſet humecta ícalefcēte a ſole ea mūdi portione q̄ circa terrā eſt/ aerē ortū eſſe totūq; cœlū incremēta ſuſcepiſſe/ atq; nūc eūdē flatus ſuppeditare cœliq; cōuerſiones efficere dicūt. Sēper enim aquam quę ſuperna petierit/ rurſum in terrā delabi aperte cernimus: etiam ſi non quotannis &

in quaꝯ regione ſimiliter reddatur. Attamen ratis quibuſdã temporibus quicquid humoris diluti fuerit aſſumptũ reddi ſolet: quaſi corpora ſuperna minime alantur/ nec humoris pars altera aeriã inde a generatione permaneat altera rurſum in aquã euadat corrũpaturꝯ/ ſed ſimiliter totus diſſoluatur ac denuo in aquã conſiſtat. Igitur pars aquæ potu idonea dulciſcꝯ: tota ſurſum ob leuitatẽ trahitur. ſalſa: præ pondere/ vt ſuo in loco/ ſubſidet. Id enĩ: & decẽter fuiſſe addubitatũ (abſurdũ enĩ fuerit: aquã perinde vt cætera elementa/ locũ nõ habere) et hãc eius eſſe ſolutionẽ / putare oportet. Quẽ enĩ occupare locũ mare cernimus: is maris locus non eſt/ ſed potius aquæ. videtur tamẽ locus eſſe maris: quia qđ ſalſũ eſt/ ratione põderis in imo manet. qđ potulẽtũ eſt atꝯ dulce exiſtit: in ſublime/ propter ſuã leuitatẽ/ ſcãdere aſſolet. quomodo: ĩ animãtis corpore fieri nouimus. Nã tametſi cibus omnis qui ĩ animalis corpus ingeritur/ dulcorẽ preferat: humidi tamen ſubſidẽs excremẽtitiaꝯ materia/ amara ſalſaꝯ depræhenditur. pars enĩ dulcis potuꝯ idonea quam natiuus calor ad ſe trahit: in carnes aliamꝯ partium conſtitutionẽ pro cuiuſcꝯ natura tranſire et abſumi ſolet. Igitur vt in animantis corpore/ ſi quis ventrẽ putet nõ eſſe humidi alimẽti locũ q cito euaneſcat/ ſed excremẽti quoniã hoc remanere cernatur/ haudquaq̃ probe exiſtimauerit: ſic & de ipſius aquę loco dicẽdũ eſt. hic enĩ: meã quidẽ ſententia/ aquæ locus eſt. Vnde fit: vt amnes vniuerſi / & quicquid aquæ gignitur/ eo influant. Nã & ad id quod cauiſſimũ eſt/ fluxio effici ſolet: & terræ locũ eiuſmodi/ mare occupat. Verũ ipſius aquę pars altera tota feruore ſolis attolli ſolet: altera reliqui/ ob eã quæ dicta ĩa eſt cauſã. Porro veterem illam quæſtionẽ mouiſſe / curnam videlicet tanta aquarum copia nuſq̃ compareat/ cum innumeri immẽſiꝯ amnes cotidie in mare defluãt/ nec ipſũ ſingulas regiones ſimiliter. Sed ĩ aliquibus ordinatis tẽporibus redditur omne acceptũ: velut neq; alitis ſuperioribus neq; hoc quidem manẽte aere iam poſt generationẽ/ hoc autẽ facto & corrupto iterũ in aquã / ſed ſimiliter omni diſſoluto & cõſiſtẽte iterũ in aquã. Potabile igitur et dulce: propter leuitatẽ ſurſũ ducitur omne. ſalſum autẽ: ſubtus manet propter grauitatem/ vt in ſuo proprio loco. Hoc enim putandum eſt & dubitatũ eſſe cõuenienter (irrationabile enĩ: ſi nõ eſt aliquis locus aquę/ ſicut & aliorum elementorum) et hanc eſſe ſolutionẽ. Quem enim videmus locum occupare mare: iſte nõ eſt maris/ ſed ſolũ aquę. videtur autẽ maris: quia qđ quidẽ ſalſũ eſt deorſum manet propter põdus/ qđ autẽ dulce & potabile / ſurſum ducitur propter leuitatẽ. quẽadmodũ ĩ animaliũ corporibus. Etenim in his alimento ingrediente dulci: humidi alimenti hypoſtaſis & ſuperfluũ apparet amarũ eſſe & ſalſum. dulce enim & potabile ab innato calore attractũ: in carnes & aliã compactionẽ venit partium/ vt quælibet nata eſt. Sicut igitur ibi inconueniens erit/ ſi quis potabilis alimenti nõ putet locum eſſe ventrem ſolum quia cito abſumitur/ ſed ſuperfluĩ quia hoc videt ſubſidẽs/ & nõ vtiq; exiſtimabit bene: ſimiliter & in his. eſt enim ſicut dicimus: iſte locus aquæ. Quapropter & fluuij fluunt in ipſum omnes: & omnis quæ fit aqua. Etenim ad maximę concauum fluxus eſt: & mare talẽ obtinet locum. ſed hoc quidem ſurſum fertur cito propter ſolem omne: hoc autẽ derelinquitur propter dictã cauſã. Quærere autẽ antiquã dubitationẽ propter quid tãta multitudo aquæ nuſq̃ appareat (per ſingulos enĩ dies fluuijs fluentibus ĩnumerabilibus et magnitudine immẽſis: nichilo mare fit ãplius) hoc nullũ

Cap. 2 3

Tral. ve. ex græ. recog.

quidem eſt inconueniens dubitaſſe aliquos/ non tamen intuentem difficile eſt videre. Eadem enim multitudo aquæ/ in latum diffuſa & tota ſimul: nō in æquali tēpore exſiccatur. ſed differt intantum: vt hoc quidem permaneat per totam diem/ hoc autem/ quēadmodū ſi quis ſuper menſā magnā diffuderit aquæ cyathum/ ſimul dum perſpiciunt vtiq; exterminabitur totū. Quod vtiq; & circa fluuios accidit. continue enim fluētibus ſimul totis: ſemper quod peruenit in immenſum & latū locum/ exſiccatur cito & latenter. ¶ Quod autē

6 Phædon

ſcriptum eſt in Phædone de fluuijs & mari: impoſſibile eſt. Dicitur enim q̄ omnia quidem inuicem perforata ſunt ſub terra: principium autem omnium

Tartarus

ſit & fons aquarū vocatus Tartarus/ circa medium aquæ quædam multitudo/ ex quo & fluentia & non fluentia prodeunt omnia. Influentiam autem facere in ſingula rheumatū: propterea q̄ moueatur ſemper quod primū eſt & principiū. nō habere enī ſedē: ſed ſemper circa mediū voluí. motum autē ſurſum & deorſum: facere effuſionem rheumatibus. Hæc autem in multis quidem locis ſtagnare: quale & quod apud nos eſſe mare. Omnia autē iterū circulo duci ad principiū: vnde incœperūt fluere. multa quidē & ſecūdū eūdē locū: quædā autē & poſitione e regione effluxus. puta ſi fluere īcœperūt deſubtus/ deſuper ingredí: eſſe autem vſq; ad mediū/ deſcenſum. de cætero enim: ad ſurſū iā omnibus eſſe lationē. Sapores autē & colores habere aquā: per qualēvtiq; cōtigerit fluere terrā. Accidit autē: fluuios fluere nō ad eundē ſēper/ ſcd̄m rationē hāc. Quoniā enī ad mediū influūt/ a quo quidē effluūt: nichil magis fluēt deſubtus q̄ deſup/ ſed ad quecūq; tēderit fluctuās Tartarus.

Vatablus

vllatenus accreſcat: q̄q̄ metas nō egreditur rationis/ ſi quis tamen intendere velit eiuſce rei cauſam facile agnoſcet. Nam aquæ mēſura eadem/ longe lateque diffuſa collectaq; : haudquaq̄ æquabili tēpore reſiccatur. quinimo hoc an illo diſponatur modo tātopere refert: vt hęc diē integrā edurare queat/ illa perinde ac ſi quis aquæ cyathū vnū ſup mēſā ingētē extēderit/ tota interim dū eam cōtemplantur/ euaneſcat. Quod: amnibus etiam accidere ſolet. Nā cū aſſidue amnes toti ac vniuerſi fluant: ſemper ea aquarum portio quæ ad locū immenſū latiſſimūq; peruenit/ cito nec aperte coareſcit. ¶ Quod autē de mari & amnibus ſcriptū in Phædone eſt: fieri nō poteſt. Inquit enī Socrates pleraſque cauitates eſſe quæ omnes ſub terra ſibiinuicem obuiant irrumpuntq; : eſſe vero aquarum omniū fontem atq; principiū vocatū Tartarū/ quandā nimirū circa mediū aquarū multitudinē/ a quo tā profluentes q̄ ſtabiles aquæ omnes emanāt. In ſingulos autē amniū riuos propterea īfluere: q̄ aſſidue quod primū eſt atq; principium/ fluctuet. Nam nec fundamentū habere/ nec firmamētū: ſed ſemper circa mediū ſpiras agere. atq; cum mouetur ſurſum deorſumq; : in amnium riuos exundare atq; influere. Nonnullas itē plęriſq; in locis ſtagnare: cuiuſmodi noſtrū etiā mare eſſe. Omnes autē: ad principiū vnde fluere cœperint/ in orbem relabi. multas quidē/ per partē eandē: quaſdā vero/ per cōtrariam q̄ elapſæ fuerint. verbi cauſa ſi ab ima fluere cœperint: in ſuperā īlabi. eſſe vero ad medium vſq; : deſcenſū. vlteriorē enī prolapſū: omnibus fore aſcenſum. Porro: aquā ſapores coloreſq; retinere/ pro terrarū qualitate per quas fluxerit. Fit autem hac ratione: vt amnes non ad eūdem ſemper locum fluant. Si enim ad mediū confluāt/ a quo ſane effluūt: non potius inferne quam ſuperne fluent/ ſed ad vtramlibet partē Tartarus fluctuans inclinarit.

Atquí ſi hoc contingat: id quod aiũt eueniet/ Surſum verſus incedere flumina. quod fieri negt. Præterea: vndenã erit aqua quę ortum ſubit/ quæq; turſus in altum rapitur/totam enim eã eximere neceſſe eſt: ſi ſemper idem aquarum modus ſeruetur. Quãtum enim aquę effluit: tantundẽ ad principiũ relabitur. Atqui flumina omnia quotquot in alia nõ influũt: in mare deſinere viſuntur. in terrã: nullũ. ſed quãq; ſeſe condunt: tamẽ rurſum emergere ſolẽt. Amniũ autem ij magni euadũt: qui per caua lõgo itinere labuntur. multos enĩ amneis quorũ vias loco ac lõgitudine intercipiunt: recipere ſolent. Quã ob rẽ: Iſter & Nilus/ amniũ qui in hoc mare exeunt maximi habẽtur. Atq; de amniũ cuiuſq; fontibus: alias alij cauſas aſtruunt/ quoniã in eundem multi immittunt. Itaq; hæc omnia effici non poſſe/ apertũ eſt: præſertim cũ etiã inde originem mare habeat. Qz igitur locus iſte aquæ/ non maris locus ſit/ item quam ob cauſam pars altera/ nẽ pe quæ potu idonea eſt/ haud quaquam niſi cum fluit manifeſta ſit/ altera remaneat // deniq; cur mare aquæ finis potius q̃ principiũ exiſtat/ perinde vt in corporibus excrementa/ nutrimenti omnis & maxime humidi finis ſunt: tot nobis dicta ſint.

CAP. III.

DE maris autẽ ſalſitudine/ & idẽne ſẽp mare ſit/ an aliquãdo non fuerit & ali quãdo non erit ſed deficiet (ſic enĩ quidã opinãtur) dicamus oportet. Id igitur oẽs fateri videntur: nẽpe q̃ factũ ſit/ ſi totus etiã mũdus ortũ habeat. pariter enĩ cũ eo: maris ortũ faciũt. Quare perſpicuũ exiſtit: ſi vniuerſum ſempiternum ſit/ de mari quoq; haud aliter eſſe ſentiendũ. Qui autẽ mare decreſcere (ſicuti Democritus aſſerit) tãdemq; defecturum cenſet/ atq; ita ſibi perſuaſit: nihil ab Aeſopi fabulis diſſentire videtur.

quãuis hoc accidente: fiet vtiq; quod dicitur/ Surſum fluuiorũ. quod quidẽ: eſt impoſſibile. Adhuc: quę ſit aqua/ & quę iterum ſurſum ducitur/ vnde erit. hãc enim totam excludere eſt neceſſarium: ſi quidẽ ſemper ſaluatur æqualis. quantum enim extra fluit: iterũ fluit ad principium. quamuis omnes fluuij videantur terminantes ad mare: quicunq; nõ in alios. in terrã autem: nullus. ſed & ſi diſpareãt: iterũ prodeũt. Magni autẽ fiunt fluuiorum: qui longe fluũt per cõcauũ. multorũ enim ſuſcipiũt rheumata fluuiorũ: detruncantes loco & lõgitudine vias. Quapropter & Iſter & Nilus: maximi fluuiorum ſunt qui in hoc mare exeunt. Et de fontibus: alij dicũt vniuſcuiuſq; fluuiorũ alias cauſas/ quia multi in eundem incidunt. Hæc itaq; omnia/ manifeſtũ eſt q̃ impoſſibile eſt accidere: præſertim & mari principiũ inde habente. Qz igitur & aquæ locus ſit iſte & non maris/ & propter quã cauſam hoc quidem potabile immaniſeſtum præterquam fluens/ hoc autem ſubſidens/ & cur terminus magis aquę quam principium ſit mare/ quemadmodum quod in corporibus eſt ſuperfluum/ alimenti omnis & maxime humidi: dicta ſint tot a nobis.

Adagium

CAP. III.

DE ſalſedine autẽ ipſius dicendum eſt: & vtrum ſemper eſt idẽ/ aut neq; erat neq; erit ſed deficiet. etenim: ſic putãt quidam. Hoc igitur viſi ſũt omnes confiteri: q̃ factum eſt/ ſi quidẽ & ois mũdus. ſimul enim: ipſius faciũt generationẽ. Quare palã eſt q̃ ſi quidem perpetuum/ totum: & de mari ſic exiſtimandum. Putare autẽ minus fieri ſecũdũ multitudinẽ (ſicut ait Democritus) & tandẽ deficere: ab Aeſopi fabulis nichil differre videtur perſuaſus ſic.

Democritꝰ
Aeſopus

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Etenim ille fabuloſe dixit/ q̃ bis qui-
dem Charybdis reſorbẽs/ primo qui-
dem montes fecit manifeſtos / ſecundo
autem inſulas: vltimo autem ſorbẽs/ a-
ridam faciet omnino. Illi igitur cõgru-
ebat irato aduerſus portitorem/ talem
dicere fabulam: veritatem autem quę-
rentibus / minus . Propter quam enim
cauſam manſit primo / ſiue propter põ
dus/ vt etiam quidam horum aiunt (in
promptu enim eſt: huius cauſam vide-
re) ſiue & propter aliud aliquid : palã
eſt q̃ propter hoc permanere neceſſa-
rium eſt & reliquo tẽpore ipſum . Aut
enim dicẽdum ipſis/ q̃ neq̃ eleuata a-
qua a ſole veniet iterum: aut ſi quidem
hoc / erit neceſſarium aut ſemper aut
q̃diu quidem fuerit hoc/ remanere ma-
re/ & iterum ſurſum ferri illud prius o-
portebit quod eſt potabile. Quare nun-
quã exſiccabitur. rurſus enim præueni-
et deſcendere in ipſum: quod præaſcen
dit. differt enim nichil: ſemel hoc dice-
re/ aut ſæpe. Si igitur ſolem ceſſare faci-
et quis a latione: quid erit exſiccãs ? Si
autem permittet eſſe circulationẽ: ſem-
per appropinquans/ potabile (ſicut di-
ximus) ſurſum ducet. dimittet autẽ ite-
rum: recedens. Acceperunt autem hãc
opinionem de mari: ex eo q̃ multa lo-
ca apparent ſicciora nunc quam prius.
de quo cauſam diximus : q̃ ſecundum
quædam tempora exceſſibus factis a-
quæ hæc eſt paſſio/ ſed non propter to
tius generationẽ & partiũ. Et iterũ erit
cõtrarium . & cũ facta fuerit : deſicca-
bitur iterum. Et hoc: ſic neceſſariũ eſt
circulariter ſemper ire. magis enĩ ſic ra-
tionabile eſt exiſtimare : q̃ propter hæc
cœlũ totũ permutari. Sed de his qui-
dẽ: plus q̃ dignũ erat immoratus eſt ſer
mo. ¶ De ſalſedine autẽ/ his quidẽ qui
ſemel generauerũt/ & totaliter ipſũ ge-
nerãt: impoſſibile eſt ſalſũ facere. Siue

Charybdis

Vatablus

Is enim Charybdin/ cum bis a-
quas exorbuiſſet/ primo quidem
monteis/ mox inſulas aperuiſſe/
& ad poſtremũ vbi ſorbuerit ter
ram prorſus aſſiccatum ire: com
mentus eſt. Verum : Aeſopo in
nautã irato/ eiuſmodi fabulam
dixiſſe cõgruebat. hiſce autẽ qui
veritatem rimãtur: minus. Quã
enĩ ob cauſã prius remãſit / ſiue
hoc propter põdus acciderit/
quomodo etiã qdã horũ aiũt (in
prõptu enim eſt: eiuſce rei cauſã
perſpicere) ſiue etiã propter ali-
ud quippiam: patet eſſe neceſſa
rium vt eandẽ ob cauſam ipſũ
reliquo tẽpore permaneat. Dicãt
enim oportet/ aut q̃ aqua a ſo-
le ſublata nunq̃ deſcẽdet: aut ſi
deſcendet/ neceſſe erit vt vel ſem
per vel q̃diu illud accidet mare
remaneat / rurſumq̃ illud quod
potulentum eſt prius eſſe ſubla-
tũ oportebit. Quare nunq̃ aſſic-
cabitur. quod enim in cœlũ pri-
us aſcẽdit : id in mare deſcẽde-
re anticipabit. nihil enim refert:
ſemelne/ an pluries hoc fieri di-
catur. Si quis igitur ſolis lationẽ
interquieſcere ſtatuat: quidnam
id erit quod vim habeat aſſiccã-
di? Sin vero eam eſſe ſinat: ſem
per ille ſuo acceſſu partem po-
tabilem (vti diximus) educet /
rurſũq̃ ſuo receſſu dimittet. Hãc
autem de mari ſentẽtiam ex eo
ſumpſere: q̃ multa loca ſiccio-
ra nunc q̃ prius appareant. Cu-
ius rei cauſam diximus : nẽpe
q̃ hic affectus ,ppter aquæ exu-
perantias quæ ſtato quodã tem-
pore obuenire ſolent/ non pro-
pter vniuerſi partium ve genera
tionem/ accidit. Rurſumq̃ con-
tra eueniet. & cũ facta fuerit a-
qua: rurſum exiccabitur. Atq̃ id
ita per circulũ ſemper ire: neceſ
ſe eſt. ſic enim exiſtimare : ratio-
ni magis cõſentaneũ eſt / q̃ ob
id totum cœlũ permutari. Sed
de hiſce: plura q̃ par erat/ dixi-
mus. ¶ De maris autẽ ſalſugi-
ne dicendum: fieri non poſſe vt
qui mare ſemel generarint / aut
omnino ipſum generãt / ſalſum
eſſe ſtatuant. Nam ſiue mare /
reſiduum extet omnis eius hu-

Vatablus

moris qui circa terram exiſtit & a ſole ſubuehi ſolet/ſiue in aqua multa & p̄dulci tāta vis ſaporis propter terræ cuiuſpiā eiuſmodi ammiſtionem inſit: non minus ipſum/ vbi aqua in vaporem conuerſa rurſum deſcenderit q̄ prius ſalſum eſſe/cum multitudō æquabilis habeatur / neceſſe eſt. & ſi nō prius: nec poſterius quoque. Quod ſi etiam prius ſalſum erat mare: continuo erat dicendum quidnam in cauſa ſit/ & inſuper cur ſi tunc in altū aſcenderit nunc quoq; idē minime patiatur. ¶At vero & hiſce qui ſalſuginis cauſam terræ tribuūt (eā enī dū ammiſcetur: multos habere ſapores aiūt/ adeo vt ab amnibus conuecta mare ſalſū ob admiſtionem reddat) non item flumina ipſa ſalſa eſſe/abſurdum exiſtit. Qui enī fieri poteſt: vt eiuſmodi terræ miſtio / affectū adeo euidentem cōſpicuumq; efficere in tanta aquarum multitudine queat/ in quaq; autem parte nequeat? Cōſtat enim: mare/totā fluuiatilem aquā eſſe. nihil enim a fluuijs differre/niſi q̄ ſalſum ſit: videtur. quod idem: illis obuenit eo in loco in quē confluūt vniuerſi. ¶Pari etiā modo ridiculū fuerit: ſi quis cū mare terrę ſudorē eſſe dixerit/ dilucidū quippiā dixiſſe putet/perinde vt Empedocles. Is enim ita locutus: quo ad Poeſin/ſatis forſitan dixit (quippe cū tranſlatio poetis amica ſit) quo ad cognoſcendā naturā/ nō ſatis. Hic enim minime cōſtat apertūve eſt: quonā pacto e dulci potu ſalſus ſudor proueniat. vtrū abeūte quopiā / ceu parte dulciſſima/ ſolūmodo: an permiſto/ quomodo ī aquis per cinerē colatis euenit? Cauſa eadē: et excrementorū generi quod in veſicā colligi ſolet/ cōpetere videtur. quippe qđ amarū ſalſumq; euadat: cū tamē qui bibitur humor & quem cibus cōtinet/dulcis ſit. Itaq; ſi vt aqua quæ per cinerem trāſmittitur amara fit/ ſic & vrina atq; ſudor amarorē cōtrahūt / vrina

Tral.ve.ex græ.recog.

enī omnis humidi circa terrā exiſtētis et eleuati a ſole/ reſiduū factum eſt mare / ſiue inexiſtit tantus ſapor in multa aqua & dulci propterea q̄ immiſta eſt quædam terra talis: nichil minus cum aduenerit iterum aqua quæ euaporauit/ neceſſe eſt æquali quidē exiſtente multitudine q̄ primo / & ſi neq; primo neq; poſterius ſalſū eſſe ipſum. Sí autem et primo / confeſtim erat dicē dum quæ cauſa: et ſimul propter quid non ſi et tunc ſurſum latum fuit/& nūc patitur hoc. ¶At vero & quicunq; terram/ cauſam ponūt ſalſedinis/ immiſtā (habere enī aiūt multos ſapores ipſā: vt a fluuijs ſimul delata propter miſtionem faciat ſalſum) inconueniens eſt non & fluuios ſalſos eſſe. Quomodo enim poſſibile eſt/in magna quidē multitudine aquæ / euidēs ſic facere miſtionē talis terræ: in vnoquoq; autē nō? palā enī eſt: q̄ mare eſt oīs fluuialis aqua. in nullo enī differt / niſi eo q̄ ſalſum ſit: a fluuijs. hoc autē: illis aduenit in loco in quē omnes ſimul fluūt. ¶Símiliter autē ridiculum eſt: et ſi quis dicēs ſudorem terræ eſſe mare / putet aliquid planū dixiſſe / ſicut Empedocles. Ad poeſin enim ſic dicens / forte dixit ſufficienter (metaphora enim: poeticū eſt) ad cognoſcēdū autē naturā/ nō ſufficiēter. Neq; enī hic palā eſt: qualiter ex dulci poculo ſalſus fit ſudor. vtrū abſcedēte quodā ſolū/puta dulciſſimo: an commiſto quodam / ſicut in ijs quæ per cinerē colantur aquis? Videtur autē cauſa eadē: et circa ſuperfluum in veſicā collectū. etenī illud/ amarū & ſalſū fit: potato & eo quod in alimento eſt humido / dulci exiſtente. Sí itaq; quemadmodum quæ per calcē colatur aqua fit amara/et hæc/ cum vrina

Cap.

T ral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

quidē simul delata tali quadam virtute qualis & videtur subsistēs in vasis salsedo/ cū sudore autem segregata ex carnibus veluti abluēte id qđ tale est ex corpore exeūte humido: palā est ꝙ & ī mari id quod ex terra/ humido commistū est/ causa salsedinis est. In corpore igitur: fit tale/ alimenti hypostasis propter indigestionem. In terra autem: secūdum quem modum existit/ dicendū est. omnino autem quomodo possibile sit: tantam aquæ multitudinem a desiccata & calefacta segregari. minimam enim oportet ipsam esse partem: relictæ in terra. Adhuc: propter quid non & nūc cū exsiccata fuerit terra / siue amplior siue minor/ sudat. humiditas enī & sudor: fiunt amara. Si enim tunc: & nūc oportebat. Nō videtur autem hoc accidere: sed humida quidem existēs exsiccatur/ sicca autem existens nichil patitur tale. Quomodo igitur possibile est circa primam generationem humida existente terra: sudare exsiccatam? Sed magis verisimile est / sicut aiunt quidam: absūpto plurimo & eleuato humido propter solem/ quod relictum est esse mare. humidā autē existentē: sudare impossibile est. Quæ igitur dicuntur salsedinis/ causæ: diffugere videtur rationem.

¶ Nos autē dicamus: principiū sumētes idem quod & prius. Quoniā enī positum est duplicem esse exhalationem/ hanc quidem humidam/ hanc autē siccā: palā est ꝙ hanc putandū est principium esse taliū. Et vtiq; & de quo dubitasse prius necessariū: vtrū & mare sē per permaneat earūdē existēs partiū numero/ an specie & q̄titate p̄mutatarū sē per partium/ quēadmodū aer et potabilis aqua & ignis? sēper enī aliud & aliud fit horū vnūqđq; : species autē multitudinis vniuscuiusq; horum manet/ sicut fluētiū aquarū & flāmę fluxus. Ma-

quidē ꝙ facultas eiusmodi vna cū ea deferatur qualis est salsilago illa q̄ etiā ī vasis subsidere videtur / sudor vero quia facultas illa pariter cum eo e carnibus sequestretur / humore scilicet qui sese foras promit quod tale est e corpore abluendo deridēte: perspicuum est ꝙ in ipso quoq; mari/ quod e terra cū humore miscetur/ salsitudinis causa est. Verū in corpore: tale est pars ea cibi quæ subsidet/ propter concoctionis vacuitatem. At in terra quonam pacto hoc ipsum insit: dicendum erat. atq; omnino qui fieri potuit: vt tanta aquarū copia e terra dum sicceret calefieretq; / excreta sit. ea enim/ partē quādā esse exiguā respectu eius cē quæ in terra relicta est: connenit. Præterea: cur nō etiam nūc terra siue maior siue minor sudare cum resiccatur soleat. humiditas enī & sudor: amara fiūt. Nā si tūc: & nūc quoq; oportebat. At id: nequaq̄ accidere videmus. immo terra cū humida est/ resiccatur: cū vero sicca/ nihil tale pati solet. Qui igitur fieri potuit: vt terra cum circa primā sui generationem humecta esset/ sudorē obarescendo emiserit? Quin potius par est/ sicuti nonnulli aiunt: humore plurimo abeūte/ & solis beneficio in cœlū scandēte/ quod reliquum fuit esse mare. Nā fieri non potest: vt tellus cū humecta est/ sudet. Quæ igitur salsitudinis causę narrantur: rationē videtur effugere. ¶ Nos autē eodē quo et prius sumpto initio: dicamus. Cū enī halitum esse duplicē/ alterū humidū/ alterū siccū/ positū sit: eū/ eiusmodi affectuū principiū esse arbitrari oportere cōstat. Quinimo et de quo q̄sisse prius necesse est: vtrū etiā mare permaneat/ semper eisdem numero partibus constās/ an specie & quantitate subinde mutatis/ peride vt aer/ aqua potabilis / ignis? horū enī quodq; aliud & aliud subinde euadit: multitudinis tamē eorū species haud aliter ac flāmæ & profluētiū aquarū fluxus / manet. Hoc

Vatablus

itaq; apertũ atq; ꝓbabile exiſtit: fieri inq̃ nõ poſſe vt nõ eãdẽ hęc oia habeãt ratione / & mutationis celeritate tarditateq; inter ſe diſtẽt / gignãturq; ac intereãt. qđ tamẽ: nõ abſq; certo quodã ordine / hiſce omnibus eueniat. Quæ cũ ita habeant: de ſalſore quoq; cauſã reddere enitendũ eſt. Itaq; eiuſmodi ſapore ob cõmiſtionẽ quandã prouenire: multis conſtat indicijs. Quod enim in corpore minime concoctũ eſt: id ſalſum amarũq; haberi ſolet. quod idem: etiam prius diximus. Nã cibi humidi excrementum: minime cõcoctũ eſt. Eiuſmodi ſũt: ſedimenta omnia / ſed præcipue illud quod in veſicam delabitur. Cuius rei indiciũ eſt: q; tenuiſſimũ ſit. quæ autem concoctionẽ admiſere: conſtãt / craſſaq; ſunt. Deinde ſudor: in quibus idẽ illud corpus quod hunc ſaporem parit / vna cum ſuperuacaneo humore excernitur. Pari modo & in hiſce quæ exuruntur: res habet. quod enĩ calor nõ euicerit: id omne in corporibus excrementum fit / in exuſtis cinis. Quãobrẽ: & mare e terra peruſta factũ eſſe / nõnulli aſſerunt. Cæterũ ita quidẽ dicere / abſurdũ eſt: eſſe tamen ex tali factu / a veritate nequaq̃ abhorret. Nã vt & in hiſce quæ diximus / ita in ipſo quoq; vniuerſo: qđ ex ijs quæ naſcuntur atq; per naturã fiũt / nõ aliter q̃ ex ijs quæ ignem ſentiũt relinqui ſolet / eſſe terrã talẽ animaduertẽdũ ſemper eſt. Quinimmo: & omnẽ aridæ telluris halitũ eſſe eiuſmodi / putandũ eſt. ea enĩ: hanc ingentẽ halituũ copiã ſuppeditat. Cum autẽ halitus vapidus cũ arido permiſtus (vt diximus) in nubẽ & aquã cogitur: neceſſario accidit vt ſẽper quædã nõ parua huiuſce facultatis portio intercipiatur / & rurſũ pariter cũ pluuia deorſum feratur / idq; ſemper fiat ordine quodã / q̃tũ fieri poteſt vt quę apud nos ſũt ordinẽ participent. Vnde igitur in aqua ſalſitudo proueniat: dictũ eſt. ¶ Ob idq; imbres tam quos auſter affert q̃ q autũnaliũ

Tral.ve.ex græ.recog.

niſeſtum itaque eſt hoc & probabile: ꝙ impoſſibile eſt non eandem eſſe de omnibus his rationem / & differre velocitate & tarditate permutationis / & in omnibus generationem eſſe & corruptionem. hoc tamen: ordinate accidere omnibus ipſis. His autem ſic ſe habentibus: tentandũ eſt reddere cauſam & de ſalſedine. Manifeſtũ itaq; eſt per multa ſigna: ꝙ fit talis ſapor propter cõmiſtione aliquã. Etenim in corporibus quod indigeſtiſſimũ / ſalſum & amarũ: ſicut et prius diximus. Indigeſtiſſimũ enĩ eſt: ſuperfluũ humidi alimẽti. talis autẽ eſt: ois quidẽ hypoſtaſis / maxime autẽ quæ in veſicam. Signũ autẽ eſt: quia ſubtiliſſima eſt. digeſta autem omnia: conſtare nata ſunt. Deinde ſudor: in quibus idem corpus conſegregatur / quod facit ſaporem hunc. Similiter autem: & in aduſtis. vbi enim non obtinuerit calidum / in corporibus quidem fit ſuperfluitas / in aduſtis autem cinis. Quapropter: & mare quidam ex aduſta aiũt factũ eſſe terra. Dicere autem ſic quidẽ: eſt inconueniens. ex tamen: verũ eſt. Sicut enim & in dictis: ſic & in toto & ex naſcẽtibus & factis ſecundum naturam ſemper oportet intelligere ſicut ex ignitis / quod relinquitur / talem eſſe terram. Et vtiq; & eam quę in arida / exhalationẽ omnem. hæc enim: exhibet multã hanc multitudinem. Miſta autem exiſtente (ſicut diximus) vaporoſa exhalatione & ſicca / cum conſtiterit in nubes & aquam: neceſſarium intercipi aliquam multitudinem ſemper huius virtutis / & ſimul deorſum ferri iterum plutã / & hoc ſemper fieri ſecundum quendam ordinem / vt contingit quæ hic ſunt participare ordinem. Vnde igitur generatio ſalſi ineſt in aqua: dictum eſt. ¶ Et propter hoc auſtrales aquæ / latiores: & primæ 12

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

autumnalium. Auſter enim: & magnitudine & ſpiritu æſtuoſiſſimus ventus eſt/ & flat a locis ſiccis & calidis. Quare cum pauco vapore. quapropter et calidus eſt. Si enim & non talis/ ſed vnde incipit flare frigidus: nichil minus procedens/ propterea ꝙ comprehendit multam exhalationem ſiccam ex propinquis locis/ calidus eſt. Boreas autē velut a frigidis locis: vaporoſus. quapropter frigidus. Eo autem ꝙ propellat/ ſerenus hic: in oppoſitis autem/ aquoſus. Similiter autem: & auſter ſerenus ijs qui circa Libyam. Multū igitur in deorſum lata aqua confert: quod tale eſt. Et autūno: latæ aquæ ſūt. neceſſe enī eſt: grauiſſima/prima deferri. Quare in quibuſcunq; ineſt talis terræ multitudo: tendunt citiſſime deorſum hæc. Et calidū quidē: mare propter hoc eſt. omnia enim quæcunq; ignita fuerunt: habent potētia caliditatē in ſeipſis. Vídere autem licet: & calcem/ & cinerem/ & hypoſtaſin animaliū & ſiccā & humidā. & calidiſſimorū ſecundū ventrē animaliū: accidit calidiſſimā eſſe hypoſtaſin. Fit igitur: propter hāc cauſam ſemper latius. Eleuatur autem ſemper alíqua pars ipſius cum dulci: ſed minor tanto quanto & in pluta/ ſalſa & lata dulci minor. Quapropter æquale eſt: vt omnino dicam. Qz autem fit euaporans/ potabile & nō in mare conferitur euaporans quando conſtiterit iterum: tentantes dicamus. Patiūtur autē & alia: idem. etenī vinū & omnes humores quicunque euaporantes iterum in humidum conſtiterint: aqua fiunt. Aliæ enim paſſiones: aquæ ſunt/ propter quandam commiſtionem. et quaecunq; aliquid fuerit quod commiſtū eſt: talē facit ſaporē. Sed de his quidem in alijs tēporibus conuenientioribus: facere oportet cōſiderationē. Nunc autē

primi ſunt: ſalſiuſculi ſūt. Auſter enī: tā vehemētia ſua q̄ flatu eſtuoſiſſimus ventus eſt/ & a calidis ſicciſq; locis ſpirat. Quare parū vaporis ſibi aſciſcit: & proinde feruidus extat. Nā et ſi eiuſmodi nō ſit ſed vnde ſpirare incipit frigidus habeat: nichilo minus dū ſe logius protrahit/ propterea ꝙ multum ſicci halitus e vicinis locis ſecū rapit/ calidus eſt. At aquilo/ vt qui ab vliginoſis flare locis ſoleat/ vapidus eſt/ ideoq; frigidus. Hic tame/ q; nubes propellat/ ſerenus eſt. in locis oppoſitis: pluuius. Pari modo & auſter: Afris ſuduſ eſt/ nobis pluuiā importat. Talis igitur facultatis nō parū: aqua quæ deorſū ruit/ ſecū aduehit. Atq; per autūnum: ſalſi imbres fiunt. quæ enī plus pōderis obtinent: ea priora deferātur/ neceſſe eſt. Quare quibus eiuſmodi terræ copia ineſt: ij celerrime deſcendūt. Ob idq; mare/ calidū eſt. Nā aduſta omnia: potentia in ſe aliquid habēt caliditatis. calcē/ cinerē/ ſedimēta animaliū humidū inq̄ ſimul et aridū: intueri licet. Et animaliū quæ ventres habēt caliduſſimos: ſedimēta caliduſſima eſſe vlu euenit. Igitur: mare hac de cauſa/ ſubinde ſalſius reddi ſolet. ſēper enim ipſius portio quędā: vna cū parte dulci/ attollitur. verū: tāto minor eſt/ quanto in ipſa quoq; pluuia/ pars dulcis ſalſam exuperat. Ex quo fit: vt ſemper æquale (qd i totū dixerim) habeatur. Qz autē aqua maris quæ in vaporē cōuertitur potulēta euadat/ ꝙ pars ea quæ naturā iduit vaporis cū rurſū concreuerit nequaq̄ in liquorē cogatur qui maris naturam retineat: dicere conemur. Hoc ide: in ceteris quoq; aliis euenit. Nā & vinū & cętera ſucco rū genera quotquot in vaporem mutati in humorē rurſū concreſcere ſolēt: aqua fiūt. Affectus enī cæteri: aquæ/ propter quādā cōmiſtionē/ cōpetunt. et qualecūq; id fuerit quod ei permiſcetur: talē i ea parere ſaporē aſſolet. Sed de hiſce alias cum oportunior dabitur occaſio: erit cōſiderādū. Nūc

eatenus dicamus oportet: nēpe ꝙ cū mare in rerū natura sit / assidue quippiā ab eo in altum scandit potuq; idoneū ac dulce redditur/ ꝙq; per imbreis ex alto in imū labitur iam aliud effectum nec id præter ea existēs qđ fuerat sublatū/ ꝙ deniq; mare potulētę parti ratione pōderis subsidet. Ob idq;: nec ipsum instar amnium deficere / nisi locorum ratione assolet. quod idē: pari vtrisq; modo accidere necessū est. Nec semper eędē nec terræ nec maris partes permanent: sed tota dūtaxat moles. Etenim: in hunc modum de ipsa quoq; terra existimare par est. Nā pars alia ascendit: alia rursum descēdit. Quinetiā loca cōmutāt: quæ per summa innatare/ quęq; in ima rursū deferri assolent. Porro salsitudinē ī rei cuiuspiā admistione cōsistere: palā est/ non ex ijs tantū quæ dicta sunt/ verū etiā si quis vas e cera afformatū in mare demittat / obturato prius re tali osculo vt nihil interhiet per quod mare introfluat. quæ enim sese vasi per cereos parietes īsinuat aqua: potulēta euadit. nā vt terrena portio ita & qđ salsitudinē sua admistione cōmittit: sequestrari cū percolatur aqua assolet. id enī: tū pōderis (salsa enī: q̄ dulcis grauior est) tum etiā crassitudinis causa extat. Etenī aquæ crassitudo corpulentiaq;: tātā afferre differentiā potest vt nauigia æquo rerū quę cōuehūtur onere pressa/ in amnibus fere demergi videātur / in mari modice sese atq; ad nauigādū peroportune habeāt. Quāobrem nōnulli eorū qui in amnibus naueis onerarant: ob eā ipsā ignorationem damnū subiere grauissimū. Qz autē qppiā admistū sit/ illud argumento esse potest: ꝙ eius moles crassiuscula est. nā mare/ prope quasi lutū est: tantā rei corpulētæ copiā continet. si quis enī aquā indito sale vehemēter salsam fecerit: in ea oua/ etiā si plena sint/ innatāt. Hoc idē: circa ipsa quoq; salsamēta moliri solent. Qz si in Palestina sit/ vt quidā ferūt/ lacus eiusmodi in quē si a quoq̄ homo vinctus aut iumentū inijciatur/ per sūma natat nec in aquis mergitur: is ꝓfecto testimonio fuerit hisce quæ

tantū dicamus: ꝙ maris existentis semper aliquid sursum ducitur/ & fit potabile. & de sursum in pluta descendit aliud factū/ non quod sursum ductū: & propter pondus subsidet potabili. Et propter hoc: neque deficit sicut fluuij/ nisi locis. hoc autem: in ambobus necesse est accidere similiter. Neq; semper eædem partes permanent neque terræ neque maris: sed tantū tota moles. Etenim: de terra similiter oportet existimare. hoc enim / sursum venit: hoc autem/ iterum descendit. Et loca permutant: & supernatantia & descendentia iterum. Quod autem sit in commistione alicuius / salsum: palam est non solum ex dictis / sed & si quis vas cereum formans posuerit in mare circunligans os talibus vt non per rimam aliquam intret mare. quod enī ingreditur per parietes cereos: fit potabilis aqua. quasi enim percolatum quod terrestre est & qđ facit salsedinē propter commistionē: secernitur. Hoc enim: causa est / & grauitatis (plus enim trahit salsa: q̄ potabilis) & grossitiei. Etenim grossities: differt intantū vt naues ab eodem pondere rerū quæ vehuntur in fluuijs quidē fere submergantur / in mari autem mediocriter habeant & nauigabiliter. Quapropter aliqui in fluuijs onerātium naues: propter hanc ignorātiā damnū passi sunt. Argumentū autē est admisti alicuius: ꝙ grossior est moles. Si enī aliqs aquā salsam fecerit valde/ miscens sal: supernatāt oua/ etiā si sint plena. Fere enī sicut lutū fit: tantā habet corpulētā multitudinē/ mare. Idē autē hoc operātur: & circa salituras. Si autē est/ sicut fabulantur quidā / in Palestina tale stagnū in qđ si quis immiserit colligatū hominē aut subiugale/ supernatat & nō submergitur in aqua: testimoniū vtiq; erit

Palestina

Cap. 3 4

Tral.ve.ex græ.recog.

aliquod/dictis. dicūt enī amarū ſic eſſe ſtagnum & ſalſum: vt nullus piſcis innaſcatur. veſtimēta autē purgari: ſi quis humectans permouerit. Sunt autem & omnia talia/ ſigna dictorū: ꝙ ſalſedinē facit corpus aliquod/ & terreſtre eſt qđ

Chaonia

inexiſtit. In Chaonia enim: fons eſt aquæ latioris. effluit autem hic: in fluuiū prope dulcē quidē/ piſces autē non habentē. elegerūt enī (vt qui ibi ſunt/ fabulantur) poteſtate facta ab Hercule/

Hercules

Erithia

quādo venit ducens ab Erithia boues: ſalē pro piſcibus/ qui fit ipſis ex fonte. Huius enim aquę decoquentes aliquā partem/ ponunt: & fit frigefacta cum euaporauerit humidū cū calido/ſal nō groſſus & cōpactus/ ſed laxus & ſubtilis ſicut nix. eſtq; virtute debilior alio/ & multus delectat iniectus: & colore non ſimiliter albus eſt. Tale autem aliud fit: & in Vmbricis. eſt enī quidā locus: ī quo naſcūtur calamus & ſcirpus.

Vmbri

De his igitur cōburūt: & cinerē immittētes in aquā/ decoquūt. cū autē dimiſerint aliquā partem aquæ: hęc infrigidata/ſalis fit multitudo. Quęcunq; autē ſunt ſalſa rheumata fluuiorū aut fōtiū: plurima quidē calida aliquādo eſſe oportet putare. deinde: principium quidē extingui ignis. per quā autē penetrant terram: adhuc manere exiſtentem velut calcē & cinerem. ¶ Sunt autem in multis locis & fontes & rheumata fluuiorū/ omnimodos habētia ſapores: quorū oīm ponere cauſā oportet/inexiſtentē aut ingenitam virtutem ignis. exuſta enim terra: ſecūdum magis & minus/ omnimodas accipit formas ſaporum & colores. aluminis enim & calcis & aliorum talium fit plena virtutibus: per quę penetrantes aquę exiſtētes dulces/ꝑmutātur. Et hę quidē acetoſę fiūt: quēadmodū quę in Sicania Sicilię. Ibi enim oxalme fit: &

13

Sicania
Sicilia

Vatablus

iam dicta ſunt. aiunt enim adeo amarum ſalſumq; eſſe lącum: vt piſcis nullus innaſcatur/& veſtimenta purget ſi quis madefacta conculſerit. Quæ omnia/ eorū quæ diximus ſigna ſunt: nempe ꝙ corpulentum quiddam ſalſitudinē pariat/ & quod id quod ineſt terrenum ſit. Etenim in Chaonia/ fons quidā aquæ ſalſiuſculæ habetur: qui haud lōge ab ortu in amnem dulcē quidem at piſcibus vacantem influit. Nam vt aiunt incolæ: facta ab Hercule optandi poteſtate/ cum is ab Erithia vaccas abigens rediret/ ſalem pro piſcibus elegerūt qui ipſis e fonte fieri ſolet. huius enī aquæ portionem quandam poſtea q̄ decoxere/ quieſcere ſinunt: quæ frigefacta/ vbi vna cū calore humor euaporauit/ in ſalē nō denſum grumoſumq; / ſed niuis modo laxum atq; ſubtilem verti ſolet. quod genus ſalis: imbecilliorē q̄ cætera virtutem obtinet/largiuſq; adhibitum guſtum ingerit ſuauem. colore itē non æque candido: exiſtit. Aliud huic rei proximum: Vmbri moliūtur. quendam enim locum habent: in quo arundines & iunci enaſcūtur. quorum cinerem decoquere aqua ſoliti ſunt: donec exiguū ſuper ſit humoris. qui vbi refrixit: in ſalis copiam euadere ſolet. Quicūq; autem amnium fontiumve fluxus ſalſi ſunt: eos maxima ex parte aliquādo incaluiſſe/deinde ignis principium extinctū fuiſſe/ cenſendum eſt. terram vero per quā tranſmiſſi colantur: cineris & calcis naturā adhuc retinere. ¶ Sunt etiam plæriſq; in locis: tam fontes q̄ amniū fluenta quæ varia ſaporum genera præferunt. quorum omniū cauſam eſſe igneam virtutem ſiue facultatē quæ in eis eſt aut innaſcitur: ſtatuendum eſt. Nam terra dum ignem ſentit: ꝙ plus minus id pati ſoleat/ varias ſaporum colorumq; formas contrahit. quippe quæ: alumi nis/ calcis/ & cæterorum id genus virtutibus plena reddatur. per quę dū tranſmittitur aqua q̄ dulcis eſt: permutari ſolet. Et quædā aceſcit: quomodo in Sicilia agro Sicanico euenire videmus. Inibi enim oxalme (quā acidā muriā interpretor)

Vatablus

gignitur:qua vt aceto in quibuſ dam epularum generibus vti ſo lent. Eſt autem & circa Lyncon: fons quidam cuius aqua acida eſt. Circa Scythiã : alius qui a maras euomit aquas/ quæ vniuerſum amnem in quem incidunt amarum reddunt. Horum differẽtiæ: hinc apertæ ſunt. Sed qui ſapores ex quibus temperaturis exultent : ſeorſim per ſe a lio loco dictũ eſt. Igitur de aquis & mari quas ob cauſas aſſidue ſemper ſint / quænam ſit eorum natura / qua ratione ac via permutentur/ tum etiã de plurimis affectibus quos committere aut pati per naturam ipſis accidit : prope diximus.

CAP. IIII.

DE vẽtis autem: inítio quod iam prius diximus ſumpto / dicamus. ¶ Duæ enĩ ſũt noſtra quidẽ ſententia halitus ſpecies: alter humidus eſt/ alter ſiccus. Ille/ vapor nũcupatur: hic/ in totum nomine caret. particulari tamẽ vtentes: vniuerſaliter eum veluti fumũ vocemus neceſſe eſt. Cęterum nec humidum ſine arido/ nec aridum ſine humido eſſe poteſt: verum hæc omnia ita ſecũdum exuperationem vocari ſolent. Itaq; cum ſol ipſe orbito feratur / & vbi propius accedit humorem vi caloris ſubuehat/ vbi autem longius dimouet ſeſe/ vapor qui ſublatus fuerat rurſum in aquã refrigerationis beneficio concreſcat (qua de cauſa: imbres hyeme potius/ q̃ eſtate fiunt. & nocte/ q̃ interdiu: ſed non videtur / propterea q; imbres nocturni magis quã diurni lateant. aqua autem illa quę ad ima deferri ſolet: tota in terrã diſtribuitur. terra vero ipſa multũ ignis atq; caliditatis in ſeſe habet: atq; ſol non ſolum eum humorẽ qui per ſumma telluris reſidet attrahit / verũ etiam terrã ipſam calfaciẽdo afficcat) cumq; halitus (id quod iam dictũ eſt) duplex ſit/ alter vapidus/ alter ſumidus: vtrumq; profecto halitũ

Tral. ve. ex græ. recog.

vtuntur ſicut aceto ad quædam edulíorum ſuorum. Eſt autẽ & circa Lyncon: fons quidam aquę acetoſæ. Circa Scythiam autem: amarus. quod autem defluit ab ipſo: fluuium in quem ingredítur / facit amarum totum. Differentiæ autem horum: inde manifeſtę ſũt. Quales autem ſapores ex qualibus fiunt commiſtionibus: dictum eſt de ipſis ſeorſum in alijs. De aquis igitur & mari propter quas cauſas & ſemper cõtinue ſunt / & quomodo permutantur / & quę natura ipſorũ / adhuc autẽ quaſcunq; paſſiones ſecũdũ naturã ipſis accidit facere aut patí: dictum eſt fere nobis de plurimis. Lyncus Scythia

CAP. IIII.

DE ſpíritibus autem dicamus : ſumẽtes príncipiũ dictum nobis iam prius. 14.

¶ Sũt enĩ duę ſpecies exhalationis / vt dicimus : hęc quidem humida/ hęc autem ſicca. vocatur autẽ/ hęc quidẽ vapor: hęc autem ſecundũ totum quidem innominata eſt. eo autem quod in parte/ vtentes: neceſſe eſt vniuerſaliter appellare ipſam/ velut fumum. Eſt autem neq; humidũ ſine ſicco/ neq; ſiccũ ſine humido: ſed omnia hęc dicuntur ſecundũ exceſſum. Lato itaq; ſole circulariter/ & cũ quidem appropinquauerit per caliditatẽ eleuãte humidũ/ longius autem facto propter infrigidationẽ conſiſtente iterũ ſurſum ducto vapore in aquã (quapropter: hyeme magis fiunt aquę. & nocte/ q̃ per diem : ſed non videtur / quia latẽt nocturnę magis q̃ diurnæ. deſcendens autẽ aqua: diſtribuitur omnis in terram. exiſtit autẽ in terra multus ignis & multa caliditas: & ſol nõ ſolũ illud quod ſupnatat terrę humidũ trahit/ ſed & terrã ipſã deſiccat calefaciẽs) exhalatione autẽ ſicut dictũ eſt duplici exiſtente / hac quidẽ vaporoſa/ hac autem fumoſa : ambas 15

Cap. 4

Tral.ve.ex græ.recog.

neceſſariũ eſt fieri. Harũ autẽ quę quidẽ humidi plurẽ habet multitudinẽ exhalatio: principium plutæ aquę eſt / ſicut dictũ eſt prius. ſicca autẽ: ſpirituũ principium eſt & natura omniũ. Hęc autem ꝙ iſto modo neceſſarium ſit accidere: & ex ipſis operibus palã eſt. Etenī exhalationẽ differre: eſt neceſſariũ. Et ſolẽ & eã quę eſt in terra caliditatẽ hęc facere: non ſolũ poſſibile/ſed neceſſariũ eſt. Quoniã autẽ altera vtriuſq; ſpecies: manifeſtũ eſt ꝙ differũt. Et nõ eadẽ eſt: vẽti natura & plutę aquę/ ſicut quidã aiunt. eundẽ enī aerẽ motũ quidẽ/ ventũ eſſe: cõſiſtẽtẽ autẽ iterũ / aquã. Aer igitur/ ſicut in ſermonibus ante hos diximus: fit ex his. Vapor enī: humidũ eſt & frigidũ. bene terminabile enim eſt: vt humidum. quia autẽ aquę eſt: frigidum eſt propria natura/ ſicut aqua non calefacta. Fumus autem: calidum & ſiccũ eſt. Quare quemadmodum ex ſymbolis cõſiſtit: aer humidus & calidus. Etenī inconueniẽs eſt ſi qui circa ſingulos circũfuſus eſt aer: iſte fiat motus / ſpiritus. et vndecũq; extiterit motus: vẽtus ſit. ſed non / ſicut fluuios exiſtimamus nõ qualitercunq; eſſe aqua fluente / neq; ſi habeat multitudinẽ/ ſed oportet fontanũ eſſe quod fluit: ſic et de vẽtis habeat. mouebitur enī vtiq; magna multitudo aeris ab aliquo magno caſu: nõ habens principium/ neq; fontẽ.

16 ¶ Atteſtãtur autẽ quę fiũt: dictis. Quia enī cõtinue quidẽ/ magis autẽ & minus/ & maior & minor fit exhalatio: ſemper & nubes & ſpiritus fiũt ſecũdũ tempus vnumquodq; vt nata ſunt. Quia autem aliquãdo quidẽ vaporoſa fit multiplicatior/ aliquãdo autẽ ſicca & fumoſa: quãdoq; quidem pluuioſi anni fiunt & humidi / quandoq; autem ventoſi & ſicci. Aliquando igitur accidit: & ſiccitates et imbres multos ſimul & ſecundum multã & continuã fieri regionem / aliquãdo

Vatablus

fieri neceſſariũ eſt. quorũ: qui humorem continet largiorem: imbrium primordium/ quemadmodum antea dictũ eſt/ exiſtit. qui aridus eſt: flatuum omniũ principium atq; natura. Hæc autem ad hunc eueniant modum eſſe neceſſe: ex ipſis etiam effectibus certum eſt. Etenim halitum differentiam recipere: neceſſum eſt. Atq; ſolem & terræ caliditatem ea ipſa efficere: non modo poſſibile / verum etiam neceſſarium exiſtit. Cum autẽ ſpecies vtriuſq; diuerſa ſit: patet ꝙ inter ſe diſcrepãt. Nec vẽti eadẽ ac imbriũ natura exiſtit: perinde vt quidã aiunt. eundem enim aerẽ ſi moueatur/ ventum: ſi concreſcat/ aquam eſſe volunt. Verum: ex hiſce aer (quemadmodũ antea diximus) gigni ſolet. Vapor enī: humidus algiduſq; eſt. nam facile terminos ſuſcipit: vt humidus. at qa aquæ eſt: ſuapte natura vt aqua nõ calefacta frigidus exiſtit. Fumus vero: calidus et aridus. Quare: ex hiſce tanq̃ ex ſymbolis cõſtituitur aer/ qui humidus caliduſq; eſt. Etenī abſurdum fuerit: ſi aer iſte qui quemq; ambit dũ motu cietur flatus fiat/ & vndeuis fuerit agitatus vẽtus exultet/ & nõ vt amneis eſſe exiſtimamus nõ qualitercũq; profluente aqua etiã ſi multa ſit/ ſed quod profluit id a fonte ortum ducat oportet/ ſic de ipſis quoq; ventis res habere dicatur. Nam ab aliqua ingenti ruina: magna aeris copia quę nec principium habeat nec fontem / moueri poteſt. ¶ Quæ autem fieri aſſolent: ea quæ diximus approbant. Nã quia continue quidem ſed plus ac minus fieri & maior minorve halitus aſſolet: ſemper nubes ac ſpiritus per ſingula anni tempora pro cuiuſq; natura efficiũtur. At quia interdũ vapidus/ interdũ ſiccus & fumidus altero lõge ãplior aſſurgit: aliquando pluuij & humecti reddũtur ãni/ aliquãdo flatuoſi & ſqualibundi. Quandoq; igitur ſqualores imbreſque multos ſimul & per magnum cõtinuumq; tractum fieri/ quãdoq;

Vatablus

per parteis: euenit. Sepe enī regio quæ circūquaq; adiacet: tēporaríos recipit imbres/ aut etiā plureis. at in huiuſce parte aliqua: ſqualor eſt. Quandoq;: ediuerſo res agitur. nā cū tota quæ in circuitu eſt regio / aut modicis potiatur aquis aut potius ſqualore fatiſcat: vna quædā portio immenſam aquarū copiā recipit. Cuius rei cauſa eſt: q; magna ex parte eandē affectionē longe lateq; diffundi ac ſerpere conſentaneū eſt / quia vicina loca ſitū ad ſolem retinēt cōſimilē/ niſi peculiarē quādā ſortita ſint differētiā. At vero interdū hac in parte ſiccus anhelitus / in altera vapidus: vberior gigni ſolet. nonnunq; vice verſa accidit. Huius autē ipſius cauſa eſt: q; halitus vterq; in proximæ ſibiq; continuæ regionis halitū īcidit. Verbi cauſa. ſiccus p ſuā fluit regionem: humectus ſibi proximū inuadit/ vel etiā ad locū quēdā remotiorē vi vētorū propulſus accedit. Interdū ille manet: & idē/ qui ei contrarius eſt/ agit. Atq; ſæpenumero illud euenit/ nēpe q; quēadmodū in corpore hoīs/ ſi aluus ſuperior ſicceat īferior cōtrario habitu eſt/ & ediuerſo ſi inferior ſicca ſit ſuperior humecta frigidaq; eſt: ſic et in ipſis quoq; locis antiperiſtaſis fit et exhalationum genera commutantur. Prēterea vt poſt imbrē flatus magna ex parte oriri eo in loco ſoliti ſunt in quo illū fieri cōtigerit: ita ſuperueniēte imbre cōſternūtur. Hæc enī propter principia quæ dicta ſūt euenire: neceſſū eſt. Nā ab imbribus terra dū calore tā ſuo q; ſuperno reſiccatur: halitū profūdit/ q; mirū vēti materies eſſe ſolet. Atq; vbi ſecretio eiuſmodi in rerū natura fuerit: obtinēt venti. quibus ponētibus / propterea q; pars calida ſeuocari atq; ſuperū in locū efferri ſemper aſſolet: vapor refrigeratus cōſiſtit ſpiſſeſcitq;/ atq; in humorē vertitur. Quinetiā vbi eūdē in locū pulſæ nubes ſūt/ & frigus intro ſe colligēs circumfuſo calori obluctatur: oritur aqua/ cuius beneficio ſiccus āhelitus refrigerari ſolet. Ergo vt imbribus vēti ſopiūtur: ita vbi venti deſiſtūt/ imbres

Tral. ve. ex græ. recog.

autē & ſecundū partes. Sæpe enī quæ in circuitu eſt regio: accipit tēporaneos imbres/ & multos. in aliqua autē parte huius: ſiccitas eſt. Aliquādo autē cōtrariū: ea omni quę in circuitu eſt aut mediocribus vtente aquis aut etiam magis ſicca/ vna aliqua pars/ aquæ copioſam accipit multitudinē. Cauſa autē eſt: quia vt plurimum quidem eandem paſſionē ad plurimā pertingere par eſt regionē/ quia ſimiliter ponūtur ad ſolē quę prope ſunt/ niſi aliquid differēs habeant proprium. Quinimmo aliquādo ſecūdū hāc quidē partē/ ſicca exhalatio facta eſt amplior: ſecūdū aliā autē vaporoſa. aliquādo autem: contrariū. Et ipſius autē huius cauſa eſt: quia vtraq; incidit in attiguę regionis exhalationē. puta ſicca quidē: ſecundū propriā fluit regionē. humida autē: ad vicinam/ aut etiam in aliquem remotiorem locū propulſa eſt a ſpiritibus. Aliquando autem hęc quidem/ māſit: contraria autē / idē fecit. Et accidit hoc ſæpe/ ſicut in corpore ſi ſuperior venter ſiccus fuerit inferiorem cōtrarie diſponi/ et hoc ſicco exiſtente humidum eſſe ſuperiorem & frigidum: ſic & circa loca antiperiſtaſin pati & permutari exhalationes. Adhuc autē/ poſt imbres ventus vt plurimū fit in illis locis ſecundum quæ cōtingit fieri imbres: & ſpiritus ceſſant aqua facta. Hęc enim neceſſe eſt accidere: propter dicta principia. Cum enim pluerit: terra exſiccata & ab eo quod eſt in ipſa calido/ & ab eo quod deſuper/ exhalat. hoc autem: erat venti corpus. Et cum talis ſegregatio fuerit / & venti obtineant: ceſſantibus quia ſegregatur calidum ſemper/ & ſurſum fertur in ſuperiorē locū/ cōſiſtit vapor infrigidatus/ & fit aqua. Et cū in idē cōpulſę fuerint nubes/ et circūſtiterit ad ipſas frigiditas: aqua fit/ & infrigidat ſiccam exhalationē. Ceſſare faciunt igitur aquæ factæ/ ven-

Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.

tos: & ceſſantibus / ipſæ fiunt propter has cauſas. Adhuc autem ꝙ fiant maxime ſpiritus ab vrſa & meridie: eadē cauſa eſt. plurimi enim Boreæ & Auſtri fiunt: vētorum. Sol enim ſola hæc loca nō accedit: ſed ad hæc & ab his. ad occaſus autem & orientes: ſemper fertur. Quapropter: nubes conſiſtunt in lateribus. & fit accedēte quidem / exhalatio humidi: abſcedente autem ad contrarium locum / aquæ & hyemes. Propter lationem igitur ad tropicos & a tropicis: æſtas fit & hyems / & eleuatur ſurſum aqua et fit iterum. Quoniam autem plurima quidem deſcendit aqua in his locis ad quæ vertitur & a quibus / hæc autem ſūt quę ad arctum & meridiem / vbi autem plurimā aquam terra ſuſcipit hic plurimā neceſſarium eſt fieri exhalationem / ſimili modo vt ex viridibus lignis fumum / exhalatio autem hæc vētus eſt: rationabiliter vtiq; hinc fiēt plurimi & principaliſſimi ſpirituum. Vocantur autem qui quidem ab arcto / Boreę: qui autē a meridie / Auſtri. Latio autem ipſorū: obliqua eſt. circa terrā enī flant: in rectū facta exhalatione / quiaois qui in circuitu eſt aer cōſequitur lationem. ¶ Quapropter et dubitabit vtiq; aliquis: vnde principiū ſpiritus eſt / vtrum deſuper an deſubter? Motus enim: deſuper eſt. & antequam flent: aer euidens eſt / ſi fuerit nubes aut caligo. ſignificat enim mota / ſpiritus principiū / anteq̄ manifeſte venerit vētus: tanq̄ deſuper ipſis habentibus principium. Quoniā autē eſt vētus / multitudo quædā ſiccæ ex terra exhalationis / mota circa terrā: palam eſt ꝙ motus quidē principiū deſuper eſt / materię autē & generationis deſubter. Qua enim tēderit quod aſcendit: inde cauſa eſt: latio enim eorū quæ lōgius ſunt a terra / domina eſt: & ſi mul deſubter quidē ī rectū ſurſū fertur. & omne: valet magis prope. Generati-

17

Vatablus

gigni propter has cauſas aſſolēt. Adde ꝙ nō aliud cauſæ eſt: cur a ſeptētrione & meridie flatus potiſſimū oriantur. Omniū namq; ventorum plurimi: Aquilones & Auſtri ſpirare ſolent. Nā ſol: hæc vna loca non adit / ſed ad ea ſeſe applicat ab eiſq; dimouet. ad occaſum vero & exortū: aſſidue fertur. Quā obrem: nubes / in curſus ſolis lateribus cōſiſtere ſolēt. atq; ſole accedente / humor exhalat: aduerſam in partē abeūte / hyemes imbreſq; excitantur. Itaq; ob ſolis lationem qua ſolſtitia petūtur deſeruntur q; : æſtas hyemſq; fiūt. & aqua: in altū rapi / rurſumq; in imbrē cōuerti ſolita eſt. At cum aquę plurimū in hiſce locis deſcēdat ad quę ſol vergit & a quibus ſeſe remouet / hæc autē ſunt quæ ſeptētriones verſus atq; meridiē poſita ſunt / atq; vbi tellus aquas recipit vberiores ampliſſimā inibi halituū copiam fieri neceſſum ſit / perinde vt e viridi ligno fumū depromi copioſiſſimū videmus / halitus autē ipſe vētus ſit: ratione euenit optima vt inde flatuum plurimi principaliſſimiq; exoriantur. Qui autē a ſeptētrionibus mittūtur / Aqlones: qui a meridie / Auſtri dici ſolēt. Porro ſpiritꝰ: tramite ferri obliquo aſſolēt. nam circa terrā ſpirāt: cū tamē halitus ipſe p̄ directū feratur / ꝙ totus circūfūdēs aer flatuū lationē cōſectetur. ¶ Quocirca quæret quiſpiam: vtro ex loco ſuperone an infero flatibus initiū ſit? Nā: deſup ventorū motio eſt. & anteq̄ ſpirent: illuſtratur aer / ſi nubilus caliginoſuſve ſit. quippe cū nubis motio: flatus initiū prius q̄ aperte ad nos venerit portendat / tanq̄ flatu deſuper originē habēte. Cū autē vētus / quędā ſicci halitus quē tellus profūdit copia per terrā currens ſit: motionis initiū ab alto prouenire / materiei & ortus ab imo / planum eſt. Nam qua parte quod aſcendebat / inclinarit: inde ſui curſus cauſam ſortitur. Nā latio eorū quę a terra remotiora ſūt: potior ac domina exiſtit. Et inſuper: exhalatio ab imo ſurſum verſus recta linea fertur / cunctaq; plus roboris habent cū in propinquo ſunt. At ortus prin-

Vatablus

cipiũ/ ad terrã referri debere: in aperto eſt. Porro flatuũ initia multis exhalationibus ſenſim coeũtibus exultare/ quomodo amnium fontes terra humorẽ ſtillante fiũt: experientia quoq; ipſa cõſtat. Oẽs enĩ vẽti: ibi minimi ſunt/ vnde ſinguli ſpirare cœperint. At vbi lõgius ſe protraxerint: ingenui venire ſolẽt. Præterea: regio quæ ſeptentrionibus ſubdita eſt/ per hyemem trãquillatur/ nec vllũ flatũ ſentit. At quod paulatim expirat atq; eo dẽ illo in loco latet: id vbi p̃terijt/ iam ſpiritus euadit illuſtris. Igitur natura venti quænã ſit/ & quo pacto oriatur/ tum etiam de ſqualore & imbriũ abũdantia/ item quã ob cauſã poſt imbreis flatus & ſurgant & ſternãtur/ & cur Aquilo & Auſter ſæpiſſime ſpirẽt/ adhæc de vẽtorũ curſu: dictũ iã eſt. CAP. V.

QVorro ſol: & cõprimit & excitat flatus. Etenim exhalationes cũ imbecillæ ſunt atque paruæ/ tabefacit: & ampliore ſuo calore/ earũ calorem qui minor eſt/ diſcernit atq; diſſipat. Adde quod terram prius aſſiccat q̃ ſecretio vniuerſa orta ſit: haud aliter ac magnus ignis paruum cremabile/ ſi quod inciderit/ ante quam fumum ædat/ deurit. Ob has igitur cauſas: non minus ſol flatus compeſcere/ quam quo minus ab initio oriantur obſiſtere ſolet. nã quia halitus emacerat/ vẽtos ponere facit: quia celeriter terrã afficcat/ fieri prohibet. Quapꝑpter circa Orionis exortũ/ & ab eo vſq; ad Anniuerſarios & Præuios: aer maxime cõſileſcit. Ad ſũmã: vẽti tranquillitas duabus de cauſis prouenire ſolet. Nam: aut quia exhalatio frigoris beneficio extinguitur (vt fit cũ validum gelu coortũ eſt) aut quia æſtus opera elangueſcit. Medijs autem temporibus creberrime cœlum a ſpiritu ſilet: aut quia nondum quicquam exhalat/ aut quia halitus iam abijt necdum alius affluit. At Orion: & cum oritur & cũ occidit/ incertus ac difficilis eſſe propterea videtur/ quod eius exortus & occaſus tum cum tempora euaTral. ve. ex græ. recog.

onis autẽ principiũ: palã q̃ ex terra eſt. Q̃z autẽ multis exhalationibus cõueniẽtibus ſecũdũ modicũ/ ſicut fluuiorũ principia fiunt humorẽ manãte terra: palã eſt & in operibus. vnde enĩ ſingulatim flãt: minimi omnes ſũt. procedẽtes autẽ & lõge: validi flant. Adhuc autẽ: & quę circa arctum in hyeme trãquilla ſunt/ & ſine flatu. ſed ſecundũ illũ ipſũ locũ q̃d ſecũdũ modicũ vlterius flat & latet: extra procedẽs iã ſpiritus fit inſignis. Quę igitur eſt venti natura/ & quomodo fit/ adhuc autem de ſiccitate & de imbroſitate/ & propter quã cauſã & ceſſant & fiunt poſt ibres/ & propter q̃d Boreę et Noti plurimi vẽtorũ ſunt: dictũ eſt. adhęc autẽ: et de latione ipſorũ. CAP. V.

SOl autẽ: & ceſſare facit & cõmouet ſpiritus. Debiles enĩ & paucas exiſtẽtes exhalationes/ exterminat: & ampliori caſido illud q̃d in exhalatione minus exiſtit/ diſgregat. Adhuc autẽ ipſã terrã prẽuenit exſiccare ante q̃ facta fuerit multa ſimul cõgregatio: ſicut ſi in multum ignẽ inciderit modicũ exuſtibile/ præuenit ſæpe ante q̃ fumũ faciat/ exuſtũ eſſe. Propter has igitur cauſas ceſſare facit vẽtos/ & a principio fieri prohibet: cõſumptione quidẽ ceſſare faciẽs/ celeritate autẽ ſiccitatis fieri prohibens. Quapropter & circa Orionis ortũ/ maxime fit tranquillitas: & vſq; ad Eteſias et Prodromos. Vniuerſaliter autẽ fiũt trãquillitates: propter duas cauſas. aut enĩ propter frigus extincta exhalatione/ veluti cum fuerit gelu forte: aut marcefacta a ſuffocatione. Plurimę autẽ & in intermedijs tẽporibus: aut eo q̃ nõdum facta ſit exhalatio/ aut eo q̃ iã p̃terijt exhalatio & alia nõdũ aduenit. Indiſcretus autẽ & difficilis Orion eſſe videt & occũbẽs & oriẽs: qa in p̃ 18 Orion

Tral.ve.ex græ.recog.

mutatione temporis accidit occaſus & ortus/ eſtate aut hyeme. & propter magnitudinem aſtri: dierum fit pluralitas. Permutationes autem omnium: turbatione plenæ ſunt/ propter indeterminationem.

19 ¶ Eteſiæ autē flant: poſt conuerſiones & Canis ortū. & neq; tunc quādo maxime prope fuerit ſol: neq; quando longe. & diebus quidem flant: noctibus autem ceſſant. Cauſa autem eſt: quia prope quidē exiſtens/ præuenit exſiccare ante q̄ fiat exhalatio. Cū autem abſceſſerit modicum/ mediocris iam fit caliditas. adeo vt congelatæ aquę liqueſcant: & terra exſiccata & a propria caliditate et ab ea quę ſolis eſt/ quaſi ardeſcant & exhalent. Nocte autē deficiūt: quia congelata liqueſcere deſiſtūt/ propter frigiditatē noctiū. Exhalat autem neq; quod cōgelatū eſt/ neq; qđ nichil habet ſiccū: ſed cū habeat ſiccū humiditatē/ hoc calefactū exhalat. Dubitāt autē quidā ꝓpter quid Boreę quidē fiūt continui/ quos vocamus Eteſias/ poſt eſtiuales conuerſiones: Noti autem ſic nō fiūt poſt hyemales. Habet autē: nō irrationabiliter. fiūt enī vocati Leuconoti/ oppoſito tēpore: nō ſic autē fiūt cōtinui. Quapropter: latētes faciūt inquirere. Cauſa autē eſt: quia Boreas quidē a locis quę ſub arcto flat/ quę plena aqua & niue ſunt multa/ quibus liquefactis a ſole poſt eſtiuales cōuerſiones/ magis q̄ in ipſis flāt Eteſię. Sic enī & ſuffocationes fiūt: nō cū maxime appropinquauerit ad arctum/ ſed cū calefecerit ampliori tēpore/ adhuc autē prope. Similiter autē: & poſt hyemales cōuerſiones flāt Ornithię. etenim hi/ Eteſię ſunt debiles: minores autē & tardiores Eteſijs flant. ſeptuageſimo enī die incipiūt flare: propterea q̄ longe exiſtens ſol inualeſcit minus. Non continui autem ſimiliter flant: quia quæ in ſuperficie

Vatablus

riant commutanturq;/ ille æſtate/ hic hyeme/ accidāt. Idq; propter ſyderis magnitudinē: diebus edurat pluribus. Omniū autē mutationes: turbulētæ propter varietatē exiſtūt. ¶ At Anniuerſarii: poſt ſolſtitiū & Caniculę exortū/ & nō tū cū ſol maxime accedit receditve/ aſpirare ſolent. atq; interdiu ſpirāt: noctu deſiſtūt. Cauſa: q̄ ſol cū proxime eſt/ terrā prius afficcat q̄ vt vlla oriatur exhalatio. At cum paululū receſſit: iā modicus exultat calor. adeo vt cōglaciatæ aquę deliqueāt: & dū terra cū ſuo tū ſolis calore inareſcit/ in quendā veluti fumū & exhalationē tranſeāt. Noctu vero deſinūt flare: quoniā tū congelata omnia liquefieri ceſſant/ propter noctiū frigus. Cæterum nec id quod gelu induratum eſt/ nec id quod ſiccitatis habet nihil exhalat: ſed quod cum ſiccitate coniunctam obtinet humiditatē/ id cum recaleſcit anhelitū reddere ſolet. Nonnulli autē addubitāt quā ob rē Aquilones cōſtantius perflant poſt æſtiuū ſolſtitium/ quos Eteſias (id eſt Anniuerſarios) vocant: Auſtri vero poſt hybernū nequaq̄. Hoc autē: minime alienū a ratione eſt. nā tēpore oppoſito appellati Leuconoti fiunt: nō tamen adeo cōtinui. Iccirco latentes: occaſionem præbent inquirēdi. Cauſa: quod Aquilo a locis ſub ſeptētrionibus poſitis veniat quæ aquarum & niuis copioſæ plena ſunt/ quibus a ſole colliquatis poſt æſtiuum ſolſtitium potius quā in ipſo ſolſtitio Anniuerſarij flare ſoliti ſunt. Nam & ipſi quoq; æſtus ita fieri ſolent: nō cū ſol proxime ad ſeptētriones accedit/ ſed cum diutius concalefecit & adhuc in propinquo eſt. Pari etiam modo Auiculares (quos Græci Ornithias ab aduētu auiū vocāt) poſt hybernū æquinoctium ſpirare ſoliti fūt. hi enim/ Anniuerſarij ibecilli ſunt: minores tamē atq; tardius q̄ Anniuerſarij flare ſolēt. nā ſeptuageſimo die aſpirare incipiunt: propterea q̄ ſol cum procul abeſt/ roboris minus habeat. Non autē ſimiliter continui perflāt: quoniam quæ in ſumma telluris parte

Vatablus

iacent imbecillaq; ſunt/ ea per id tẽpus ſecerni atq; erui ſolẽt. quæ vero magis cõglaciata ſunt: plus caloris deſyderant. Quãobrẽ: hi intermittendo flare tantiſper ſoliti ſunt/ quoad rurſum Anniuerſarij in ſolſtitio æſtatis ſpirent. quandoquidẽ: ab eo tẽpore ſem per vẽtus q̃ maxime cõſtãter flare ſolet. ¶ Auſter autẽ: ab æſtiuo ſolſtitio/ & nõ ab altera vrſa ſpirat. Nã cum terræ habitabilis ſegmẽta duo ſint/ et altera ad ſublimiorẽ verticẽ qui apud nos eſt/ altera ad alterũ & meridiẽ poſita ſit/ atq; tympani ſpeciẽ præferat: talẽ ꝓfecto terrę figurã lineæ a cẽtro ipſius ductæ diſſecãt/ atq; turbines duos efficiũt/ quorũ alter apud tropicũ/ alter apud ſemper conſpectũ verticẽ baſin/ ſed vterq; in meditullio terrę mucronẽ/ obtinet. Eodẽ pacto: ad inferiorẽ verticem/ alij duo turbines telluris diſſectiones faciunt. Hæ autẽ: inhabitari ſolę queunt. Nec fieri poteſt: vt quiſq̃ vltra ſolſtitium incolat. non enim in ſeptentrionem vmbræ iacerentur. nunc autẽ loca prius inhabitabilia redduntur: q̃ aut abſumãtur vmbræ/ aut mutent ſemet in meridiem. Pars autem orbis ſeptẽtrionibus ſubdita: præ rigore habitari nequit. Fertur etiam Corona quoq; ipſa: circa huncce locũ. nã nobis ſupra verticẽ eſſe videtur: cũ ad meridiei lineã peruenit. Quo fit etiã: vt hoc tẽpore telluris ambitus ridicule depingant. Nã parti orbis terrarũ habitatæ: figurã tribuũt orbicularẽ. At hoc fieri non poſſe: ratione pariter atq; experientia cognitũ. Nã ꝓ in latitudinẽ definita ſit/ circulũ tamẽ cõtinentẽ præferre per temperiẽ queat: tũ ratio ipſa cõmõſtrat (quippe cũ nõ per lõgitudinẽ/ ſed in latũ nimio rigore atq; incẽdio p̃matur. adeo vt niſi mare nõnuſq̃ loci prohibeat: peruia tota ſit) tum ea quę circa nauigationes & itinera videmus. Nam longitudo: a latitudine haud parum differt. qđ enim a colũnis Herculis ad terrã Indicã vſq; porrigitur: eo quod ab Aethiopia ad Mæotin vſque

Tral. ve. ex græ. recog.

& debilia/ tunc ſegregantur. magis autẽ congelata: ampliori indigent caliditate. Quapropter interpollantes iſti flant: donec ſub conuerſionibus iterũ ęſtiualibus flauerint Eteſię/ quoniã vult q̃ maxime cõtinue hinc ſẽper flare ventus. ¶ Auſter autẽ: ab ęſtiua verſione flat/ & non ab altera vrſa. Duabus enim exiſtẽtibus deciſionibus poſſibilis habitari regionis/ hac quidem ad ſuperiorem polũ qui ſecundũ nos eſt/ hac autẽ ad alterum & ad meridiem/ & exiſtente velut tympano: talem vtiq; figuram terræ excidunt ex centro ipſius ductæ/ & faciunt duos conos. hũc quidem/ habentem baſin tropicum: hunc autẽ/ ſemper manifeſtũ. verticẽ autem: in medio terrę. Eodem autem modo ad inferiorem polum: alij duo coni/ terrę exciſiones faciunt. Hę autem: habitari ſolæ poſſibiles. Et neque vltra verſiones. vmbra enim: non vtiq; eſſet ad arctum. nunc autem inhabitabilia prius fiunt loca: quam ſubdeficiat/ aut permutetur vmbra ad meridiem. Quæ autẽ ſub vrſa: a frigore inhabitabilia. Fertur autem & Corona: ſecundum hunc locum. videtur enim ſuper caput eſſe nobis: cũ fuerit ſecundum meridianum. Quapropter: & ridicule deſcribunt nunc periodos terræ. deſcribunt enim circularem: habitatã. Hoc autem eſt impoſſibile: & ſecundum apparentia/ & ſecundum rationem. Nam & ratio oſtendit: ꝓ ad latitudinem quidem determinata eſt/ circulariter autem copulari contingit propter temperaturã (nõ enim excedunt ęſtus & frigus ſecundum longitudinem: ſed ad latitudinem. Quare/ niſi alicubi prohibet maris multitudo: totum eſt perambulabile) & apparentia circa nauigationes & itinera. multum enim longitudo differt: a latitudine. quod enim eſt ab Herculeis columnis vſque ad Indicam: eo quod eſt ex Aethiopia ad Mæotin

Columnæ Herculis
India
Aethiopia
Mæotis

Cap. 5 6

Tral.ve.ex græ.recog.

& extrema Scythiæ loca/plus eſt quam quinque ad tria ſecundum magnitudi= nem / ſi quis & nauigationes ratiocine= tur & vias/ quantum contingit accipere talium certitudines. Et quidem ad lati= tudinem : vſque ad inhabitabilia ſcimus habitatã.hic enī/propter frigus non am= plius habitãt:hic autem/ propter æſtum. Quæ autẽ extra Indicam ſunt & colum nas Herculeas : propter mare non viden tur colonari/ vt cõtinua ſit omnis habita= bilis. Quoniã autẽ ſimiliter ſe habere ne= ceſſe eſt locũ quendã ad alterum polum/ ſicut quẽ nos habitamus ad eũ qui eſt ſu pra nos: palã eſt q̄ ꝓportionaliter ſe ha= bebũt & alia & vẽtorũ cõſtitutio. Quare quẽadmodum hic Boreas eſt: ſic & illis ab illa quæ ibi eſt vrſa aliquis ventus exi= ſtit/ quem nichil poſſibile eſt pertingere huc , quoniam neq; Boreas iſte : in eam quæ hic eſt habitatam omnem flat.eſt e= nim velut Apogeios : ſpiritus Borealis . Sed quia habitatio iſta ad arctũ eſt po= ſita: plurimi Boreæ flãt.tamen & hic de= ficit: & nõ poteſt longe peruenire . Quo= niam circa quod extra Libyam eſt ma= re auſtrale: quemadmodum hic Boreę et Auſtri flant/ ſic ibi Euri & Zephyri ſuc= cedẽtes cõtinui ſemper flãt. Q̄ igitur Au ſter non eſt ab altero polo flans ventus: manifeſtum eſt. quoniã : neq; ille ab hy= emali verſione. oportebit enim vtiq;:aliũ ab ęſtiuali eſſe verſione. ſic enī: proporti= onale aſſignabit. nũc autem nõ eſt . vnus enim ſolus:videtur flãs ex ijs quę inde lo cis. Quare neceſſe ab exuſto loco flãtẽ vẽ tũ: eſſe Auſtrũ. Ille autẽ locus : propter ſolis vicinitatem non habet aquas neq; paſcua/ quę propter liquefactionẽ facient Eteſias . Sed quia multo maior eſt lo= cus ille & expaſſus: maior & amplior & magis vrens ventus eſt Auſter Borea/ & pertingit magis huc q̄ iſte illuc. Quę igi tur cauſa eſt horũ vẽtorum/ & quomodo

India

Columnæ Herculis

Africa

Mare Au= ſtrale

Vatablus

& extremas Scythię parteis per= tingit / maius q̄ quiq; ad tria eſt/ ſi quis tã nauigationes q̄ vias / quatenus taliũ certitudo ſumi po teſt/ metiri velit. Atqui partẽ or= bis terræ habitatã:in latũ ad loca vſq; inhabitata exploratã habe= mus. Nam hic/ præ frigore: illic præ ęſtu/ habitari prę̃terea neq̃t. Quæ vero vltra Indiã & colũnas Herculis iacẽt: coniungi perinde quaſi cõtinens foret tota telluris habitatæ portio/ haudquaq̄ vidẽ tur . Cũ autẽ neceſſe ſit vt locus quidã ad alterũ polũ ſimiliter ſe= ſe habeat/ atq; is quẽ incolimus ad eũ qui ſupra nos eſt: cõſtat q̄ vt cætera alia/ ita ſpirituũ quoq; ſtatio / proportione reſpondebit. Quare quẽadmodũ nobis Aqui= lo : ſic & illis vẽtus quidã ab ea q̄ inibi eſt vrſa ſpirat/quem huc penetrare haudquaq̄ poſſibile eſt. quãdo ne iſte quidẽ Aquilo : totã quæ apud nos eſt partẽ orbis ter= rarũ habitatã/peruadat. Aquilo= nius nãq; flatus:ceu abterraneus eſt. At quia hæc habitatio ad ſe= ptẽtriones poſita eſt:ideo Aquilo frequẽtiſſime ſpirat / ſed tamẽ & apud nos deficit/ & progredi lõ= ge nõ poteſt . Quãdoquidẽ circa mare Auſtrale/ qđ vltra Africã ia cet: vt hic Aqlo & Auſter ſpirãt/ ſic illic Vulturnus & Fauonius vi ciſſim abſq; itercapedine ſemper flare ſolẽt. Itaq; Auſtrũ ab altero polo nõ venire: apertũ eſt. quan= do:ne ipſe quidẽ ab hyberno ſol= ſtitio ſpiret. nã:aliũ ab æſtiuo ve nire oporteret . ſic enī proportio= nis ratio: redderet. Nũc autem: inde nullus aſpirat . ſolus enī ve= nus:ſpirare ex illis locis videtur. Quare neceſſario fit:vt vẽtus qui ab exuſta terrarum parte ſpirat/ Auſter ſit. Locus autẽ ille: ꝓpter ſolis viciniã/ nullũ habet humo= rẽ aut pabulũ qđ p liquefactionẽ flatus anniuerſarios cõmittat. Ve rum quia multo amplior exiſtit / atque longe lateq; patet: Auſter vehementior/ crebrior/ & magis æſtuoſus q̄ Aquilo eſt. atque ille/ huc magis: q̄ hic illuc/ penetrare ſolet. Quęnã igitur Auſtri & Aqui lonis cauſa ſit / & quonam pacto

Vatablus

ſeſe alteruter ad alterum habeant: dictum eſt. CAP. VI.

DE ventorum autem ſitu/ qui quibus aduerſentur/ quos ſimul flare contingat & quos non / tum etiam qui & quot ſint / adhæc de cæteris affectibus q in Problematis particularibus dicti non ſunt: nũc agẽdum. Situs rationem: ex deſcriptione cõtemplari oportet. Deſcribatur igitur vt res ipſa clarior euadat: horizon circulus / & proinde rotundus. Intelligẽdũ autẽ eſt: alterum ipſius ſegmentum quod ſub nobis eſt/ habitari. nam & id ipſum: ad eundem diuidere modum licebit. Supponatur autem primo/ quæ plurimũ diſtant loco / loco contraria eſſe: quomodo quæ ſpecie plurimũ diſtãt/ ſpecie cõtraria ſunt. Diſtant autem plurimum loco: quæ per dimetientẽ lineam e regione poſita ſunt. Sit igitur A/ occidens æquinoctialis: B vero ei ex aduerſo reſpondens/ oriẽs æquinoctialis. Sitq; alia diameter quę hãc ad rectos ſecet ãgulos: cuius pars altera quæ eſt G ſit vrſa/ altera e regione aduerſa q̃ eſt H meridies. Item F/ æſtiuus exortus: E/ æſtiuus occaſus. Porro D / hybernus exortus: C / hybernus occaſus. Ducatur autem diameter ab F / ad C: item a D / ad E. Cum igitur quæ plurimum diſtant loco cõtraria loco ſint/ plurimũ autem diſtãt quæ per diametrum: neceſſario fit vt flatuum hi inter ſe contrarij ſint / quicunq; per diametrum diſpoſiti ſunt. Flatus autẽ ipſi: iuxta locorum poſitum vocari hoc pacto ſolent. ab A: Fauonius. nam A: occidens æquinoctialis exiſtit. a B: Subſolanus/ huic contrarius. nam B: oriens æquinoctialis eſt. a G: Aquilo & Septentrio. quippe cum: hac in parte vrſa ſit. ab H: Auſter/ huic contrarius. nã & vnde ſpirat meridies eſt/ & H & G cõtraria ſũt/ cũ p diametrũ diſtẽt.

Tral. ve. ex græ. recog.

ſe habẽt adinuicẽ: dictũ eſt. CAP. VI.

DE poſitione autẽ ipſorũ/ & qui quibus cõtrarij ſint/ & quos ſimul flare contingat & quos nõ / adhuc autem qui & quot ſint exiſtentes/ et adhęc de alijs paſſionibus quaſcũq; nõ cõtigit dictas eſſe in Problematibus particularibus: nũc dicamus. Oportet autẽ: de poſitione ſimul rationes ex deſcriptione cõſiderare. Deſcriptus ſit igitur/ vt magis inſigniter habeat: horizontis circulus. quapropter et rotũdus. Oportet autẽ itel ligere ipſius alterã deciſionẽ quę ſub nobis: habitatã. erit enĩ: & illã diuidere eodẽ modo. Supponatur autem primo / cõtraria ſecundũ locũ eſſe/ plurimũ diſtantia ſecundũ locũ: ſicut ſecundũ ſpeciẽ contraria/ plurimũ diſtãtia ſecundũ ſpeciem. plurimũ autẽ diſtãt ſecundũ locũ: poſita cõtra ſeinuicẽ ſecundũ diametrũ. Sit igitur in quo A: occidẽs ęquinoctialis. contrarius autẽ huic locus in quo B: oriens ęquinoctialis. Alia autẽ diameter hãc ad rectũ incidẽs / cuius id in quo G / ſit vrſa: huic autẽ cõtrariũ ex oppoſito id in quo H/ meridies. Id autẽ in quo F: oriẽs ęſtiualis. id autẽ in quo E: occidens ęſtiualis. Id autẽ in quo D: oriẽs hyemalis. id autẽ in quo C: occidẽs hyemalis. Ab F autem ducatur diameter ad C: & a D / ad E. Quoniã igitur plurimũ diſtãtia ſcđm locũ cõtraria ſunt ſecundũ locũ / plurimũ autẽ diſtãt quę ſecũdũ diametrũ: neceſſariũ eſt & vẽtorũ hos inuicẽ cõtrarios eſſe quicũq; ſecũdũ diametrũ ſũt. Vocãtur autẽ ſecũdũ poſitionẽ locorũ/ vẽti: ſic. Zephyrus quidem: ab A. hoc enim: eſt occidẽs ęquinoctialis. Cõtrarius autẽ huic Apeliotes: a B. hoc enĩ: eſt oriẽs ęquinoctialis. Boreas autẽ & Aparctias: a G. hic enĩ: vrſa. Cõtrarius autẽ huic Auſter: ab H. meridies enĩ hęc eſt a qua flat: & H ipſi G contrariũ eſt. ſecundũ diametrũ enim.

Tral.ve.ex græ.recog.

ab F autem: Cęcias. hic enī: oriens æſtiualis eſt. Cōtrarius autem eſt: non qui flat ab E / ſed qui a C / Libs. iſte enim: ab occidēte hyemali flat. contrarius autē huic. ſecūdū diametrū enī ponitur. a D autē: Eurus. iſte enī ab oriente hyemali flat / vicinus exiſtēs Noto. Quapropter: & ſæpe Euronoti dicūtur flare. Contrarius autē eſt huic: non qui a C / Libs / ſed qui ab E / quem vocant hi quidem Argeſten / hi autem Olympian / hi autem Scirona. iſte enim ab occidente æſtiuali flat: & ſecundum diametrum ipſi opponitur ſolus. Hi igitur: ſecundum diametrum poſiti vēti / & quibus ſunt cōtrarij.

Vatablus

ab F: Cæcias. nā F: æſtiuus exortus exiſtit. Cōtrarius aūt ei eſt: nō qui ab E ſpirat / ſed q a C / nē pe Africus. nā Africus: ab occaſu brumali mittitur. hic autē illi cōtrarius eſt. nā ab eo per diametrum diſtat. a D: Vulturnus. qppe qui: ab exortu brumali venit / atq; Auſtro vicinus eſt. Ob idq; ſępenumero Euronoti aſpirare dicūtur. Huic autē aduerſat: nō qui a C / nomine Africus / ſed q ab E ſpirare ſolet / quē alij Argeſtē / Olympiā alij / alij Scirona vocāt. hic enī ab occaſu æſtiuo adflat: & ſolus Vulturno per diametrū reſpōdet. Igitur vēti / tū qui p diametrū diſpoſiti ſūt / tū qui contrarios obtinent: hi ſunt.



Alij autē ſunt: ſecundū quos nō ſunt cōtrarij vēti. ab I enī: quē vocāt Thraſciā. iſte enim: medius eſt Argeſtæ & Aparctiæ. a K autē: quē vocāt Meſen. iſte enim: medius eſt Cęciæ & Aparctię. Diameter autē K: vult quidē ſecūdū ſēper apparentem eſſe / nō certitudinat autē.

Sunt itē alij: quibus cōtrarij flatus nulli ſūt. ab I: quē Thraſciā nūcupāt. is enī: media regione inter Corū & Septētrionē ſpirat. a K: quē Meſen vocant. hic enī: inter Septentrionē & Cæciā eſt. Cæterum diameter K: iuxta polū ſemper cōſpectum eſſe ſolet / non tamen exacte ſub eo exiſtit.

Vatablus

His autem flatibus contrarij nulli sunt / Mesæ videlicet (nam a pũcto M: spiraret aliquis . id enim: per diametrum distat) atq; Thrasciæ. flaret enim a puncto N. quippe cum id : ex aduerso respõdeat. Nisi ab eo pũcto veniat/ & non longe progrediatur vẽtus aliquis: quẽ accolæ Phœnician vocant. Venti igitur principalissimi definitiq: hi sũt/atq; hoc digeri ordine assolent.

Tral.ve.ex græ.recog.

Contrarij autẽ nõ sunt his ventis/ neq; Mesæ (flaret enim vtiq; aliquis: ab eo in quo M. hoc enim: est secundum diametrum) neq; ipsi I/ Thrasciæ. flaret enim vtiq; ab N. hoc enim signum: secũdum diametrum est. Si non ab ipso & ad modicum/ flat quidã ventus: quẽ vocant qui circa locũ illum sunt/ Phœnician. Principalissimi igitur & determinati vẽti: hi sunt/ & hoc ordinati sunt modo.



Cap. 6

Tral.ve.ex græ.recog.

Qz autem ſint plures venti a locis ad arctum quam ab iis qui ad meridiem / cauſa eſt: habitabilem ſupponi ad hunc locū. & quia multo amplior aqua & nix repellitur in hanc partem / quia illa ſub ſole ſunt & illius latione: quibus liqueſactis in terram & caleſactis a ſole & terra/ neceſſarium eſt ampliorem & ad maiorem locum fieri exhalationem propter hanc cauſam. Sunt autem dictorū ventorū: Boreas quidē/ & Aparctias principaliſſime & Thraſcias & Meſes. Cęcias autem: communis Apeliotę & Boreę. Auſter autē: & ithagenes qui a meridie & Libs. Apeliotes autē: qui ab oriēte æquinoctiali & Eurus. Phœnicias autem: communis. Zephyrus autem: & ithagenes & Argeſtes vocatus. Vniuerſaliter autē horū: hi quidē boreales vocātur/ hi autem auſtrales. apponuntur autem Zephyrici quidē: Boreæ. frigidiores enī ſunt: quia ab occidēte flant. Noto autem: Apeliotici. calidiores enim ſunt: quia ab oriente flāt. Determinatis igitur frigido & calido & æſtuoſo vētis: ſic vocauerūt. Calidiores autē ſūt qui ab oriente: iis qui ab occidente. quoniam pluri tempore ſub ſole ſunt / qui ab oriente: eos autem qui ab occidente/ derelinquit citius/ & appropiquat loco tardius.

22 ¶ Sic autem ordinatis ventis: manifeſtum eſt q ſimul flare cōtrarios quidem nō eſt poſſibile. ſecundum enim diametrū. alter igitur ceſſabit: violentiam paſſus. Non ſic autem poſitos adinuicē: nichil prohibet / puta F & D. & propter hoc: ſimul flant aliquando ambo ourij ad idem ſignum / non ex eodem/ neq eodem ſpiritu. Secundum autem tempora contraria: contrarij maxime flant. Puta/circa æquinoctiū vernale/ Cæcias & totaliter qui vltra tropicū æſtiualem: circa autumnalem autem / Libs. Circa verſiones autē ęſtiuales/ Zephyrus: cir-

Vatablus

Cur autem a ſeptentrionali plaga plures vēti q̄ de partibus meridianis prodeant / cauſa eſt: q̄ pars orbis terræ habitata ad ſeptētriones poſita eſt. q̄q̄ in eam partē plus aquarū & niuis / q̄ in auſtrinā/ ꝓpterea q̄ hęc ſub ſole atq; eius curſu iacet/depellitur: quibus in terrā liqueſcētibus et a ſole ac terra incaleſcentibus/ neceſſario accidit vt exhalatio amplior & quæ latius diffundi queat/ hac eadem de cauſa oriatur. Sunt autem e flatibus quos iam diximus / Septentrio proprijſſime & Thraſcias & Meſes: Aquilo. Cæcias vero: Subſolani & Aquilonis communis habetur. Qui a meridie ſpirat & Africus: Auſter. Qui ab æquinoctiali exortu mittitur atq; Vulturnus: Subſolanus. Phœnicias vero: cōmuniter ad Subſolanū & Auſtrū ptinet. Qui ab occaſu/ & is quē Græci Argeſten noſtri Corū vocāt: Fauonius. Omnino autē ex hiſce: alij Aquilonij/ Auſtrini alij nūcupari ſolent. Fauoniani: Aquiloni tribuūtur. frigidiuſculi enim ſunt: q̄ ab occaſu veniant. Subſolanij: Auſtro. nā calidiuſculi ſunt: propterea q̄ ab exortu aſpirāt. Sūpta igitur a frigore & calore ac æſtu differētia: ſpiritus ad hunc nominarūt modum. Ab ortu autem flantes: calidiores ſunt ab occaſu flantibus. quia ſol diutius ſupra illos fertur: hos vero citius deſerit/ tardiuſque eum ad locum accedit. ¶ Vētis hūc in modū diſpoſitis: cōſtat fieri nō poſſe vt aduerſi ſimul ſpirent. nam per dimetientē diſtant. alter igitur: alterius vi preſſus / ceſſabit. At qui non ita frōte aduerſa poſiti ſunt: eos ſimul flare nihil obſtat / vt F & D. Atq; ob id: nōnunq̄ ſecundi ambo ad idē ſignū ſimul flare/ nō eodē ex loco/ nec flatu eodē/ ſolēt. Porro: cōtrariis tēporibus flatus cōtrarii maxime ſpirant. Verbi cauſa / circa æquinoctiū vernū/ Cęcias & omnino qui vltra æſtiuū ſolſtitiū collocati ſūt: circa autumnale/ Africus. Itē circa ſolſtitiū æſtiuū/ Fauonius: cir-

Vatablus

ca hybernũ/Vulturnus.Incidunt autẽ in alios maxime atq; compe ſcunt: Septẽtrio Thraſcias & Co rus/propterea q; e propinquo ve niunt. Quinetiam: hi omniũ ma xime crebri ac validi ſpirare ſo= lẽt/& proinde inter reliquos ma xime liquidi & illuſtres exiſtunt. Nã cũ deprope maxime ſpirent: vi ſua reliquos flatus ſternũt / & diſcuſſis nubibus quæ coaleſcere cœperant cœlũ ſudũ apertumq; reddũt. Niſi forte: etiam impen dio frigidi ſint.tunc autem: ſere= ni nõ ſunt. Nam ſi frigidi magis q̃ vehemẽtes fuerit: prius nubes gelu indurant / quam vt eas re= pellere poſſint. At Cæcias: ſere= nus nõ eſt/q; in ſe reflectatur. vn de:& illud prouerbium dici ſolet. Vt Cæcias nubem:perinde ad ſe trahens. Porro pro ſolis diſcurſu viciſſitudo ſpirituũ agi/ipſis in ſi bi proximos trãſeũtibus/ aſſolet: propterea q; id quod primordio cõtiguũ eſt/mouetur a ſole potiſ= ſimũ. Initiũ vero flatuum: vt ſol ambit. Flatus autẽ contrarij: aut idem / aut contrarium efficiunt. verbi gratia. Humidi:Africus et Cęcias quem aliqui vocãt Helleſ pontian.Sicci: Corus & Vultur= nus quem Subſolanum.hic:in= ter initia ſiccus eſt/ ad poſtremũ aquam mittit.Niualis:Meſes/ & Septẽtrio maxime.nam hi:frigi= diſſimi ſunt. Grandines Septen= trio importat:& Thraſcias/& Co rus. Aeſtuoſi: Auſter / Fauonius & Vulturnus. Nubibus obducũt cœlũ:denſioribus Cæcias/ rariuſ= culis Africus. Cæcias: quia & in ſe reciprocatur ac redit / & Aqlo= nis & Vulturni cõmunis eſt. Qua re:quia algidus eſt/vaporẽ com= pingendo/nubes cõſtituit.qa ve ro ratione loci Subſolanius eſt: multum materiæ ac vaporis quẽ ppellat habet. Sereni: Septen= trio / Thraſcias & Corus. Cau= ſa: dicta prius eſt. Fulgura præ cæteris aduehunt: & hi quos di= ximus/& Meſes. Nã quia haud= quaquam delonge veniunt: frigidi ſunt. frigoris autem opera: fulgur gignitur. coeuntibus ſiqui dem nubibus: excerni aſſolet.

Tral.ve.ex græ.recog.

ca hyemales autẽ: Eurus. Incidunt au= tẽ aliis maxime & ceſſare faciũt/ Apar= ctiæ & Thraſciæ & Argeſtæ: propter= ea q; maxime deprope impetus ipſorũ eſt. Crebriq; & fortes fiãt: maxime iſti. Quapropter: & ſereniſſimi ſunt vento= rum. flantes enim deprope maxime: repellentes alios ventos ceſſare faci= unt / & eflantes conſiſtentes nubes fa= ciunt ſerenitatẽ. Niſi frigidi vehemẽter fuerint ſimul exiſtentes. tunc autem: nõ ſunt ſereni.Si enim fuerint magis frigidi q̃ magni: præueniũt/ante coagulãtes q̃ propellentes. Cæcias autẽ non eſt ſere= nus:quia reflectitur in ſeipſum. vnde et dicitur prouerbiũ. Trahẽs ad ſeipſũ: vt Cæcias nubẽ. Gyrationes autem fiunt/ ipſis ceſſãtibus in cõtiguos/ſecũdũ ſolis tranſlationẽ: quia mouetur maxime/ cõ tiguũ principio. principiũ autẽ vẽtorũ: ſic mouetur vt ſol. Cõtrarij autẽ:aut idẽ faciunt/ aut cõtrariũ.puta/humidi:Libs & Cæcias quẽ Helleſpontian quidam vocant.Sicci autem: Argeſtes & Eurus quem Apelioten. a principio autem iſte ſiccus eſt: deſinens autem aquoſus. Ni= uoſus autẽ: Meſes/ & Aparctias maxi= me. iſti enim:frigidiſſimi ſunt. Grandi= noſus autẽ: Aparctias/& Thraſcias/ & Argeſtes. Aeſtuoſus autem: Auſter/ & Zephyrus/& Eurus.Nubibus autẽ cõ= dẽſãt cœlũ: Cęcias quidẽ valde/Libs au tẽ rarius. Cæcias quidẽ: propterea q; re flectitur ad ſeipſum/& quia cõmunis eſt Boreę et Euro.Quare: quia frigidus eſt coagulãs vaporizãtẽ aerẽ/nubes cõſtare facit.quia autẽ loco Apelioticus eſt:ha= bet multã materiã & vaporẽ quẽ propel lit.Sereni autẽ ſũt: Aparctias/Thraſci= as/Argeſtes. cauſa autẽ:dicta eſt prius. Coruſcationes autẽ faciũt maxime: & hi & Meſes.quia eni deprope fiãt: frigi di ſunt.propter frigidũ autẽ: fulguratio fit.ſegregatur eni: cõſtantibus nubibus.

Cap. 6 7

Tral.ve.ex græ.recog.

Quapropter: & quidam horum eorundem grandinoſi ſunt. cito enim coagulant. Ecnephiæ autem fiũt: autũno quidẽ maxime/ deinde vere/ & maxime Aparctias & Thraſcias & Argeſtes. Cauſa autem eſt: quia Ecnephiæ fiunt maxime/ quando alijs flantibus incidunt alij. iſti autem: maxime incidunt alijs flãtibus. cauſa autẽ dicta eſt & huius: prius. Eteſiæ autẽ: gyrant/ habitãtibus circa Occidẽtem/ ex Aparctijs in Thraſcias/ Argeſtas/ & Zephyros (Aparctias enim: Zephyrus eſt) incipientes quidem ab vrſa/ terminãtes autẽ ad eos qui longe. His autem qui ad Orientem: gyrant vſq; ad Apelioten. De ventis igitur / & de ea quæ a principio generatione ipſorum & ſubſtãtia / & de accidentibus paſſionibus & communiter & circa vnumquẽq; tot nobis dicta ſint. CAP. VII.

23 DE agitatione autẽ & motu terræ: poſt hęc dicendũ eſt. cauſa enim huius paſſionis: contigua huic generi eſt. Sunt autem tradita vſq; ad præſens tempus/ tria: & a tribus. Anaxagoras enim Clazomenius/ & prius Anaximenes Mileſius enunciauerunt: & his poſterius Democritus Abderites. Anaxagoras igitur ait ætherem natum ferri ſurſum/ incidentem autem in inferiora terræ & concaua: mouere ipſam. quæ enim ſunt ſurſum: cõiungi propter imbres. quoniam: natura totã ſimiliter eſſe ſpongioſam. tanq̃ exiſtente hoc quidem ſurſum: hoc autẽ deorſum/ totius ſphęrę. & ſurſum quidem hac exiſtẽte parte in qua habitamus: deorſum autem altera. Ad hanc igitur cauſam: nichil forte oportet dicere/ tanq̃ valde ſimpliciter dictã. ſurſũ enim & deorſum putare ſic ſe habere / vt non ad terram quidem vndiq; ferantur grauitatẽ habentia corporũ/ ſurſum autem leuia/ &

Anaxagoras

Anaximenes

Democritꝰ

Anaxagoras

Vatablus

Quocirca: & ex hiſipſis nõnulli grãdinẽ afferũt. cito eni: in glacięm aquam vertũt. Procellæ autẽ (hoc eſt vẽti qui excuſſi nubibus ſęuiũt: Ecnephias Gręci vocãt) autumno maxime/ mox vere/ et præcipue Septentrio Thraſcias & Corus fieri ſolẽt. Cauſa vero: q; Procellę potiſſimũ fiunt/ cum alijs flãtibus vẽtis alij ingruunt. id quod: iſti maxime facere ſolẽt. cauſa etiã huiuſce rei: antea dicta eſt. Porro flatus Anniuerſarij (qui vocãtur a Gręcis Eteſię) tranſire apud Occidentalis plagę incolas ex Septẽtrionibus in Thraſcias Coros & Fauonios (Septẽtrio nãq; : Fauonius eſt) conſueuere/ incipientes ab vrſa/ deſinentes autem in eos qui longe abſunt. Apud Orientaleis: ad Subſolanum vſq; ambire ſolent. Sed de vẽtis & primaria eorũ generatione & eſſentia/ atq; affectibus tam priuatis q̃ cõmunibus: hactenus. CAP. VII.

DE concuſſione autẽ ac motu terræ: poſt hæc agendũ. nam huiuſce affectionis cauſa: huic eidẽ generi hæret. Quæ autem de eo ad hoc vſque temporis tradita ſunt: tria numero ſunt/ & a totidẽ auctoribus prodita. Nã Anaxagoras Clazomenius/ & ãte eũ Anaximenes Mileſius/ & poſt vtrunq; Democritus Abderita: de terræ motu diſſeruere. Anaxagoras igitur ætherẽ qui ſurſum ferri aptiſſimus eſt / dũ ſe in venas & cauernas terræ condit: motita re terrã affirmat. Nã ſuperas telluris partes/ coaleſcere imbrium beneficio: aſſerit. quandoquidẽ: natura totã ſimiliter fungoſam laxamq; eſſe terrã prædicat. perinde quaſi totius pilæ pars altera/ ſupera: altera/ infera ſit. ac ſupera/ in qua habitamus: infera/ altera. Verum aduerſus hãc cauſam tanq̃ parum admodũ conſiderate dictam : nihil dicere fortaſſe congruit. Nam ſtultum eſt: arbitrari ſurſum ac deorſum ita habere/ vt nõ corpora grauia ad terrã vndiq; ferantur/ & leuia ac

ignis: in superum cōcedant locū. idq; : cū cernamus circulū illum quo pars orbis terrarū habitata/ quanta nobis cognita est / definitur/ nobis locū ex loco mutātibus diuersum subinde fieri/quia terra gibbosa sit & in sphęræ faciē conglobetur. Dicere quoque : ratione magnitudinis suspēsā librari medio aeris tellurē/ quati vero cum ab imo sursum versus vi percussionis quę per totam meet impellitur. Præterea : nihil meminerunt eorū quæ circa terræ motus cōtingere solent. nō enī regiones quæuis aut tēpora: id sentiunt affectionis. ¶Democritus autē: terram cū aqua referta est/ & multā insuper pluuialē aquam recipit/ ab ea moueri dicit. nam vt quæ amplior aduenit vim afferēdo propterea ꝙ cauernis capi non potest/ terrā quatere: ita quę locū demutat atq; alio transfertur/irrūpendo terram agitare quæ assiccetur/atque e locis plenioribus ī vacua trahat/ asserit. ¶Anaximenes vero: terram tā cū madet / q̄ cū resiccatur rūpi/ & ab hisce fragmentis ingentibus q̄ īcidere solēt/quati dicit. Ideoq;: terræ motus per squalores / & rursum tēpore pluuio fieri. nā tellurē (vti diximus) per squalores siccentē rumpi: & per imbreis ab aquis præterea madefactā incidere affirmat. At si hoc accidat: humū refugere in sese plerisq; ī locis cerni oportuit. Præterea: quā ob causam hæc affectio quibusdā in locis sæpenumero fieri solet/quę ab alijs nullo tali excessu dissidēt? Atq: ea dissidere oportuit. Deniq; necesse est: vt qui ita existimant/sēper minus terrę motū fieri/tādēq; aliquādo terrā quati desiturā dicant. quod enim decutitur: talem obtinet naturam. Quare si id fieri nequeat: perspicuū est fieri nō posse vt terræ motus causa/ eiusmodi habeatur. CAP. VIII.

VErū cū cōstet necessarium esse vt & ab humido & a sicco halitus prodeat/id quod antea diximus: necessario fit vt hisce in rerū natura existētibus terra intremiscat. ¶Nam

ignis: stultū est. præsertim: videntes horizontem habitatæ quantam nos scimus/ alterum semper fieri nobis translatis/tanq̄ existente gibbosa et sphærica. Et dicere quidē: ꝙ propter magnitudinē in aere manet/ agitari autē dicere percussam desubter sursum per totā. Adhuc autē : nullum reddūt accidētium circa terræ motus . neq; enī regiones neq; tempora quęcunq;: participāt hac passione. ¶ Democritus autē: ait 24 Democrit⁹
terram plenam aqua existentem/& suscipientem multam aliam pluuialē aquam/ ab hac moueri . ampliori enim facta : quia non possunt suscipere ventres/vim inferentem facere terræ motū. et exsiccatam trahentem in vacua loca ex repletioribus : transeuntem incidendo mouere. ¶ Anaximenes autē ait ir 25 Anaximenes
rigatam terrā/et exsiccatā rumpi:& ab his ruptis frustis incidentibus concuti. Quāobrē: et fieri terrę motus in siccitatibus/et iterū in pluuiosis. ī siccitatibus enī (sicut dictū est) exsiccatā/rūpi: & ab aquis superhumectatam / decidere. Oportebat autē hoc accidēte: subuersam multis in locis apparere terrā . Adhuc autem: propter quā causam circa quędam loca sæpe fit hæc passio/ nullo differētia excessu tali ab alijs? Atqui oportebat. Oīno autē sic existimantibus: necessariū est dicere minus sēper terrę motus fieri / & tandē cessare aliquādo cōcuti. quod enī decidit: talē habet naturā. Quare si hoc īpossibile est: palā ꝙ īpossibile et hāc esse causā. CAP. VIII.

SEd quoniam manifestū 26
ꝙ necessariū et ab humido & a sicco fieri exhalationē/ sicut diximus ī prioribus: necesse est his existētibus fieri terrę motus. ¶ Existit enī 27

Tral.ve.ex græ.recog.

terra per ſe quidē ſicca: propter ímbres autē habēs in ſeipſa humiditatē mul= tā/ vt a ſole & ab eo qui in ipſa igne cale facta/multus quidem extra/ multus au tem intra fiat ſpíritus.& hic aliquando quidē continuus extra fluit omnis: ali= quādo autē intro oīs/ aliquādo autē & partítur. Si itaq; hoc īpoſſibile ſit aliter habere: qđ poſt hoc/ cōſiderandū vtiq; erit/ quale maxime motiuū erit corpo= rum. Neceſſe enī eſt: ad plurimū natū ire & vehementiſſimū/ maxime tale eſ= ſe. Vehementiſſimū igitur eſt ex neceſſi tate: qđ citiſſime fertur. percutit enī ma xime: propter velocitatē. Ad plurimū autē natū eſt pertrāſire:quod per omne ire maxime poteſt. tale autē eſt: quod ſubtiliſſimū. Quare ſi quidē ſpíritus na tura talis eſt: maxime corporū ſpíritus motiuus eſt. etenī ígnis quādo cū ſpíri= tu fuerit:fit flāma/et fertur celeriter.Nō igit aqua/ neq; terra cauſa vtiq; erit mo tus: ſed ſpíritus/cum intro forte fluxerit
28 qui extra exhalat. ¶Quapropter: fiūt tranquíllitate plurimi et maximi terræ motus. cōtínua enī exiſtēs exhalatío:cō ſequitur vt in pluribus ímpetū prīcipíj. Quare:aut intro ſimul/ aut extra fertur oīs.Quoſdā autē fieri et ſpíritu exiſtēte: nichíl irrationabíle. vídemus enim ali= quādo ſimul plures flātes vētos: quorū cū in terrā feratur alter/ erit ſpíritu ex= iſtente terræ motus.Mínores autem hi magnitudíne fiunt: propterea q̄ diui= ſum eſt prīncípiū et cauſa ípſorum.No cte autem: plures et maiores fiunt ter= ræ motus. Qui autem die: circa meri= diem. tranquilliſſimum enim eſt / vt in pluribus / diei: meridies. ſol enim cum maxime obtinet: declínat exhalationē in terrā.obtinet autē maxime:circa me= ridiē. Et noctes etiā diebus tranquíllio res ſunt:propter abſentiam ſolis.Qua= re intro fit iterum fluxus: ſicut recur=

Vatablus

terra: per ſe quidē/ arída exiſtit. at ratione imbriū: multū in ſe cō= tinet humoris. adeo vt cum ipſa tam feruore ſolis q̄ ſuo incaleſcit: multum ſpiritus intra extraq; gi= gnatur. Atq; is interdum quidem extra totus continenter effluit: in= terdum autem intro influit. non= nunquam vero: & in parteis diſtri bui ſolet.Itaq; ſi hoc aliter habere nequeat: quod conſequens eſt cō ſiderandū fuerit/ nēpe qualenam ex omni corporū numero vim mo uendi præcipuā obtineat.Neceſſe eſt enī: vt id quod longiſſime pro= gredi natum eſt atq; vehementiſſi mum exiſtit / potiſſimum tale ſit. Quod igitur celerrime fertur:id ne ceſſario vehementiſſimum exiſtit. quippe cū:præ celeritate maxime percutiat. Quod vero tranſire per totum maxime poteſt: id longius progredi aptū eſt. eiuſmodi autē eſt: quod tenuiſſimū eſt. Quare ſi natura ſpiritus talis ſit: omniū cor porum maxime ſpiritus facultatē obtinet mouēdi. etenim ignis vbi ſpiritui admíſcetur: fit flāma/atq; celeriter fertur. Igitur neq; aqua/ neq; terra/ cauſa tremoris eſſe po= teſt: ſed ſpiritus/ vbi ſcilicet quod extra exhalat intro influit. ¶Vn= de fit: vt plurimi maximiq; terræ motus cœlo tranquillo fiant. nam exhalatío quæ continens ac perpe tua exiſtit: vt plurimum initij mo tū ſectari ſolet. Quare: tota ſimul aut intro aut extra cōtēdit.Qz au= tē aliqui terræ motus flāte etiā vē= to fiant/nihil abſurdū (nā interdū plureis vētos ſimul flare vídem9: quorū vbi alter terrā ſubierit/terrę motus ſpirāte vēto accidet) mino res tamē euadūt hi / propterea q̄ eorū cauſa atq; prīcipiū diuiſum diſtractūq; ſit. Porro noctu:ſępius validiuſq; terra quatitur. Cū autē interdiu:id circa meridiē accidere ſolet.nā vt plurimū merides:par= tiū diei trāquilliſſima exiſtit. quip pe ſol cum maxime euincit: exha lationē in terrā diſſoluere ſolitus eſt. euincit autem maxime: circa meridiem.Itē noctes: diebus trā= quilliores/ propter ſolis abſentiā/ exiſtūt.Quare rurſū:intro ſpiritus influit, quomodo aquarum influ=

Vatablus

xus: in contrariam atq; effluxus partē fieri aſſolet. Et propinqua luce: creberrime. etenim: ſpiritus tunc incipere flare nati ſunt. Si ergo flatuum iitium intro Euripi more cōmigret: propter copiam/ validiſſimū excitat terræ motū. Præterea: validiſſimi terræ motus circa ea loca fiunt vbi mare fluidū eſt/ aut regio fungoſa eſt atq; ſubterraneis cauernis abundat. Quāobrē: & circa Helleſpontū/ Achaiā/ Siciliā/ & Eubœam tellus vehementiſſime quatitur. nam circa ea loca: mare/ terrā fiſtulis veluti quibuſdā ſubire videtur. Quocirca & calidæ balneæ q̄ circa Aedepſum poſitæ ſunt: a tali cauſa prouenere. Circa prædicta autē loca: terrę motus maxime fiūt/ob anguſtiā. Nā ſpiritus vehemētior factus/qui profecto e terra efflare natus erat: in terram rurſū propelli/ ob occurrētis maris copiā/ aſſolet. Atq; regiones omnes quę ſubterraneas parteis inaneis atq; fiſtuloſas obtinēt: cū magnā ſpiritus copiā admittāt/ crebrius mouētur. Et autūno ac vere maxime: itē per imbreis & ſqualores haud alia de cauſa fiunt. Hæc enim: inter anni tempora flatuoſiſſima ſunt. Nā æſtas & hyems/ aeris immobilitatem: hæc rigoris cauſa/ illa æſtus/ aduehūt. etenim hyems/ perq̄ algida eſt: ęſtas/ impēdio arida. Atq; per ſqualores: aer ſpirātior eſt. nā tū demū ſqualor eſt: cū ſiccus terræ āhelitus humido copioſior exultat. Tempore autē pluuio terra quatitur: tū quia exhalatio in terra amplior reddi ſolet/ tū quia talis ſecretio vt loco anguſtiore capitur ita minorē i locū protrudi/ repletis nimirū aqua terræ cauernis/ aſſolet. Cū enī vincere cœperit/ propterea q̄ licet ampla ſit in exiguū tamē locū impacta eſt: tū vētus fluēs ac terre ſeſe applicās/ eā valide motitat. Noſſe enī oportet: vt noſtro in corpore flatus īcluſi vis tam tremorū q̄ pulſuum cauſa exiſtit/ ita et in ipſa quoq; terra flatū ſimiles præſtare effectus. atq; e terræ motibus: alium eſſe veluti tremorē/ alium veluti

Tral.ve.ex græ.recog.

ſus in cōtrariū eius quæ extra fit/ diffuſionis. Et ad diluculū: maxime. tūc enī: & ſpiritus nati ſunt incipere flare. Si igitur intro extiterit permutatū principiū ipſorum/ ſicut Euripus: propter multitudinē/ fortiorem facit terrę motū. Adhuc autē circa loca talia fortiſſimi fiunt terrę motuum: vbi mare fluxibile eſt/ aut regio ſpongioſa & ſubantroſa. Quapropter: & circa Helleſpontum & circa Achaiam/ et Siciliam/ et Eubœā. circa hęc enim loca: videtur penetrare ſub terram mare. Quapropter et Thermæ quę circa Aedepſū: a tali cauſa factę ſūt. Circa autem dicta loca terrę motus fiunt maxime: propter anguſtiā. Spiritus enī factus vehemens: propter multitudinē maris allati repellitur iterū in terram/ qui natus erat efflare ex terra. Regioneſq; quęcunq; inania habent quę ſubtus ſunt loca: multū ſuſcipientes ſpiritū/ cōcutiuntur magis. Et vere autē & autumno maxime: & in pluuijs & in ſiccitatibus fiunt/ propter eandem cauſam. Tempora enim hęc: maxime ſpirituoſa. ęſtas enim & hyems: hęc quidem propter gelu/ illa autē propter ęſtū/ facit immobilitatem. hęc enī/ valde frigida eſt: illa autē/ valde ſicca. Et ī ſiccitatibus quidē: ſpirituoſus/ aer. hoc ipſum enim eſt ſiccitas: quando amplior exhalatio ſicca facta fuerit q̄ humida. In pluuijs autem: & eo quod amplior fiat intus exhalatio/ ex eo q̄ intercipiatur in anguſtioribus locis/ & compellatur in minorem locum talis ſegregatio/ repletis cōcauitatibus terrę aqua. Cū enim inceperit obtinere/ eo q̄ multa in paruū locū cōprimatur: fortiter mouet fluens vētus & offendēs. Oportet enī intelligere/ q̄ ſicut in corpore noſtro & tremorum & pulſuum cauſa eſt ſpiritus interceptī virtus: ſic et in terra ſpiritū ſimilia facere. & hūc quidem terrę motuum/ veluti tremorem eſſe: hunc autem/ veluti

Helleſpontus
Achaia
Sicilia
Eubœa
Balneę Herculis
Aedepſus

Tral.ve.ex græ.recog.

pulſum. Et ſicut accidit ſæpe poſt vrinationem (per corpus enī fit velut tremor quidam: tranſlato ſpiritu deforis intro/ ſubito) talia fierí & circa terram. Quantam autem habeat ſpiritus virtutem: non ſolum ex ijs quæ in aere fiunt oportet ſpeculari (hic enim: propter magnitudinem exiſtimabit vtiq; aliquis talia poſſe facere) ſed et in corporibus animalium. Tetani enim & ſpaſmi: ſpiritus quidem ſunt motus / tantum autem vigorem habent/ vt multi ſimul tentantes vi tenere / non poſſint obtinere motum infirmantiū. Tale itaq; oportet intelligere fieri & in terra: vt comparetur ad paruum / maius. Signa autem horū: ad noſtrum ſenſum facta ſunt. Iam enim terrę motus in quibuſdam locis factus / non prius deſijt/ quam erumpens in eum qui eſt ſuper terram locum manifeſte tanquam Ecnephias exiuit qui mouit ventus. quale & circa Heracleam eam quę in Ponto nuper factum fuit: & prius circa Sacram inſulam. hæc autē: eſt vna vocatarū Aeolí inſularū. In hac enim intumuit aliquid terræ/ & aſcendit velut collis moles cum ſono: tandem autē rupta/ exiuit ſpiritus multus / & fauillam & cinerem eleuauit / & Liparęorum ciuitatem exiſtentem non longe/ omnem incinerauit / & ad quaſdā in Italia ciuitatū venit. et nūc adhuc vbi exſufflauit: manifeſtū eſt. Etenī facti ignis in terra: hanc putandum eſt eſſe cauſam/ cum deciſus accenditur/ primo in parua diſcreto aere. Argumentum autem eſt q; fluant ſub terram ſpiritus: & quod fit circa has inſulas. cum enim ventus futurus eſt flare Auſter: præſignificat prius. ſonant etenim loca ex quibus fiunt exſufflationes: propterea q; mare propellatur iam delonge / ab hoc autem quod ex terra exſufflatur / repellatur iterū intro/ qua quidē

Heraclea Ponti

Hiera inſula Aeoliæ inſulæ

Liparęi

Italia

Vatablus

pulſū. Et qualia per corpus ſæpe cōtingere reddita vrina ſolēt (fit enī veluti tremor quidā: nimirū vniuerſo ſpiritu extrīſecus intro ſeſe condente) talia etiam circa terrā fieri. Sed quātas ſpiritus vireis habeat/ nō ſolū ex hiſce quę in aere fiunt cōtemplari oportet (nam hic ſpiritum ſua magnitudine talia cōmittere poſſe: exiſtimauerit quiſpiam) verū etiam ex hiſce quæ in corporibus animantium fieri ſolent. Nam & conuulſiones & diſtentiones neruorum: ſpiritus motiones ſunt. tantū autem roboris habent: vt etiam ſi multi ſimul conētur allata vi reprimere ægrotantium motum/ tamen euincere nequeant. Idem: in terra quoq; ipſa fieri (vt rem magnam paruæ conferam) intelligēdum eſt. Harum autem rerū indicia: vel ad oculū plęriſq; in locis facta fuere. Iam enim motus terræ quibuſdā in locis factus: nō ante deſijt/ q̄ ventus ille qui permouerat facta eruptione in locū terra ſublimiorē aperte procellæ modo exierit. Id quod etiam circa Heraclean Ponti nuper accidit: & prius circa Hieran inſulā/ quæ vna eſt ex ijs quas Aeolias inſulas appellitant. in hac enim pars terræ intumeſcebat aſſurgebatq; cū ſono in tumuli ſpeciē/ quo tandē diſrupto multum ſpiritus prodijt/ qui ſcintillā cinerēq; ſuſtulit/ ac Liparęorū vrbem quę haud procul aberat totā in cineres redegit/ & ad quaſdam Italiæ vrbes acceſſit. atq; iſto etiamnū tempore: vbi illa igniū euomitio contigit/ aptū eſt. Etenim hāc eſſe cauſam igniū qui in terra fieri ſolent/ arbitrandū eſt: nempe ſpiritus colliſi incenſionē/ diſcerpto prius in exigua fruſta aere. Q̄z autē ſpiritus ſub terrā fluāt: argumēto vel id eſſe poteſt qđ circa haſce inſulas fieri ſolet. Cū enim flaturus eſt Auſter: prius q̄ cœperit denunciat. nam loca ea e quibus illæ flammarū eructationes fiūt / reſonare ſolēt: q; e lōginquo propelli iā mare cœperit/ & ab eo id quod e terra efflaturum eſt rurſum intro compellatur. Qua autē

Vatablus

mare accedit: hac ſonũ ſine motu facit/tũ propter locorũ amplitudinẽ (nã intro ſubiẽs: i immẽſũ diffũditur) tũ ꝑpter aeris repulſi exiguitatẽ. Præterea ſolis caligo & obſcuritas ſine nube ꝓueniẽs/ & venti tranquillitas atq; frigus acre/quæ nõnũq̃ ante matutinos terræ motus accidere ſolent: cauſæ prædictæ indicio ſunt. Nã & ſolẽ caliginoſũ obſcurũq; fieri/ & cũ dies inſtat atq; diluculũ appetit tranquillitatẽ atq; frigus obori ri/ incipiente cõdi in venas terræ ſpiritu qui vim diſſoluẽdi diſcernendiq; aerẽ obtinet: neceſſũ eſt. Quãdoquidẽ trãquillitas parte plurima (quemadmodũ etiam prius diximus) accidit: quia ſpiritus ĩtro veluti refluit. Et magis: ante maiuſculos motus. Nã cum ſpiritus nõ partim intro partim extra diſtrahitur / ſed vniuerſus terrã ſubit: neceſſario plus roboris ac virium habere ſolet. Frigus vero: propterea ꝙ exhalatio quę per ſe ſuapte natura calida eſt/ ĩtro cõuertitur. Nõ videtur autem vẽti eſſe calidi perinde vt neq; ſpiritus ille qui per os efflari ſolet: quoniã aerem mouẽt qui vapore frigido eoq; multo refertus eſt. Is enĩ e propinquo qdẽ/calidus eſt: qualis etiã eſt cũ exhalamus/ verum propter exiguitatẽ nõ æque percipi poteſt. e lõginquo vero: frigidus/ eadẽ qua vẽti cauſa. Deficiẽte igitur in terrã tali virtute: vapida effluxio humiditatis ratione coiẽs frigus ĩportat/ in qbus locis eiuſmodi affectũ fieri cõtingit. Hæc eadẽ etiam cauſa eſt: & eius ſigni qđ nõnunq̃ præcedere motu futuro cõſueuit. aut enĩ interdiu aut paulo poſt occaſũ/ſereno/ ceu tenuis linea nubis in longũ porrecta ſpaciũ viſitur: nimirũ langueſcẽte ſpiritu propter demigrationẽ. Nec abſimile: in ipſo quoq; mari circa littora euenit. nã cũ mare fluctuoſũ exũdat: fluctus q ĩ littore frãgi ſolẽt admodũ craſſi & obliqui reddũtur. cum vero ſopitũ eſt: ꝑpter exiguã ſecretionem / tenues ac recti. Quod igitur mare circa terrã: id flatus circa caliginẽ quę in aere eſt/efficit.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſuperuenit mare/hac. Facit autem ſonũ ſine ſeiſmo propter amplitudinẽ locorũ (effũditur enĩ in immẽſũ intra) & propter paucitatẽ repulſi aeris. Adhuc/ fieri ſolẽ caliginoſum & obſcuriorẽ ſine nube/ & ante matutinos terræ motus aliquando tranquillitatẽ & frigus forte: ſignum dictæ cauſæ eſt. Solẽ enim caliginoſũ & obſcurũ neceſſariũ eſt eſſe: incipiente regredi in terrã ſpiritu diſſoluẽte aerẽ & diſgregante. Et ad aurorã & ad matutinũ: trãquillitatẽ & frigus. Trãquillitatẽ enim neceſſariũ eſt vt plurimũ accidere/ ſicut dictũ eſt & prius: velut regreſſu intro facto ſpiritus. Et magis: ãte maiores terrę motus. nõ diſcerptũ enim hoc quidẽ extra / hoc autẽ intra / ſed ſimul totũ latũ: neceſſariũ eſt valere magis. Frigus autẽ accidit: propterea ꝙ exhalatio intro vertitur/ natura calida exiſtens ſecũdũ ſe. Nõ videtur autem vẽti eſſe calidi: quia mouẽt aerẽ exiſtẽtẽ plenũ multo & frigido vapore/ ſicut ſpiritus per os exſuflatus. etenim hic de prope quidẽ/eſt calidus/ſicut & cũ hiamus: ſed propter paucitatẽ nõ ſimiliter manifeſtũ. delõge autẽ/ frigidus: propter cauſam eandem cũ vẽtis. Deficiẽte igitur ĩ terrã tali virtute: conueniẽs propter humiditatẽ vaporoſus defluxus facit frigus/ in quibus accidit locis fieri hãc paſſionẽ. Idẽ autẽ: cauſa eſt & ſigni cõſueti aliquãdo fieri ante terræ motus. aut enim per diẽ aut parũ poſt occaſũ/ſerenitate exiſtẽte/ nubecula ſubtilis apparet porrecta & lõga velut linea longitudo rectitudine exacta/ſpiritu deficiẽte propter trãſlationẽ. Simile autẽ accidit: & in mari circa littora. Quando enim fluctuans exciderit: vehemẽter groſſæ & diſtortæ fiũt rhegmines. quãdo autẽ placor fuerit: propterea ꝙ parua ſit ſegregatio/ ſubtiles ſunt & rectę. Q đ igitur mare circa terram facit: hoc ſpiritus circa eam quæ eſt in aere caliginẽ.

Tral.ve.ex græ.recog.

vt quando fuerit facta tranquillitas: omnino recta & ſubtilis dereliquatur nubecula q̄ ſit tāq̄ rhegmin aeris. Propter eādē autē cauſam: & circa eclipſes lunę alí quādo accidit fieri terrę motum. Quando enim iā prope eſt interpoſitio/ & nōdum quidem eſt omnino deficiēs lumē/ & calidum quod a ſole eſt ex aere/ iam autem marcefactū: tranquillitas fit/contra trāſlato ſpiritu in terrā/ qui facit terrę motū ante eclipſes (fiūt enī & vēti ante eclipſes: ſæpe) in principio quidē noctis ante eclipſes medię noctis/ in media autē nocte āte diluculares. Accidit autē hoc: propterea ꝙ marceſcit calidū quod a luna eſt/ cū prope iā fuerit facta latio/ in quo factis erit eclipſis. Remiſſo igitur quo detinebatur aer & quieſcebat: iterū mouetur/ & fit ſpiritus tardioris eclipſis
29 tardior. ¶ Cū autem fortis factus fuerit terrę motus: nō mox/ neq̄ ad ſemel ceſſat agitās/ ſed primo quidē vſq̄ ad quadraginta dies agitat/ poſterius autem & ad vnū & ad duos annos dominatur ſecūdum eadem loca. Cauſa autē magnitudinis quidem eſt: multitudo ſpiritus/ & locorū figuræ per quæ vtiq̄ fluxerit. qua enim repulſus fuerit & nō facile pertranſeat: & maxime concutit/ & intus retineri neceſſariū eſt in anguſtijs/ velut aqua non potēs pertrāſire. Quapropter ſicut in corpore pulſus non repente ceſſant/ neq̄ cito/ ſed per morā marcefacta paſſione: ſic & principiū a quo exhalatio facta fuit. Et impetus ſpiritus: palā eſt ꝙ nō mox omnē conſūpſit materiā/ ex qua fecit ventū/ quē vocamus ſeiſmū. Quouſq̄ igitur cōſumātur reliquiæ horum: neceſſe eſt agitare/ debilius autē/ et eo vſq̄ donec vtiq̄ minus ſit exhalatū q̄ vt poſſit mouere manifeſte. Facit autē & ſonos eos qui ſub terra fiunt ſpiritus: & eos qui ante terræ motus. Et ſine autem terræ motibus: iam alicubi facti ſunt ſub terra.

Vatablus

adeo vt cū cœlū trāquillum fuerit: nubes quę veluti fluctus aeris exiſtit/ modis omnibus recta tenuiſq̄ relinquatur. Hac eadē etiā de cauſa nonnunq̄ accidit: vt circa lunę defectus/ terra quatiatur. Cū enim iam terræ obiectus inſtat/ & nondū prorſus lumē defecit/ nec calor a ſole profectus ab aere receſſit/ ſed iam emarceſcere cœpit: tranquillitas oboritur/ cōmigrāte in terrā ſpiritu qui ante lunæ defectus motū terræ committit (nam vēti quoq̄: ſæpe ante lunæ defectus excitātur) initio quidē noctis cū defectus medio incipit noctis/ medio vero cū mane. Id autē euenire propterea ſolet: ꝙ calor lunæ hebetatur/ cum curſus iam proxime eſt quo defectus exultet. Remiſſo itaq̄ calore quo retentus aer quieſcit: rurſum moueri ac ſpiritus reddi pro defectionis tarditate/ tardius incipit. ¶ Cū autē validus terræ exiterit motus: nec ilico/ nec funditus quatere deſinit. qnimmo: nō ante quadraginta dies ſiſtitur. plerūq̄: & tardius. vtpote cū quidā: annuo & biennij ſpacio circa eadē loca vigeat duretq̄. Porro tā ſpiritus multitudo q̄ forma cauernarū vel cuniculi per quē meat: magnitudinis terræ motus cauſa exiſtit. Qua enim ſpiritus reſultat/ nec facile penetrare poteſt: & maxime quatit/ & in ſpecuum anguſtijs intercludatur aquæ modo quæ pertranſire nō poteſt/ ne ceſſariū exiſtit. Quocirca vt in corpore pulſus nō repēte/ nec ſubito ſedari/ ſed paulatim elangueſcēte affectione ſolēt: ita nec origo ipſa a qua exhalatio ꝓdijt. Quin in aperto quoq̄ eſt: ſpiritus delationem non protinus omnē abſūpſiſſe materiā ex qua vētū illū concreauit/ quē σεισμὸν hoc eſt terræ motū nūcupamus. Quoad igitur q̄tū ſpirituū ſupeſt inſūptū ſit/ terram quati/ ſed leuius/ & eo vſq̄ dū id qđ exhalat minus ſit q̄ vt ingenue mouere queat: neceſſe eſt. Porro ſpiritus: ſonos eos facit q̄ ſub terra fiūt/ quiq̄ terrę motus p̄cedere ſolēt. Quin et ſine motu: iā alicubi ſub terra factus eſt ſo

Vatablus

nus. nam vt aer cum flagellatur varios edit ſonos: ita etiã cũ ipſe percutit/multiplices ſonorũ differẽtias affert. nihil enĩ ĩtereſt: hoc an illo afficiatur modo. quippe cum omne quod percutit: ſimul & ipſum percuti ſoleat. Præcedit vero motũ ſonus: quoniam ſubtilis eſt/atque penetrare melius q̃ ſpiritus poteſt. Cum autẽ minor eſt q̃ vt terrã mouere propter ſuã tenuitatem queat: quia facile per colatur tranſmittiturq; / mouere terrã nequit. quia vero feruet contra ſolida cauaque corpora/ & varias cauernarum figuras: varias ædere voces aſſolet / adeo vt nõnunq̃ (id quod etiam portentorũ ſcriptores aiũt) terra mugire videatur. Iã vero & aquę eruperũt: dũ terra quateretur. At nequaquã ob id: aqua/ motionis cauſa exiſtit. ſed ſiue ĩ ſũma telluris parte ſit/ ſiue ab imo vi ſpiritus efferatur: ſpiritus id eſt qđ mouet. quomodo vẽti/fluctuũ: nõ fluctus/ vẽtorũ cauſę ſũt. Quãdoquidẽ: vel ſic quiſpiã terrã eſſe huiuſce affectionis cauſã dicere poſſet. Siquidẽ terra dũ quatitur: aquę modo ſubuerti ſolet. amniũ nãq; efflu xio: nõ niſi ſubuerſio quędã exiſtit. Verũ ambo iſthæc/ terra inq̃ & aqua: cauſæ vt materies ſunt. patiuntur enĩ: nõ agunt. ſpiritus vero: vt prĩcipiũ. Vbi autẽ inundatio ſimul cũ terrę motu accidit: ſpiritus ex aduerſo flantes in cauſa ſũt. Id vero fit: cũ ſpiritus qui terrã quatit/ mare ab alio ſpiritu delatũ repellere nequit omnino/ ſed propellendo ac in vnũ cõtrahẽdo/ magnam vim maris colligit. tũc enim hoc ſpiritu euicto: vniuerſũ a cõtrario ſpiritu pulſũ erũpere/ ac diluuiũ facere neceſſe eſt. Id quod: circa ipſam quoq; Achaiã accidit. Extra nanq; flabat Auſter: intra Aquilo. cũ autẽ facta fuit trãquillitas/& vẽtus intro fluere cœpit: vna cũ inundatione etiã terrę extitit motus. et eo p̃ſertim: q̃ mare nullũ ſpiritui ſub terra debacchãti reſpiraculũ nullãq; difflationẽ cõcedebat/ immo obſtipabat interſepiebatque. nam ſe mutuo oppugnando: ſpi

Tral.ve.ex græ.recog.

ſicut enĩ percuſſus aer omnimodos emittit ſonos: ſic & percutiens ipſe. nichil enĩ differt. verberans enim omne: ſimul et ipſum verberatur. Præuenit autem ſonus/motũ: quia ſubtiliorũ partiũ eſt & quia magis per omne penetrat ſonus q̃ ſpiritus. Cum autem minor fuerit q̃ vt moueat terram propter ſubtilitatẽ: propterea q̃ facile quidem penetrat/nõ poteſt mouere. quia autem offendit ſolidas moles et concauas & omnimodas figuras: omnimodos emittit ſonos / vt aliquando videatur (vt quidam dicunt: prodigia vulgantes) mugire terrã. Iam autem & aquæ eruperunt: factis terræ motibus. Sed nõ propter hoc: aqua/cauſa eſt motus. ſed ſi fuerit in ſuperficie / aut deſubter vim inferat ſpiritus: ille / mouens eſt. ſicut fluctuum/ venti: ſed nõ fluctus/ ventorũ cauſæ ſunt. Quoniã: & terram ſic vtiq; quis cauſam faceret paſſionis. euertitur enim agitata: quemadmodũ aqua. effuſio enĩ: euerſio quædã eſt. Sed hæc ambo quidẽ/ cauſæ vt materia (patiuntur enim: ſed nõ agũt) ſpíritus autẽ/ vt principiũ. Vbi autẽ ſimul cũ terræ motu fluctus factus fuerit: cauſa/ quando contrarij facti fuerint ſpíritus. Hoc autẽ fit: cũ agitans terrã ſpíritus / latũ ab alio ſpiritu mare repellere quidẽ omnino nõ poſſit/propellẽs autẽ & coarctãs in idẽ / cõgregauerit multũ. tunc enĩ neceſſariũ eſt: victo hoc ſpiritu ſimul multũ pulſũ a cõtrario ſpiritu/ erumpere et facere cataclyſmũ. Fuit autẽ factũ hoc: & circa Achaiam. extra enĩ erat Auſter: ibi autẽ boreas. tranquillitate autẽ facta & fluẽte ĩtro vẽto: factus fuit & fluctus et terræ motus ſimul. et magis: propterea q̃ mare nõ dabat p̃flationẽ impetũ facienti ſub terra ſpiritui / ſed obſiſtebat. vim enĩ inferẽdo ĩuicẽ: ſpí

Achaia

Cap. 7 s

Tral.ve.ex græ.recog.

ritus quidem terræ motum facit / hypoſtaſis autem fluctus/ cataclyſmum . Secundum partem autem terræ / fiunt terræ motus: & ſæpe ad modicum locum. venti autem: non ſecundum partem. Secundum partem quidem: cum exhalationes quæ ſecundum locum ipſarū & vicinum conuenerīt in vnū / ſicut & ſiccitates diximus fieri & pluuias ſecundū partē. Et terræ motus quidem fiunt per hūc modū: venti autē non. Quæ enim in terra ſūt: principiū habēt vt ad vnū omnes concitentur . Sol autem nō ſimiliter poteſt: quæ autem ſunt ſuſpenſæ/ magis vt fluant/ cum principium accœperint a ſolis latiōne iam ſecundum differentias locorū/ad vnū. Quando igitur fuerit multus ſpiritus: mouet terram/ vt tremor/ ad latum. Fit autem raro & ſecundū aliqua loca/ velut pulſus: ſurſum deſubter. Quapropter: & rarius agitat hoc modo. non enim facile: ſic multum conuenire principium . ad longitudinem enim multiplicatior ea quæ a profundo : extenſio . Vbicunq; autem factus fuerit talis ſeiſmus: egreditur multitudo lapidum ſicut ebullientium in cribris. Hoc enim modo facto ſeiſmo : quæ circa Sipylon euerſa ſunt / & campus vocatus Phlegræus/ & quæ circa Liguſticam regionem . In inſulis autē ponticis: minus fit terræ motus/ quam in ijs quæ ſunt iuxta terram. Multitudo enim maris: infrigidat exhalationes / & prohibet pōdere / & vim infert . Adhuc autem : fluit & non agitatur obtentum a ſpiritibus. Et quia multum occupat locum : non in hoc ſed ex hoc exhalationes fiunt / & has conſequuntur quæ ex terra. Quæ autem prope terram : pars ſunt terræ . intermedium enim : propter paruitatem / nullam habet virtutem. Ponticas autem non cōtingit mouere ſine mari toto a quo cōtētę exiſtūt. De terrę motibus igitur et quæ

Sipylus
Phlegræus campus
Liguria

Vatablus

ritus motū terrę fecit/ fluctus diluuiū. Fiūt etiam particulares quidam terræ motus: & plerunq; nō vltra paruum procedētes tractū . venti vero: nulli. Particulares inquam: cum exhalationes proprij vicinique loci in vnum coierint/ quomodo ſqualores ibreiſq; particulatim fieri diximus . Et quidē terræ motus ad hunc fieri modum ſolent: venti minime. Nam ſubterranea : principatum obtinent/ vt ad locum vnum omnes cōtendant exhalationes. Sol vero: non æque facere poteſt vt omnes/ ſed magis quę ſuſpēſæ in aere ſunt/ cum iam principium ſui curſus a ſole pro locorum differētia cœperint/ in vnū fluāt. Quoties igitur ſpiritus eſt multus: terrā in latū tremoris inſtar mouet . Fit autē & quibuſdā in locis terrę motus/ ſed raro/ veluti pulſus: cū aſſurgēs intumeſcit alternoq; motu reſidet. Quocirca: & rariuſcule ad hūc quatit modum . haud enim facile fit: vt adeo multū coeat principiū. quippe cū exhalatio: in longū multo plus q̄ in craſſitiem digeri ſoleat . Vbi autem motus terræ factus eſt eiuſmodi: copia lapidū/ eorū in morē qui in cribris emergunt/ per ſumma telluris iacet. Siquidem terræ motu ad hūc modū facto: Sipylus / vocatus Phlegręus ager/ & regio Liguſtica: euerſa fuerunt. Porro inſulæ procul in alto poſitæ: minus q̄ quæ cōtinenti vicinæ ſunt/ quati ſolent. Nā maris copia/ exhalationes refrigerat: necnō ſuo pondere obſtat quo minus quatiantur/ vimque infert. Præterea mare flatibus euictū: fluit/ nō quatitur. Itē quia mare/ magnū occupat locum : haud ad hoc / ſed ex hoc veniunt exhalationes / quas quæ e terra oriūtur comitari aſſolent. Inſulæ autem illæ quæ continēti vicinæ ſūt: cōtinētis portio ſunt/ & proinde quati ſolēt. quando mare quod iſulas illas cōtinētēq; interiacet: præ ſua exiguitate vireis nullas habet. At q̄ ſūt i medio mari poſitæ: nequaq̄ abſq; toto mari quo ābiūtur moueri poſſūt. Igitur de terræ motibus & q̄-

Vatablus

nã ſit eorũ natura/ & quã ob cauſam fiant/ itẽ de cæteris quæ circa ipſos accidũt/ ijſq; maximis: dictum eſt. CAP. VIII.

DE Tonitru autẽ & Fulgure/ & iſup de Vortice q Typhon vocatur id eſt vibratus & Turbine accẽſo quẽ Græci Preſtera nũcupãt/ & deniq; de Fulminibus: dicamus oportet. nam horũ omniũ idẽ eſſe principiũ: exiſtimãdũ eſt. Cũ enĩ (vti diximus) duplex ſit exhalatio/ altera humida/ altera ſicca/ cũq; ipſa concretio hæc ambo potentia habeat/ & in nubem cõſiſtat (quẽadmodũ antea dictũ eſt) & inſuper cũ nubiũ cõſtitutio apud ſupremum finem dẽſior euadat (qua enĩ calor ſeq̃ſtratus ſuperiorẽ ĩ locũ deficit: hac cõſtitutionẽ dẽſiorẽ eſſe frigidiorẽq; neceſſe eſt. Quocirca et Fulmina/ & Procellę/ & omnia generis eiuſdẽ: deorſum ferũtur. Atqui calidum omne: in ſublime ſuapte natura ſcãdit. Verũ/ expreſſionem fieri in cõtrariam dẽſitati partẽ: neceſſariũ exiſtit. quomodo nuclei qui e digitis elabuntur: exprimi ſolent. hi enim q̃uis põdus habeãt: tamẽ ſurſũ plerũq; feruntur) calor profecto qui excernitur/ in ſuperũ ſpargi locũ aſſolet. quantũ autẽ aridæ exhalationis in mutatione frigeſcẽtis aeris intercipitur: id coeũtibus nubibus excernitur. quod cũ vi feratur/ & ambiẽtibus nubibus incurrat: ictũ facit/ cuius ſonitus tonitru nuncupari ſolet. Efficitur autẽ ictus: haud aliter (vt paruę affectioni: magnã cõſerã) q̃ qui in flãma fit ſonus. quẽ: alij Vulcani riſũ/ alij Veſtę/ nonnulli horum minas vocant. Fit autem: cũ exhalatio in flãmam cõuerſa/ diſrũpẽtibus ſeſe lignis atq; ſiccẽtibus/ exilit. Sic enĩ & ſpiritus ſecretio quæ in ipſis nubibus fieri ſolet: cũ nubiũ dẽſitati ĩgruit/ tonitru excitat. Varii autẽ ac multiformes ſoni fiũt: tũ propter nubiũ inęqualitatẽ/ tũ propter cauernas q̃ intermediæ ſunt qua dẽſitatis continẽtia deficit.

Tral. ve. ex græ. recog.

natura/ & propter quam cauſam fiũt/ & de alijs accidentibus circa ipſos: dictũ eſt fere de maximis. CAP. VIII.

DE Coruſcatione autem et Tonitruo/ adhuc autẽ de Typhone et Incẽſione et Fulminibus: dicamus. etenim horũ idem principiũ: exiſtimare oportet omnium. Exhalatione enim (vt diximus) exiſtente duplici/ hac quidem humida/ hac autem ſicca/ & concretione habente ambo hæc potentia/ & conſiſtente in nubem (ſicut dictum eſt prius) adhuc autem ſpiſſiori cõſiſtẽtia nubium facta ad vltimũ terminũ (qua enim deficit/ calidũ diſgregatũ in ſuperiorem locũ: hac ſpiſſiorem & frigidiorem neceſſe eſt eſſe conſiſtentiã. Quapropter & Fulmina & Ecnephiæ & omnia talia: feruntur deorſũ. Q̃uis natũ ſit ſurſũ ferri: calidũ omne. Sed ad cõtrarium inſpiſſationis neceſſarium eſt fieri extruſionẽ: velut nuclei ex digitis exilientes. etenim hęc põdus habentia: feruntur ſępe ſurſum) ſegregata vtique caliditas in ſuperiorem diſpergitur locũ. quæcũq; autẽ intercluditur ſicca exhalatio in trãſmutatione infrigidati aeris: hæc conuenientibus nubibus ſegregatur. vi autem lata/ & offendens cõtinentes nubes: facit percuſſionem/ cuius ſonus vocatur tonitruũ. Fit autẽ percuſſio: eodem modo (vt comparetur maiori: minor paſſio) ei qui in flamma fit ſono/ quod vocant hi quidem Vulcanum ridere/ hi autem Veſtam/ hi vero comminationem horum. Fit autem: quando exhalatio in flammam conuerſa fertur/ ruptis & ſiccatis lignis. Sic enĩ & in nubibus facta ſpiritus ſegregatio in ſpiſſitudinem nubiũ incidẽs: facit tonitruũ. Omnimodi autẽ ſoni propter irregulari tatẽ fiũt nubiũ: et propter ĩtermedios vẽtres/ qua cõtinuitas deficit ſpiſſitudinis.

Vulcanus
Veſta

Tral.ve.ex græ.recog.

Tonitruum igitur: hoc eſt/& fit propter hãc cauſam. Spiritus autem extruſus: vt plurimum quidem ignitur ſubtili & debili ignitione. & hoc eſt quod vocamus coruſcationem: qua vtiq; velut excidens ſpiritus coloratus apparet. Fit autẽ poſt percuſſionem & poſterius tonitruo: ſed videtur prius / quia viſus anticipat auditum. Patet autem: in ductu triremiũ. iã enim referẽtibus iterum remos: primus
31 pertingit ſonus percuſſionis remi. ¶ Quidam dicant: q̃ in nubibus non fiat ignis. Hunc autem Empedocles quidem: ait eſſe interceptum de ſolis radijs.

Empedocles

Anaxagoras autem: de eo qui deſuper eſt æthere / quem et ille vocat ignem / delatum deſuper deorſum. Micationem igitur huius ignis/ eſſe coruſcationem: ſonum autem intus extincti & ſixin/ tonitruũ. tanq̃ ſicut videtur factũ / ſic & prius coruſcatio ſit: tonitruo. Irrationabilis autem & ignis interceptio vtroq; modo quidem: magis autem detractio eius qui deſuper eſt ætheris. Quare enim feratur deorſum quod natum eſt ſurſum / oportet dici cauſam: & propter quid aliquando hoc fit circa cœlum quando nubilo ſum fuerit quidem tantum/ſed non continue ſic/ ſerenitate autem exiſtente non fit. hoc enim: omnino videtur dictũ eſſe feſtine. Similiter autẽ & dicere a radijs caliditatẽ interceptã in nubibus/ eſſe horũ cauſam: nõ probabile eſt. etenim iſte ſermo: ocioſe dictus eſt valde. Segregatam enim neceſſarium eſſe cauſã ſemper & determinatam & tonitrui & coruſcationis & aliorũ taliũ: & ſic fieri. Hoc autẽ: differt plurimũ. ſimile enim eſt ac ſi quis putet aquã & niuẽ & grãdinẽ inexiſtentes prius / poſterius ſegregari/ & nõ fieri: velut ad manũ faciente ſemper cõcretione vnumquodq; ipſorum. eodem enĩ modo & illa/ concretiones: & hęc/ diſgregationes exiſtimandũ eſt eſſe. Quare

Vatablus

Tonitru igitur: id eſt/ atq; ex hac cauſa fit. Spiritus aũtem qui extringitur: fere conflagrat tenui et imbecilli ardore. atq; id eſt quod vocamus fulgetrum: quo ceu tinctus excidẽs ſpiritus videatur. Fit autem poſt ictum/ atq; tonitruũ: ſed prius cerni/ q̃ tonitruũ audiri aſſolet. quoniam aſpectus: auditum anteuertit. Id quod: remigatio triremium declarat. cum enim iã rurſum remos nautæ referunt: primus remigij ſonus ad aureis peruenit. ¶ Quanq̃ quidã aiũt: haudquaq̃ ignem intra nubes gigni. Hunc autem Empedocles quidem id eſſe inquit: qđ e ſolis radijs intus circũuenitur coerceturq; . Anaxagoras vero: quod e ſuperno æthere/ quẽ ille ignem vocat / deorſum e ſublimi defertur. Itaq; ſplendorẽ huiuſce ignis/ fulgetrũ: ſonitũ vero atq; ſtridorẽ quem facit cum intra nubes extinguitur/ tonitru eſſe dicunt. tanq̃ ſicut prius fulgetrũ fieri q̃ tonitruum videtur: ita etiam prius fiat. At illa ignis intercluſio / vtroq; quidẽ modo a ratione remota eſt: ſed magis ſuperni ætheris detractio. Nam dicenda cauſa eſt cur quod ſurſum ferri aptiſſimũ eſt/ deorſum feratur: & quã ob rem id in cœlo fiat tantũmodo cũ nubilũ eſt/ nec id tamẽ aſſidue cũ ita eſt affectum/ cœlo vero ſereno non fiat. ſiquidẽ illud: leuiter dictũ modis oĩbus videtur. Pari modo & illud quoq; / dicere inq̃ radiorũ ſolis calorẽ q̃ in nubibus inhibetur atq; detinetur/ eſſe harũ rerũ cauſam: haudquaq̃ probabile exiſtit. etenim hæc ratio: oſcitanter admodũ reddita eſt. Nã et a tonitru & fulgetro & cęteris generis eiuſdẽ/ cauſã ſemper eſſe diſcretã atq; diſtinctã/ & ſic illa fieri: neceſſe eſt. At illud: plurimũ ab hoc diſcrepat. ſimile enĩ eſt atq; ſi qs putet aquam niuẽ & grandinem cum ante in nubibus eſſent/ poſtea ex cerni/ & nõ fieri: quaſi ad manũ faciẽte ſemper concretione vnũquodq; eorum. nam pari ratione hęc/ concretiones: illa/ ſecretiones eſſe exiſtimãdũ eſt. Quare ſi

Vatablus

ex hiſce altera nō fiant ſed ſint: vtriſq; eadem accommodabitur ratio. Itē cur caloris in nubibus interceptionem diuerſiorem eſſe dixerit quiſpiam: q̄ vt in hiſce quę dēſiuſcula ſunt? Atqui aqua a ſole & igni calefit: ſed tamen cum rurſum coit & inalgeſcendo denſeſcit / nullam talem fieri excidentiam contingit/ qualē illi prædicant. quanquam eam fieri oportuit: pro magnitudinis ratione. Atq; ſpiritum/ ignis opera in aqua genitum / feruorē facere: qui vt inſit prius/ nec fieri poteſt / nec illi ſonitum feruorem eſſe ſtatuunt/ ſed ſtridorem. At ſtridor: nō niſi paruus feruor eſt. quo enim id quod incidit dū extinguitur euincit ac ſuperat: hoc feruēdo ſonitū ædit. Sunt etiā qui fulgur/ quemadmodū & Clidemus: haud eſſe dicant/ ſed apparere. p ſimilitudinē dicētes/ quaſi affectio ſimilis ſit/ vt mare cum virga percutitur noctu reſplēdere videtur: ſic humorē cū i nebula flagellatur/ fulgoris apparentiam quæ nō niſi fulgetrū eſt ingerere. Verū hi: nondū verſati fuerāt in opinionibus quę de refractione ſunt. q̄ quidē: eiuſmodi affectionis cauſa eſſe videtur. Nā aqua dū pcutitur/ fulgere videtur: refracto ab ea ad quippiā lucidū aſpectu. Quāobrē: noctu magis q̄ interdiu fulgurat. nā interdiu non apparet: propterea q; maius diei lumen illud offuſcat & hebetat. Igitur hæc ſunt: quæ de tonitru & fulgetro ab alijs dicuntur. alijs fulgetrum quidem eſſe refractionem/ aliis fulgorem dicētibus: tonitru vero extinctionem ignis / nō qui per ſingulas affectiones nubibus innaſcatur/ ſed qui inſit. Nos autē ſuper terram ventū/ in terra terrę motū / in nubibus tonitru: eādē eſſe naturam dicimus. Nam hæc omnia: idem eſſentia ſunt / nempe exhalatio arida. quæ cum modo quodā fluit: vētus exiſtit. cum autē iſto: motus terræ facere ſolet. cum autē in nubibus mutationē ſubiens/ excernitur coeūtibus ipſis & in aquam cōcreſcētibus:

Tral. ve. ex græ. recog.

ſi altera horum non fiunt / ſed ſunt: de ambobus eadem congruet ratio. Interceptionēq; quid vtiq; magis alterum dicet quis: q̄ quēadmodū in ſpiſſioribus? etenī aqua a ſole & ab igne fit calida: ſed tamē cū iterū conſtat/ & infrigidatur aqua coagulata / nullam accidit fieri talē excidentiam/ qualem illi dicunt. q̄uis oportebat: ſecūdum rationem magnitudinis. Et feruorē facere ſpiritum intus factum ab igne: quem neq; poſſibile eſt inexiſtere prius / neq; illi ſonum feruorē faciunt ſed ſixin. Eſt autem ſixis: parua bullitio. qua enim quod extinguitur incidens obtinet: hac bulliens facit ſonū. Sunt autem quidā qui coruſcationē ſicut et Clidemus/ non eſſe aiunt ſed videri: aſſimilantes/ tanq̄ paſſio ſimilis ſit/ & quando mare quis virga percuſſerit (videtur enī aqua: effulgens nocte) ſic ī nube raptim moto humido apparentiam fulgoris eſſe coruſcationem. Iſti igitur nondum cō ſueti erant ijs quæ ſunt de refractione opinionibus: quod quidem videtur cauſa talis paſſionis eſſe. Videtur enim aqua fulgere percuſſa: refracto ab ipſa viſu ad aliquod fulgidorum. Quapropter: & fit magis hoc/ nocte. die enim nō videtur: quia lumen diei amplius exiſtens exterminat. Quæ igitur dicuntur ab alijs de tonitruo & de coruſcatione: hæc ſunt. his quidem / quod refractio coruſcatio ſit: his autem / quod ignis quidem perluſtratio/ coruſcatio. tonitruum autem extinctio: non intus facto ſecundum vnamquamq; paſſionē igne/ ſed inexiſtēte. Nos autē dicimus eſſe eandē naturā: ſuper terrā quidē ventū/ in terra autē terræ motū/ in nubibus autē tonitruū. Omnia enī eſſe hæc ſecūdū ſubſtantiā: idem/ exhalationē ſiccā. quæ fluēs quidē aliqualiter: vētus eſt. ſic autem: facit terrę motus. in nubibus autē / diſgregata conuenientibus & cōgregatis ipſis in aquā:

Clidemus

Cap. 8

Tral.ve.ex græ.recog.

tonitrua & coruſcationes / & adhęc alia naturæ eiuſdem cum his exiſtētia. Et de tonitruo q̄dē & coruſcatione: dictū eſt.

¶ Tralationis veteris ſecūdi libri Meteorologicorum Ariſtotelis/ ex græco recognitæ: finis.

¶ Tralatio vetus tertij Meteorologicorum Ariſtotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetū Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I. 1

DE reſiduis autē dicamus operibus ſegregationis huius: inducto iam modo dicentes. Spiritus enim hic ſegregatus p̄ modica quidem & ſparſim diffuſus/ & ſæpe factus & perflans/ & ſubtiliorū partiū exiſtēs: tonitrua facit & coruſcationes. Sí autē multus ſimul et ſpiſſior/ minus autē ſegregetur ſubtilis: Ecnephías vētus fit. quapropter & violētus. celeritas enī ſegregationis: facit fortitudinē. Quando igitur conſequitur multa & cōtinua ſegregatio: eodē fit modo quēadmodū cū iterū in contrarium mouetur. tūc enim: pluuia & aquę fit multitudo. Exiſtūt igitur ambo hęc potētia: ſecūdū materiam. Cum autem principium factum fuerit potentiæ cuiuſcūq̄: cōſequitur coexcretum ex materia / cuiuſcunq̄ fuerit multitudo inexiſtēs amplior/ amplius. & fit hoc quidem/ imber: hoc autem alterius exhalationis / Ecnephias. Quādo autem ſegregatus ſpiritus qui in

Vatablus

tonitrua & fulgura/ & inſuper cętera alia quæ eiuſdem cum hiſce naturæ ſunt. Atq̄ de tonitru & fulgure: dictum iam eſt.

¶ Secūdi libri Meteorologicorū Ariſtotelis/ Franciſco Vatablo interprete: finis.

¶ Meteorologicorum Ariſtotelis/ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem liber tertius: Franciſco Vatablo interprete.

DE reliqs autē ſecretionis huiuſce operib9: modo quo iā cœptū eſt/ dicamus oportet. Nā flatus iſte q̄ excerni ſolet/ cum in parteis exiguas ſparſimq̄ diffunditur/ & ſæpe fit ac perflat / necnō ſubtilior eſt: tonitrua & fulgura ædit. At ſi vniuerſus & dēſior/ minus autem ſubtilis expreſſus fuerit: Procellam gignit/ quę vocatur a Græcis Ecnephias. Quo fit: vt etiā vehemēs exiſtat. nā excretionis celeritas: robur aduehit. Cum igitur magna & continēs ſecretio fuerit conſecuta: tū profecto idem accidit/ quod cū rurſum aduerſam in partē halituū copia tenderit / euenire aſſolet. tum enim: pluuia iugis multaq̄ fit. Itaq̄ hæc ambo: in materia/ potentia inſunt. & quidem cum vtriuſlibet facultatis principium factū eſt: quod e materia coexcernitur/ cuiuſcūq̄ copia maior fuerit abundantius ſubſequi aſſolet. fitq̄ huius exhalationis pars altera/ imber: illius altera/ Ecnephias. Cum autem flatus qui in

Vatablus

nube erat/excretus alteri incurrē do repercutitur / perinde vt cum ex lato in anguſtum adigitur vē tus in portis viſq; (nam repulſa prima corporis ad hunc modum fluentis parte/ propterea q̄ illa nequaq̄ cedant: aut ob loci angu ſtias/ aut q̄ in frontē aliquis ali us offlet ſpiritus/ in iſtiuſmodi lo cis flatus circulū vertiginemq; fi eri ſępenumero accidit. ſiquidem aliud ne vlterius procedat arcet: aliud a tergo impellit. Quare: co gitur in latus/ qua nimirū parte non prohibetur/ ſeſe vertere. atq; ita ſemper quod proximū conti nuūq; eſt: quouſq; vnus euadat. Hoc autē: circulus eſt. cui enim figurę vnica latio cōpetit: eā ipſā circulū eſſe neceſſe eſt) ob id pro fecto vertigines ī terra/ & in nubi bus ſimiliter iuxta principiū fiūt. ¶ Niſi q̄ quēadmodū cū Procel la fit ſēper nubes excernitur/ atq; cōtinuus cooritur vētus: ita hic ſē per nubis continuitas ſubſequi ſo let. At ob nubis dēſitatē impotēs ab ipſa flatus ſecerni: in orbē pri mo cōuertitur / ob eā quam dixi mus cauſam. In præceps autem fertur: quia cōtinue nubes dēſan tur qua parte calor excidit. Quare hęc affectio/ſi coloris expers fue rit: vocatur Typhon/ qui quidē vētus eſt veluti Ecnephias incon coctus. Nō fit autem Aquilonijs Typhon / nec niue iacēte Ecne phias: propterea q̄ hæc ōnia fla tus exiſtūt. Flatus vero: nō niſi ca lida ſiccaq; exhalatio eſt. Igitur gelu atq; frigus quia euincūt: prī cipiū ipſum cū adhuc fit / ſtatim extinguūt. Q̄z autē euincāt domi nēturq;: palā eſt. nō enī eſſet nix: neq; partes ad Aquilonem poſitę humerēt. quippe cū hæc: vincen te frigore accidant. Fit itaq; Ty phon: cū Ecnephias ſtatim ab or tu excerni e nube non poteſt. Eſt autē ob vertiginis obluctationē: cū ad terrā cōuolutio ipſa delabi tur/ quæ ſecum aliquid abreptum e nube defert a quo abſolui non poteſt. Qua autē tramite directo procedit: ea flatu agitat. atq; mo tu in circulū facto: cuicūq; rei im petu violēto ingruerit / eā cōtor-

Tral.ve.ex græ.recog.

nube / alterum contra perculſerit ſic vt quando ex amplo in anguſtum vi fer tur ventus in portis aut vijs (accidit enī ſæpe in talibus repulſa prima parte flu entis corporis/ propterea q̄ non cedit: aut propter arctitudinē / aut propter re percuſſionē/ circulū et reuolutionem fie rī ſpiritus. hoc enī/ in ante prohibet pro cedere: hoc autem/a poſt impellit. Qua re cōpellitur in latus qua non prohibe tur/ ferrī: & ſic ſemper contiguū / donec vtiq; vnū fiat. Hoc autē: eſt circulus. cu ius enim eſt vna latio figuræ: hanc ne ceſſe eſt circulum eſſe) ſuper terrā vtiq; propter hoc fiūt reuolutiones / & in nu bibus ſimiliter ſecundum principium. ¶ Verūtamē ſicut quando Ecnephias 2 fit / ſemper nubes ſegregatur/ & fit con tinuus ventus: ſic hic ſemper continuū ſequitur nubis. Propter ſpiſſitudinē au tem non potens ſegregari ſpiritus ex nube: vertitur quidem circulariter prī mo / propter dictam cauſam. deorſum autem fertur: quia ſemper nubes inſpiſ ſantur/ qua excidit calidū. Vocatur au tem ſi incolorata fuerit hæc paſſio: Ty phon/ ventus exiſtens velut Ecnephias indigeſtus. Borealibus autē non fit Ty phon: neq; niuoſis exiſtentibus Ecne phias. propterea q̄ omnia hæc: ſpiritus ſunt. ſpiritus autem: eſt ſicca & calida exhalatio. Gelu igit & frigus: propter ea q̄ obtinēt/ extinguūt mox quod ad huc fit principiū. Q̄z autē obtinēt: palā eſt. neq; enī vtiq; eſſet niuoſitas: neq; borealia/humida. hæc enim accidit eſſe: obtinēte frigiditate. Fit igitur Typhon: quādo Ecnephias factus non poteſt ſe gregari a nube. Eſt autē propter repul ſionem gyrationis: cum ad terram de lata fuerit reuolutio ſimul deducens nu bem/ non potens abſoluī. Qua autem ſecundū directum efflat: hac ſpiritu mo uet. & circularī motu vertit / & ſurſum

Cap. 1 2

Tral.ve.ex græ.recog.

fert: cuicunq; inciderit vim inferens. Cū autem detractus ignitur (hoc autē eſt: cum ſubtilior ſpiritus factus fuerit) vocatur incenſio. coincendit enim aerem: 3 ignitione colorans. ¶ Si autē in ipſa nube multus et ſubtilis extruditur ſpiritus: hic fit fulmen/ ſi quidē valde ſubtile fuerit non adurens propter ſubtilitatem/ Poetæ quod Poetæ Arges vocant. ſi autē minus adurens: quod Pſoloen vocant. Illud enim propter ſubtilitatē fertur: propter velocitatem autē præuenit pertranſire ante q̄ igniat/ & moram faciēs denigret. Hoc autem tardius: colorauit quidem/ non autem exuſſit/ ſed præuenit. Quapropter & reſiſtentia quidem patiuntur aliquid: quæ autē non/ nichil. Iuxta quod clypei iam æramē liquefactū fuit: lignū autē nichil paſſum fuit. propter enim raritatem: præuenit ſpiritus penetrare & pertrāſire. Et per veſtimēta ſimiliter: non combuſſit/ ſed velut attritionem fecit. Quare/ ꝙ hæc omnia ſpiritus ſint: palā eſt & ex talibus. Eſt autem: aliquando & oculis videre. velut Tēpli Epheſini conflagratio & nunc accidit: circa templum in Epheſo cōbuſtū. ad multas enim partes flāma ferebatur continua: diſcerpta ſeorſū. Q̄ q̄dē fumus ſpiritus eſt/ & ardet fumus: manifeſtum eſt/ & dictū eſt prius in alijs. Cum autem ſimul multus ſecedit: tunc manifeſte videtur ſpiritus eſſe. Quod igitur in paruis ignitionibus videtur: hoc & tunc multa ardente materia fiebat multo fortius. Ruptis igitur lignis vnde principiū ſpiritus erat: multus ſecedebat ſimul qua efflabat/ & ferebatur ſurſum ignitus. Quare videbatur flāma ferri: et iuadere domos. Sēper enī putare oportet: ſequi fulmina ſpiritū/ et præcedere. ſed nō videtur: quia ſine colore eſt. Quapropter & qua debet percutere: mouetur prius q̄ percutiatur/ tanquam prius incidēte principio ſpiritus.

Vatablus

quet ſorbetq; in excelſum. At ſpiritus qui e nube detrahitur/ ardēs accenſuſq; dum fuerit/ quod quidem accidit ſi tenuior efficiatur: Preſter vocatur/ hoc eſt incenſio. incendit enim ſimul aerem: adeo vt ardore ipſum inficiat. ¶ Q̄ ſi ex ipſa nube multus ac tenuis expreſſus fuerit flatus: is fulmē exultat. quod ſi admodū tenue fuerit/ ſed præ tenuitate nō adurat/ illud eſt quod Poetę Arges (id eſt clarū) vocant. ſi vero minus adurat: qđ Pſoloen/ quaſi dicas fumidum. Nam illud ob eſſentiæ tenuitatem/ fertur: at ob motus celeritatem/ ante penetrat q̄ vt adurat et mora facta infuſcet. hoc autē cū ſit tardius: inficit quidē/ non autem adurit ſed penetrare anticipat. Quocirca & quæ obſiſtunt/ quippiam pati ſolent: quæ minime/ nihil. verbi cauſa. iā æs quo ſcutum integebatur/ liquatum fuit: lignū vero/ nihil ſuſtinuit. nā propter ligni raritatē: prius ſpiritus percolatus fuit atq; tranſmiſſus/ q̄ vt lignū affici vllo pacto quiuerit. Per veſteis quoque parí modo tranſiuit: quas non aduſſit/ ſed protriuit. Quare hæc omnia flatus eſſe: vel ex talibus conſtat. Licet autem: oculis quoq; ipſis interdū cōtemplari. id quod nuper fecimus: in tēpli Epheſini conflagratione. Tūc enim flāma ſeorſim reuulſa: multas in parteis continua ferebatur. Fumum/ ſpiritū eſſe ac ardere: apertum eſt/ et alio loco antea dictū. Cū autē vniuerſim abſcedit: tū eſſe flatus apte videtur. Quod igitur in paruis rogis fieri videmus: hoc idē vel tūc/ multa nimirum ardente materia longe validius fiebat. Ruptis itaq; lignis vnde ſpiritus origo atque initium erat: multus/ qua parte efflabat vniuerſim ſecedebat/ & ardens in ſublime ferebatur. Quare: flamma ipſa ferri/ & incidere in domos videbatur. Semper enim ſpiritum fulmina præcedere comitariq;: putandum eſt. ſed non cerni: quia coloris expers ſit. Ideoq; : quati prius omne & afflati q̄ pcuti. vtpote cū ſpiritus: ocyor fulmine ſit.

Vatablus

Quinetiam tonitrua findunt diſſipantq; nō ſono/ ſed ſpiritu. Nā ſpiritus tam ſonum q̄ ictū efficiens: vna cū illis excernitur. qui ſi percutiat: findere/ nō vrere ſolet. Verum de tonitru/ fulgure & Ecnephia/ tum etiam de Preſtere Typhone & fulmine/ & ꝙ omnia idem ſint/ & quænam ipſorū omnium inter ſe differentia ſit: dictum eſt. CAP. II.

DE Area autem ſiue corona & Arcu cœleſti/ & quid vtrūq; ſit/ & quam ob cauſā fiat/ itē de Parelijs & Bacillis: dicamus. nā hæc omnia: eiſdem de cauſis euenire ſolēt. Primū autē ſumamus oportet: affectiones et q̄ circa vnūqdq; ipſorū accidūt. Area igit̄ plerūq; completa circuli forma cernitur: fitq; circa ſolē lunāq; & ſplēdida aſtra. Præterea nō minus noctu/ q̄ interdiu: & horis antemeridianis/ quam poſtmeridianis. mane vero & circa ſolis obitum: rarius. At arcus cœleſtis: nec vnquā circulus euadit/ nec maior q̄ dimidia circuli forma ſectio. Et occidēte & oriente: minimi circuli maximus ambitus. cum autem eleuatur magis: circuli maioris minor ambitus. Itē poſt autūni æquinoctiū/ die decreſcēte: quacunq; hora fit. æſtate vero: per meridiem non cernitur. Nec vnq̄ plures ſimul q̄ duo: fiūt. Horū autē/ q̄uis vterq; tricolor ſit atq; eoſdē pariq; numero ac reliquus colores habeat: tamē qui in exteriore ſunt/ obſcuriores habētur atq; ordine cōtrario poſiti. Nā arcus interior: primam quæ maxima eſt circunferētiā/ puniceā geſtat. exterior: vltimam quæ minima eſt ſed illi proxima. atque reliquas proportionabiliter. Cæterum colores hi ſunt: quos fere ſolos facere pictores nequeunt. hi enim: quoſdam/ aliorum miſtura faciunt. At puniceus viridis & purpureus: nequaquā hoc pacto fiunt. hos autem colores: arcus habet. Qui autem puniceum & viridem interiacet: is plerunq; flauus apparet. Parelij autem atq; Virgæ/

Tral. ve. ex græ. recog.

Et tonitrua autē diuidunt: nō ſono/ ſed quia ſimul ſegregatur qui plagam fecit et ſonum ſpiritus/ qui ſi percuſſerit diuidit/ exurit autem non. De tonitruo igitur & coruſcatione & Ecnephia/ adhuc autem de incenſionibus & Typhonibus & fulminibus dictum eſt: & ꝙ idē omnia/ et quæ differētia oim ipſorū ſit, CAP. II.

DE Halo autē & Iride/ q̄d vtrūq; / & propter quam cauſā fit: dicamus/ & de Parelijs & Virgis. etenim omnia hæc: fiunt propter eaſdē cauſas inuicem. Primo autem oportet accipere: paſſiones & accidentia circa vnūquodq; ipſorū. Ipſius igitur halo apparet ſæpe circulus totus: & fit circa ſolē & lunā & circa ſplendētia aſtrorū. Adhuc autē/ nichil minus nocte q̄ die: & meridie q̄ ſero. diluculo autē minus: & circa occaſum. Iridis autē nunq̄ fit circulus: neq; maior ſemicirculo deciſio. Et occūbente quidē & oriēte: minimi quidē circuli/ maxima autē portio. eleuato autē magis: circuli quidē maioris/ minor autē portio. Et poſt autūnale quidē ęquinoctiū in breuioribus diebus: omni hora fit diei. in æſtiuis autē: nō fit circa meridiē. Neq; duabus plures: irides fiūt ſimul. Harū autē tricolor quidē vtraq;: & colores eoſdē/ & ęquales ſecūdū numerū habēt inuicē. obſcuriores autē ſūt eius quæ extra eſt: & ecōtrario poſiti ſecundū poſitionē. Quę enī intra eſt: primā habet peripheriam quæ maxima eſt/ puniceā. quæ autē exterius: minimā quidē/ propinquiſſime autē ad hāc. & alias proportionaliter. Sūt autem colores hi: quos quidē ſolos fere nō poſſunt facere pictores. quoſdā enī ipſi miſcēt. Puniceus autē/ & viridis/ & alurgus: nō fit miſtus. iris autē: hos habet colores. Qui autē eſt inter puniceū & viridē: apparet ſępe xanthus. Parelij autē & Virgę/ fiunt

Tral.ve.ex græ.recog.

2 ex latere ſemper: & neq; deſuper / neq; ad terram / neq; ex oppoſito / neque etiam nocte / ſed ſemper circa ſolem. Ad huc autem: aut dum aſcendit / aut dum deſcendit ſemper. ſecundum plurima autem / ad occidentē: dum autem in medio

Boſphorus cœli eſt / raro. vt in Boſphoro aliquando accidit. per totā enim diē: ſimul orientes duo Parelij permanſerunt vſq; ad occaſum. Quæ igitur circa vnūquodq; ipſo-

5 rū accidūt: hæc ſunt. ¶ Cauſa autē horū omniū: eadē. omnia enim hęc: refractio ſunt. differūt autē modis: & a quibus / & quomodo accidit fieri refractionē ad ſolē / aut aliud aliquid fulgidorū. Et per diē q̄dē: iris fit. nocte autē / a luna: vt antiqui q̄dē putabāt / nō fiebat. Hoc autē patiebātur: ꝓpter raritatē. latebat enī ipſos. Fit tamē: raro autē fit. Cauſa autē eſt: q̄ in tenebris latent colores / & alia multa oportet coincidere / & omnia hæc die vna menſis. in plenilunio enim fieri neceſſe eſt: ſi debeat fore. & tūc: aut oriēte / aut occūbente. Quapropter in annis ſupra quinquaginta: bis comperimus ſo-

6 lū. ¶ Q̄z igitur viſus refrangitur ſicut & ab aqua ſic & ab aere & omnibus habētibus ſuperficiē planā: ex ijs quę circa viſū oſtenſa ſunt / oportet accipere fidē. et q̄ ſpeculorū in quibuſdā quidem / non ſolū colores / ſed & figuræ apparēt: in q̄buſdā autē / colores ſolū. Talia autē ſūt: ſpeculorū quęcūq; parua ſunt / & nullā ſenſibilē habēt diuiſionē. in his enī: īpoſſibile eſt figurā apparere. videbitur enī eſſe diuiſibilis. ois enī figura: ſimul videtur figura eſſe / & diuiſionē habere. Quoniā autē intus apparere aliq̄d neceſſariū eſt / hāc autē īpoſſibile: relinquitur colorē ſolū / ītus apparere. Color autē: aliquādo quidē clarus videt / clarorū. aliquādo autē: aut ꝓpterea q̄ miſcet ei qui eſt ſpeculi / aut ꝓpter debilitatē viſus / alterius coloris efficit phantaſiā. Sit autē de his

Vatablus

ex obliquo ſemper effici ſolent: & nec ſupra ſolē / nec infra prope terram / nec e regione / nec etiam noctu / ſed ſemper circa ſolem. Præterea: aut aſcendente / aut deſcendente. occidente / frequēter: cœli vmbilicū pērreptāte / raro. id quod: in Boſphoro aliquādo accidit. Nam coorti duo Parelij: ab matutino tēpore durauerūt in occaſum. Quæ igitur circa eorū quodq; accidūt: hæc ſunt. ¶ Horū autē omniū: vna eadēq; cauſa eſt. nā hæc oia: refractio ſūt. differūt tamē modis quibus fiāt: & ī hoc / nēpe a quibus / & quomodo refractio ſolem verſus aut aliquid aliud lucidum fiat. Item arcus interdiu quidem fit: noctu vero / a luna ſcilicet / verū quidē ſentētia minime fiebat. Hoc autē illis accidit: ꝓpter raritatem. eos enī latebat. Fit tamē: ſed raro. Cauſa: q̄ colores in tenebris lateant / q̄q; alia multa concurrere / eaq; omnia vna die menſis / oporteat. nam pleniluniō fiat: ſi futurus ſit / neceſſe eſt. atq; tūc: oriēte aut occidēte luna. Quā ob rē in annis ſupra quinquaginta: bis tantū in eū incidimus. ¶ Q̄z igitur vt ab aqua / ita etiam ab aere cæteriſq; omnibus quę ſuperficie læui conſtant refrāgatur aſpectus: ex hiſce quæ circa aſpectū demonſtrantur / ſumēda fides eſt. q̄q; in quibuſdā ſpeculis nō modo colores / verū etiā figuræ appareant: in quibuſdā vero colores ſolū. Eiuſmodi autē ſunt: quæcunq; exigua ſunt / & ſenſilem diuiſionē nullā habent. Nā fieri nō poteſt: vt in hiſce figura appareat. videretur enim: eſſe diuiſibilis. nā figura omnis: ſimul & eſſe figura / & omni ex parte diuidi poſſe videtur. At cū quippiam in illis apparere ſit neceſſum / figuram autem impoſſibile ſit: reliquum eſt profecto vt color ſolum appareat. Porro ſplēdidorum color interdum ſplendidus apparet: interdum vero / aut quia cū ſpeculi colore permiſcetur / aut quia aſpectus infirmus eſt / alterius coloris ingerit phantaſiam. Sed de his: in

Vatablus

hiſce quę de ſenſibus demõſtrãtur/ ſit a nobis conſideratũ. Proinde: ex hiſce alia dicamus/ alijs vti veris vtamur.

CAP. III.

PRimũ aũt de Areę figura/ & cur circulus euadat/ & cur circa ſolẽ lunãq; et cõſimiliter circa aliquod aliud aſtrũ cerni ſoleat: dicamus. nã: omnibus eadem accommodabitur ratio. Fit igitur aſpectus refractio: cum vapidus aer in nubẽ concreſcit/ dũmodo cõſiſtens æquabilis ſit/ ac partibus conſtet exiguis. Quãobrẽ cũ vapor cõſiſtit/ aquę ſignũ datur: cum vero diſſipatur aut emarceſcit/ minime. Nam cũ diſſipatur/ flatũ: cũ vero emarceſcit/ ſerenũ indicat. Si enĩ vapor nec emarceſcat/ nec diſſipetur/ ſed ſuam ſortiri naturã ſinatur: merito aquæ ſignũ exiſtit. Quando iã talẽ fieri cõſiſtentiã indicat: ex qua ad aquã venire/ denſatione cõtinentiam accipiente/ neceſſum ſit. Vnde etiã fit: vt hi vapores omniũ maxime colore atro ſint. At cum diſſipatur: flatũ portendit. Nã vaporis diductio: a flatu fit/ qui iã quidẽ eſt/ nondum tamen apud nos excurrit. Cuius rei indicium eſt: q; vnde præcipua diſſipatio fit/ hinc flatus accedit. Cum vero emarceſcit: ſerenitatem. nã ſi aer nullo pacto ita ſeſe habeat/ vt quem in ſe continet calorẽ euincat & in pluuiam denſitatem veniat: conſtat exhalationis partẽ humentẽ ac frigidam ab arida & ignea nondum eſſe ſequeſtratam. quod: ſerenitatis cauſa exiſtit. ¶ Itaq; quo pacto habẽte aere refractio fiat: dictum eſt. Refrangitur autẽ aſpectus: a caligine quæ circa ſolem lunamve cõſiſtit. Quocirca: Area nõ e regione/ perinde vt Arcus/ apparet. Cum autem æquo vndiq; modo refrangitur aſpectus: circulũ exultare/ aut certe circuli partẽ neceſſe eſt. Nam lineæ æquales/ ab eodem puncto ad idem pũctum ductæ: ſemper ſupra circuli lineam frangentur.

Tral. ve. ex græ. recog.

nobis ſpeculatum: in demonſtratis circa ſenſus. Quapropter ipſorũ hęc quidẽ dicamus: his autem vt exiſtentibus vtamur.

CAP. III.

PRimo autẽ de figura ipſius Halo dicamus: & quare circulus fit/ & quare circa ſolem aut lunam/ ſimiliter autẽ & de alijs aſtris. eadẽ enĩ: in omnibus cõgruet ratio. 7

Fit igitur refractio viſus: conſiſtente aere & vapore in nubem/ ſi regularis & paruarũ partiũ conſiſtens extiterit. Quapropter: et ſignum/ conſiſtentia quidem/ aquę eſt. diſtractiones tamẽ et marcefactiones: hę quidem ſerenitatis/ diſtractiones autẽ ſpiritus. Si enim neq; marceſcat/ neq; diſtrahatur/ ſed permittatur recipere propriã naturam: aquę ſignum merito eſt. Inſinuat enim iam fieri talem cõſiſtentiam: ex qua continuitatem accipiente inſpiſſatione/ neceſſarium ſit in aquam venire. Quapropter et nigri fiunt colore hi: maxime aliorum. Cum autem diſtrahitur: ſpiritus ſignũ eſt. diuiſio enim a ſpiritu facta eſt: iam quidem exiſtente/ nondum autem prę-ſente. Signum autem huius eſt: q; hinc fit ventus/ vndecunq; principalis facta fuerit diſtractio. Marcefacto autem: ſereni tatis. ſi enim non diſponitur aliqualiter ſic aer vt obtineat interceptum calidum neq; veniat in inſpiſſationẽ aquoſam: palã eſt q; nõdũ vapor ſegregatus eſt ab exhalatione ſicca et ignea. hoc autem: ſerenitatis eſt cauſa. ¶ Quomodo igitur ſe habente aere fit refractio: dictũ eſt. Refrangitur autem a cõſiſtente caligine circa ſolem aut lunam: viſus. Quapropter: non ex oppoſito/ ſicut iris/ apparet. Vndiq; autem ſimiliter refracto: neceſſe eſt circulum eſſe/ aut circuli partem. Ab eodẽ enim ſigno ad idem ſignum: ęquales frangentur ſuper circuli lineam/ ſemper. 8



Tral.ve.ex græ.recog.

Sít enī a ſigno ī quo A ad B fracta et ea quæ eſt A C B / & quæ A F B / & quę A D B. æquales autē & hę A C / A F / A D ínuicē: & quę ad B ínuicē / ſcílícet C B / F B / D B. & protrahatur A E B. Quare: trígoní æquales, etením: ſuper æqualem quæ eſt A E B. Ducantur autem catheti ad A E B: ex angulis. a C quídem : quæ eſt C E. ab F autem: quæ eſt F E, a D autē : quæ eſt D E. Aequales ítaqꝫ: hæ. in ęqualíbus enī triāgulís / & ín vno plano: omnes. ad rectum ením omnes / eí quę A E B / & ad vnum ſignum E : copulantur. Circulus ígitur erít / deſcripta: centrum autē / E. Sít autē B quídē / ſol: A autē / víſus. quę autem eſt círca C F D perípheríа : nubes / a qua refrangítur víſus ad ſolē. Oportet autem íntelligere cōtínua: ſpecula. Sed propter paruítatem vnumquodqꝫ quídem ínuiſíbile : quod autem ex omnibus eſt / vnum eſſe vídetur / propterea ꝙ deínceps ſunt. Apparet autē quod quídem album eſt: ſol / circulariter continue ín vnoquoqꝫ apparens ſpeculorū / & nullam habens ſenſibílē díuíſionem. Iuxta autē hoc / nígra cōtígua perípheríа: quæ ꝓpter íllíus albedínē vídetur eſſe nígrior. verſus terram autē magís: quía tranquillius eſt. ſpíritu ením exiſtēte : non eſt ſtatio manifeſta. Sæpíus autem fiunt Halo círca lunam : quía ſol calidíor exíſtēs / cítius díſſoluít conſiſtentías aeris. Circa aſtra autem / fiunt quídem propter eaſdem cauſas: non ſignificant autem ſimíliter / quía paruas penítus / ínſinuant cōſiſtentias & nondum fœcundas.

CAP. IIII.

9 ARís autē ꝙ quídē eſt refractío / dictum eſt príus: qualís autem refractío / & quomodo & propter quam cauſam ſíngula fíunt accidentiū círca ípſā /

Vatablus

Sit enim a pūcto A / verſus pūctum B / fracta linea A C B / & linea A F B / & linea A D B. ſintqꝫ æquales inter ſe hæ: A C / A F / A D. & quæ ad B ſe conferunt / nempe C B / F B / D B : itidem inter ſe æquales. atqꝫ producatur linea A E B. Quare triangulí: æquales ſímileſqꝫ ſunt. quippe qui: ſuper æqualem lineam A E B conſiſtunt. Ducantur autē ex angulis ad lineam A E B: perpēdiculares. ab angulo C : perpendicularis C E. ab angulo F : perpendicularis F E. ab angulo D : perpendicularis D E. Hæ itaqꝫ: ínter ſe æquales ſunt. Nam in æqualibus triangulis / & vno in plano: omnes conſtāt. omnes enim : ſeſe ad rectos angulos líneę A E B / ín vno pūcto ſcilicet E / iungunt. Igitur deſcripta línea / circulus erit: centrum vero / E. Sit autē punctū B : ſol. punctum A: aſpectus. circūferētia C F D: nubes / a qua ſolem verſus refrangitur aſpectus. Specula etiam: cōtinua intelligere oportet. Verū ſíngula ob paruitatē ínuiſíbilia ſunt : quod autem ex omnibus cōſtat / vnum eſſe vídetur / quía ita digeſta ſunt vt vnū deínceps poſt alterū ſit collocatū. Quod autem cernitur album: ſol eſt / qui in vnoquoqꝫ ſpeculo per circulū cōtinēter apparet / nec vllā quæ ſenſuí peruía ſit recipit diuiſionē. Huic autē proxima cōtínuaqꝫ ora / nígrícat : ob illius alborē atrior apparēs. Sed circa terrā magis: ꝙ locus terræ vícinior magis vēto careat. Nā fieri non poteſt: vt flante vento / ſtatio certa fiat. Porro: círca lunam Areę ſæpiuſcule fiūt. quia ſol cū ſit calídíor : ocyus aeris cōſtitutiones díſſoluit. Circa aſtra autē / fiūt qꝫdem eiſdem de cauſís: nō tamē ex æquo portēdūt / ꝙ cōſtitutiones prorſus exiguas et nōdū fœcundas ſignificent. CAP. IIII.

QVod autem Arcus refractío quidē ſit / iā díximus: qualis autē / & quo pacto quaqꝫ de cauſa ſíngula quæ illí accidūt fieri ſoleāt /

Vatablus

in præſentia dicēdum. Igitur ab omnibus læuibus refrangi aſpectus videtur: de quorum numero eſt tā aer q̄ aqua. Fit autē refractio ab aere: cū denſeſcit. At ob viſus imbecillitatem: frequēter vel ſine inſpiſſatione viſū refringere idem aſſolet. Id qđ cuidam molliter/ non acute videnti: aliquando accidit. dū enī ambulabat: ſemper ſimulachrū aduerſa fronte præcedere videbatur. quod illi contingebat: quoniam viſio ad ipſum reflecteba-tur. nam præ languore adeo imbecilla tenuiſq; modis omnibus erat: vt & propinquus aer ſpeculi vicē illi perinde vt qui remotus denſuſq; eſſet/ præſtaret/ & ab illa repelli nequiret. Quocirca & promontoria in mari/ reuulſa: & Euro ſpirante omnia/ maiora videntur. Item: quæ in caligine poſita ſunt/ vt ſol & aſtra dum oriuntur & occidunt potius q̄ cum cœli medium tenent. Ab aqua autem maxime viſus refrā gitur: & adhuc ab ea quæ fieri incipit melius q̄ ab aere. Etenim quamlibet partiū e quibus conſiſtentibus roratio fit: potius q̄ caliginē/ ſpeculū eſſe neceſſe eſt. Cū autem & apertum ſit/ & iam dictū in huiuſmodi ſpeculis colorem duntaxat/ non etiam figuram apparere: neceſſario accidit cum pluere incipit/ & iam quidē nubiū aer in mollem pluuiā concreuit/ nondū tamē pluit/ ſi e regione ſit ſol aut quippiam aliud quod adeo lucidum ſit vt nubes ſpeculum reddi queat/ & refractio in corpus lucidū ex aduerſo fiat/ coloris non figurę apparitionem fieri/ cum ſpeculum qđq; paruū ſit atq; inuiſibile. At cū magnitudinis cōtinētia quæ ex illis omnibus exultat/ videri queat: magnitudinem perpetuā eundē prætendere colorē neceſſe eſt. nam ſpeculum quodq;: ei quod ex omnibus coaleſcit/ ſuū colorem tribuit. Quare/ cū hæc accidere poſſint: quoties ſol & nubes ſeſe ad hunc modum habebunt/ & nos ſolem inter & nubem erimus/ apparitio quædam

Tral. ve. ex græ. recog.

dicamus nunc. Refractus igitur viſus: ab omnibus videtur planis. horum autem eſt: aer & aqua. Fit autem ab aere quidem: cū factus fuerit conſiſtens. Propter viſus autē debilitatē: ſæpe etiā ſine iſpiſſatione/ facit refractionē. qualis aliquando accidit cuidam paſſio: debiliter & nō acute vidēti. ſemper enim idolum videbatur præcedere ambulantem ipſum: ex oppoſito reſpiciēs ad ipſū. hoc autē patiebatur: quia viſus refrangebatur ad ipſū. ſic enim debilis erat & tenuis valde ob infirmitatem: vt & ſpeculum fieret propinquus aer/ & non poſſet repellere/ ſicut qui longe eſt & ſpiſſus. Quapropter & ſummitates retractæ videtur in mari: & maiores magnitudines omniū cū Euri flant/ & quæ in caliginibus ſunt/ velut & ſol & aſtra oriētia & occumbētia magis q̄ in medio cœli exiſtentia. Ab aqua autē maxime refrāgitur: & ab incipiente fieri magis adhuc q̄ ab aere. Quamlibet enim partium ex quibus fit conſtātibus roratio: ſpeculum neceſſariū eſt eſſe magis caligine. Quoniam autem & manifeſtum eſt et dictum eſt prius/ q̄ in talibus ſpeculis color tantum apparet/ figura autē immanifeſta eſt: neceſſarium cū incipiat pluere/ & iā quidē cōſiſtat in rorationes qui in nubibus eſt aer/ nōdū autē pluat/ ſi ex oppoſito fuerit ſol aut aliud aliquid ſic fulgidū vt fiat ſpeculū nubes/ & refractio fiat ad fulgidū ex oppoſito/ fieri emphaſin coloris/ nō figurę/ vnoquoq; ſpeculorū exiſtēte paruo & indiuiſibili. Ea autē quæ ex omnibus ipſis eſt cōtinuitate magnitudinis viſa: neceſſe eſt cōtinuā magnitudinē eiuſdē apparere coloris. vnumquodq; enim ſpeculorum: eundem reddit colorem continuo. Quare/ quoniam hæc contingit accidere: cum ſe habeat hoc modo ſol & nubes/ & nos ſimus in intermedio ipſorū/ erit propter refractionem emphaſis

Tral.ve.ex græ.recog.

quædam. Quinimmo & videtur tunc/ & non aliter ſeſe habẽtibus: facta Iris. Q; igitur Iris ſit refractio viſus ad ſolẽ: manifeſtum eſt. ¶ Quapropter & ex oppoſito ſemper fit: Halos autem / circa ipſum. Et quidẽ ambæ refractio: ſed hæc quidem colorũ varietate differt. hęc enĩ ab aqua & nigro fit refractio/ et de lõge. hæc autem: deprope/ & ab aere albiore ſecundum naturam. Apparet autem fulgidum: per nigrum aut in nigro (differt enim nichil) puniceũ. Videre autem licet viridiũ lignorum ignem ꝙ rubram habeat flãmam: propterea ꝙ fumo multo miſtus eſt ignis / fulgidus exiſtens & albus. Et per caliginem & fumũ: ſol apparet puniceus. Quapropter Iridis quidem refractio prima: talem habere videtur colorem. a guttis enim paruis: fit refractio. quæ autem ipſius Halo eſt: non. De alijs autem coloribus: poſterius dicemus. Adhuc autem/ circa ipſum quidem ſolem non fit mora talis conſiſtẽtiæ: ſed aut pluit/ aut diſſoluitur. ex oppoſitis autem in intermedio generationis aquæ: fit quoddam tempus. Quoniam ſi fieret: eſſet vtique colorata Halos/ ſicut Iris. nunc autem: tota quidem non fiunt talẽ habentia emphaſin / neꝙ circulariter. parua autem & ſecundum partem: quę vocantur Virgæ. Quoniam ſi cõſiſteret talis caligo/ qualis fieret vtiꝙ ab aqua aut aliquo alio nigro / ſicut dicimus: appareret vtique Iris tota / ſicut quæ circa lucernas. circa has enĩ vt plurimũ Auſtralibus exiſtẽtibus: Iris fit hyeme. Maxime autẽ manifeſta fit: humidos habentibus oculos. horũ enĩ viſus: cito propter debilitatẽ refrangitur. Fit autem: & ab humiditate aeris / & ab euaporatione a flamma defluente & miſta. tunc enim: fit ſpeculum & propter nigredinem. fumoſa enim eſt: euaporatio illa. Lucernæ autem lumen: non al-

Vatablus

ob refractionem fiet. Quinimmo & tunc/ & non aliter habentibus illis: Arcus in cœlo cernitur. Patet igitur: Arcum eſſe refractionẽ viſionis in ſolem. ¶ Quãobrem & Arcus/ niſi ſole aduerſo: Area vero/ niſi circa ſolẽ nõ fit. Et qdẽ ãbo/ refractiones ſũt: verũ colorũ varietas alterã a reliq̃ diſcriminat. nã altera / ab aqua atroꝙ/ & e lõginquo fieri ſolet: altera/ ab aere qui ſuapte natura candidior eſt/ & e propinquo. Qđ autẽ fulgidũ eſt: ꝑ atrũ aut in atro (nihil enim refert) puniceũ apparet. Contueri autem poſſumus: ignem qui e virentibus lignis fit/ rubram flammam habere. propterea ꝙ ignis qui fulgidus albuſꝙ eſt: multo fumo admiſtus eſt. Quinetiã: ſol ipſe per caliginem/ & fumũ puniceus apparet. Quocirca: Arcus refractio prima/ eiuſmodi colorem habere videtur. quippe cum ea refractio: a paruis aſperginibus fiat. At Areæ refractio: minime. De cæteris autem coloribus: poſtea ſumus dicturi. Præterea talis cõſtitutio circa ſolẽ ipſum permanere diu non poteſt: ſed aut pluit/ aut diſſoluitur. dum tamen e contrarijs aqua gignitur: tẽpus quoddam interuenit. Si enim illud eueniret: Areæ/ modo Arcus tinctæ forent. nunc autẽ integra quidẽ aut circularia nulla fiunt quæ talem habeãt apparitionẽ: ſed exigua & per parteis / nẽpe qui vocantur Bacilli ſeu Virgæ. Quando ſi caligo talis cõſiſteret qualis eſſet aquæ aut cuiuſpiam alius atri/ ſicuti iã diximus: Arcus cœleſtis/ integer perinde vt qui circa lucernas fit/ appareret. Nam frequẽter per hyemem flãte Auſtro circa lucernas fit Iris: quam maxime vident qui oculos habent humidos. quoniam eorum aſpectus: prę imbecillita te celeriter refrangitur. Fit autẽ: tã ab aeris humiditate/ q̃ a fuligine illa quæ a flãma defluit atꝙ cũ aere miſcetur. tunc enim: ſpeculum vel propter nigrorem fieri aſſolet. Nam fuligo: fumida exiſtit. At lucernæ lumen: nõ al-

Vatablus

bū/ſed purpureum & flori Ireos ſimile/ non autē puniceum/ circulo apparet. nā & aſpectus qui refringitur/exiguus eſt: & ſpeculū/ atrū. At Iris illa quæ a remis fieri ſolet q̄ e mari referuntur: ſitu quidē eodē fit modo quo quę in cœlo cernitur/ colore tamē ſimilior ei eſt q̄ circa lucernas apparet. nō enī puniceū habere colorē videtur: ſed purpureū. Ipſa autē refractio: a minutiſſimis quidem ſed cōtinuis aſperginibus fit/ quæ non niſi aqua ſunt quæ iā prorſus diſcreta eſt. Fit autē etiam Iris: ſi quis talem locū qui ſoli oppoſitus ſit/ & hac quidē ſol faciem ſuā oſtētet/illac vero vmbrā faciat/ tenuibus conſpergat rorationibus. Nā in tali loco/ſi quis ītra irroret: ei qui foris ſtat qua ſolis radij permutātur atq; vmbrā efficiunt/Iris apparere ſolet. Hæc autē: modo loco cōſimili fit/ & cauſa eadē qua q̄ a remis efficitur. nā qui irrorat: manu/ vice remi vti ſolet. Qz autē Iridis color talis ſit ſimul & de cęterorum colorū apparitione: ex hiſce patebit. Intellexiſſe enī oportet vti iā diximus atq; ſuppoſuiſſe/primo qdē: rē lucidā in nigro aut per nigrū/ colorem efficere puniceum. Secūdo: aſpectū qui ſe longe deducit/ imbecilliorē minoremq; reddi. Tertio: atrum eſſe veluti abnegationem. nā quia viſus deficit: atrum apparere ſolet. Quocirca quæ lōge abſunt/ nigriora omnia apparent: qa viſus ea minus aſſequatur. Sed iſta ex hiſce quæ circa ſenſus accidunt: conſiderentur. nam quæ de hiſce rebus dicuntur: ad illa pertinent. nūc autem de ipſis dicamus: quantum nobis opus eſt. Hac igitur de cauſa: tam quæ remota ſunt q̄ quæ in ſpeculis/ nigriora minoraq; ac læuiora apparent. Quinetiam: nubes hiſce qui in aquam q̄ qui in ipſas aſpiciunt/ nigriores eſſe videntur. idq; admodum inſigniter. nam aſpectu exiguo propter refractionem: ſpectātur. Nihil autē intereſt: cōſpectus dimoueatur/an res cōſpectui obuia. fit enim ratione vtralibet: vt idem eueniat. Adhæc: nec id nos latere oportet. accidit enim vt cum nubes prope ſolē fuerit/ ſi quis in eā dirigat pu

Tral.ve.ex græ.recog.

bū/ſed purpureū apparet circulariter et irinū/ puniceū autē nō. eſt enī & viſus/ paucus qui refrāgitur: & nigrū/ſpeculū. Quæ autē a remis ſurſum latis ex mari Iris: poſitione quidē eodem fit modo ei quæ in cœlo/ colore autē ſimilior eſt ei quæ circa lucernas. nō enim puniceū/ſed purpureū habere colorē: videtur. Refractio autē: a paruiſſimis quidē/ continuis autē fit guttis. hæ autē: aqua ſegregata ſunt iā penitus. Fit autē: & ſi quis ſubtilibus rorationibus roret in aliquē talē locū/ qui poſitione ad ſolē verſus ſit/ & hac quidē ſol illuſtret/ hac autē vmbra ſit. In tali enī ſi quis intus roret: ſtanti extra/ qua permutātur radij & faciunt vmbrā/ apparet Iris. Modus autē & coloratio ſimilis/ & cauſa eadem: eſt ei quæ a remis. manu enī pro remo: vtitur rorās. Qz autē color talis ſit ſimul palā erit & de aliorū colorū phātaſia: ex his. Oportet enī intelligere/ ſicut dictū eſt/ & ſupponere primo quidē: q̄ fulgidū in nigro aut per nigrū/ colorē facit puniceū. Secundo autē: q̄ viſus protēſus debilior fit/ et minor. Tertio: q̄ nigrū velut negatio eſt. quia enī deficit viſus: apparet nigrū. Quapropter/ quę lōge ſūt omnia/ nigriora apparēt: propterea q̄ nō pertingit viſus. Cōſiderētur igitur hæc: ex ijs q̄ circa ſenſus accidūt. illorū enī proprij: de his ſūt ſermones. nūc autē q̄tū neceſſe eſt: de ipſis dicamus. Apparēt igitur ꝓpter hāc cauſā: & quę lōge ſunt nigriora & minora & planiora/ & quę in ſpeculis. Et nubes/ nigriores: aſpiciētibus in aquā q̄ in ipſas nubes. & hoc valde notabiliter. ꝓpter refractionē enī: pauco viſu aſpiciūtur. Differt autē nichil: qđ videtur ꝓmutari/ aut viſū. vtroq; enī modo: erit idē. Adhęc autē: oportet nō latere & hoc. accidit enī cū fuerit nubes prope ſolē: in ipſā q̄dē reſpiciēti/ nequaq̄ apparere coloratā/ ſed eſſe albā. in aqua autem eādem hāc intuēti:

Tral.ve. ex græ. recog.

colorē habere aliquē eorū qui Iridis. Pa lā igitur eſt: ꝙ viſus ſicut & nigrum fractus propter debilitatem nigrius facit apparere/ ſic & albū minus albū/ & adducit ad nigrū. Qui igitur fortior: in puniceū colorē ꝑmutauit. cōtiguus autē: in viridē. qui autē adhuc debilior: in alurgū. In plus autē/ non amplius apparet: ſed in tribus ſicut & aliorum plurima/ ſic & horū ſe habet finis. Aliorū autē: inſenſibilis permutatio eſt. Quapropter & Iris tricolor apparet: vtraq; quidē/ oppoſite autē. Prima igitur: exteriorē puniceā habet. a maxima enī peripheria: plurimus incidit viſus ad ſolē. maxima autem: quæ extra. contigua autē/ & tertia: proportionaliter. Quare ſi quę de colorū phantaſia/ dicta ſunt bene: neceſſe eſt & tricolorē eſſe ipſam/ & his coloribus colorari ſolis. Xanthus autē apparet: propterea ꝙ ſecus ſeinuicē apparēt. puniceū enī iuxta viride: albū apparet. Signū autē huius eſt. In nigerrima enī nube: maxime pura fit Iris. accidit autē tūc: puniceū videri magis xāthū eſſe. Eſt autem xanthus in Iride: color inter puniceū & viridē colorē. Propter nigredinē igitur eius quę in circuitu eſt nubis: totū ipſius apparet qđ puniceū eſt/ albū. eſt enī ad illa: albū. Et iterū marceſcēte Iride propinquiſſime: cū ſoluatur puniceū/ nubes alba exiſtēs adiūcta ſecus viride/ permutat in xāthū. Maximū autē ſignū horū eſt: quę fit a luna Iris. apparet enim alba valde. Fit autē hoc: quia in nube obſcura exiſtēte apparet/ & in nocte. Sicut igitur ignis ſuper ignē: nigrū ad nigrū facit debiliter albū penitus apparere albū. hoc autē eſt: puniceū. Fit autē hæc paſſio manifeſta: & in floribus. in texturis enim & variaturis valde differunt ſecundū phātaſiam: alij ſecus alios poſiti colores/ velut & purpurei in albis aut in nigris lanis. Adhuc autē: ī ſplēdore tali aut

Vatablus

pillæ aciē: nullo infecta colore/ ſed alba appareat. at ſi in aqua eādem ſpectet: colorem quendam Arcus cœleſtis habere videatur. Patet igitur: ꝙ cōſpectus fractus vt prę ībecillitate quod nigrum eſt magis nigrum / ita quod albū eſt minus albū apparere facit / atq; ad nigrorē adducit. Validior igitur aſpectus: colorem album in puniceū/ proximus ab illo in viridē / qui præterea imbecillior eſt in purpureū/ mutare aſſolet. Vltra hos autē colores: nullus præterea apparet. ſed vt plurima quoq; alia: ita & hi ternario definiti ſunt. Aliorū autē colorū mutatio: inſenſibilis eſt. Quocirca & Arcus tricolor: vterq; quidē/ ſed oppoſito modo apparet. Primus igitur: extimā ſupremāq; circūferentiā / puniceā habet. nā aſpectus: a maxima circūferentia ſoli plurimus incurrit. extima autē: maxima eſt. Proxima vero & tertia: iuxta proportionem ſeſe habent. Quare ſi quæ de colorū apparitione diſſeruimus / probe dicta ſunt: Irin & tricolorē eſſe / & hiſce ſolis coloribus tingi neceſſe eſt. Flauus autē color iccirco appareat: qa iuxtapoſiti colores ſpectant. Nā color puniceus iuxta viridē: albus apparet. Cuius rei ſignū eſt. Nā ī nube nigerrima: Iris maxime pura ſynceraq; fieri aſſolet. tunc enī accidit: vt color puniceus flauior eſſe videatur. Flauū autē illud quod in Arcu apparet: color eſt inter puniceū & viridem medius. Igitur ob nubis circūſtātis nigrorē: quicquid eius puniceū eſt/ albū apparet. nā puniceū: ad illa/ albū eſt. Et rurſum emarceſcēte proxime terrā Iride: cū diſſoluitur puniceū/ nebula alba iuxta viridem ſeſe applicans / in flauum trāſire ſolet. Hæc autē: maxime indicat lunæ Arcus. quippe q: albus oīno appareat. qđ accidit: qa & in nube atra/ & noctu ſpectari ſolet. Ergo vt ignis igni adiectus/ ſic nigrū iuxta nigrū poſitū: qđ remiſſe albū eſt/ quale eſt puniceū/ prorſus album apparere facit. Hęc autē affectio: vel in floribus pſpicua eſt. Nā in texturis & variegaturis: colores quidā iuxta alios & alios poſiti/ apparitione ſupra q̄ dici queat differūt / vt purpurei in albis nigriſve

Vatablus

lanis. Præterea: in ſplẽdore tali aut tali. Quocirca & qui varijs filorum coloribus flores cõcinnãt: cũ ad lucernã operãtur/ ſeſe frequẽter errare/ & imprudẽter alios pro alijs accipere aiunt. Qz igitur Iris ſit tricolor/ qꝓ hoſce colores tantũmodo præferat: dictũ eſt. Quę autem ambit: ſecunda/ & coloribus lãguidioribus eſt. quos item ſitu diuerſo atq; prima: hac ipſa de cauſa habet. Nã aſpectus lõgius procurrẽs: vt quod remotius eſt/ ita quod hic eſt/ videt. A ſuperiori igitur Iride refractio imbecillior exultat: quia remotiore in loco fit. Quare cũ minor inuadat: colores apparere languidiores efficit. Itẽ ordine cõuerſo: propterea qꝓ ſeſe a minori ac interiori circũferẽtia ad ſolem maior trudit. Nam quæ viſio minus diſtat: a propinquiſſima primæ Iridi circũferẽtia refrãgitur. minima autem exterioris Iridis circunferẽtia: propinquiſſima eſt. Itaq; ea: puniceũ colorẽ habebit. illi autẽ proxima/ & tertia: iuxta proportionem. Exterior Iris/ B: interior/ A. Colores: C puniceus/ D viridis/ E purpureus. Pars autẽ illa quæ eſt F: flaua apparet.

Tral.ve.ex græ.recog.

tali. Quapropter: & variatores florum aiũt ſe peccare operãtes ad lucernã ſępe/ & decipi accipiẽtes alios pro alijs. Quare igitur tricolor/ & qꝓ ex his apparet coloribus ſolũ Iris: dictũ eſt. Dupla autẽ & obſcurior coloribus eſt illa quæ ambit: & poſitione colores ex oppoſito habet poſitos/ propter eandẽ cauſam. Longius enim protẽſus viſus: ſicut quod longius videt/ & quod hic eodẽ modo. Debilior igitur a ſuperiori refractio fit: quia a remotiori fit refractio. Quare minor inci-dens: colores facit obſcuriores appare-re. & econuerſo etiã: quia amplior a minori & interiori peripheria incidit ad ſolẽ. propinquior enim viſus exiſtẽs: refrãgitur a peripheria ꝓpinquiſſima primæ Iridi. propinquiſſima autẽ ĩ exteriori Iride: minima peripheria. Quare hęc: habebit colorẽ puniceũ. cõtigua autẽ & tertia: ſcd̃m ꝓportionẽ. Exterior Iris in quo B: ĩterior ĩ quo A. Colores autẽ: ĩ quo C puniceus/ ĩ quo D viridis/ ĩ quo E alurgus. Xãthus autẽ apparet: ĩ quo F.



Cæterum: tres Arcus aut plures facti ad hoc vſque æui nunquam fuerunt. quia ſecundus obſcurior euadat: adeo vt tertia refra-

Tres autem non adhuc fiunt: neque plures Irides. quia & ſecunda fit obſcurior: intantum vt & tertia refra-

Cap. 5

Tral.ve.ex græ.recog.

ctio valde debilis fiat / & impotens sit pertingere ad solem. CAP.V.



II QVod autem neque circulum possibile sit fieri Iridis / neq; maiorem semicirculo portionem / et de alijs accidentibus circa ipsam: ex descriptione erit considerantibus manifestum. Hemisphærio enim existente super horizontem circulum in quo A / cẽtro autem K / alio autem quodam oriẽte signo in quo G / si quę a K lineæ secundum conũ excidentes faciant velut axẽ / lineã in qua G K / & a K ad M protractę refrangantur ab hemisphærio ad G super maiorem angulum: ad circuli peripheriam incident lineæ quæ a K. Et si quidem in ortu aut in occasu astri / refractio fiat: semicirculus assumetur circuli ab horizonte super terram factus. Si autem supra: sẽper minor semicirculo. Minimus autem: cum in meridie fuerit astrum. Sit enim in oriente primum vbi G / & refracta sit K M ad G: & planum erectũ sit in quo E / quod a trigono in quo G K M. Circulus igitur: decisio erit sphęræ. qui maximus: sit in quo E. Differet enim nichil: si quodcũq; eorum quæ super G K / secũdum trigonum K M G / erectum fuerit planum. Lineæ igitur ab ijs quæ G / K ductę in hac ratione: non constituentur ad aliud & aliud signum q̃ semicirculi in quo E. Quoniam enim signa G K data sunt / & quæ K M: data vtiq; erit & quæ M G. Quare: & ratio eius quę M G / ad M K. Datam igitur peripheriam tanget: M. Sit itaq; hæc: in qua N M. Quare: decisio peripheriarũ / data est. Apud aliã autẽ q̃ ad eam quæ M N peripheriam: ab eisdem signis eadẽ ratio in eodem plano nõ cõsistit. Extraponatur igitur quædam linea quæ D B: & scidatur vt M G ad M K /

Vatablus

ctio admodũ ifirma reddatur / nec ad solẽ peruenire queat. CAP.V.

QVorro Arcum cœlestẽ nec in circulum euadere posse / nec i portionem semicirculo maiorem / atq; de cęteris quæ illi accidũt: ex descriptione fiet considerare volentibus apertum. Nam hemisphærio supra terminantem circulum A existente / centro autẽ K / atq; pũcto quodam alio ceu G exoriente / si lineę quæ a K in turbinis speciem procidunt / velut axem lineam G K faciant / & lineæ a K ad M productæ ab hemisphærio ad G super angulum maiorem refrangantur: lineæ profecto quæ a K egrediuntur / sese circuli oræ applicabunt. Atq; si in astri exortu obituve fiat refractio: dimidia circuli portio quę supra terram sit / excipi ab horizõte cõsueuit. Si vero dum astrũ supera in parte cœli existit / refrangatur aspectus: semper arcus minor dimidia circuli forma assumitur. Minimus autẽ: dũ illud / circulum attingit meridianum. Sit enim primum in oriẽte G: & lineæ K M in G refrangatur. atq; planũ E / quod a tergo trianguli G K M existit: educatur. nihil enim referet: si quodlibet planum ex hisce quæ supra lineam G K / iuxta triangulum K M G consistunt / eductum sit. Orbis itaq; sectura: circulus erit. maximus: sit E. Lineæ igitur a punctis G / K hac ratione ductæ: haudquaquam in alio & alio q̃ semicirculi illius in quo E / puncto concurrent. Nam cum & pũcta G / K data sint / & linea K M: data vtiq; erit & linea M G. Quare: & ratio lineæ M G ad lineã M K. Datã igitur circũferentiam: punctũ M attinget. Sit itaq; ea: N M. Quare: circũferentiarũ sectio data est. Ad aliam enim q̃ N M circunferentiam: ab eisdem punctis eadem ratio in eodem plano minime consistit. Extra descriptam igitur figuram: linea quædam / nempe D B / seorsim iaceat: fiatq; ad hunc modũ vt quomodo linea M G ad lineam M K sese habet / ita linea D ad lineã B sese habeat.

Vatablus

Maior autē eſt linea M G: q̄ linea M K. quādoqdē turbinis refractio ſup maiorē angulū fit. ſub maiori enī angulo triāguli M K G: porrigitur. maior ergo eſt et linea D: linea B. Accedat igitur ad lineā B/ linea F: vt qđ eſt linea D ad lineā B/ id linea B F ad lineā D ſit. deinde qđ eſt linea F ad lineā K G: id linea B ad aliā/ puta K Q/ fiat. atq; a pūcto Q ad pūctū M: ꝓducatur linea Q M. Igitur pūctū Q: circuli cui lineæ a K profluētes ingruunt/ vertex erit. Nam vt linea F ſeſe habet ad lineam K G/ & linea B ad lineā K Q: ita & linea D ad lineam Q M ſeſe habebit. Ponamus enī non ita habere: ſed aut ad minorem/ aut ad maiorem linea Q M. Nihil enim referet: vtram dicamus. ſit ad lineā Q R. Eandē igitur rationē lineę G K/ & K Q/ & Q R inter ſe habebūt: quā lineæ F/ B/ D/ habēt. At lineæ F/ B/ D: rationū ſimilitudinē ſubeūt. nam quod eſt linea D ad lineam B: id linea F B ad lineā D. Quare ſicut ſe habet linea G Q ad Q R: ſic linea Q R ad Q K. Si igitur a punctis G/ K/ ad pūctum R protrahantur lineæ G R & K R: hæ protractæ eādē ſeruabūt rationē/ quam linea G Q ad lineam Q R. Nā lineæ trianguli G Q R/ & trianguli K R Q circa eundē angulū Q: rationū ſimilitudinē ſubeunt. Quare & linea G R/ ad lineā K R eādē habebit rationē: quā & linea G Q ad lineā Q R ſortita eſt. Eādē autē rationē habet linea M G/ ad lineam M K: quā linea D/ ad lineā B. Quare quæ a punctis G/ K/ ducuntur: ambæ non modo apud circunferentiā M N concurrēt tametſi eandē habeāt rationē/ verū etiā alibi. quod ſane fieri nequit. Cum igitur linea D/ nec cū maiori/ nec cū minori q̄ Q M (vtrumq; enim: ſimiliter oſtendetur) communem obtineat rationē: patet idem illi cum ipſa linea Q M euenire. Quare quod eſt linea M Q/ ad lineam Q K: id erit linea G Q/ ad lineā Q M. Igitur ſi circulus deſcriptus ſit qui vertice Q/ et interuallo Q M vtatur: angulos omneis attinget/ quos refractæ li

Tral. ve. ex græ. recog.

ſic quæ D ad B. Maior autem: quæ M G/ ea quę M K. quoniā ſuper maiorem angulum: refractio coni. ſub maiori enī angulo ſubtēditur trigoni M K G. maior igitur eſt & linea D: linea B. Adiungatur igitur ad eā quæ B/ in qua F: vt ſit qđ D ad B/ quæ B F ad D. deinde quod F/ ad K G: quæ B/ ad aliam fiat quæ K Q. & a Q ad M: copuletur quæ M Q. Erit igitur Q: polus circuli ad quem lineæ a K/ incidunt. Erit enī quod quæ F ad K G/ & quæ B ad K Q: & quę D ad Q M. Non enim ſit: ſed aut ad minorem/ aut ad maiorem ea quæ Q M. nichil enim differet. ſit ad Q R. Eādem ergo rationem G K/ & K Q/ & Q R adinuicem habebunt: quam quæ F/ B/ D. Quæ autem F/ B/ D: proportionales erant. quod quidē D ad B: quę F B ad D. Quare quod quę Q G ad Q R: quę Q R ad eam quę Q K. Si igitur ab ijs quę K/ G/ quę G R & K R ad R coniungantur: copulatę hę eandem habebūt rationem/ quā quę G Q ad eam quę Q R. Circa eūdem enim angulum Q: proportionaliter & quę trianguli G Q R & eius qui K R Q. Quare & quę G R ad eam quę K R eandem rationē habebit: quā & quę G Q ad eam quę Q R. Habet autem & quæ M G ad M K eam rationem: quam quę D ad eam quę B. Quare ambę a ſignis G/ K/ non ſolum ad peripheriam M N concurrent eandē habentes rationem: ſed & alibi. quod quidem: impoſſibile. Quoniam igitur quę D/ neq; ad minorem ea quę Q M/ neq; ad maiorem (ſimiliter enim demō ſtrabitur) palam eſt q̄ ad ipſam vtique erit in qua Q M. Quare erit quod quę M Q ad Q K: quæ Q G ad Q M. Si igitur eo in quo Q polo vtēs/ diſtātia autē ea i qua Q M/ circulus deſcribatur: omnes angulos attinget/ quos refractæ

Cap. 5

Tral.ve.ex græ.recog.

faciunt/quę a K/G. Si autē nō: ſimiliter oſtēdentur eandē habere rationē quę ali bi q̄ in ſemicirculo cōcurrunt. quod quidem: erat ipoſſibile. Si igitur circūducas ſemicirculū in quo E/circa diametrū in qua G K Q: quę a G/K/refractę ad id in quo M/in omnibus planis ſimiliter habebūt/& ęqualē faciēt angulū qui K M G. & quē faciēt autē angulū quę K Q & Q M/ſuper eam quę G Q: ſemper ęqualis erit. Trianguli igitur ſuper eam quę G Q: æquales ei qui G M Q/conſiſtunt. horum autem catheti: ad idem ſignū cadēt eius quę G Q/& æquales erunt. cadant ad O. Centrū ergo circuli: O. ſemicirculus autē qui circa M N: abſectus eſt ab horizonte.

Vatablus

neæ quæ a punctis K/G prōdeūt/efficere ſolent. Qz ſi non attinget: quæ alibi q̄ in ſemicirculo coeunt/eandem habere rationem conſimiliter oſtendentur. quod fieri non poſſe: iam diximus. Si ergo ſemicirculū E circa diametrū G K Q circūagas: quæ a punctis G/K ad pūctū M refrāgi ſolēt/omnibus in planis cōſimiliter ſeſe habebūt/efficiētq; angulū æqualē/nēpe K M G. et quē angulū lineæ K Q & Q M/ſuper lineam G Q committēt: ſemper æqualis erit. Igitur triangulī ſuper lineam G Q conſtituti: triangulo G M Q/æquales ſunt. horum autē perpēdicula: in idem punctum lineæ G Q cadent/atq; æqualia inter ſe erunt. cadant in O. Igitur O/circuli centrū exiſtit: cuius partem alteram/nempe eā quæ circa M N/horizon abſtulit.



¶Iterū ſit Horizon quidem: in quo A C. aſcendat autem ſupra hunc: G. axis autem ſit nunc: in quo G Q. Alia igitur omnia: ſimiliter oſtendētur vt & prius. Polus autē circuli/in quo Q: erit ſub horizōte eo in quo A C/eleuato ſigno in quo G. In eadem autem: & polus/& cētrum circuli & terminantis nūc ortū. eſt enim iſte: in quo G Q. Quoniam autē

¶Rurſum/ſit horizon A C: ſupra quem iam ſubuectum ſit pūctum G. ſitq; nunc axis: G Q. Reliqua omnia: haud ſecus atque prius oſtendentur. Circuli enim vertex Q: ſub horizonte A C/eleuato puncto G/erit. Vertex autem circuli & centrum tam circuli q̄ eius qui nunc puncti eleuationem terminat (is enim: eſt G Q) in eadē linea ſunt. Cum vero puncta K/G

Vatablus

ſupra diametrũ A C ſint: circuli centrũ ſcilicet O ſub priori terminãte/nẽpe A C/in linea K Q erit. Quare portio quæ ſupra horizontem exiſtit/ vt S T: ſole ſupra eundem eleuato/ minor ſemicirculo erit. nam R S T: ſemicirculus erat. nunc autẽ: a terminãte A C iterſectus eſt. portio itaq; R S: minime apparebit.

Tral.ve.ex græ.recog.

ſupra diametrũ quæ A C/ quod K G: centrum vtiq; erit ſub horizonte priori in quo A C/ in linea K Q/ in quo O. Quare minor erit ſuperior deciſio ſemicirculo: in qua S T (nam R S T: ſemicirculus erat. nunc autẽ: abſciſſus eſt ab A C horizonte. itaq; R S: diſparẽs erit) eleuato ipſo ſole.



At cum idem in meridie exiſtit: minima. Nam quo punctum G ſuperius fuerit: eo circuli centrũ & vertex inferius erunt. Cur autem ab æquinoctio autũnali die decreſcẽte quacunq; hora fiat Iris/ & eo rurſus creſcente ab æquinoctio verno vſq; ad alterũ per meridiẽ non cernatur: ratio eſt/ q̃ circulorum ſectiones quæ ab æquinoctiali ad ſeptentrionẽ vergere ſolẽt/ omnes ſemicirculo maiores ſunt/ atq; ſubinde ſem-

Minima autem: cũ in meridie. Quanto enim ſuperius G: tanto inferius & polus & centrũ circuli erit. Quod autẽ in minoribus quidẽ diebus ijs qui poſt ęquinoctium autumnale contingit ſemper fieri Iridem/ in longioribus autem diebus ijs qui ab ęquinoctio altero ad ęquinoctiũ alterum/ circa meridiem nõ fit Iris: cauſa eſt/ quia quę ad Arcton deciſiones/ omnes maiores ſunt ſemicirculo/

Tral.ve.ex græ.recog.

& ſemper ad maiores. quod autem eſt immaniſeſtum: paruum. Quę autem ad meridiem deciſiones ęquinoctialis/ quę quidem ſurſum deciſio/ parua: quæ autem ſub terra/ magna. & ſemper in maiores: quæ lōgius. Quare in ijs quę ad æſtiuas verſiones diebus: propter magnitudinē deciſionis/ anteq̄ ad mediū veniat deciſionis & ad meridianū/ G/ ſubtus iam penitus fit T. propterea ꝙ lōge diſtat a terra meridies propter magnitudinē deciſionis. In ijs autem diebus q̄ ad hyemales verſiones: quia non multū ſu per terram ſunt deciſiones circulorū/ cōtrariū neceſſariū fieri. modicū enī eleuato ī quo G: in meridie fit ſol. CAP. VI.

32 FAſdē autē dictis cauſas: exiſtimandū & de Parelio & Virgis. Fit enī Parelius quidem: refracto viſu ad ſolem. Virgæ autē: propterea ꝙ incidit talis exiſtens viſus/ qualem diximus ſemper fieri cum prope ſolem exiſtentibus nubibus ab aliquo refrangitur humidorū/ ad nubem. Videntur enim ipſæ quidem incoloratæ/ nubes: ſecundum rectū aſpectum intuentibus. in aqua autem: Virgis plena/ nubes. veruntamen: tunc quidem in aqua/ videtur color nubis eſſe. in Virgis autē: intra ipſam nubē. Fit autē: hoc cum irregularis fuerit nubis conſiſtentia/ & hac quidem ſpiſſa/ hac autem rara/ et hac quidem magis aquoſa/ hac autē minus. refracto enim viſu ad ſolem: figura quidem non videtur/ color autem. Quia autem in irregulari apparet/ fulgidus & albus ſol ad quem refractus eſt viſus: hoc quidem puniceum videtur/ hoc autem viride aut xanthon. Differt enī nichil: per talia videre/ aut a talibus refractum. vtroq; enim modo: apparet colore ſimile. Quare ſi & illo modo puniceum: & iſto. Virgæ igitur fiunt: pro-

Vatablus

per maiores cuadūt. quod vero diſparet: paruum. Contra quæ ab eodem ad meridiem ſpectāt: minores (nam quę ſupra terram extat: parua eſt. quæ autem ifra: magna) & q̄ lōgius abſūt/ ſemp minores ſunt. Vnde fit vt diebus ſolſtitio æſtiuo vtrinq; proximis: ob ſectionis magnitudinem priuſq̄ pūctū G ad ſectionis mediū meridianamq; lineā perueniat/ T prorſus deorſum exiſtat. propterea ꝙ meridies: a terra procul ob ſectionis magnitudinē abeſt. At diebus ſolſtitiū hybernū ſtipantibus: propterea ꝙ circulorū ſectiones nō admodū ſupra terrā ſūt/ cōtra accidere neceſſū eſt. nā paululū eleuato pūcto G: ſol in meridie cōſiſtit. CAP. VI.

DE geminato autē ſole (quē Greci Parelium vocant) & Virgis ſiue Bacillis: eaſdem cum ijs quas diximus cauſas eſſe exiſtimādū eſt. Nā tū Parelius fieri aſſolet: cum ſolē verſus refrangitur aſpectus. Virgę autem: propterea ꝙ aſpectus talis/ qualē ſemper fieri diximus quoties nubibus prope ſolē cōſiſtētibus ab aliquo humido refrāgitur/ ad nubē ſeſe applicat. Nā nubes cū per directū ſpectantur: coloris expertes eſſe videntur. cū vero in aqua: plenę Virgarū apparēt. Verū tunc/ nē pe cū in aqua ſpectātur: color eſſe nubis videtur. at cum Virgæ in cœlo fiunt: idem in ipſa nube apparet. Hoc autē fit: cum nubis cōſtitutio inæquabilis eſt/ & nubes partim dēſa/ partim rara/ & vna in parte aquoſa magis/ in altera minus exiſtit. nā refracto in ſolē aſpectu: ſolis figura non cernitur/ ſed color. At quia ſol lucidus & albus exiſtens quē verſus refrangitur aſpectus/ in re apparet inęquabili: aliud puniceū/ aliud viride aut flauum apparet. Nihil enim refert: per talia videre/ an a talibus refingi aſpectū dicamus. vtroq; enī modo: colore ſimili apparet. Quare ſi illo modo/ puniceū: & hoc quoq; / tale apparebit. Virgę igitur: pro-

Vatablus

pter ſpeculi inæquabilitatē/nō figura/ ſed colore fiunt. Parelius autē fit:cū aer q̄ maxime ęquabilis & ex ęquo dēſus eſt.et ,pinde albus apparet.Nā ſpeculi æquabilitas: apparitionis colorem / vnum reddit. At aſpectus vniuerſi refractio/ q̄ a caligine quę denſa eſt / & necdū quidē aqua eſt / ſed prope eſt vt aqua ſit/ad ſolē cōcurrat:colorem qui in ſole eſt apparere perinde facit/ vt cū ab ære lęui ob eius denſitatē frāgitur aſpectus. Quare cum ſolis color albus ſit: Parelius quoq; albus apparet. ¶Ob idipſum autē Parelius:q̄ Virgę certior aquę futuræ index exiſtit.quippe qui:aerem gignēdis imbribus procliuē eſſe magis indicat.Et cū in Auſtrina cœli regione cōſtiterit:magis q̄ cum in Aquilonia.quoniā auſtrinus aer: q̄ ſeptentrionalis melius in aquā mutari ſolet. Fiunt etiā tam Pareliȷ q̄ Virgę/ vti diximus: in oriente & occidēte/ & nec ſupra ſolem nec infra/ſed ex lateribus.nec prope admodū: nec procul omnino. Nam ſi illa aeris concreſcētis ſoliditas prope ſit: reſoluetur a ſole.ſi procul: aſpectus refrangi non poterit.cū enim longe de paruo ſpeculo remeet: ībecillus redditur. Quam obrem: Areæ quoq; fieri nō poſſunt e regione. Q̄ ſi ſupra & in propinquo inchoetur:a ſolis feruore diſſoluetur.ſin procul: aſpectus minor q̄ vt refractionē facere queat/ ſolem haudquaq̄ inuadet. Sed in latere fieri poteſt vt ſpeculū ita diſtet: vt nec ſolis feruore abſumi poſſit / & aſpectus vniuerſus recurrat. nam ſi in terrā quaſi per immenſum ſparſus feratur: deuenire ad ſolē nō poteſt.Sub ſole etiā fieri nō poteſt: quia ſi prope terrā extiterit/ cōſumetur feruore. ſi autē ſupra cœlo in medio: aſpectus diſtrahet & euaneſcet. Deniq; nec e latere quidē effici illa poteſt: cum ſol cœli vmbilicū preptat. nā aſpectus: neq̄q̄ fertur ī terrā. Itaq; exiguus ad ſpeculū venit: & refractꝰ oīno ībecillus recedit. ¶Quæ igitur opera in locis quæ ſupra

Tral.ve.ex græ.recog.

pter irregularitatē ſpeculi/ nō figura ſed colore.Parelius autē: cū q̄ maxime regularis fuerit aer/ & ſpiſſus ſimiliter. Quapropter:apparet albus. Regularitas enī ſpeculi: facit vnum emphaſeos colorem. Refractio autem ſimul totius viſus/ propterea q̄ ſimul incidit ad ſolem a ſpiſſa exiſtente caligine / & nondum quidem exiſtente aqua/prope autem aquam: colorem qui in ſole ineſt apparere facit/ ſicut fracto ab ære polito propter ſpiſſitudinem. Quare: quoniam color ſolis albus eſt: & Parelius apparet albus. ¶Propter hoc idem autē magis aquæ ſi 13
gnum eſt Parelius: q̄ Virgæ.magis enim ſignificat: aerē efficaciter ſe habere ad generationē aquæ.Auſtralis autem: Boreali magis.quia magis Auſtralis aer in aquam permutatur: q̄ qui ad Arctum. Fiunt autem (ſicut diximus) & circa occaſus & circa ortus/ & neq; deſup neq; deſubter / ſed ex lateribus: & Virgæ & Pareliȷ. & neq; prope ſolem valde:neq; longe penitus. Prope enim exiſtentē: ſol diſſoluet cōſiſtentiā. longe autē exiſtēte: viſus non refrāgetur.a paruo enim ſpeculo/lōge protenſus:debilis fit. Quapropter:& Halo nō fiunt ex oppoſito ſolis. Surſum igitur ſi fiat & prope: diſſoluet ſol. ſi autem longe: minor viſus exiſtēs quam vt faciat refractionem / non incidet. In latere autem eſt tantum diſtare ſpeculum: vt neq; ſol diſſoluat / viſuſq; multus ſimul veniat.quia ad terram latus: non pertingit tanquam per immenſum latus. Sub ſole autem non fit: propterea q̄ prope terram diſſoluitur vtiq; a ſole. ſurſum autem in medio cœli: viſus diſpergitur. Et totaliter: neq; ex latere in medio cœli fit. viſus enim: non ad terram fertur. Quare paucus pertingit ad ſpeculum: & refractus fit omnino debilis. ¶Quæcunq; igitur ope- 14
ra accidit exhibere ſegregationem in lo-

Tral.ve.ex græ.recog.

cis ijs quæ super terram: fere sunt & talia. Quæcunq; autem in ipsa terra/ inclusa terræ partibus operatur: dicendũ. Facit enim duas differentias corporũ: propterea ꝙ duplex/ natura est & hæc/ quẽadmodũ & in alto. Duæ enim sunt exhalationes: hæc quidẽ vaporosa/ hæc autẽ fumosa/ vt diximus. duæ autẽ: & species eorũ quæ in terra fiũt. nã hæc quidẽ/ fossibilia: hęc autẽ/ metallica. Sicca igitur exhalatio: igniens/ facit fossibilia omnia/ puta lapidũ genera illiquabilia/ & vernicem & oricellã & miniũ & sulfur & alia talia. Plurima autẽ fossibilium sunt: hęc quidem puluis coloratus/ hæc autem lapis ex tali consistentia factus/ velut cinnabari. Exhalationis autem vaporosæ: quæcunq; metallantur/ & sunt aut fusilia aut ductilia/ puta ferrũ/ aurũ/ æs. Facit autem hęc omnia exhalatio vaporosa inclusa/ & maxime in lapidibus: propter siccitatẽ in vnũ coarctata & coagulata/ velut ros aut pruina cũ segregata fuerit. hic autem: anteq̃ segregetur/ generantur hęc. Quapropter hæc/ sunt quidẽ vt aqua: sunt autem vt non. potẽtia enim: materia aquę erat/ est autem nõ adhuc. Neq; ex aqua facta propter quãdã passionẽ: sicut humores. neq; enim sic fit: hoc quidem æs/ hoc autem aurum. sed anteq̃ fiãt/ coagulata exhalatione: singula horum sunt. Quapropter: & igniuntur omnia: & terram habent. siccã enim habent exhalationem. Aurum autem solum: non ignitur. Communiter igitur dictum est de omnibus his: sigillatim autem considerandum intendentibus circa vnumquodq; genus.

¶ Tralationis veteris tertij libri Meteorologicorum Aristotelis/ ex græco recognitæ: finis.

Vatablus

terrã sunt/ secretionẽ exhibere cõtingat: tot fere numero taliaque sunt. Quæ autẽ in terra ipsa/ eadem in terræ partibus occlusa efficiat: dicendũ. Duas enim corporum differentias/ quoniam et ipsa quoq; duplex est: ibi perinde vt in sublimi/ efficere assolet. Nam vt halitus duo sunt (vti diximus) alter vapidus/ alter fumidus: ita & eorũ quę in terra fieri solent/ genera duo sunt. etenim alia/ fossilia sunt: alia/ metallica. Igitur exhalatio arida: suo calore fossilia omnia/ verbi causa tã illiquabilia lapidũ genera q̃ sandaracã/ ochrã/ miniũ/ sulfur/ cæteraque generis eiusdem efficit. Plurima autem fossilium: partim coloratus puluis sunt/ partim lapis e tali cõsistentia factus/ vt cinnabari. At quæcunque metallica sunt/ & aut fusilia sunt aut ductilia/ vt ferrũ/ ęs/ aurũ: ad vapidã pertinẽt exhalationẽ. Vapida autẽ exhalatio/ cũ in terra includitur/ & in lapidibus potissimũ ob eorũ siccitatẽ cõstringitur in arctius/ dẽsescitq; roris aut pruinæ modo cũ excernitur: ea omnia committit. sed inibi: ea prius quam illa excernatur/ gigni solẽt. Vnde fit: vt partim aqua sint/ partim minime. nã eorũ materies: potẽtia quidẽ aquæ erat/ nondum tamen est. Nec ex aqua quæ ꝑ affectionem quãpiã saporum in morem fiat: cõstant. nõ enĩ ad hũc modum hoc æs/ illud aurum euadit: sed horũ singula cõcreta prius exhalatione q̃ ortũ subeãt/ fiũt. Quocirca: & terrã cõtinent in se/ & vrũtur omnia/ ꝙ siccã exhalationẽ habeãt. At aurũ: vnũ omnium nequaq̃ vri solet. Sed de his omnibus/ cõmuniter quidẽ a nobis dictũ est: proprie autẽ ij considerent oportet/ qui generis cuiusq; determinationẽ suscipiũt.

¶ Tertij libri Meteorologicorũ Aristotelis/ Francisco Vatablo interprete: finis.

Vatablus

¶ Meteorologicorum Aristotelis/ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem liber quartus: Francisco Vatablo interprete.

1 Vmautē elemētorū causas q̄tuor esse a nobis definitū sit/ & iuxta coniugationes harum ipsa quoq; elementa esse quatuor acciderit/ e quibus duæ quidē calor inquā & frigus agere solent/ duæ vero ariditas videlicet & humiditas pati (cuius rei fides: ex inductione sumi potest. Nam in omnibus calor & frigus: ta quæ vnius q̄ quę diuersi sunt generis definire/copulare/ transmutare/ humectare/ arefacere/ indurare & mollificare videntur. Arida vero & humida: tum ipsa per se/ tum communia corpora quæcunq; constant ex vtrisq;/ definiri/& cæteros quos diximus affectus pati. Præterea & hoc quoq; rationibus ipsis qbus eorū naturas definimus: perspicuū existit. Nam calidū & frigidū: vti actiua dicimus. quod enim congregandi vim habet: id velut actiuum quid existit. Humidum vero & aridum: passiua. Nam prōpte & ægre terminabile: quo eorum natura quippiam sustinet/ dicuntur. Esse igitur alia actiua/ alia passiua: in aperto est) cū hęc inquam definita sint: eas profecto operationes quas quæ actiua sunt exhibeant atq; passiuorū
2 species sumere oportebit. ¶ Principio igitur vniuersaliter simplex absolutaq; & naturalis generatio atq; ei opposita per naturā corruptio: ab hisce potentijs effici assolēt. Ipsæ ergo in plantis/ animantibusq;/& eorū partibus: insunt. Est autem simplex naturalisq; generatio: trāsmutatio quę ab hisce fit potētijs/ vbi ex sub-

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus quarti Meteorologicorum Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetū Episcopum Meldensem.

Voniam autem quatuor causæ determinatæ sūt elementorū/ harum autem secūdum coniugationes & elementa quatuor accidit esse/ quarum duę quidē actiuę caliditas & frigiditas/ duę autem passiuæ siccitas & humiditas (fides autem horum: ex inductione. Videntur enim in omnibus/ caliditas quidem & frigiditas terminantes & copulātes & permutantes & homogenea & nō homogenea & humectantes & exsiccantes & indurantes & mollificantes. Sicca autem & humida: terminata/ & alias dictas passiones patientia/ & ipsa secundū se & quæcunq; communia ex ambobus corpora cōstant. Adhuc autē: ex rationibus palā est/ quibus determinamus naturas ipsorū, calidū enim & frigidū: vt actiua dicimus. cōcretiuū enī: sicut actiuū aliquid est. humidū autē & siccū: passiua. Facile terminabile enī & difficile terminabile: eo q̄ patitur aliquid natura ipsorū dicitur. Q̄z igitur hæc quidē actiua sunt/ hæc autē passiua: manifestū est) determinatis autē his: sumendum vtiq; erit operationes ipsorū/quibus operantur actiua & passiuorū species. ¶ Primo igitur vniuersaliter simplex generatio & naturalis permutatio: harum virtutū est opus/ et oppositā corruptio secundū naturam. Hæ igitur: plantis insunt/ & animalibus/ et partibus ipsorū. Est autē simplex et naturalis generatio: pmutatio ab his virtutibus/cū habeāt rationē ex sub-

1 CAP. I.

2

Generatio simplex

iecta materia/vnicuiqꝫ naturæ. hęc autem ſunt: dictæ virtutes paſſiuæ. Generant autem calidum & frigidum: obtinentia materiam. cum autem nō obtinent: ſecundum partem quidem/mo- 2 lynſis et indigeſtio fit. ¶Simplici autem generationi cōtrarium maxime cō mune: putrefactio. omnis enim ſecundum naturā corruptio: ad hoc via eſt/ puta ſenectus & auanſis. finis enim omnium horum: marcedo. niſi aliquid violentia corrumpatur natura conſtantium. eſt enim et carnem & os & quodcūqꝫ comburere: quorum finis/ ſecundū naturam corruptionis / putrefactio eſt. 4 ¶ Quapropter humida primo/ deinde ſicca tandē fiunt: putreſcētia. ex his enī facta ſunt: & terminatum fuit humido ſiccum / operantibus actiuis. Fit autem corruptio: cum id quod terminatur/ obtinet propter circundās/terminās. Quin immo ſingulariter dicitur putrefactio: in ijs quæ ſecundum partes corrumpū- 5 tur/ cū ſeparentur a natura. ¶Quapropter & putreſcunt omnia alia: excepto igne. etenim terra & aqua & aer: putreſcunt. omnia enī hęc: ſunt materia igni. 6 ¶Putrefactio autem eſt corruptio eius quæ in vnoquoqꝫ humido proprię et ſecundum naturam caliditatis / ab aliena caliditate. hęc autem eſt: quę ambiētis. Quare / quoniā ſecūdū indigentiā patitur calidi/ indigens autē tali virtute exiſtit frigidū omne: ambæ vtiqꝫ cauſæ erunt / et putrefactio communis paſſio et frigiditatis propriæ & caliditatis alienæ. 7 ¶ Propter hoc enim & ſicciora fiunt putrefacta omnia: & tandem terra & fimus. Exeunte enim proprio calido: coeuaporat quod ſecundum naturā humidum. et inducēs humiditatem: nō eſt amplius. inducit enī: trahēs pro-

iecta materia ad quamqꝫ naturā rationem obtinent. ea autē ſunt: paſſiuæ illæ potentiæ quas diximus. Porro tum calor & frigus gignere ſolent: cū materiā euincunt. Cum vero nō euincūt: particulariter quidem inquinatio & incōcoctio effici ſolet. ¶Simpli 3 ci autē generationi cōtrariū maxime commune: putrefactio eſt. Omnis enim corruptio quæ natura fit / ceu ſenectus & arefactio: ad eam ducit. Nam horum omnium finis: marcor eſt. niſi quid ex hiſce quæ natura conſtant: vi corrumpatur. Nā & carnē & os & quoduis eorū cremare licet: quorum finis eius quę natura fit corruptionis/ putrefactio exiſtit. ¶Idcirco quæ putrēt: primo hu 4 mida / poſtea tādē ſicca euadūt. Nam ex hiſce facta ſunt: definitumqꝫ eſt humido ſiccum / operantibus hiſce quibus agendi facultas eſt tributa. Corruptio autem fit: cum id quod definitur/ ob id quod ambit continetqꝫ/ dominātius eo fuerit quod definit. Verum putrefactio: de hiſce quę particulatim corruptionem ſubeunt/ cum a ſua receſſerūt natura peculariter dici ſolet. ¶Quocirca & reliqua omnia/ pręter ignē: putrent. etenim terra & aqua & aer: putreſcunt. nā hæc omnia: igni materia ſunt. ¶Eſt autem 6 putrefactio: proprij naturaliſqꝫ caloris in vnoquoqꝫ humido exiſtētis ab extraria caliditate corruptio. hæc autē eſt: quæ in eo quod circūfunditur ac continet/ exiſtit. Quare cū caloris defectu patiatur frigidum omne quatenus eiuſmodi potētiā deſyderat: ambo vtiqꝫ putrefactionis cauſę erunt/ & putrefactio frigiditatis propriæ & caliditatis peregrinæ communis affectio. ¶ Ob id enī & quę putrefiunt ſicciora redduntur omnia: & tādē fimus ac terra fieri aſſolēt. Abeūte ſiquidē calore proprio: naturalis humiditas vna cum illo difflatur atqꝫ euaporat / nec amplius id quod humorē inuehere ſolet in rationē rerū exiſtit. Nā calor propriꝰ: trahēdo/ humorē inuehit ad-

Vatablus

7 ducitq;. ¶Atq; in frigore minus
8 q̄ tepore: res putreſcũt. Nã tẽpo
re hyberno: circũdãs aer & aqua
parũ caloris retinẽt. & ideo: nul-
las vireis habent. æſtate vero:
9 plus. ¶Item nec id putredinem
10 ſentit: quod cõcretum eſt. Nam
magis frigidum eſt: q̄ calidus ſit
aer. non euincitur igitur. At id
11 quod mouet: vincit. ¶Nec id
quod feruet aut calidũ eſt. calor
enī qui in aere eſt: minor eo eſt
qui in re ipſa exiſtit. Quare: nec
dominatur/ nec mutationem vl
lã cõmittit. ¶Simili modo & il-
lud quod motu cietur ac fluit:
minus eo quod quietẽ agit im-
motumq; manet/ putrilagine tã
gitur. Nã motus ille qui ab aeris
calore prouenit: imbecillior eo ef
ficitur qui in re ipſa etiam ante
inerat. Quare facere non poteſt:
12 vt quicq̄ mutetur. ¶Eadẽ autẽ
cauſa eſt: & cur multũ minus q̄
paucũ putreſcere ſoleat. Nam in
re maiore: maior eſt caliditas
propria atq; frigiditas quam vt
potentiæ quæ in circũfuſo aere
13 ſunt/ euincãt. Vnde etiam fit vt
mare in parteis quidẽ diſtractũ/
celeriter putreat: ſed integrũ ac
totum/ haudquaq̄. Et reliquæ a-
quæ: pari modo. ¶Quinetiam
in hiſce quæ putrefiunt/ anima-
lia gigni ſolẽt: q; calor qui natu-
ralis eſt dũ educitur/ quæ ſegre-
14 gata ſunt cõſiſtere faciat. Igitur
quid ſit generatio & quid corru-
ptio: dictum eſt. CAP. II.

REſtat iã dicamus cõ
ſequentes ſpecies:
quas ex ſubiectis
quę natura conſtãt
dictæ vires effici-
unt. Eſt itaq; caloris quidẽ: con-
coctio. & concoctionis: matura-
tio/ elixatio/ aſſatio. Frigoris ve
ro: incõcoctio. & huius: cruditas
inquinatio/ excaldatio. Hæc au-
tẽ nomina: haudquaq̄ proprie
dici exiſtimandũ eſt. non enim
in vniuerſũ: rebus ſimilibus no-
mina poſita ſũt. Quare: nõ has/
ſed taleis eſſe ſpecies quas dixi-
mus/ putare oportet. Sed quid
ipſarum quæque ſit: dicamus.
¶Cõcoctio igitur: perfectio eſt/

Tral.ve.ex græ.recog.

pria caliditas. ¶Et in frigoribus autem 8
minus putreſcunt: q̄ in æſtu. In hyeme
enim: paucum eſt in ambiente aere & a-
qua calidũ. quare nichil poteſt. in æſta-
te autẽ: amplius. ¶Et neq; quod coa- 9
gulatum. magis enim frigidum: q̄ aer
calidus. non igitur obtinetur. mouẽs au-
tem: obtinet. ¶Neq; feruens aut cali- 10
dum. minor enim quę in aere caliditas:
ea quę in re. quare non obtinet: neq; fa
cit permutationem vllã. ¶Similiter au- 11
tem & quod mouetur & fluit: minus pu
treſcit q̄ non motum. debilior enim fit
motus qui ab ea quæ in aere/ caliditate:
q̄ qui in re præexiſtit. quare: nichil facit
permutari. ¶Eadẽ autẽ cauſa: & quare 12
multũ/ minus q̄ paucũ putreſcat. in maio
ri enim: amplior eſt ignis proprius & fri
gidum/ q̄ vt obtineant quæ in circũſtan
te virtutes. Quapropter & mare ſecũdũ
partem quidem diuiſum/ cito putreſcit:
totum autem/ non. Et aliq; aquę: eodem
modo. ¶Et animalia fiunt in ijs quæ 13
putreſcunt: propterea q; ſegregata cali-
ditas naturalis exiſtens conſtare facit ſe
gregata. Quid igitur eſt generatio/ &
quid corruptio: dictum eſt.

CAP. II.

RElíquum eſt autẽ dícere 14
contíguas ſpecies: quaſ-
cũq; dictæ vírtutes ope-
rantur ex ſuppoſitis natu
ra conſtantibus/ iam. Eſt
itaq; calidi quidẽ: díge-
ſtío. dígeſtionis autẽ: pepãſis/ hepſelis/
opteſis. Frigiditatis autẽ: idígeſtio. huius
autẽ: omotes/ molynſis/ ſtateuſis. Opor-
tet autem exíſtimare: nõ proprie hæc di
ci nomina. rebus enī: nõ poſita ſunt vni-
uerſaliter/ íjs q̄ ſimiliter. Quare: nõ has/
ſed tales oportet putare eſſe dictas ſpe-
cies. Dícamus autem: ipſarũ vnaquæq;
quid eſt. ¶Dígeſtío ígitur: eſt perfectío

ὠμότης
μόλυνσις
σάτευσις

15 Concoctio

Tral.ve.ex græ.recog.

a naturali & proprio calido/ ex oppoſi-
tis paſſiuis. hæc autem : ſunt propria v-
nicuiq; materia. Cum enim digeſtum fu
erit: & perfectum eſt & factum. Et prin-
cipium perfectionis/ a caliditate propria
accidit : q̄uis per aliquod exteriorū auxi
lium conſummata ſit . velut alimentum
condigeritur : & per balnea / & per alia
talia. ſed principium: quæ in ipſo eſt ca-
liditas. Finis autē: his quidē/ natura eſt.
natura autē : quam dicimus vt ſpeciē &
ſubſtātiā. his autem/ in ſubiectā quan-
dā formā/ finis eſt digeſtionis: cū tale fu
erit factū & tantū humidū aut opteſin
paſſum/aut hepſeſin/aut putrefactū/aut
aliqualiter aliter calefactum. tunc enim
vtile eſt: & digeſtū eſſe dicimus. ſicut mu
ſtū: & quæ in naſcētijs conſtant cū factū
fuerit pus/& lachryma cū facta fuerit lip
pitudo. ſimiliter autē: & alia. Accidit au
tē omnibus hoc pati: cū obtineatur ma-
teria & humiditas. hęc enim eſt: quę ter
minatur ab ea quæ in natura caliditate.
q̄diu enim inſit in ipſa ratio : natura hoc
16 eſt. ¶ Quapropter & ſanitatis ſigna: quę
talia/ & vrinæ/ & feceſſiones/ & totaliter
ſuperfluitates . & dicuntur digeſta eſſe :
quia inſinuant caliditatem propriam ob-
tinere humidum . Neceſſe autem eſt di-
geſta : groſſiora & calidiora eſſe . cali-
dū enim: efficit tale melioris molis / & 17
groſſius / & ſiccius. Digeſtio igitur: hoc
Incōcoctio eſt. ¶ Indigeſtio autem: imperfectio eſt
propter indigentiam proprię caliditatis.
indigentia autem caliditatis : frigiditas
eſt. Imperfectio autem: eſt oppoſitorum
paſſiuorū / quę quidē eſt vnicuiq; natu-
ra/ materia. Digeſtio igitur & idigeſtio:
determinatę ſint hoc modo. CAP. III.

Maturatio 18

EPanſis autem : eſt dige-
ſtio quædam. Digeſtio e-
nim alimēti i pericarpijs:
pepanſis dicitur. Quoni-
am autem digeſtio/ perfe-

Vatablus

quæ a naturali proprioq; calore
ex oppoſitis fit paſſiuis/quæ ſua
cuiq; materies exiſtunt. Nā cum
quid cōcoctū eſt : perfectū eſt ac
genitū. Atq; pfectionis exordiū/ 15
a natiuo calore ,puenit: q̄uis ali
quo externorum adminiculo ad
calcē vſq; pduci ſoleat. quomo-
do alimentū: per balnea & id ge
nus alia cōcoquitur. verū princi
pij vicē: internus calor occupat.
Porro concoctionis finis : aliis/ 16
natura exiſtit. natura autem eſt:
quam veluti formam eſſentiāq;
dicimus. Aliis/ ad quādam ſub- 17
iectam formā contendit: vbi ſcili
cet humor qui torrebatur/ vel eli
xabatur/ vel putrefiebat/ vel alio
quouis modo incaleſcebat / talis
tantuſq; euaſit. tunc enim: & vti-
lis eſt/ & cōcoctionē recepiſſe di-
citur/ vt muſtū/ & quæ in tuber-
culis collecta ſunt cum ad ſuppu
rationē peruenere / & lachrymæ
cū ſordes in oculis obortæ ſunt/
& cætera ſimili modo. Hoc autē
omnibus obtingit : cū materies
atq; humiditas ipſa victa fuerit.
hæc autem eſt: quæ ab ea calidi-
tate quæ in ipſa natura eſt/ defini
ri ſolet. nā hoc tandiu natura eſt:
dū in ea/ ratio ipſa inſit. ¶ Quo
circa & eiuſmodi/ & vrinę/ & alui
ſedimenta / & omnino corporis
excremēta: ſanitatis indicia ſūt.
& cōcocta dicuntur : q̄ humorē
a calore vinci ſignificent. Quæ 18
vero concoquuntur: craſſiora e-
uadāt atq; calidiora : eſt neceſſe.
Nam ei quod concoquitur/ am-
pliorē molem calor tribuit: & craſ
ſius illud aridiuſq; reddit. Igitur
cōcoctio: hoc exiſtit. ¶ At incon
coctio: iperfectio eſt quæ proprij
caloris penuria accidit. caloris
vero penuria: frigus eſt. Atq; im
perfectio: ad oppoſita paſſiua pti
net/ quę pfecto natura cuiq; ma
teries exiſtunt. Hoc igitur pacto
concoctio atq; inconcoctio : de-
finitæ ſint. CAP. III.

MAturatio vero: con
coctio quædā exi-
ſtit. Nā eius alimo-
nię quę i arborū fru
ctibus eſt/ cōcoctio:
maturatio nūcupatur. Cū autem 19

Vatablus

cõcoctio/ pfectio q̃dã ſit: tũc maturatio pfecta eſt/ cũ ſemina quę in fructuũ genere ſũt/ aliud eiuſmodi quale ipſũ eſt/ efficere valent. Nam & in cæteris: perfectũ ita dicimus. Hæc igitur maturatio: fructus arborum eſt. At multa quoq; alia ex hiſce quę cõcocta ſunt eadẽ quidẽ forma/ ſed tralatione/ matura dicũtur: propterea q̃ nomina (quẽadmodũ etiã prius dictũ eſt) cuiq; perfectioni circa ea quæ a natiuo calore ac frigore definiri ſolẽt/ haud quaq̃ indita ſunt. Tuberculorum autẽ/ pituitæ/ & cæterorũ id genus maturatio: contẽti humoris cõcoctio quã natiuus calor efficere aſſolet/ exiſtit. nihil enim niſi p̃ualeat ac ſuperet: determinare quicq̃ poteſt. Quæ igitur maturẽſcũt: omnia ex aereis aquea/ ex aqueis terrea cõſiſtẽdo fiũt/ & e tenuibus ſubinde craſſiora reddi
20 aſſolent. Atq; hoc pacto natura/ quędã ad maturationẽ adducit: quędam ab ea ſubmouet repellitq;. Dictũ eſt igitur: quid ſit maturatio. ¶ Huic autẽ: cruditas aduerſatur. Maturationi vero cõtraria eſt: eiuſce alimẽti quod in arborũ fructu cõtinetur/ incõcoctio. hoc autẽ eſt: humor nõ definitus. Quãobrẽ cruditas: vel aerea/ vel aquea/ vel eorũ quę ex vtriſq; cõſtãt/ exiſtit. Cũ autẽ maturatio/ perfectio quædã ſit: cruditas/ impfectio erit. Imperfectio vero: ob caloris naturalis defectũ atq; cõmenſũ humori ad maturi tatẽ pergẽti minime reſpõdentẽ/
21 fieri aſſolet. Porro: nullũ humidũ per ſe/ ſine arido maturũ fit. Etenim aqua: ex humidis ſola/ non craſſeſcit. quod ideo euenire ſolet: quia vel exiguũ calorẽ/ vel magnã humoris qui definitur copiam habeat. Et proinde:
22 crudorum ſuccus prętenuis eſt/ & gelidus potius q̃ tepidus/ & eſu ac potu inutilis. Cæterũ ipſa quoq; cruditas pinde vt maturatio: multifariã dicitur. Vnde & diſtillationes & vrinę & alui ſedimina: cruda dici eadẽ de cauſa ſolẽt. ex eo nãq; cruda nuncupãtur oia: q̃ a calore nec vincãtur/ nec

Tral.ve.ex græ.recog.

ctio/ quædã eſt: tũc pepanſis perfecta eſt/ quãdo ſemina quæ in pericarpio/ poſſũt efficere tale alterũ quale ipſum. etenĩ in aliis: perfectũ ſic dicimus. Pericarpij igitur: hęc pepanſis. Dicuntur autem & digeſtorum alia multa/ pepona/ ſecundum eandem quidẽ ſpeciem/ metaphora autẽ: propterea q̃ nõ ſunt poſita (ſicut dictum eſt prius) nomina ſecundum vnãquamq; perfectionem circa ea quæ terminãtur a naturali caliditate & frigiditate. Eſt autem naſcentiarum & flegmatis & talium pepanſis: a naturali calido inexiſtentis humidi digeſtio. impoſſibile enim eſt terminare: non obtinẽs. Ex ſpirituoſis igitur aquoſa/ ex talibus autẽ terreſtria cõſiſtunt/ & ex ſubtilibus ſemper groſſiora fiunt: pepanſin paſſa omnia. Et hæc quidẽ: in ipſam natura ducit/ ſecundum hoc. hæc autem: eiicit. Pepanſis igitur: dictum eſt quid eſt. ¶Omotes autem: eſt contrarium. Cõtrarium autem pepanſi: indigeſtio alimenti in pericarpio. hoc autem eſt: interminata humiditas. Quapropter: aut ſpirituoſa/ aut aquoſa/ aut eorũ quę ſunt ex ambobus/ eſt omotes. Quoniam autem pepanſis perfectio quædam eſt: omotes/ imperfectio erit. Fit autẽ imperfectio: propter indigẽtiam naturalis calidi/ & incommenſurationem ad humidum quod pepanſin patitur. Nullum autem humidum: ipſum ſecundum ſe pepanſin patitur ſine ſicco. Aqua enim: non ingroſſatur/ ſola humidorum. accidit autẽ: aut eo quod calidũ ſit paucũ/ aut quia quod terminatur humidũ/ multum. Quapropter & ſubtiles humores eorum quæ oma ſunt: & frigidi magis q̃ calidi/ & ineſibiles & impotabiles. Dicitur autem & omotes/ ſicut & pepanſis: multis modis. Vnde & vrinæ/ & ſeceſſiones/ & catarrhi: omi dicuntur/ propter eandem cauſam. eo enĩ q̃ nõ ſunt obtẽta

19 Cruditas

a caliditate/ neq̄ cōſtāt: oma oīa appellā tur. Longe autē procedētibus/ & later o- mus / & lac omum/ & alia multa dicun- tur: ſi cū poſſint mutari & conſtare a ca- liditate/ nō paſſa ſint. Quapropter aqua hepſeſin paſſa dicitur: oma autem non/ quia non ingroſſatur. Pepanſis igitur & omotes dictum eſt quid eſt: & propter quid vtrumq̄ ipſorū eſt. ¶ Hepſeſis au tē: eſt ſecūdū totū quidē/ digeſtio a cali- ditate humida inexiſtētis interminati in humido. Dicitur autē nomē ꝓprie: ſolū ī elixatis. Hoc autē vtiq̄ erit/ ſicut dictū eſt: ſpirituoſum/ aut aquoſum. Hepſeſis autē: fit ab eo qui in humido/ igne. quod enim in ſartaginibus: aſſatur. ab extrin- ſeco enim calido: patitur. In quo autem eſt humido: facit illud magis ſiccum/ in ſeipſum aſſumens. Quod autē elixatur: cōtrarium facit. ſegregatur enim ex ipſo humidū: a caliditate quæ eſt in extrin- ſeco humido. Quapropter: quę hepſeſin paſſa ſūt/ ſicciora ſūt q̄ aſſa. nō enī attra hunt in ſeipſa humidū: quæ hepſeſin pa tiūtur. prę̄ualet enī quę deforis caliditas: ei quæ intus eſt. Si autē vinceret quæ in- tus: traheret vtiq̄ in ſeipſam. Eſt autem nō omne corpus: hepſeſis paſſibile. neq̄ enī in quo nullū eſt humidū/ velut in la pidibus: neq̄ in quibus ineſt quidē / ſed nō poteſt obtineri ob ſpiſſitudinē/ vt in li gnis. ſed: quęcūq̄ corporū habēt humidi tatē paſſibilē ab ea quę eſt ī humido/ igni tione. Dicitur autē & aurū hepſeſin pati/ & lignū/ & alia multa: ſecūdū ſpeciē qui- dē eandē/ metaphora autē. nō enim po- ſita ſunt nomina: differētijs. Et humida autē hepſeſin pati dicimus / velut lac & muſtū: cū qui in humido ſapor in ſpeciē aliquā permutatur ab eo qui in circuitu & deforis igne calefaciēte. Quare: modo quodā ſimile dictę hepſeſi facit. Finis au tē nō idem omnibus neq̄ elixatis/ neq̄ digeſtis: ſed his quidem ad eſum/ his

Elixatio 20

conſiſtant. Q̄z ſi longius progre di velimus: & fictile & lac & mul ta alia cruda dicuntur/ ſi cū a ca lore trāſmutari ac conſiſtere poſ ſint/ inaffecta permaneāt. Quo- circa elixa dicitur aqua: ſed cru da minime/ q̄ craſſa nō euadat. Quid igitur ſit maturatio atque cruditas / & cur vtraq̄ ſit: dictū eſt. ¶ Elixatio autē: in vniuerſū quidē / eſt indefiniti in humore exiſtētis cōcoctio ab humido ca- lore facta. Sed vocabulū: de eli- xis ſolū proprie dici ſolet. Hoc autē/ nēpe quod indefinitū eſt: aereum vti diximus / vel aque- um/ eſſe poteſt. Fit autem elixa- tio: ab igni qui in humore eſt. Quod enī in ſartagine igni ad- mouetur: torreri aſſolet. nam ab externo calore patitur. Humorē autem illū in quo eſt: plenius ari dū ad ſe trahendo reddit. Quod autē elixatur: contra efficit. nam calor quem externus humor ha bet: ab eo humorē foras pellit. Quā ob rem: elixa/ aſſis aridio- ra ſunt. non enim quę elixantur: ad ſe humorē attrahūt. quando: externus calor internum vincit. Q̄z ſi præualeret internus: humo rē ad ſe traheret profecto. Porro: non omne corpus elixabile eſt. nam neq̄ id in quo nihil eſt hu moris ceu lapis / neq̄ id in quo humor quidē ineſt ſed denſitatis ratione vinci nō poteſt vt lignū: elixari poteſt. Sed e corporibus ea duntaxat elixari ſolēt: quæ hu miditatē habent eiuſmodi vt ab igni qui in humore exiſtit / pati queāt. At aurum / lignū/ & ple- raq̄ alia / elixari dicūtur: forma q̄dē eadē/ ſed tralatione. nō enī: differentijs propria indita ſunt vocabula. Liquida quoq̄ ceu lac atq̄ muſtū/ elixari dicimus: vbi circundans & forinſecus excalfa ciens ignis ſaporē qui in humo- re conſiſtit/ in aliam quandā ſa- poris ſpeciē tranſmutat. Quā- re: modo quodam ſimile quip- piam dictæ elixationi commit- tit. Finem autem non eundē na cta ſunt omnia/ nec quæ elixan- tur/ nec quæ concoquuntur: ſed aliorum finis in eſitatione/ alio-

Vatablus

rũ in ſorbitione/ aliorum in alio vſu cõſiſtit. quandoquidem/ vel medicamenta ipſa elixari dici=mus. Quare elixabilia omnia ſunt: quæcunque craſſiora vel minora vel grauiora/ aut eo=rũ quædam eiuſmodi/ quædam diuerſa fieri poſſunt. propter=ea quod eorum quæ diſgregan tur: alia craſſa ſunt/ alia tenuia. quomodo lac in ſerum atq; ca=ſeum diſtribui aſſolet. Oleũ au=tem ipſum per ſe non elixatur: quod horum nihil ſubeat. Igi=tur cõcoctio ea quæ elixatio nũ cupatur: id eſt. nihilq; intereſt: inſtrumentis arte an natura pa ratis fiat. eadem enim de cauſa: fient omnia. ¶ Inquinatio autem: inconcoctio quidem/ at elixationi aduerſa exiſtit. Fue=rit autem/ cum ei qua de prio=re loco diſſeruimus aduerſari di catur: incõcoctio infiniti in cor pore exiſtentis/ quam caloris humoris circunfuſi penuria cõ=mittit. Quod autem caloris pe nuria frigus habeat ammiſtum: dictum eſt. per alium tamen q̃ frigus/ motum: fieri ſolet. nam calor ille cui coquendi officium delegatum eſt: depellitur ac of=fuſcatur. Atque penuria illa: co=pia frigoris in humore circum=iacente vel eo quod elixatur exi ſtẽtis/ prouenire ſolet. Tũc enĩ euenit: vt calor qui eſt in hu=more/ amplior ſit q̃ vt non mo ueat/ ſed minor quã vt æqua=bilitatem afferre atq; concoque re poſſit. Vnde fit vt inquinata/ elixis duriora ſint: & humida/ ſiccẽtibus magis definita. Quid igitur & cur elixatio ſit/ atq; in=quinatio: dictum eſt. ¶ Aſſa=tio vero: concoctio eſt quæ ab arido & alieno calore efficitur. Ea de cauſa cum quis elixare quippiã nititur/ ſi id non ab hu moris caliditate/ ſed ab igneo calore mutari ac concoqui faci=at: vbi pfectũ eſt aſſũ fit nõ eli=xũ/ & exuperãtia inſup aduſtũ eſſe dicitur. Vbi autẽ pfectũ/ ſic=cius euadit: a calore ſicco fit.

Tral.ve.ex græ.recog.

autem ad ſorbitionem/ his vero ad a=liam oportunitatem. quoniam & phar maca elixare dicimus. Quare quæcũq; groſſiora poſſunt fieri aut minora aut grauiora/ aut hæc quidem ipſorum ta=lia/ hæc autem contraria/ propterea q̃ diſgregata hæc quidem ingroſſantur/ hæc autem ſubtiliantur/ ſicut lac in ſe=rum & coagulum: omnia elixabilia ſũt. Oleum autem non elixatur ipſum ſe=cundum ſeipſum: quia horum nullum patitur. Secundum hepſeſin igitur dí=cta digeſtio: hoc eſt. & nichil differt: in organis artificialibus aut naturalibus ſi fiat. propter eandem enim cauſam: omnia erunt. ¶ Molynſis autem: indi=geſtio quidem/ contraria autem hepſe=ſi. Erit autẽ contraria primę dicta: indi geſtio eius quod in corpore indetermi=nati propter defectum caliditatis quæ in humido quod in circuitu. Defectus autẽ cum frigiditate q̃ ſit: dictum eſt. fit autem: propter motum alium. ex=pellitur enim: digerens. Et defectus au tem: aut propter multitudinem frigidi=tatis in humido/ aut propter multitudi nem quæ in hepſeſin patiẽte. tũc enĩ accidit eam quæ in humido caliditatẽ/ ampliorẽ quidẽ eſſe q̃ vt nõ moueat/ minorẽ autẽ q̃ vt regulet & cõdigerat. Quapropter duriora quidem quæ mo lynſin patiuntur fiunt: q̃ hepſeſin paſ=ſa. humida autem: determinata ſunt magis. Hepſeſis igitur & molynſis: di ctum eſt & quid eſt/ & propter quid eſt. ¶ Opteſis autem: eſt digeſtio a ca=liditate ſicca & aliena. Propter hoc & ſi quis hepſeſin exercens faciat per=mutari & digeri non ab humidi ca=liditate/ ſed ab ea quæ ignis: cum cõ=ſummatum fuerit/ aſſum fit/ & non elixatum. & exceſſu: aduſtum eſſe dicitur. A ſicca autem caliditate fit: cum ſiccius fit/ conſummatum. Qua=

21 Inquinatio

22 Aſſatio

Cap. 3

Tral.ve.ex græ.recog.

propter & exteriora: ſicciora interioribus. elixata autem: contrarium. Et opus eſt in manufactis magis aſſare: quam elixare. difficile enim: exteriora et interiora regulariter calefacere. ſemper enim propinquiora igni: deſiccantur citius. quare & magis. Cõcluſis igitur exterioribus poris / non poteſt ſegregari intus exiſtens humidum: ſed includitur cum pori clauſi fuerint. Opteſis igitur & hepſeſis/ fiunt quidem arte: ſunt autem/ ſicut dicimus/ ſpecies vniuerſaliter eædem & natura. ſimiles enim quæ fiunt paſſiones: ſed innominatæ. imitatur enim ars: naturam. Quoniam & alimenti in corpore digeſtio: ſimilis hepſeſi eſt. et enim: in humido & calido a caliditate corporis fit. Et indigeſtio: ſimilis molynſi. Et animal non fit in ipſa digeſtione / ſicut quidam aiunt: ſed in ſegregatione putrefacta in inferiori ventre/ deinde aſcendit ſurſum. digeritur enim in ſuperiori ventre: putreſcit autem in inferiori ſegregatum. propter quam autem cauſam: dictum eſt in aliis. Molynſis igitur: hepſeſi contrarium. ¶ Ei autẽ quæ vt opteſi dictæ digeſtioni: eſt quidem aliquid oppoſitũ ſimiliter/ minus autem nominatũ. Erit autẽ vtiq; ſi fiat ſtateuſis/ ſed nõ opteſis/ propter defectum caliditatis. quæ accidet vtiq; aut propter paucitatẽ exterioris ignis/ aut propter multitudinẽ aquæ quæ in eo eſt quod opteſin patitur. tunc enim amplior quidem eſt / q̃ vt non moueat: minor autem/ q̃ vt digerat. Quid igitur eſt digeſtio et indigeſtio/ et pepanſis & omotes/ & hepſeſis & opteſis/ & contraria his: dictum eſt. CAP. IIII.

Excaldatio x3

Vatablus

Quo fit vt partes extimæ: intimis fiant aridiores. id qđ: in elixis cõtra euenit. Atq; i hiſce quę manuum beneficio cõfici ſolẽt: plus aſſatio negocij q̃ elixatio iuehere ſolet. quippe cum: ſummas & internas rei partes ęquabiliter excalfacere/ perarduũ ſit. nã quę igni viciniores ſunt: ſemper ocyus ſiccẽt. quare & impẽſius. Cũ igitur foramina illa quę extra prominent/ coeunt adductanturq; : cõtentus humor exprimi nõ poteſt/ ſed intercludi tur vbi meatus cõniuẽt. Igitur aſſatio & elixatio/ arte quidẽ efficiũtur: ſed & natura quoque/ ſicut dicimus / ſpecies vniuerſaliter ęqdẽ fiunt. Nã affectus qui fieri aſſolent: tametſi nomine careant/ haudquaq̃ tamen diſſimiles exiſtunt/ cũ ars naturę ęmula ſit. Quandoquidem & cibi in corpore concoctio: elixationi p ſimilis habetur. quippe cum: in calido & humido a corporis calore fiat. Et icõcoctio: iquinationi. Nec in ipſa cõcoctione naſcũtur vermes/ ſicuti quidam aiũt: ſed in excrementis quæ in aluo putrent inferiore geniti/ in ſublime poſtea ſeſe attollunt. Nam in ſuperiore ventriculo / concoctio effici ſolita eſt: at quod ſecreuit natura/ id in inferiore putreſcit. quã autẽ ob cauſã: dictũ alias eſt. Inquinatio igitur: elixationi aduerſatur. ¶ At ei cõcocti oni quæ aſſatio vocitatur/ quippiam oppoſitum pari modo exiſtit: ſed eiuſmodi vt difficilius ſi bi q̃ illa nomenclaturam inueniat. Fuerit autẽ perinde vt ſi excaldatio fiat/ nõ aſſatio: propter caloris indigentiã. q̃ ſane: aut exterioris ignis paucitate/ aut i re aſſãda humoris diluti copia accidere poteſt. Nam calor tũ maior eſt q̃ vt motum non excitet: minor q̃ vt cõcoquere queat. Quid igitur ſit concoctio & inconcoctio/ maturatio & cruditas/ elixatio & aſſatio/ & hiſce contraria: dictum eſt. CAP. IIII.

Vatablus

ASſiuorum autem / aridi inquam & humidi/ ſpecies: dicamus oportet. Sunt autē paſſiua corporū primordia: humidū atq; ſiccū, cętera vero/ ex hiſce tēperata quidem ſūt: ſed magis huius per naturam ſunt / ex quo largius. verbi gratia. alia/ magis ſicci: alia/ humidi. Hæc autem omnia: partim actu erunt / partim potentia quæ actui aduerſatur. quo pacto: eliquatio & eliquabile eſſe habent. ¶Cū autem humidū facile/ & ſiccum ægre definiantur: haud aliter eſſe q̄ obſonium & condimenta/ viciſſim habent. Nam humidū: arido vt definiatur cauſa eſt. & alterutrū alteri glutinis inſtar ex

29 iſtit. id qđ et ipſe quoq; Empedocles i Naturalibus aſſeruit: farinā aqua agglutinās. Et ea de cauſa: definitum corpus vtroq; cōſtat. ¶Porro: ex omni elementorū genere peculiariſſime terrę quidē ſiccū/ aquę autē humidū tribuitur. Eam ob rem omnia iſta definita corpora: nō ſine terra & aqua cōſiſtunt. ſed potētia quodq; huius eſſe videtur: cuius plus habuerit. Quinetiā animātes in terra & aqua ſolū ſunt/ in aere autē & igni minime: propterea q̄ terra & aqua / corporū materies exiſtunt.

30 ¶Ex corporeis autem affectibus hi/ duritia inquam aut mollities/ primi definitæ rei competant: eſt neceſſe. Nam quod ex arido cōſtat & humido: durum aut molle neceſſario euadit. Eſt autem durum: quod per ſumma in ſeſe nō refugit. Molle vero: quod in ſeſe non obluctando refugit. aquanāq;: haudquaq̄ mollis eſt. quippe cuius pars ſumma: compreſſu intro minime cedat/ ſed circumobſiſtat. Igitur abſolute durū aut molle eſt: qđ abſolute eſt eiuſmodi. ad aliud vero durum aut molle: quod reſpectu illius tale eſt. Hæc ergo iter ſeſe viciſſim collata/ idefinita ſūt: q̄ magis atq; minus dura molliave ſint. ¶Sed cū ſenſilia cuncta ſenſu diiudicētur; nos tā durū q̄ molle ſimpliciter tactu/ eodē veluti mediocritate qua-

Tral.ve.ex græ.recog.

ASſiuorum autē/ humidi & ſicci: dicendum ſpecies. Sunt autem principia quidem corporum paſſiua: humidum & ſiccum. alia autem / miſta quidē ex his: ex quocunq; autem magis/ huius magis ſecundum naturam ſunt. puta hęc quidē/ ſiccci magis: hæc autem/ humidi. Omnia autem hæc: hæc quidem actu erunt/ hæc autem in oppoſito. habet autem ſic: liquatio ad liquabile. ¶Quoniā autē humidū quidē bene terminabile/ ſic cū autē difficile terminabile: ſimile aliq̄d pulmēto et cōdimētis ad inuicē patiūtur. humidū enī ſicco cauſa eſt vt terminetur: & vtrūq; vtriq; velut colla fit. ſicut et Empedocles fecit in Phyſicis: farinam aqua cōglutinās. Et propter hoc: ex ambobus eſt terminatū corpus. ¶Dicūtur autē/ elemētorū propriiſſime: ſiccū quidē terræ/ humidū autē aquæ. Propter hoc: oīa terminata corpora hic/ non ſine terra & aqua. cuiuſcunq; autē plus: ſecūdū potētiā huius vnūquodq; videtur. Et in terra & in aqua/ animalia ſolū ſūt: in aere autē & in igne/ nō ſūt. quia corporū materia: hæc. ¶Corporaliū autē paſſionum has primas neceſſe inexiſtere terminato: duritiē aut mollitiem. neceſſe enim: quod ex humido & ſicco: aut durum eſſe aut molle. Eſt autē durū quidē: quod nō cedit in ſeipſum ſecundū ſuperficiē. Molle autem: quod cedit/ non contra circūſtando. aqua enim: non mollis. nō enim cedit impreſſioni ſuperficies in profundum: ſed contra circunſtat. Simpliciter igitur durum aut molle: quod ſimpliciter tale. ad alterum autem: quod ad illud eſt tale. Adinuicem igitur indeterminata ſūt: per magis & minus. ¶Quo

24

25

Empedocles

26

27

Durum

Molle

28

niam autem ad ſenſum omnia iudicamus ſenſibília: palam q̄ & durum & molle ſimpliciter ad tactum determina-

uímus/ tanquam medietate vtentes tactu. Quapropter excedēs quidē ipſum/ durum: deficiens autem/ molle eſſe dicimus.

dam vtentes/definiuiſſe conſtat. Quocirca rem omnem quæ tactum edomat / duram : quæ vero ſubterfugit/ mollem eſſe dicimus.

CAP.V.

NEceſſe autem durū aut molle eſſe : terminatum corpus proprio termino. aut enim ītrocedere: aut non.adhuc: coagulatum eſſe. hoc enim: terminatur. Quare / quoniā omne quidē terminatū & conſtans aut molle aut durum/ hæc autē coagulatione ſūt : omnia vtiq; erūt corpora et cōpoſita & terminata nō ſine coagulatione. De coagulatione igítur:dicēdū. ¶Sūt itaq; cauſæ quæ circa materiam/ duæ: agens & paſſio. agens quidē/ vt vnde motus: paſſio autem / vt ſpecies. Quare: & coagulationis & diffuſionis et exſiccationis & humectationis. Agit autē agēs/ duabus virtutibus: & patitur patiēs paſſionibus duabus/ ſi cut dictū eſt.agit quidē/calido & frigido: paſſio autem/ aut præſentia aut abſentia calidi aut frigidi. ¶Quoniā autem coagulari/ exſiccari aliquo modo eſt : de hoc dicamus primo . Patiens itaq; : aut humidum aut ſiccum/ aut ex his. Ponímus autem humidi corpus/ aquam: ſicci autem/ terram . hæc enim humidorū & ſiccorum:paſſiua. Quapropter & frigidum : paſſiuorum magis. in his enim eſt . etenim terra & aqua: frigida ſupponuntur. Actiuum autem frigidum/vt corruptiuum / aut ſecundum accidens : ſicut dictum eſt prius . aliquando enim & comburere dícitur & calefacere frigidum : non vt calidum / ſed quia cōgregat/aut quia contra circunſtat calidum. ¶ Deſiccantur autem quæcunque ſunt aqua/ & aquæ ſpecies: aut habent aquā ſiue ſuperinductam/ ſiue connaturalem. Dico autem / ſuperinductam quidem :

CAP.V.

CORpus autē omne ſuo definitū termino: durū ſit aut molle neceſſe eſt . nam aut in ſeſe cedit: aut nequaq;. Adhæc: cōcretū ſit oportet. hac enī re: definitur. Quare cū res omnis definita atq; conſiſtēs vel mollis vel dura ſit / cōcretionisq; opera euadat eiuſmodi: nulla profecto compoſita definitaq; corpora/ ſine cōcretione eſſe queunt. Ergo: de concretione diſſerēdū. ¶Duæ itaq; ſūt cauſæ illæ q̄ circa materiam verſari ſolent: id inquā quod agendi facultatē obtinet/&affectus ipſe. hic/ vt ſpecies ac forma: illud/ vt id a quo proficiſcitur pēdetq; motus. Quare & concretionis & diſſolutionis & aſſiccationis & humectationis cauſæ: totidem erunt . Porro ipſum agēs/ duplici potētia agit: & patiens / duabus itidem patitur affectionibus/ vti dictum eſt. Nam agens: calore agit atq; frigore. at caloris frigoriſve p̄ſentia aut abſentia: paſſionē fieri cōſtat. ¶Sed cū concretio/ ferme aſſiccatio ſit: de hac prius dicamus. Q̄d itaq; patitur: aut humidū aut aridum/ aut ex vtroq; cōflatū exiſtit. Atq; aquam / humidi: terrā / ſicci corpus eſſe ſtatuimus . quippe quæ īter humida & ſicca: maxime paſſiua ſint. Quocirca frigus: paſſiuorum magis exiſtit. in his enim eſt . quandoquidem terram & aquam : frigere ſupponimus . At frigus/ actiuum eſt: quatenus corrumpere/aut aliud quippiam per accidens efficere poteſt. quemad modum antea eſt dictum. Nam interdū & vrere & excalfacere dicitur : non tamen perinde vt calor/ ſed quia calorem cogit & in vnum contrahit / aut eidem circumobſiſtit. ¶Quæ autem aqua & aquæ ſpecies ſunt/ aut aquam ſiue aduētitiā ſiue inſitam habēt: ficceſcūt. Aduētitiā eā voco: q̄ in

Vatablus

lanã ſeſe iſinuat. Inſitã: quã lacteus humor habet. Aquę vero ſpecies ſunt/ huiuſmodi: vinũ/ vrina/ ſerum/ & omnino quæcunq; nullum aut certe paucum ſedimen/ nec id tenacitatis ratione/ habẽt.
32 nã tenacitas: in cauſa eſt vt quibuſdam nihil ſubſideat. id quod:
33 oleo & pici accidit. ¶ Siccent autẽ omnia: dũ aut calefiunt aut refrigerantur, vtrumq; tamen: calor vel internus vel externus com
34 mittere aſſolet. Etenim quæ frigore ſiccent/ perinde vt veſtis ſi cum humida eſt ſeorſim ipſa per ſe maneat: ab interiori calore humorem ſecum educente reſiccari ſolent ſi humor exiguus ſit/ calore ob circumfuſum frigus egrediente. Siccent igitur vniuerſa: dũ vel calefiunt vel refrigerãtur. quæ omnia: calore vel interno vel externo humorem ſecum educente fiunt. externo/ vt elixa: interno/ vt cum humor a calore quem in ſeſe continet reſpirante eximitur abſumiturq;. Dictum eſt igitur: de aſſiccatione.

CAP. VI.

AT humectatio/ vno quidem modo accidere ſolet: cũ quid in aquam conſiſtit. Altero: cum id eliquatur quod prius concreuerat. Horum autem eſt: ſpiritus qui in aquam frigore denſatur. ¶ De eliquatione autem
35 pariter atq; concretione: perſpicuum euadet. Quæcunq; autem concreſcunt: cum aut ad aquam/ aut ad terram & aquam ſpectent cõcreſcere/ idq; vel frigore vel ca
36 lore ſicco/ aſſolẽt. Quocirca & quę cunq; calore vel frigore concreta/ ſoluũtur: contrarijs ſolui ſolẽt. Nam quę calore ſicco concreuere: aqua ſoluuntur/ quæ humor algidus eſt. quę vero frigore: igni/ qui calidus exiſtit. At nõnulla aquæ beneficio concreſcere videantur/ quod genus eſt mel decoctum: verum id non ab aqua/ ſed a frigore aquę idito prouenit. ¶ Quę igitur ad aquam ſpectant: feruore ignis cõcreſcere nequeunt.

Tral. ve. ex græ. recog.

velut in lana. connaturalem autem: velut in lacte. Aquæ autẽ ſpecies/ talia: vinũ/ vrina/ ſerũ/ & totaliter q̃cunq; nullam aut paruam habẽt hypoſtaſin/ nõ propter viſcoſitatem. quibuſdam enim cauſa non ſubſtandi aliquid/ viſcoſitas: ſicut oleo aut pici. ¶ Deſiccantur autẽ omnia: aut calefacta/ aut frigefacta. ambo autem calido: & ab interiori caliditate aut exteriori. Etenim quæ infrigidatione deſiccantur/ ſicut veſtimentũ ſi fuerit ſeparatum ipſum ſecũdum ſe ipſum humidum: ab interiori calido ſimul euaporare faciente humidum/ deſiccantur ſi paucum fuerit humidũ/ exeunte caliditate a circunſtante frigido. Deſiccantur igitur ſicut dictũ eſt/ omnia: aut calefacta/ aut frigefacta. & omnia calido: aut iteriori aut exteriori coeducẽte humidũ. dico autẽ extra q̃dẽ/ ſicut quæ elixãtur: intra autẽ/ quando ablato humido a caliditate quã habet/ cõſumptũ fuerit expirante. De deſiccatione igitur: dictũ eſt.

CAP. VI.

HVmectari autẽ/ eſt vnũ quidẽ: aquã fieri cõſtantẽ. vnũ autẽ: liquefieri coagulatum. Horum autẽ: cõſiſtens frigefactus ſpiritus. ¶ De liquefactione autẽ ſimul & coagulatione: erit palam. Coagulantur autem quæcunq; coagulãtur: aut aquæ exiſtẽtia/ aut terrę & aquę/ & hęc aut frigido aut calido ſicco. Quapropter & ſoluũtur cõtrarijs: quæcũq; ſoluũtur coagulatorũ a calido aut a frigido. Quæ enĩ a ſicco calido coagulata ſunt: ab aqua ſoluuntur/ quæ eſt humida. quę vero a frigido coagulata ſũt: ab igne ſoluũtur/ qui eſt calidus. Coagulari autẽ q̃dã vtiq; putabũtur ab aqua/ vt mel elixatũ: coagulatur autẽ non ab aqua/ ſed ab eo quod in ipſa eſt/ frigido. ¶ Quæcunq; igitur

sunt aquæ: nō coagulantur ab igne. solu-
uūtur enim ab igne. Idē autē: eidē per
37 se nō est causa cōtrarij. ¶ Amplius: in
absedēdo calidū/ coagulatur. Quare:
palā q̄ in ingrediēdo soluetur. quare:
faciente frigido coagulatur. Quapro-
pter: & non ingrossantur talia coagu-
lata. Ingrossatio enim: humido qui-
dē abeunte fit/ sicco autem constante.
aqua autem: humidorum non ingros-
38 satur/ sola. ¶ Quæcūq̄ autem commu-
nia terræ & aquæ: & ab igne coagulan
tur & a frigido. Ingrossantur autem: ab
ambobus. est quidem vt eodē modo:
est autem vt aliter. A calido quidē hu
midum educente. euaporāte enim hu-
mido: ingrossatur siccum/ & cōstat. A
frigido autem: calidum exprimente/ cū
quo humidum simul recedit/ coeuapo-
rāte. ¶ Quæcūq̄ igitur mollia/ sed non
39 humida: non ingrossātur/ sed coagulan
tur/ exeunte humido/ velut assatus la-
ter. Quæcūq̄ autem mistorum humi-
da sūt: & ingrossantur/ velut lac. ¶ Mul
ta autem & humectantur primo: quę-
cūq̄ aut grossa aut dura a frigido p̄ex-
titerīt. quēadmodū et later: primo dū as
satur euaporat/ & mollior fit. Quapro
pter: & peruertitur ī caminis. ¶ Quæ
41 cunq̄ igitur a frigido coagulantur com
muniū terræ & aquæ/ plus autē haben-
tiū terræ: q̄ q̄dē quia calidū egreditur
coagulantur/ hæc liquefiunt calido/ in-
grediente iterū calido/ velut lutū cū cō
42 gelatū fuerit. ¶ Quæcūq̄ autem pro-
pter infrigidationē/ & calido simul edu
cto omni: hęc insolubilia sūt nō supera-
būdāti caliditate/ sed mollificātur/ ve-
lut ferrū & cornu. Liquescit autē et ela
boratū ferrū: ita vt humidū fiat/ et iterū
coaguleť. Et calibes faciunt sic. subsidet
enim & purificatur subtus: scoria. Cum
autem sępe patitur & purū fit: hoc/ ca-
libs fit. Non faciunt autem sępe ipsum:

nam ab igni soluūtur. Idem autē:
eidē secundū idē cōtrarij causa nō
est. ¶ Adhęc: qa calor egreditur/
res cōcrescere solent. Vnde fit: vt
qa ingreditur/ resolutionē fore con
stet. Quare: agente frigore res cō-
crescunt cogunturq̄. Quocirca:
eiusmodi omnia cum cōcrescunt/
haudquaq̄ spissari solent. Nam cū
partes humidæ euanescunt & sic-
cæ coagmentantur: spissatio obo-
riri assolet. sola autē ex humido- 37
rum genere aqua: non spissatur.
¶ At quæ telluri & aquæ commu
nia sunt: tam igni q̄ frigore con-
crescūt. Atq̄ ab vtroq̄ spissantur.
quod partim eodem modo: par-
tim diuerso fieri solet. A calore q-
dem: qui humorem educit. nam
euaporante humore: pars arida
spissatur atq̄ cōsistit. A frigore ve
ro: quod calorem exprimit discu-
titq̄/ quo cū dum euaporat/ simul
humor abit. ¶ Quæcunq̄ igitur
mollia sunt/ sed nō liquida: abeū-
te humore non spissantur/ sed cō-
crescunt/ vt fictile coctū. At e mi-
storū numero quæcunq̄ liquida
sunt/ ceu lac: spissantur. ¶ Pleraq̄
autem & humefiunt prius: nimi-
rum quę frigus ante spissa durave
reddiderat. quemadmodū & ficti-
le: dum coquitur/ primum euapo-
rat atq̄ molliusculū redditur. Ob
idque: in furnis peruerti assolet.
¶ Igitur ex hisce quæ cum terræ 38
& aquæ communia sint plus ta-
men terræ habeant/ frigoris ope-
ra concrescunt: quæ ideo concre-
scere solent q̄ calor egrediatur/ ea
calore liquefieri/ eodē scilicet rur-
sum ingrediēte/ assolent. veluti cœ
nū: vbi in gelu concreuit. ¶ Quę 39
autem ob refrigerationem/ & quia
simul vniuersus calor euaporauit/
concrescunt: ea solui nō nisi calo-
ris exuperantia queunt/ sed mol-
lescere solēt/ vt cornu atq̄ ferrum.
Liquefit autem & ipsum quoque
elaboratum ferrum: adeo vt liqui-
dum reddatur/ & rursum concre-
scat. Nec secus: calibem facere cō
sueuere. ferri nanque fex: subsidet
atq̄ in imum secernitur. Vbi au-
tem sæpe defecatum fuit/ ac purū
mundumq̄ euasit: fit calibs. Sed
id nequaquam sæpe agunt: pro-

pterea q̄ dū repurgatur/ ſubſtantiæ plurimū defluit/ libramentūq; minus efficitur. At ferrū: eo præſtantius eſt/ quo minus habet excremēti. Itē et lapillus ille quē Pyrimachū vocāt: intātū eliquari vt ſtillet fluatq; aſſolet. Quod autem cōcreuerat: vbi fluxerit/ rurſū dure ſcere ſolet. Quinetiā lapides molares: adeo colliqueſcūt vt diffluāt. Cęterum dum id quod cōcreuerat fluit: tametſi colore eſt atro/ calcis tamen in modū albicat. Porro tā tellus q̄ cœnū: liquefieri poſſunt. ¶Eorū autē quæ calore arido cōgūtur: quædā humoris vt ſolui nequeūt/ quædā queūt. Fictile igitur et nōnulla lapidū genera qui terra feruore ignis deuſta fiunt/ veluti molæ: ſolutionē haudquaq̄ admittūt. At ſal atq; nitrū/ humore ſoluūtur: nō tamē quolibet/ ſed algido. Et ideo aqua et aquę generib9 oībus/ præterq̄ oleo: eliquari cōſueuere. nam calori arido: frigus humidū aduerſatur. Ergo ſi alterū cogit: diſſoluet alterū. Ita enim: cōtrariorum affectuū contrariæ erūt cauſæ.

CAP. VII.

OVæ igitur plus aquæ habent q̄ terræ: igni ſolummodo ſpiſſari poſſunt. quæ vero terræ: cōcreſcere. Quocirca: nitrū/ ſal/ fictile/ lapis/ ad terrā potius q̄ ad aquā ſpectant. Olei autē natura: perq̄ ambigua exiſtit. Nā ſi plus haberet aquæ: vt a frigore glaciei modo cogeretur/ oporteret. ſin vero terræ: ab igni/ pinde vt fictile. nunc autē: a neutro cogi/ ſed e regione ab vtroq; ſpiſſari videtur. Cuius rei cauſa eſt: q̄ aere refertum ſit. Quapropter: et aquæ per ſumma inſidet. etenim aer quē cōtinet: ſurſū verſus effertur. Frigus igitur/ dū e ſpiritu quī inter oleū eſt/ aquā elicit: oleū ſpiſſeſcere facit. ſēper enī vbi aqua et oleū pmiſta fuerint: qppiā vtroq; ſpiſſius oriri aſſolet. Ab igni autē tractuq; temporis: albeſcit craſſeſcitq;. albeſcit quidē aqueo humore/ ſi quis inſit/ euaporante. craſ-

ppterea q̄ abſceſſus fit multus/ & pōdus minus/ purificato. eſt autē melius ferrum: quod habet pauciorem purificationem. Liqueſcit autem & lapis Pyrimachus: vt ſtillet & fluat. quod autē coagulatur: cum fluxerit/ iterum fit durum. Et molę liquantur: vt fluant. fluens autem coagulatum: colore quidem nigrum/ ſimile autē fit calci. Liqueſcit autē: & lutum & terra. ¶Quæcūq; autem a ſicco calido coagulātur: hæc quidem inſolubilia/ hæc autem ſoluuntur humido. Later igitur & lapidum quorundam genera quicunq; ab igne terra combuſta fiunt/ velut molares: inſolubilia. Nitrum autem & ſales/ ſolubilia humido: non omni autem/ ſed frigido. Quapropter aqua & ijs quæcunq; aquæ ſpecies/ liqueſcunt: oleo autem/ non liqueſcūt. ſicco enim calido: contrarium frigidum humidum. Si igitur coagulauit alterum: alterum ſoluit. ſic enim: contrarię erunt cauſæ cōtrariorum.

CAP. VII.

INgroſſantur igitur/ ab igne ſolū: quęcūq; aquę plus habent q̄ terræ. coagulantur autē: quęcūq; terrę. Quapropter & nitrum & ſalēs: terræ ſunt magis/ & lapis/ & later. Maxime autē dubie habet: olei natura. Si enī aquæ: oportebat coagulari a frigido/ vt glacies. ſi autē terrę plus: ab igne/ vt later. nūc autē coagulatur quidem a neutro: ingroſſatur autē ab ambobus. Cauſa autē eſt: quia plenū eſt aere. Quapropter: & in aqua ſupernatat. etenim: aer fertur ſurſū. Frigidū igitur: ex inexiſtēte ſpiritu aquā faciēs/ ingroſſat. ſemper enī cū miſta fuerint oleū & aqua: ambobus fit groſſius. Ab igne autē et tēpore: ingroſſatur & albeſcit. albeſcit quidem: euaporāte aqua/ ſi qua inerat. in-

Tral.ve.ex græ.recog.

grossatur autẽ: propterea ꝙ marcescente calido/ ex aere fit aqua. Vtroqꝫ igitur modo eadẽ fit passio/& propter idẽ:sed non eodem modo. Ingrossatur igitur ab ambobus: desiccatur autem a neutro,neqꝫ enim sol/ neqꝫ frigus desiccat: non solum quia viscosum / sed & quia aeris est. Non desiccatur autem aqua neqꝫ elixatur ab igne: quia non vaporat propter viscositatem. Quæcunqꝫ autem mista aquę & terræ: secũdum pluralitatem vtriusqꝫ dignum dici. vinum enim quoddã: & coagulatur/ et hepsesin patitur/ velut mustum. Abscedit autem ab omnibus talibus / dum desiccantur: aqua. Signum autem:ꝙ aqua. vapor enim: constat in aquam/ si quis velit colligere. Quare quibuscũqꝫ relinquitur aliquid: hoc terræ. Quædam autem horum:& a frigido/sicut dictũ est/ ingrossantur & desiccantur.frigidũ enĩ: non solum coagulat et exsiccat/sed et ingrossat.exsiccat quidem aquam: ingrossat autem aerem/ aquam faciens.coagulatio autem: dicta est quædam desiccatio esse. ¶ Quæcunque igitur non ingrossantur a frigido / sed coagulantur: aquæ sunt magis/ velut vinum / & vrina / & acetum / & lixiuium / & serum.

46 ¶ Quæcunqꝫ autem ingrossantur non euaporantia/ ab igne: hæc quidem terræ / hæc autem communia aquæ & aeris sunt. mel quidem/ terræ: oleum autem / aeris & aquæ. ¶ Sunt autem & lac & sanguis: amborum quidem communia / & aquæ & terræ. magis autẽ vt plurimum/ terrę:quemadmodum & ex quibuscunqꝫ humidis nitrum fit & sales.& lapides autẽ: ex quibusdam cõstant talibus. Quapropter si non separetur serum : exuritur ab igne decoctũ. quod autem terrestre est : constat & a coagulo / si aliqualiter decoquat quis / sicut medici:coagulũ iponẽtes. sic autẽ:

Vatablus

sescit vero:ꝙ marcescente calore/ aer in aquę vicẽ trãseat. Vtraqꝫ igitur ex parte/ atqꝫ eandẽ ob causã/ verũ non eodẽ modo:eadem oritur affectio. Ergo/ opera vtriusqꝫ spissari assolet: a neutro tamen assiccatur.siquidem neqꝫ solis calor/ neqꝫ frigus oleum afficcare potest: non modo ꝙ tenax lentumqꝫ sit/ sed etiam ꝙ aereæ sortis existat. Aqua vero: abigni nec assiccatur nec decoquitur ꝙ tenacitatis ratione in fumũ euanescere nequeat. Quæ autẽ terra tẽperãtur & aqua: ea iuxta vtriusqꝫ copiam nuncupentur oportet. est enim vini genus quoddã:quod decoquitur atque cõcrescit/ ceu mustũ. Humor autẽ aqueus ab omnibus eiusmodi: dũ inarescũt/ exire solitus est. Qz autẽ aqua insit:indiciũ est. nã vapor:in aquã cõsistit/ si quis colligere velit. Quare quibuscunque quippiã remanet: id profecto terrenæ sortis existit. Porro: ex hisce nõnulla frigoris etiã vehemẽtia (vti diximus) crassescunt assiccanturqꝫ. frigus siquidem : nõ modo cogit & desiccat/ verum etiam incrassat. nã aquam quidẽ assiccat: aerẽ autẽ cum aquam ex eo elicit/ crassescere facit. Cõcretionẽ vero: 41
assiccationẽ quandã esse diximus. ¶ Quæ igitur frigore spissari nequeũt/ sed cõcrescere: ad aquã potius spectant.quod genus sunt:vinum / vrina / acetum / lixiuiũ / serũ. ¶ At eorũ quę q̃uis nõ euaporẽt/ feruore tamem ignis / crassescunt spissanturqꝫ: quædã terrena sunt/ quædã cõmuniter ad aerẽ & aquã pertinẽt.mel quidem / ad terram: oleum vero/ ad aerem et aquam. ¶ At lac et sanguis : vtriqꝫ/ aquę et terrę cõmunia sunt. sed magna ex parte plus terræ cõtinẽt:pinde vt et humores illi vnde sal atqꝫ nitrũ fiũt.ex quibusdã autẽ talibus: lapides cõstitui solẽt. Quocirca serũ nisi sequestratũ sit:cũ decoctionẽ subit/ calore ignis deuritur.terrena vero portio: si qs aliquãtulũ decoxerit/ vti medici ingesto coagulo faciũt/ vi quoqꝫ coaguli in caseum dẽsari cõsueuit. atqꝫ ad hũc

Vatablus

modū: a caſeo ſerū ſequeſtratur. Cū vero ſequeſtratū eſt: haudqua q̄ præterea craſſeſcit/ ſed aquæ modo deuritur. Q̄z ſi lac aliquod nihil aut parū habeat caſei: ad aquā potius ſpectat/ atq; nullatenus alit. Sanguis quoq;: haud ſecus habere ſeſe videtur. nam q̄ frigore ſicceat: cogitur. At qui cogi nequit vt ceruorū: is ad aquā magis ptinet/ atq; oppido q̄ frigidus habetur. Et iccirco: fibras nullas habet. quippe cū fibræ/ ad terrā ſpectēt: atq; quod ſtabile ac firmū exiſtit. Quare ſi etiā illæ adimantur: ſanguis concreſcere non poteſt. quod ideo accidit: quia nō ſiccet. quod enī ſupereſt: id perinde atq; lac caſeo iam exempto/ aqua exiſtit. Signū autē eſt. Nam ſanguis vicia- tus: concreſcere non ſolet. quippe qui ſaniē præ ſe ferat: quæ non niſi pituitoſus humor et aqueus eſt/ q̄ cruda īcoctaq; et a natura non victa ſit. ¶ Præterea quædā ſolubilia ſunt/ vt nitrū: quædā īſolubilia vt fictile. atq; ex hiſce alia molleſcūt/ ceu cornu: alia minime veluti fictile atq; lapis. Cauſa autē eſt: quia contrariorū/ cōtrariæ cauſæ ſunt. Quare ſi res duobus frigore ac ſiccitate concreſcant coganturq;: calore et humore ſoluātur eſt neceſſe. Vnde fit: vt igni et aqua ſoluātur. ea enim: contraria ſunt. Aqua quidē/ quæ igni ſolo: igni vero/ quæ frigore. Quare ſi qua ab ambobus cogi contingat: ea maxime inſolubilia ſunt. talia autē euadunt: quæcunq; concalfacta prius/ frigore poſtea coguntur. vſu enim euenit vt vbi calor exeū do exhauſtus eſt: rurſū humoris plurimū frigoris opera īculcetur/ adeo vt ne humori quidē tranſitū frigus cōcedat. Atq; eā ob cauſā: nec calor ea ſoluit. quæ enī frigore ſolo cōcreſcunt: hæc calor ſoluit. Nec itidē aqua ſoluere poteſt. Nā quæ frigus cogit: aqua ſoluere nō poteſt. ſed quæ vi caloris aridi ſolummodo concreuere: poteſt. At ferrum caloris feruore colliquatū: frigore concreſcit. Quare: vtroque vt concreſcat indigere con-

Tral.ve.ex græ.recog.

ſeparatur ſerum/ & caſeus. ſeparatum autē ſerū: non amplius ingroſſatur/ ſed exuritur ſicut aqua. Si autē aliquod lac nō habeat caſeū/ aut paucū: hoc magis aquę/ & nō nutriens. Et ſanguis autē: ſi militer. coagulatur enī: eo q̄ deſiccetur infrigidatus. Quicūq; autē nō coagulā tur velut ceruī: tales aquæ magis/ & frigidiſſimi. Quapropter: non habēt ines. ines enim ſunt terræ: & ſolidū. Quare & extractis: non coagulantur. hoc autem eſt: quia non deſiccātur. aqua enī eſt qđ relinquitur: vt lac/ caſeo ablato. Signū autē eſt. morboſi enī ſanguines: nolunt coagulari. nā velut ichor ſunt. hoc autē/ eſt flegma & aqua: propterea q̄ indigeſtum eſt/ & inſuperatum a natura. ¶ Adhuc autem hæc quidem ſolubilia ſunt velut nitrum/ hæc autem inſolubilia velut later & lapis. et horum/ hæc quidem mollificabilia velut cornu: hæc autem non mollificabilia velut later & lapis. Cauſa autem: quia contrarię cōtrariorum cauſæ. Quare ſi coagulantur duobus/ frigido & ſicco: neceſſe ſolui calido & humido. Quapropter: igne & aqua. hęc enim: contraria. Aqua quidem/ quęcunque igne ſolo: igne autem/ quæcunq; frigido ſolo. Quare ſi a duobus accidat coagulari: hæc inſolubilia maxime. Fiunt autem talia: quęcunque calefacta deinde frigido coagulantur. accidit enim cum calidū exſudauerit egrediēs: plurimum humidum comprimi iterum a frigido/ vt non humido det penetrationē. Et propter hęc: neq; calidum ſolvit. quæcunque enim a frigido coagulantur ſolo: hęc ſoluit. Neque ab aqua. quęcunque enim a frigido coagulantur/ non ſoluit: ſed quęcunque a calido ſicco ſolum. Ferrum autem liquefactum a calido: frigido coagulatur. Quare ad coagulationem duobus in-

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

diget. Quapropter insolubile. ¶ Ligna autē: sūt terrę & aeris. Quapropter: vsti bilia/ & non liquabilia nec mollificabilia. Et in aqua supnatāt: pręter ebenū. hęc autē nō. alia enī: aeris habēt plus. ex ebeno autem nigra euaporauit aer: & est plus in ipsa terræ. Later autē terræ solum: propterea ꝙ desiccatus coagulatur secūdū modicū. Quare: neqꝫ aqua soluit. neqꝫ enī aqua ītroitus habet: ꝙ quos solū spiritus exiuit. Neqꝫ ignis. coagulauit enī ipse. Quid igitur sit coagulatio & liquefactio & propter quot/ & in qbus sit: dictū est. CAP. VIII.

EX his autē manifestum est: ꝙ a calido & frigido constant corpora. & hęc autē īgrossātia & coagulātia: faciūt operatiōnē suam. Propterea autē ꝙ ab his cōdita sūt: in oībus inest caliditas/ aliqbus aūt et frigiditas qua deficit. Quare/ quoniā hęc quidē insūt propterea ꝙ faciūt/ humidū autē & siccū propterea ꝙ patiūtur: participant ipsis communia omnibus. Ex aqua igitur & terra: homœomera corpora constant/ & in plantis et in animalibus. Et quæ metallātur/ velut aurū/ et argentū/ et quæcūqꝫ alia talia: & ex ipsis/ et exhalatione ea quæ vtriusqꝫ incluſa/ sicut dictū est in alijs. Hæc autem omnia differunt ab inuicē: & ad sensus proprijs/ et in eo quod est posse aliquid facere. albū enim/ et bene odorās/ et sonatiuū/ & dulce/ & calidū/ & frigidū: eo ꝙ est posse aliquid facere sensum/ sunt. et alijs magis conuenientibus passionibus: quæcunqꝫ patiendo dicūtur. dico autē: puta liquabile/ et coagulabile/ et flexibile/ et quęcūqꝫ alia talia. oīa enī talia: passiua sicut humidū et siccū. His itaqꝫ differt: os/ et caro/ et neruus/ et lignū/ & cortex/ et lapis/ et aliorū vnūquodqꝫ homœomerorū qꝫ

spicitur. Vnde fit: vt solui nequeat. ¶ Ligna vero: terrę sunt et aeris. Quare colliquari aut mollescere neqūnt/ vri queūt. Itē super aquā innatant omnia: præterq̄ ebenus/ q̄ minime inuehitur. Nā cætera: aeris plurimū cōtinēt. at aer ex ebeno atra respirauit: ī quaet terręmaior q̄ aeris portio inest. Fictile vero: ad terrā solummodo spectat/ ꝙ siccendo paulatim concreuerit. Quare: nec aqua illud soluit. non enim aqua ingredi per foramina illa valet: per quæ spiritus solū exiuit. Nec itidē ignis. nā eius opera: cōcretio illius prouenit. Quid igitur concretio et eliquatio/ quotqꝫ ob causas euenīāt/ et quibus cōpetere possint: dictū est.

CAP. VIII.

EX his autē per calorē ac frigus cōsistere corpusomne: in aperto est. hæc autē: spissando et cogēdo/ suo fūgi munere solēt. Atqꝫ propterea ꝙ ab hisce cætera conficiuntur: omnibus in rebus calor inest/ in quibusdā etiā frigus quatenus ille deficit. Quare cum calor ac frigus ꝙ agāt/ et humor atqꝫ ariditas ꝙ patiātur/ corporibus īsint: quę cōmunia sunt/ hæc omnia participant. Similaria igitur corpora/ tā in plātis q̄ animātibus: terra et aqua cōstāt. Itē metallica/ ceu aurū/ argentum/ et cętera id genus: tum ipsis/ tum exhalatione q̄ ab vtroqꝫ dimanent īter causa/ vt alias diximus/ cōstant. Porro hæc oīa: et peculiari affectione quæ ad sensus pertineat/ et agendi quippiā facultate/ inter se discrepāt. Nā cādidū/ odorū/ sonorū/ dulce/ calidū/ et frigidū: ꝙ sensum mouere ac irritare queant/ in ratione rerū sunt. Quę vero ex eo nomen sortita sunt ꝙ patiantur/ ceu eliquabile/ cōcretile/ flexile/ et reliqua id genus omnia: per alias magis peculiareis affectiones exīstūt. cūcta nāqꝫ eiusmodi perinde atqꝫ humidum aridumqꝫ: passiua sunt. Itaqꝫ os/ caro/ neruus/ lignū/ cortex/ lapis/ et cætera alia corpora similaria qui-

Vatablus

dē/ ſed naturalia: hiſce diſcrimen ſubeunt. Primo autē: dicamus numerum eorum quæ iuxta potentiam & potentiæ priuationem dici ſolent. Sunt autem: hæc. Concretile / Inconcretile. Eliquabile / Ineliquabile. Mollificabile / Immollificabile. Humectatile/ Inhumectatile. Flexile/ Inflexile. Fractile/ Infractile. Friabile/ Infriabile. Impreſſile / Inimpreſſile. Formatile / Informatile. Preſſatile / Impreſſatile. Tractile / Intractile. Ductile/ Inductile. Fiſſile/ Infiſſile. Sectile / Inſectile. Tenax/ Remittens. Denſatile / Indenſatile. Combuſtile/ Incombuſtile. Exhalabile/ Inexhalabile. Plurima igitur corporum: his ferme differūt affectibus. quā autē qđq; horū vī habeat: ediſſeramus. Igitur de cōcretili & inconcretili/ & eliquabili & ineliquabili / tametſi prius generatim dictū eſt; tamen & nunc quoq; dicere aggrediamur. Nam ex corporibus quę cōcreſcunt atq; durent: quædam feruore caloris/ quædam frigore/ illo quidem humorē afficcante / hoc vero calorē extrudente/ ita affici ſolent. Quare alia humoris abſentia/ alia caloris: hocce patiuntur. aquea quidem/ caloris: terrea vero/ humo-
43 ris. Quæ igitur humoris abſentia: ea liquefacere humor poteſt. niſi adeo ſeſe collegerit coierintq;: vt minora partibus aquæ/ foramina relicta ſint. id quod fictili accidit. Quæcunq; autem non ita coierunt: humore liquantur/ ceu nitrū/ ſal/ terra e cœno orta. At quæ caloris priuatione: calore deliquescunt. vt cryſtallus / plumbū/ æs. Quæ ergo ſint cōcretilia & eliquabilia/ & quæ ineliquabilia: dictum eſt. Incōcretilia autē ſunt: quæcūque nec humorem habent aquoſum/ nec aqueę ſortis ſūt/ ſed terræ plus caloriſq; continēt/ vti mel atq; vinum paſſum. quippe quæ: veluti feruentia ſint. Item: quæcunq; aquea quidem ſunt/ ſed aeris plus continent/ perinde vt oleum / argentū viuum / & ſi quid tenax lentumq; eſt/ veluti viſcum atq; pix.

CAP. IX.

Tral. ve. ex græ. recog.

dem/ naturalium autē corporum. Dicamus autē primo: numerū ipſorū quę ſecundū potentiā & impotentiā dicuntur. Sunt autem: hęc. Coagulabile/ Incoagulabile. Liquabile/ Illiquabile. Mollificabile/ Nō mollificabile. Intingibile/ Nō intingibile. Flexibile/ Inflexibile. Frangibile/ Nō frangibile. Cōminuibile/ Incōminuibile. Impreſſibile/ Non īpreſſibile. Formabile / Non formabile. Capibile / Non capibile. Trahibile/ Non trahibile. Ductile/ Nō ductile. Fiſſibile/ Nō fiſſibile. Detruncabile/ Nō detrūcabile. Viſcoſum/ Fragile. Cōmaſſabile/ Non cōmaſſabile. Vſtibile/ Non vſtibile. Exhalabile/ Nō exhalabile. Plurima igit corporū: fere his differūt paſſionibus. quā autem vnūquodq; horū habeat potentiam: dicamus. De coagulabili igitur & incoagulabili/ & liquabili & illiquabili/ dictū eſt quidē vniuerſaliter prius: attamē redeamus & nūc. Corporū enim quęcunq; coagulantur & indurantur: hæc quidē a calido patiuntur hoc/ hæc autē a frigido. a calido quidē deſiccāte humidū: a frigido autē exprimēte calidū. Quare hæc quidē humidi abſentia/ hęc autē calidi: hoc patiūtur. quæcūq; quidē aquæ/ calidi: quęcunq; autē terrę/ humidi. Quę igitur humidi abſentia: ab humido liquefiūt. niſi ſic cōuenerint: vt minores relicti ſint pori q̄ aquæ moles. velut later. Quæcūq; autē nō ſic: hæc humido ſoluūtur/ velut nitrū/ ſales/ terra ex luto. Quæ autē calidi priuatione: a calido ſoluūtur. velut glacies/ plūbū/ æs. Qualia igitur coagulabilia & liquabilia/ dictū eſt: & qualia illiquabilia. Incoagulabilia autē: quæcunq; nō habēt humiditatē aquoſam/ aut non aquę ſunt/ ſed plus calidi et terræ/ putamel et muſtū. nā velut feruētia ſūt. Et: q̄cūq; aquę quidē ſūt/ habēt autē plus aeris/ ſicut oleū/ et argētū viuū/ et ſi quid viſcoſum/ velut gluten & pix. CAP. IX.

Cōcretilia

Eliquabilia

Cap. 9

Tral.ve.ex græ.recog.

Vatablus

Mollificabilia 51

MOllificabilia autē ſũt: coagulatorũ quęcũqꝫ nō ex aqua velut glacies (oīs enī glacies: aquę eſt) ſed quęcũqꝫ terrę magis/ & neqꝫ euaporauit totum humidum ſicut in nitro aut ſale / neqꝫ habet irregulariter ſicut later/ſed ſunt trahibilia non exiſtētia humectabilia/ aut ductilia non exiſtētia aquę/& mollificabilia igne/ velut ferrū/ cornu/ & ligna. ¶ Sunt autem liquabiliū & illiquabiliū: hæc quidem intingibilia/hæc autē nō intingibilia. velut æs: nō intingibile/ liquefactibile exiſtens. lana autē & terra: intingibilia. madefiūt enim. Et æs quidē liquabile: nō ab aqua autē liquabile. Sed ab aqua liquabiliū: quædā nō intingibilia/ velut nitrū & ſales. neqꝫ enim intingibile aliquid: quod nō mollius fiat madefactū. Quędā autē: intingibilia exiſtentia/ nō liquabilia ſũt. velut lana & fructus. Sunt autē intingibilia quidē: quæcũqꝫ terræ exiſtētia habēt poros maiores aquæ molibus/ exiſtētium duriorum aqua. Liquabilia autem aqua: quęcũqꝫ per totū. Propter quid igitur terra quidem & liquefit & intingitur ab humido: nitrū autē liquefit quidē/ intingitur autē nō? Quia in nitro quidem: per totū pori. quare: diuidūtur mox ab aqua/ partes. In terra autē: ꝓmutatim ſũt pori. quare qualitercũqꝫ ſuſceperit: differt paſſio. ¶ Sũt autē & hæc quidē corporum: flexibilia & dirigibilia/ velut calamus & vimen. hæc autem: inflexibilia / velut later & lapis. Sunt autem flexibilia quidem & dirigibilia: quorumcunqꝫ corporum poteſt longitudo in rectitudinē ex peripheria/ et ex rectitudine in peripheriam permutari. Et flecti & dirigi: eſt in rectitudinem aut peripheriam mutari aut moueri. etenim quod reflectitur et quod deflectitur: curuatur. Qui igitur ad conuexitatem aut concauita-

Humectatilia

Flexilia 53

Mollificabilia autem ſunt: quæcunqꝫ concreta nō ex aqua conſtant vt glacies (oīs enim glacies: aquæ eſt) ſed quęcunqꝫ ad terrā potius ſpectāt/& nec eorum humor vniuerſus perinde vt in ſale nitrove afficcatus eſt/ nec īæquabiliter vt in fictili ſeſe habet / ſed tractilia ſunt & nō humectatilia / aut ductilia et non aquea / atque ignis opera ac feruore mollificabilia / vt ferrum/ cornu / lignum. ¶ Et eliquabilium & ineliquabilium: quædam humectatilia ſunt/ quædam inhumectatilia. Verbi cauſa. æs: inhumectatile eſt/ cū eliquabile ſit. lana vero & terra: humectatilis. nā madefieri aſſolet. Et qdē æs colliquabile eſt: non tamen ab aqua colliquari poteſt. Sed et eorum quæ aqua liquari queunt: nōnulla inhumectatilia ſunt / ceu nitrū/ atqꝫ ſal. nec enim quicquā humectatile eſt: quod cum aqua inſpergitur/ molliuſculū non fiat. Nonnulla autem: cum humectatilia ſint/ eliquabilia non ſunt. vt lana atqꝫ fructus. Cæterum humectatilia quidē ſunt: quæ cum terrena ſint & aqua duriora exiſtant/ meatus ampliores quā partium aquę moles/ continent. Liquabilia vero aqua: quæcũqꝫ illos per totū cōmeantes poſſidēt. Cur igitur terra humore eliquari atqꝫ humectari: nitrū vero eliquari non humectari poteſt? Nimirū: q in nitro foramina continuata totum penetrant. vnde fit: vt aqua / partes continuo diſpeſcat. At in terra: foramina euariāt/ nec inter ſeſe reſpondent. quare quoquo pacto aquā exceperit: diuerſa oritur affectio. ¶ Porro corporū 44
alia flexilia atqꝫ directilia ſunt/ vt arundo ac vimē: alia inflexilia/ vt fictile atqꝫ lapis. Flexilia autē atqꝫ directilia corpora ſunt: quorū longitudo ex ambitu in rectū/ & contra e recto ī ambitū permutari valet. Atqꝫ flecti & dirigi: in rectum aut ābitū migrare atqꝫ trāſire exiſtit. etenim tā qđ reflectitur q̄ qđ inflectitur: flectitur curuaturqꝫ. Flexio igitur eſt: ad deuexitatem

Vatablus

aut concauitatē/ſeruata longitudine motio. Si enim flexio ad rectitudinem quoq; tranſitio eſſet: idem ſimul flexum rectūq; foret. quod profecto/ rectum inquā flexum eſſe: fieri nequit. Qz ſi omnino vel reflexu vel iflexu res flecti ſoleāt/quorū alterū ad conuexum/ alterum ad cōcauū migratio eſt: flexio ſane ad rectū profectio eſſe nō poteſt. ſed aliud/ flexio: aliud/ directio exiſtit. Atq; hæc ſunt: flexilia & directilia & inflexilia & indirectilia. ¶Item alia: fractilia & friabilia/ſimul & ſeorſim exiſtunt. verbi cauſa. lignū: fractile eſt/nō friabile. glacies autē & lapis: friabilis/nō fractilis. at fictile: & fractile/& friabile. Differunt tamen. nā fractio: i magnas parteis diuiſio atq; diſtractio exiſtit. friatio vero: in q̄ſ uis ſine diſcrimine/ & quæ duabus plures ſint. ¶Quæcunq; igitur ita concreuere vt multis ſcateant foraminibus quæ directim poſita non ſint: friabilia ſunt. hac enim fini: inter ſeſe diſtāt. Quæ vero lōge porrecta habuerint foramina: fractilia. Quibus autem vtrumq; competit: ea
45 tā friabilia q̄ fractilia ſunt. ¶Porro alia impreſſilia ſunt/ vt æs/ cera: alia minime/ vt fictile/ aqua. Eſt autem impreſſio: partis eius quæ per ſumma reſidet in
introrſum migratio/ quæ pulſione aut ictu/ ſed in totū tactu/ accidit. Sunt autē eiuſmodi: tā mollia ceu cera quæ alia ſuperficiei parte immota partim ſuffugit/ q̄ dura vt æs. Itē quæ impreſſionē defugiunt: tū dura ſunt vt fictile (non enim ſuperficies refugit) tū liquida/ velut aqua quæ cedit/ at non ſecūdum partem/ ſed ad rei prementis latera reſilit. ¶Impreſſiliū vero/q̄cūq; facile manu īprimi queunt manētq; impreſſa: ea quidem formatilia ſunt. At quæ difficile lapidis more vel ligni imprimūtur/aut facile quidē ſed impreſſio ceu lanæ aut ſpongiæ non remanet: hæc formatilia nō ſunt/ ſed preſſatilia.
46 ¶Preſſatilia autē ſūt: q̄ pulſa colligere ſeſe poſſunt/intro re-

Tral.ve.ex græ.recog.

tē motus longitudine ſeruata: flexio eſt. Si enim & in rectū: eſſet vtiq; ſimul flexū & rectū. quod quidē/ impoſſibile: rectum flexum eſſe. Et ſi flectitur omnino aut reflexione aut deflexione (horum autē hoc quidē/ad cōuexū: hoc autē/ ad cōcauū trāſmutatio eſt) nō vtiq; erit & ad rectū flexio. ſed eſt flexio & rectificatio: aliud & aliud. Et hęc ſunt: flexibilia & rectificabilia/ & inflexibilia & nō rectificabilia. ¶Et hęc quidem: frāgibilia 54 Fractilia
& cōminuibilia/ ſimul & ſeparatim. vt lignum: frāgibile quidē eſt/ cōminuibile autē nō. glacies autē & lapis: cōminuibile/ frāgibile autē non. later autem: & frāgibilis & cōminuibilis. Differūt autē. quia fractio quidē: eſt in magnas partes diuiſio & ſeparatio. cōminutio autem: in quaſcunq;/& plures duabus. ¶Quæ- 55 Friabilia
cunq; igitur ſic coagulata ſunt vt multos habeant viciſſitudinatos poros: commi-
nuibilia ſunt. vſq; ad hoc enim: diſtinguūtur. Quæcūq; autē ad multū: frāgibilia. Quæcunq; autē ambo: ambo. ¶Et 56 Impreſſilia
hæc quidē impreſſibilia: velut æs & cera. hæc autē nō impreſſibilia: velut later & aqua. Eſt autē impreſſio: ſuꝑficiei ſecūdū partē in profūdū ceſſio pulſione aut percuſſione/ in totū autē tactu. Sunt autem talia: & mollia/ vt cera manente alia ſuperficie ſecūdū partē trāſmutatur. et dura: velut æs. Et nō impreſſibilia: & dura/ velut later. nō enī cedit in profundū: ſuperficies. et humida: vt aqua cedit quidē/ ſed nō ſecundū partē/ ſed cōtra trāſ-
mutatur. ¶Impreſſibiliū autē quæcūq; 57 Formatilia
manēt impreſſionē paſſa/& bene impreſſibilia manu: hæc quidē/ formabilia ſūt. Quæ autē aut nō bene impreſſibilia velut lapis aut lignū/aut bene impreſſibilia quidē/ nō manet autē impreſſio velut lanę aut ſpōgię: nō formabilia/ ſed capibilia hæc ſunt. ¶Sūt autē capibilia: q̄cūq; 58 Preſſatilia
pulſa in ſeipſa conuenire poſſū t/ in pro-

Tral.ve.ex græ.recog.

fundū ſuperficíe permutata/ non díuíſa/ & nō trāſlata alio alía parte. quale aqua facit. hæc enī: contra tranſfertur. Eſt autem pulſío: motus a mouente/ quí fit a tactu. percuſſio autē: cum a latione. Capíuntur autē: quæcūq; poros habent vacuos cognatí corporís. Et capíbílía hęc: quæcūq; poſſūt ín propría vacua cōueníre/aut ín propríos poros (alíquando enī nō vacuí ſūt: ī quos cōueníūt) velut madefacta ſpōgía. pleni enī ſūt: ípſíus porí. Sed quorū cūq; porí pleni fuerint mollíoríbus q̄ ípſū quod natū eſt cōuenire ín ſe ípſum: capíbílía quidē ſunt. velut ſpongía/ cera/ caro. Nō capíbílía autē: quæcūq; nō ſūt nata cōuenire pulſíone ín eos quí ín ſe ſínt poros/aut quía nō habent/ aut quía durioríbus habēt plenos. Ferrū enī: nō capíbile eſt/ & lapís/ & aqua/ & oē humidū.

¶ Trahíbílía autē ſunt: quorūcūq; poteſt ad latus tranſferrí ſuperfícíes. trahí enī: eſt tranſferrí ad mouēs/ plānū continuū exíſtēs. Sūt autē/ hæc quidē trahíbílía: velut pílus/ corígía/ neruus/ paſta/ gluten. hæc autem non trahíbílía: velut aqua/ & lapís. Hæc ígitur eadem ſunt trahíbílía & capíbílía: velut lana. hæc autem non eadē. velut flegma: capíbile quidem non eſt/ trahíbíle autem. et ſpōgía: capíbílís quidem eſt/ nō trahíbílís autē.

Tractilia 59

Ductilia 60

¶ Sunt autē & hæc quidem ductílía/ velut ęs: hæc autē non ductílía/ velut lapis & lígnum. Sunt autē ductílía quidē: quæcunq; eadem percuſſione poſſunt ſímul ín latus & ín profundum ſecundum ſuperficiem tranſferrí ſecūdum partem. non ductílía autem: quæcunq; non poſſunt. Sunt autē ductílía quidem omnía: & ímpreſſibílía. ímpreſſibílía autem non omnía: ductílía/ velut lígnum. vt tamen ad omne dícam: conuertuntur. Capíbílíum autem: hæc quidem ductílía ſunt/ hæc autem non. cera quídem & lutū/ ductílía ſunt: lana autē nō/ neq;

Vatablus

cedente ſuperficie/ non diſtracta/ nec alio demigrante parte alia. id quod: aqua facit. quippe quæ: ī ſublime reſilire ſoleat. Pulſio autem: motio eſt ab eo quod mouet orta/ quæ per tactionē efficitur. Ictus vero: q̄ per delationē. Preſſantur autem: quæcunq; cognati corporis vacuos meatus obtinent. Atq; preſſatilia ea ſūt: quæ in ſua coire vacua/ foraminave poſſunt (interdum enim foramina in quæ coeant: inania non ſunt) id quod in madefacta ſpongia euenit. nam ſua foramina: imbibito humore diſtendun tur. At ea quorū meatus corpore molliori q̄ idipſum quod ſuapte natura in eos coire poteſt/ referti fuerint: preſſatilia quidem ſunt. vt ſpongia/ lana/ cera/ caro. Impreſſatilia vero: quæ pulſione ī ſua coire foramina per naturā neq̄unt/ q̄ vel nulla habeāt/ vel re duriore oppleta gerant. Ferrum nanq; lapis/ aqua/ & liquidū quodcūq;: impreſſatilia ſunt.

¶ Tractilia vero ſunt: quorum 47
ſuperficies in latus porrigi poteſt. Trahi autē: eſt ſuperficiem perpetuam exiſtentem verſus id ipſum porrigi quod facultatē moūedi obtinet. Sunt autem quædam tractilia: vt pilus/ lorū/ neruus/ maſſa triticea/ viſcum. quędā/ ītractilia: vt lapis atq; aqua. Igitur q̄dā tractilia & preſſatilia eadē ſunt/ vt lana: quædam non ſunt. verbi cauſa pituita preſſatilis non eſt/ ſed tractilis: & ſpongia preſſatilis/ ſed non tractilis.

¶ Sunt porro etiam quædā ductilia/ vt æs: quædā non ductilia/ vt lapis atq; lignum. Ductilia autem ſunt: quorum ſuperficies non tota in latū pariter atq; profundum migrare eodem ictu poteſt. non ductilia vero: quorum non poteſt. Porro ductilia omnia: etiā impreſſilia ſunt. at non omnia impreſſilia: ductilia/ ceu lignum. quod tamen/ vt in vniuerſum dixerim: recurrit. Sed preſſatilium: quædā ductilia ſūt/ quædam minime. cera quidem atque cœnum: ductilia ſunt: lana autem atq; aqua/ haudqua-

Vatablus

quã. ℂSunt & quædam fiſſilia/ ceu lignum: quędam infiſſilia/ vt fictile. Eſt autē fiſſile: quod ampliorem q̃ quæ ab eo quod diuidit fiat / diuiſionē ſubire poteſt. Nam tum quippiam finditur: cum diuiſionem q̃ corpus diuidens adferat maiorem admittit. atque diuiſio ipſa: quod facultatem obtinet diuidendi/ anteuertit. id quod: in ſectione minime euenit. Infiſſilia vero ſunt: quæcunq; iſtud pati nequeunt. Porro: fiſſile nullū / molle exiſtit. de hiſce autem loquor: quæ abſolute & non ad alia / mollia ſunt. ad hunc enim modum: vel ferrū ipſum / molle foret. Nec dura omnia: fiſſilia ſũt. Sed: quęcūq; nec liquida / nec impreſſilia/ nec friabilia exiſtunt. Talia autē ſũt: quæcūq; meatus quibus inter ſe partes cohęrent/ in longū porrectos / ſed non in latum habent. ℂSectilia autem ſunt: ex hiſce quæ dura conſtant molliave ſũt/ quæcunq; nec diuiſionē neceſſario anticipare/ nec comminui cū diuidũtur/ poſſunt. Inſectilia vero: quæcunq; aut eiuſmodi / aut liquida ſunt. Nonnulla autem & ſectilia & fiſſilia eadem ſunt: veluti lignum. verum parte plurima quod per longitudinem fiſſile eſt: per latitudinem ſectile exiſtit. Cum enim in plura quodq; diuidatur: quo lōgitudines multæ vna ſunt/ eo fiſſile eſt. ſed quo plures latitudines in vnã cōflantur: eo ſectile exiſtit. ℂTenacia autem ſiue lenta ſunt: quæ cum liquida molliave ſint / protrahi poſſunt. Talia autem permutatione fiũt: quæcunq; corpora catenarum modo componũtur. ea enim diſtendi multum / & rurſum contrahi queunt. Quæ vero non ſunt eiuſmodi: remittentia exiſtunt. ℂAt denſatilia ſũt: quæcunq; preſſatilium ſtabilem fixamque habent preſſationem. Indenſatilia vero: quæcunq; vel impreſſatilia ſunt/ aut preſſationem obtinēt incōſtantē. ℂQuin etiam quædam/ combuſtilia ſũt: quædam/ incōbuſtilia. verbi cauſa. lignum/ oſſa/ lana/ combuſti-

Tral. ve. ex græ. recog.

aqua. ℂSũt autē & hęc quidē fiſſibília/ velut lignum: hæc autē non fiſſibilia/ velut later. Eſt autem fiſſibile: quod poteſt diuidi ad plus q̃ diuidens diuidit. finditur enim: cum ad plus diuidatur / q̃ diuidens diuidit. & prędedit diuiſio. in detruncatione autem: non eſt hoc. Non fiſſibília autē ſunt: quæcunq; non poſſunt hoc pati. Eſt autem: neq; molle vllum fiſſibile. dico autem: ſimpliciter molliū/ & nō adinuicem. ſic enim: & ferrum erit molle. Neq; dura omnia. Sed: quæcunq; neq; humida ſunt/ neq; impreſſibília/ neq; cōminuibília. Talia autē ſunt: quæcunq; ſecundum longitudinem habent poros / ſecūdum quos adnaſcuntur inuicem/ ſed non ſecundum latitudinem. ℂ Detruncabília autem ſunt: conſtantium durorum aut molliū quæcunq; poſſunt neque ex neceſſitate præcedere diuiſionem / neq; comminui diuiſa. Quæcunq; autem aut humida/ aut talia: nō detruncabília. Quædā autem ſunt eadem & detruncabília & fiſſibília: velut lignū. ſed vt plurimum fiſſibile quidē/ ſecūdum lōgitudinem: detruncabile autem/ ſecundum latitudinē. Quoniam enim diuiditur vnumquodq; in multa: qua quidē longitudines multæ vnum ſunt/ fiſſibile hac eſt. qua autē latitudines multæ vnum: detruncabile hac. ℂViſcoſum autem eſt: cum trahibile aut humidum exiſtēs/ molle fuerit. Tale autē fiũt concatenatione: quęcūq; velut catenæ componuntur corporum. hæc enim: ad multum poſſunt extendi/ & cōuenire. Quæcūq; autem nō ſunt talia: fragilia ſunt. ℂ Cōmaſſabilia autē ſunt: quęcunq; capibilium manentē habent capturam. Incommaſſabilia autē: quæcūq; aut totaliter non capibilia ſũt/ aut nō manentē habēt capturam. ℂEt hæc quidē/ vſtibilia ſunt: hæc autē/ inuſtibilia. velut lignum quidē / vſtibile eſt

61 Fiſſilia

62 Sectilia

63 Tenacia

64 Denſatilia

65 Cōbuſtilia

48

& lana & os: lapis autem & glacies/ inuſtibile. Sunt autē vſtibilia: quæcūq; habēt poros ſuſceptiuos ignis & humidi tatē in his qui ſecūdū directū poris debiliorē igne. Quæcunq; autē aut nō habent/ aut fortiorem/ velut glacies & quæ valde viridia ſunt: inuſtibilia. ¶ Exhalabilia autē ſunt: corporum quæcunq; humiditatem habent quidem/ ſic autē habent vt non euaporent ſeorſum ab ignitis. Eſt enim vapor: a calido vſtiuo in aerem & ſpiritum ſegregatio ex humido/ madefactiua. Exhalabilia autē: tempore in aerem ſegregantur. & hæc quidē diſparentia/ ſicca: hæc autem/ terra fiūt. Differt autem hæc ſegregatio: quia neque madefacit/ neq; ſpiritus fit. Eſt autem ſpiritus: fluxus continuus aeris ad longitudinē. Exhalatio autē eſt: a calido vſtiuo communis ſegregatio ſicci & humidi/ ſimul. Quapropter nō madefacit: ſed colorat magis. Eſt autem lignei quidem corporis exhalatio: fumus. dico autem: & oſſa/ & pilos/ & omne quod tale eſt/ in eodem. non enim eſt poſitum nomen commune: ſed ſecundum analogiam tamen in eodem omnia ſunt. quemadmodum & Empedocles inquit. Hæc: pili & folia & auium plumæ ſpiſſæ Et ſquamæ fiunt ſuper ſolida membra. Pinguis autem exhalatio: lignys. vnctuoſi vero: kniſſa. Propter hoc oleum non patitur hepſeſin/ neque ingroſſatur: quia exhalabile eſt/ ſed non vaporabile. aqua autem non exhalabilis: ſed vaporabilis. Vinum autem dulce quidem: exhalat. pingue enim eſt. atque eadem facit oleo. neque enim a frigore coagulatur: vriturq;. Eſt autem nomine vinum: opere autem nō eſt. non enim vinoſus: humor eſt. Quapropter non inebriat: quodcunq; autem vinum. Paruam autem habet exhalationē. Quapropter: & emittit flam-

Exhalabilia 66

Empedocles

lia ſunt: lapis atq; glacies/ minime. Combuſtilia autem ſunt: quæcunq; meatus habēt eiuſmodi vt ignē introrſum admittant/ atq; in hiſce meatibus qui per rectum diſpoſiti ſunt/ minus valētem q̄ ignē cōtinēt humorē. At quę nullū habēt aut valētiorem/ ceu glacies & quæ vehementer virēt: incombuſtilia ſunt. ¶ Exhalabilia autem ſunt: quæcunq; corpora humorē habēt/ ſic tamē habēt vt euaporare niſi ignitis addātur non poſſint. Eſt enī vapor: ab humido in ſpiritum aeremq; vi caloris vrentis facta ſecretio quę madefacere queat. Eæ autem: in aerem tēporis ſpacio ſecernuntur. atq; euaneſcēdo: alia arida/ alia terra fiūt. Sed hęc ſecretio i hoc diſcrimē nacta eſt: q̄ neq; madefacit/ neq; ſpiritus efficitur. Eſt autem ſpiritus: fluxus aeris in longitudinē/ continuus. Exhalatio vero: cōmunis ſiccí & humidi ſecretiō/ quæ vniuerſim caloris vſtiui opera fieri ſolet. Proindeq; non madefacit: ſed colorem potius admouet. Eſt autē lignoſi q̄dē corporis exhalatio: fumus. Eodē nomine: et oſſa/ & pilos/ & quicquid eſt eiuſmodi/ appellito. nam tametſi commune nomen inditū non eſt: omnia tamē ſub eodē proportionis ſege compræhenduntur. quēadmodum & Empedocles inquit.

» Hæc: pili/ ſquamæ/ frondes/ &
» denſa volucrum
» Pluma ſolent fieri/ quis viuida
» membra tegantur.

Pinguis autem: fuligo. oleoſi vero: nidor. Ea de cauſa oleum nec decoquitur nec craſſeſcit: q̄ exhalabile/ nō euaporabile ſit. at aqua: haudquaq̄ exhalabilis eſt/ ſed euaporabilis. Vinum autem paſſum/ vtpote quod pingue ſit: exhalat/ atq; idem quod oleū facit. nā frigore cogi nequit: atq; deuri aſſolet. Eſt autē voce vinū: re nequaq̄. etenī eius ſapor: vini ſaporem nō refert. Quocirca nec homines reddere ebrios aſſolet: vinū autē quodcunq; aſſolet. Sed exhalationem habet exiguam. Vnde fit: vt etiam flam-

Vatablus

mam emittere queat. ¶Combuſtilia autem eſſe videntur: quæcunq; corpora in cinerem reſoluuntur. Id quod omnibus obuenit: quæ vel calore/ vel vtroq;/ calore & frigore/ coguntur. nam hæc: ab igni euinci conſpiciuntur. at e lapillis gemma illa quem Carbunculū nū cupamus: minime eū ſentire videtur. Porro cōbuſtiliū/ alia quidē flāmatilia ſunt/ alia vero inflammatilia. atq; horum: nōnulla carbonatilia. Flammatilia igitur ſunt: quæ flammam emittere queunt. Inflammatilia vero: quæ nequeunt. Quę autem cū liquida nō ſint/ exhalare poſſunt: ea flāmatilia ſūt. pix tamē & oleū & cera: flāmatilia ſunt/ ſed magis cum alijs q̄ per ſe. maxime vero: cū hiſce quæ fumū eiaculātur. Carbonatilia autē ſūt: quæcunq; eiuſmodi/ terræ plus q̄ fumi continent. Præterea nōnulla: cum liquabilia ſint/ flammatilia non ſunt/ veluti æs. nonnulla item: flammatilia non liquabilia/ ceu lignū. alia: vtraq;/ vt thus. Cuius rei cauſa eſt. Nam ligna: compactum & vbiq; continuum ita vt deuratur/ humorē gerūt. Aes: per ſingulas parteis diſperſum nō cōtinuum/ & pauciorem q̄ vt queat flammam producere. Thus: partim hoc pacto/ partim illo habet. Plane exhalabilium flāmatilia ea ſunt: quæ iccirco colliqueſcere nequeunt/ q̄ ad terram magis ſpectent. partem enim aridam: cum igni habent communem. hæc igitur pars arida/ ſi calefiat: ignis oriri ſolet. Eam ob rem flamma; ſpiritus vel fumus ardens/ exiſtit. Verū lignorum exhalatio: fumus dicitur. Cerę vero/ thuris/ picis/ cęterorumq; id genus & quæ picem continent aut quippiam eiuſmodi: fuligo. At olei & eorum quæ proxime ad olei naturā accedunt/ quæque ſola ideo minime ardent q̄ aridi parum habeant per quod fit in ignem migratio/ ſed cum alio celerrime (hoc enim eſt: ſiccū pingue/ aut oleoſū) nidor. Ergo e liquidis/ q̄ exhalare queūt ad humiditatē magis ptinēt: quæ vero

Tral. ve. ex græ. recog.

mam. ¶Vſtibilia autem videntur eſſe: quæcunq; corporum in cinerē diſſoluūtur. Patiūtur autē hoc omnia: quæcūq; coagulantur aut a calido/ aut ab ambobus/ frigido & calido. hæc enim: videntur obtineri ab igne. minime autē lapidū: ſigillū/ vocatus carbūculus. Vſtibiliū autē: hæc quidē inflāmabilia ſunt/ hæc autē non inflāmabilia. horū autē: quędā carbonabilia. Inflāmabilia igitur ſunt: quęcūq; flāmā p̄bere poſſunt. quęcūq; autē nō poſſunt: nō inflāmabilia. Sūt autē inflāmabilia: quæcūq; nō humida exiſtētia/ exhalabilia ſūt. pix autē & oleū/ & cera: magis cum alijs q̄ per ſe/ ſunt inflāmabilia. maxime autē: quęcunq; fumū emittūt. Carbonabilia autē: quæcūq; taliū/ terræ plus habent q̄ fumi. Adhuc autē quædā liquabilia exiſtētia/ non inflāmabilia ſunt: velut æs. & inflammabilia non liquabilia: velut lignum. alia autem/ ambo: velut thus. Cauſa autem eſt: quia ligna quidem ſi mul totum habent humidum/ & per totum continuum vt peruratur. æs autem: ſecus vnāquamq; quidē partē/ non continuum autem/ & minus q̄ vt flammam faciat. thus autem: hac quidē ſic/ hac autem illo modo habet. Inflāmabilia autem ſunt exhalabilium: quæcūq; non liquabilia ſunt/ propterea q̄ magis ſunt terræ. ſiccum enim habēt commune igni. hoc igitur ſiccum/ calidum ſi fiat: ignis fit. Propter hoc flamma: ſpiritus aut fumus ardens eſt. Lignorum igitur exhalatio: fumus. Ceræ autem & thuris & picis & taliū/ & eorum quęcunq; habēt picē aut talia: lignys. Olei autē & eorum quęcūq; oleoſa ſunt/ kniſſa: & quæcūq; minime ardent ſola quia paucū ſicci habēt/ trāſitio autē per hoc/ cum altero autē citiſſime. hoc enim eſt: pingue ſiccū/ vnctuoſum. Exhalātia igit̄ humidorū/ humida magis ſunt: arden-

Flammatilia

Carbonatilia

tia autem/ ſicci. CAP.X.

HIs autem paſſionibus & his differentijs: homœomera corporum/ ſicut dictũ eſt/ differũt ab inuicẽ ſecundũ tactũ. et adhuc: ſaporibus/ & odoribus/ & coloribus. Dico autẽ homœomera: velut ea quæ metallãtur/ ęs/ aurũ/ argentũ/ ſtannũ/ ferrũ/ lapidẽ & alia talia/ & quæcũqꝫ fiũt ex his ſegregata. & q̃ in animalibus & plãtis: velut carnes/ oſſa/ neruus/ pellis/ viſcera/ pili/ ines/ venæ/ ex qbus iam cõſtãt anomœomera vt facies/ manus/ pes/ & alia talia. & in plantis: lignũ/ cortex/ foliũ/ radix/ et quæcũqꝫ talia. ¶ Quoniã autẽ hæc quidẽ ab alia cauſa cõſiſtũt/ ex quibus autẽ hæc materia quidẽ ſiccũ & humidũ/ quare aqua et terra (hæc enĩ euidẽtiſſimã habẽt potẽtiã: vtrũqꝫ vtriuſqꝫ) faciẽtia autẽ calidũ & frigidũ (hæc enĩ: conſtare faciũt et coagulãt ex illis illa) accipiamus homœomerorũ q̃ ſũt terrę ſpecies/ & quæ aquę/ & q̃ cõmunes. ¶ Sũt itaqꝫ corporũ cõditorũ: hæc qdẽ humida/ hęc autẽ mollia/ hęc autẽ dura. Horũ aũt q̃cũqꝫ dura aut mollia coagulati one: dictum eſt prius. ¶ Humidorum igitur: quęcunqꝫ quidẽ euaporãt/ aquæ ſũt. ¶ Quæcũqꝫ autẽ nõ: aut terræ/ aut cõmunia terræ et aquę/ velut lac. aut terræ et aeris: velut mel. aut aquę et aeris: velut oleũ. ¶ Et quęcũqꝫ quidẽ a calido ingroſſãtur: cõmunia. ¶ Dubitabit autẽ vtiqꝫ aliquis: de vino/ humidorũ. hoc enĩ euaporabit vtiqꝫ et ingroſſatur: ſicut nouũ. Cauſa autẽ eſt: quia nec vna ſpecie dicitur vinũ/ et quia aliud aliter. nouũ enim: magis terræ eſt q̃ antiquum. Quapropter et ingroſſatur maxime calido: et coagulatur minus a frigido. habet enĩ & calidũ multũ: et terræ. vt qđ ĩ Arcadia: ſic exſiccať a fumo ĩ vtribus/ vt

ardere/ ad ſiccitatem. CAP.X.

HIs autẽ affectionibus atqꝫ differentijs ſimilaria corpora ſecundum tactũ/ vti diximus/ & inſuper odore/ ſapore/ & colore: inter ſe diſtãt. Similaria dico: vt metallica/ aurũ inquã/ ęs/ argẽtũ/ ſtãnũ/ ferrũ/ lapides & cętera id genus/ & q̃ per ſecretionẽ ex hiſce fiunt. necnõ q̃ in animãtibus inſũt: vt carnẽ/ oſſa/ neruos/ cutẽ/ viſcus/ pilos/ fibras/ venas/ ex qbus tandẽ diſſimilaria cõſtãt ceu facies/ manus/ pes/ cæteraqꝫ generis eiuſdẽ. itẽ quæ in plãtis vt lignũ/ corticẽ/ frõdes/ radicẽ/ & quęcunqꝫ ſunt iſtiuſmodi. ¶ Cũ autẽ ſimilaria alia ratione ac via q̃ quę diſſimiliũ ſunt partiũ conſtitui ſoleãt/ & ex quibus ea fiãt ſint materies quidẽ aridũ & humidum/ & proinde terra & aqua (horũ enim vtrũqꝫ: vtriuſqꝫ potentiã habet eui dentiſſimã) agẽtia vero calor atqꝫ frigus (hæc enim: ex illis ſimilaria corpora cõſtituũt cõpingũtqꝫ) ex ſimilaribus quæ terræ/ quæ aquæ/ quæ deniqꝫ communes ſint ſpecies/ ſumamus. ¶ Itaqꝫ e cõcreatis corporibus: alia liquida ſunt/ alia mollia/ alia dura. Horũ autẽ quæ mollia/ aut dura concretionis ratione/ exiſtant: dictum eſt prius. ¶ Liquidorũ igitur: quęcunqꝫ euaporare queunt/ ad aquã ſpectant. ¶ Quæ nequeũt: vel ad terrã/ vel ad terram & aquam communiter/ ceu lac. vel ad terram & aerem: vti mel. vel ad aquam & aerem: vt oleum. ¶ Et quæ quidem feruore caloris ſpiſſantur: communia ſũt. ¶ At inter ea quæ liqda ſũt: de vino quiſpiam ambigat. Nã & euaporare poteſt/ & ſpiſſari aſſolet: vt quod recens eſt. Cauſa autem eſt: qꝫ vini plures ſunt ſpecies/ & aliud alio habet modo. nã qđ recẽs eſt: magis q̃ qđ vetus/ terroſũ exiſtit. Quo fit etiam vt calore potiſſimum craſſeſcat/ & frigore minus cogatur: quoniam caloris multum ac terræ contineat. velut Arcadicum: quod vtribus inditũ fumo adeo aſſiccari ſolet/ vt cũ depro

Vatablus

mitur concreſcat. Qz ſi vinum om
ne fecem habeat: pro fecis copia
vtriuſlibet vel terræ vel aquæ exi=
49 ſtit. ¶ Quæ autem frigore craſſe=
ſcunt: terræ. ¶ Quæ vero vtroq3:
plurium cõmunia ſunt. vt oleum/
50 mel/prædulce vinũ. ¶Sed ex hiſ=
ce quæ cõſiſtũt: quæ frigore cõcre
uere/ aquæ. vt glacies/nix/grãdo/
pruina. ¶Quæ calore: terræ. vt fi
ctile/ caſeus/nitrũ/ ſal. ¶Quæ v=
troq3 (cuiuſmodi ſunt: quæ refrige
ratione coagulata ſũt. hæc autem
ſũt: quę priuatione vtriuſq3/ calo=
ris inq̃ atq3 humoris vna cũ caſore
abeuntis cõcreuere. Nã ſal/& q̃ ter
ra ſyncera cõſtãt/ ſolius humoris:
glacies autem/ ſolius caloris priua
tione cõcreſcunt) ea profecto vtri=
uſq3 ſũt. Quocirca vt vtrumq3 ſor=
tita ſũt: ita ab vtroq3 cogi aſſolent.
¶Quorũ igitur vniuerſus humor
exudauit: ea omnia terrenæ ſortis
exiſtunt/ ceu fictile atq3 ſuccinum.
etenim ſuccinũ & quæcunq3 ſibi la
chrymæ nomẽ vſurparũt/ vti myr=
rha/thus/gũmi: refrigeratione fi=
eri ſolent. Huius autẽ generis ſuc=
cinum quoq3 videtur eſſe: concre=
ſcitq3. nã: occluſa in eo animalia
51 conſpiciũtur. Flumínis autẽ rigore
calor ſuccini pinde egrediẽs vt de=
cocti mellis cũ in aquã fuerit demiſ
ſũ: euaporare humorẽ facit. Quin
etiã q̃dã illiquabilia ſũt et immolli
ficabilia: veluti ſuccinũ/& lapides
nonnulli/ ceu pori qui in ſpeluncis
gigni ſolẽt. etenim hi nõ ſecus or=
tũ ac illa ſubeũt: nec caloris facul
tate efficiuntur/ ſed frigoris. nã cũ
calor dimanat: humor pariter cũ
calore qui a ſe diſcedit/ egreditur.
alijs autẽ in rebus: calor externus
humorẽ diſcutit. At quorũ nõ vni=
uerſus humor exudauit: ea terrę
potius ſũt/ ſed molleſcere valẽt. vt
ferrũ atq3 cornu. Thus tamẽ & eiuſ
modi: perinde vt ligna euaporãt.
52 ¶Cũ igitur liquabilia poni oporte
at: quæ igni colliquãtur/ aquoſiora
ſunt. nonnulla etiam communia:
vt cera. Quæ aqua: terrea. Quæ
neutro: aut terrea/ aut ex vtroq3
conflata. ¶Si igitur vel liquida
vel concreta ſint omnia/& quæ di=

Tral.ve.ex græ.recog.

eductũ coaguleť. Si aũt oẽ fecẽ habet: ſic
vtriuſq3 eſt aut terrę aut aquæ/ vt huius
ſe habet multitudine. ¶Quęcũq3 autẽ 76
a frigido ingroſſãtur: terræ. ¶Quæcũq3 77
autẽ ab ambobus: cõmunia pluriũ. ve=
lut oleũ/ & mel/ & dulce vinũ. ¶Cõſi= 78
ſtẽtiũ aũt: q̃cunq3 quidẽ coagulata ſunt
a frigido/ aquæ. velut glacies/ nix/gran
do/pruina. ¶Quæcunq3 autẽ a calido: 79
terrę. velut later/caſeus/ nitrum/ ſales.
¶Quæcũq3 autẽ ab ambobus (talia au 80
tẽ ſũt: q̃cũq3 ifrigidatione. hęc autẽ ſũt:
quæcũq3 amborũ priuatione & calidi et
humidi ſimul egrediẽtis cũ calido. ſales
enĩ: humidi ſolius priuatione coagulan
tur/ & quæcunq3 ſyncera terræ. glacies
autẽ: calidi ſolius) hęc vtiq3 amborum.
Quapropter & ab ambobus: & habe=
bãt ambo. ¶Quorũcunq3 igitur totũ 81
exſudauit/ velut later aut electrũ (etenĩ
electrũ et quęcũq3 dicũtur vt lachrymę/
infrigidatione ſũt: velut myrrha/ thus/
gũmi. Et electrũ autẽ huius generis eſ=
ſe videtur: & coagulatur. intercepta enĩ
animalia in ipſo videtur. A fluuio autẽ
calidũ exiẽs velut cocti mellis cũ ĩ aquã
dimiſſũ fuerit: euaporat humidum) hęc
oia ſũt terræ. Et hæc quidẽ/ illiquabilia
& ĩmollificabilia: velut electrũ aut lapi
des quidã/ velut pori q̃ in ſpelũcis. etenĩ
hi ſimiliter fiũt his: & nõ vt ab igne/ ſed
vt a frigido/ exeũte calido coegrediť hu
midũ ab eo qđ ab ipſo exit calido. in a=
lijs autẽ: ab extrĩſeco igne. Quorũcũq3
autẽ nõ totũ: terræ q̃dẽ ſũt magis/ mol
lificabilia autẽ. vt ferrũ & cornu. thus
autẽ & alia: ſimiliter vt ligna vaporant.
¶Quoniã igiť liquabilia ponẽdũ eſt: & 82
quæcunq3 liquefiũt ab igne/ hæc ſunt a=
quoſiora. quędã autẽ & cõmunia: velut
cera. Quæcunq3 autẽ ab aqua: hęc ter=
rę. Quęcũq3 autẽ neq3 ab altero: hęc aut
terrę/ aut amborũ. ¶Si igiť oĩa q̃dẽ aut 83
humida aut coagulata/ horũ aũt quę ĩ di

Cap. 11 12

Tral.ve.ex græ.recog.

ctis passionibus/ & nō est intermediū: omnes vtiq; erūt dictæ/ quibus discernemus vtrū terræ aut aquæ aut pluriū cōmune/ & vtrū ab igne cōstat aut frigido aut ambobus. Aurū itaq; & argētū & æs & stannū & plumbū & vitrū & lapides multi innominati: aquæ sunt. oīa enī hæc: liquefiunt calido. amplius vina quædā & vrina & acetū & lixiuiū & serū & ichor: aquæ. oīa enī: coagulātur frigido. Ferrū autē & cornu & vnguis & os & neruus & lignū & pili & folia & cortex: terrę magis sunt. adhuc: electrū/ myrrha/ thus & oīa quę dicūtur lachrymę/ & porus/ & fructus vel ut legumina & frumentū. talia enī: hęc quidē valde/ hæc autē minus horū/ attamē terræ sunt. hæc enī/ mollificabilia sunt: hæc autē exhalabilia & infrigidatione facta. amplius: nitrum/ sales/ lapidū genera/ q̄cūq; neq; infrigidatione/ neq; coagulabilia. Sāguis autē et genitura: cōmunia sūt terræ & aquę & aeris. Sāguis quidem habēs inas: magis terrę. quapropter: & frigore coagulatur/ & humido liquescit. Nō habēs aūt inas: aquę. quare: & nō coagulatur. Genitura autē: coagulatur infrigidatione/ exeūte humido cū calido. CAP. XII.

84 OValia autem calida sint aut frigida coagulatorū aut humidorū: ex dictis oportet cōsiderare. Quę cūq; igitur aquæ: vt plurimū frigida sunt/ si nō aliēnā habeāt caliditatē/ velut lixiuiū/ vrina/ vinum. ¶ Quæcunq; autē terrę: vt plurimū calida sunt/ propter calidi 85 operationē. velut calx & cinis. ¶ Oportet autē accipere: scd̄m materiā frigidissima q̄dā esse. quoniā enī siccū et humidū/ materia sūt (hęc enī passiua sūt) horū autē corpora maxime terra et aqua 86 sūt/ hęc aūt frigiditate determinata sūt:

Vatablus

ctis affectibus obnoxia sūt de eorū numero sint/ nec inter ea quippiā interueniat: dicta sūt vniuersa quibus terræne an aquæ vel pluriū qppiā cōmune sit/ & an igni an frigore an vtroq; cōstiterit/ diiudicemus. Itaq; aurū/ argētū/ æs/ stannū/ plūbū/ vitrū/ & lapides multi nomine vacantes: aqueæ sortis sunt. quippe cū: ea omnia feruore caloris deliquescere solita sint. nonnulla præterea vini genera/ vrina/ acetū/ lixiuium/ serum/ sanies. nam frigore: cuncta gelant. At ferrū/ cornu/ vnguis/ ossa/ nerui/ pili/ lignū/ cortex/ folia: potius terreę sūt. adhæc: succinū/ myrrha/ thus/ omnia quæ lachrymæ nomen nacta sunt/ & porus id est tofus lapis/ necnō fructus vt legumina frumentūq;. nā ex hisce quæ talia sunt/ tametsi quædam magis/ quædā minus: omnia tamē terrena existūt. eorū enī: alia mollificabilia sūt/ alia exhalabilia atq; frigore genita. insup: sal/ nitrū/ & ea lapidū genera quę neq; rigore fiūt/ neq; eliquari queūt. Sanguis vero ac genitura: ad terrā/ aquā/ & aerē cōmuniter spectāt. Nā sanguis qui quasdā veluti fibras habet: magis terrenus existit. et proinde vt refrigeratione cogitur: sic humore deliquescit. Qui vero nullas habet: aqueus. ideoque concrescere nescit. At genitura: q; vna cum tepore humor decedat/ refrigeratione coagulatur.

CAP. XII.

EX concretis autē liquidisve/ quænam tepida aut frigida sint: ex hisce q̄tā diximus persequi decet. Quę igitur ad aquā pertinēt: magna ex parte frigida sunt/ nisi calorē externū habeant/ ceu lixiuium/ vrina/ vinum. ¶ Quæ ad terrā: magna ex parte 63 calida/ ob vim teporis effectricem. vt calx atq; cinis. ¶ Porro quædā: quantum ad materiā attinet/ perquā algida esse sumamus oportet. Nam cum siccum & humidum sint materia (passiua enī sunt) atq; horum corpora maxime terra & aqua/ hæc autē frigore definita sint:

Vatablus

palã eſt q̃ corpora omnia quæ v-
triuſlibet elemẽti abſolute fuerit /
frigida magis ſunt. niſi calorẽ ex-
ternũ habeant : veluti aqua quæ
efferuet/ aut quæ per cinerẽ tranſ
miſſa atq; percolata fuit. etenim
ea: a cinere teporẽ cõtraxit. nã in
omnibus quę ignem ſenſere : lar
gius parciuſve tepor ieſt. ¶ Quo
circa : & in marcidis vermes in-
naſci aſſolent. nam in eis tepor
quidam ineſt: qui ſuũ cuiuſq; ca-
lorẽ diſperdat abſumatq;. Quæ
autẽ cõmunia ſunt: ea calorẽ poſ
ſident. plurima ſiq̃dẽ : vi caloris
eiuſce q̃ cõcoctionẽ peregit/ cõſti
tere. quædam vero/ ceu colliqua-
menta: non niſi putrefactio exi-
ſtunt. Vnde fit vt cum ſuam reti
nent naturã/ calida ſint : vt ſan-
guis/ genitale profluuiũ/ medul-
la/ coagulum/ & reliqua id genus
omnia. cũ autẽ corrũpuntur et a
natura ſua recedũt: nõ amplius.
etenim materies quę terra eſt aut
aqua: remanet. Quocirca: vtrũq;
quibuſdã placet. & ea alij frigida
eſſe: alij calida dicunt. quoniam
ea videãt cum in ſua natura ſũt /
calida eſſe: cũ autem ab ea receſ-
ſere/ concreta. Res igitur perinde
omnino habet: vt definitum eſt.
Nã in quibus aquæ plurimũ ma
teries eſt: ea frigida ſunt. ſiquidẽ
aqua: igni potiſſimum aduerſa-
tur. In quibus vero terræ aut ae-
ris: calidiuſcula. Cõtingit autem
iterdũ: vt eadẽ frigidiſſima/ & ca
lidiſſima externo tepore fiant. ete
nim quæ maxime concreuere/ &
oppido q̃ ſolida firmaq; ſunt: ea
vt frigida maxime euadũt ſi ſuo
priuẽtur calore/ ita deurunt maxi
me ſi ignis opa cõcaluerint. quo-
modo aqua/ q̃ fumus: et lapis/ q̃
aqua vehemẽtius vrit. CAP. XII.

54 VM autem de hiſce
ſingulatim definitũ
ſit : quid caro / aut
os/ aut quodlibet cę
terorum quę ſimiliũ
ſunt partium/ ediſſeramus. Nam
ex quibus ſimilarium natura con
ſtet/ eorũ genera / cuius quodq;
generis ſit: ex ortu ipſo collique-

Tral.ve. ex græ. recog.

palã eſt q̃ omnia corpora quęcũq; ſunt
vtriuſq; ſimpliciter elemẽti frigida ma-
gis ſunt/ ſi non habeant alienam calidi-
tatẽ/ velut feruẽs aqua/ aut per cinerẽ co
lata. etenim hæc: habet eã quæ ex cine
re caliditatẽ. in omnibus enĩ ignitis: eſt
caliditas aut ãplior aut minor. ¶ Qua 27
propter: & in putrefactis animalia ina-
ſcuntur. ineſt enĩ caliditas: quæ corrũ-
pit ꝓpriã vniuſcuiuſq; caliditatẽ. Quę-
cũq; autẽ cõmunia ſunt: habẽt calidita
tẽ. cõſtãt enĩ pluríma: a caliditate quę di
geſſit. quædã autẽ: putrefactiones ſũt /
velut ſyntegmata. Quare habẽtia quí-
dẽ ſecũdũ naturã/ calida: & ſãguis & ge
nitura & medulla & lac & omnia ta-
lia. corrupta autẽ & egrediẽtia a natu-
ra: nõ ãplius. relinquitur enĩ materia:
terra exiſtẽs aut aqua. Quapropter: am
bo vidẽtur quibuſdã. & hi quidẽ frigi-
da/ hi autẽ calida/ hęc aiũt eſſe: vidẽtes
cũ in natura quidẽ fuerint calida/ cum
autẽ ſeparata fuerint coagulata. Ha-
bet igitur ſic omnino: vt determinatum
eſt. In quibus quidẽ materia aquæ plu
rimum: frigida. opponitur enim ma-
xime hæc: igni. In quibus autem terrę
aut aeris: calidiora. Accidit autẽ aliquã
do: eadem fieri frigidiſſima/ & calidiſſi
ma aliena caliditate. quæcunq; enim
maxime coagulata ſunt/ & ſolidiſſima
ſunt: hæc & frigida maxime ſunt ſi pri
uentur caliditate / & vrunt maxime ſi
igniantur. velut aqua/ fumo: & lapis/ a-
qua vrit magis.

CAP. XII.

QVoniam autem de his 28
determinatum eſt ſecũ-
dum vnumquodq;: dí-
camus quid ſit caro/ aut
os/ aut aliorum homœ-
omerorum. Habemus
enim: ex quibus homœomerorum na-
tura conſtituta eſt/ genera ipſorum/ cu
ius generis vnumquodque / per gene-

Tral.ve.ex græ.recog.

rationem. Ex elementis enim homœomera: ex his autem vt materia / tota opera naturæ. Sunt autem: omnia: vt ex materia quidem / ex dictis. vt autem secundum substantiam: ratione.

89 ¶ Semper autem magis palam est in posterioribus / & omnino quæcunq; velut organa / & alicuius gratia. Magis enim palam est: ꝙ mortuus homo / æquiuoce. Sic igitur & manus mortui / æquiuoce: quemadmodum & si fistulæ lapideę dicantur. velut enim & hæc: organa quædam videntur esse. Minus autē in carne & osse talia manifesta sunt: adhuc autē in igne & aqua minus. ipsū enim cuius gratia: minime hic palā est vbi plurimū est materiæ. Sicut enim: & si extrema accipiātur. materia quidē / nichil aliud pręter ipsā: substātia autē / nichil aliud q̄ ratio. intermedia autē / proportionaliter: eo ꝙ prope sit vnūqd̄q;. quoniam & horū quodcunq;: est alicuius gratia. Et non omnibus modis habēs: aqua aut ignis. sicut neq; caro / neq; viscera. his autem adhuc magis: facies & manus. Omnia autem: sunt terminata opere. omnia enim quæ possunt facere suum opus: vere sunt. vt oculus si videt. quod autem non potest: æquiuoce. vt mortuus / aut lapideus. neq; enim serra lignea: nisi vt imago. Sic igitur & caro: sed opus ipsius / minus palam est quam quod linguæ. similiter autem & ignis. sed adhuc forte minus manifestum naturaliter: quā carnis opus. similiter autem & quæ in plantis sunt: & inanimata / velut æs & argentum. omnia enim potentia quadam sunt aut faciendi aut patiendi / sicut & caro & neruus: sed rationes ipsorū non certæ.

90 ¶ Quare quando existunt / & quādo nō: nō facile est perspicere / nisi valde deperditū fuerit / & figuræ solæ fuerint reliquæ. velut

Vatablus

scit. Nam ex elementis / similaria cōstāt: ex similaribus autē vt materia / integra naturæ opera cōficiuntur. Atque omnia sunt: vt e materia quidem / ex hisce quæ dicta sunt. vt autem secūdum est sentiam: ratione. ¶ Hoc autem: semper magis apertum in posterioribus est / & omnino hisce quę vt instrumenta sunt / & alicuius gratia. Nam ꝙ emortuus homo æquoce homo sit: cōstat magis. Perinde ergo emortui hominis manus / æquoce manus dicitur: atque si vel lapideæ tibiæ / tibiæ dicantur. nam & hæ quoque: velut instrumenta quædam esse videntur. At eiusmodi / in carne & osse minus aperta sunt: & adhuc in igne & aqua minus. Nam vbi materiæ plurimū existit: ibi id gratia cuius quippiam factū sit / minime cōstat. Perinde enim euenit: atque si extrema sumantur. nam materies nihil aliud est q̄ materies: essentia / q̄ ratio. quę inter hæc media sunt: vt quodq; prope est. quādo & horū qd̄libet: alicuius gratia existit. Quinetiam non quouis modo habet: aqua aut ignis. sicuti nec caro / nec viscera. adhuc autē magis: manus & facies. Sed suo munere ac officio definita sunt: vniuersa. nam quæ suo fungi munere queunt: singula vere sunt. vt oculus si cernat. quæ vero nequeunt: æquiuoce. vt emortuus lapideusve oculus. non enim serra lignea: præterquam serræ imago ac effigies existit. Sic & caro: verum eius officium minus q̄ linguæ / dilucidum est. Sic & ignis. sed adhuc forsitan minus eius quam carnis officiū naturaliter innotescit. Sic & plātarum partes: & inanima / vt æs atq; argētū. Cūcta nāq; facultate quadā aut agēdi aut patiēdi sūt / vti caro ac neruus: sed rationes eorū nequaq̄ ad vnguē perspectæ sunt. ¶ Quare quādo sint & quādo nō sint / nō est facile discernere: nisi admodū depraua sint / & figura sola reliqua sit. Cuiusmodi sūt: vetusta illa ca

Vatablus

dauera quæ in capſulis adſerua-
ta in cinerē ſubito vertuntur. nec-
non fructus admodū inueterati:
qui figura tātummodo / non etiā
ſenſu fructus eſſe videntur. item
q̄ lacte coacto cōſtāt. Tales igitur
partes: calore ac frigore & eorum
motionibus fieri contingit / cum
caloris vi atq; frigoris cogantur.
eas autem intelligo quæ ſimila-
res ſunt: vt carnē / oſſa / pilos / ner
uos / & quæcunq; ſunt eiuſmodi.
omnes enī: differētijs hiſce quas
prius diximus / tenſione ſcilicet /
tractione / cōminutione / duritia /
mollitie / & cęteris id genus diſtāt.
Tales inq̄ partes: calore et frigo-
re / & miſtis motibus fiūt. At diſſi
milares / quale eſt caput / aut ma-
nus / aut pes: ex illis cōſtitutæ ne-
mini videbūtur. ſed ſicuti frigoris
& caloris motio vt ęs argētū ve fi
at cauſa eſt / vt vero ſerra aut phi
ala aut arca nō item / ſed hic ars
illic autem natura aut alia quædā
cauſa eſt: ſic & vt illæ fiāt / in cau-
ſa eſſe putabitur. Cum igitur iam
ſit oſtenſum cuius ſimilariū qđq;
generis ſit: de vnoquoq; quid ſit /
verbi cauſa quid ſanguis / aut ca-
ro / aut genitale ſemen / & aliorū
quodq; ſumamus oportet. Tunc
enī cur quodq; ſit / & quid ſit ſci-
mus: cū materiam aut rationē /
ſed maxime cum vtramq; / & vn-
de ſit motionis exordium / cogno
ſcimus. Quibus elucidatis: pari
modo de diſſimilaribus / & deniq;
hiſce quæ ex eis conſtant / vt ho-
mine / plāta / & cæteris id genus:
contemplandum videtur.

¶ Quarti libri Meteorologi-
corū Ariſtotelis / Fran-
ciſco Vatablo in-
terprete: fi-
nis.

Tral.ve.ex græ.recog.

inueteratorum mortuorū corpora quæ
ſubito cinis fiunt in ſepulchris. & fru-
ctus ſolum figura / ſecundum ſenſum
autem non: videtur / inueterati valde. et
quæ ex lacte coagulantur. Tales igitur
partes: caliditate & frigiditate & harū
motibus cōtingit fieri / coagulatas ca-
lido & frigido. dico autē quæcunq; ho-
mœomerę: vt carnē / os / pilos / neruos &
quęcunq; talia. omnes enī differūt pri-
us dictis differentijs: tenſione / tractio-
ne / cōminutione / duritie / mollitie / & a-
lijs talibus. Hæ autem: a calido & frí-
gido / & motibus fiūt miſtis. Cōſtitutę
autem ex his: anomœomeræ nulli v-
tique videbuntur / vt caput / aut ma-
nus / aut pes. ſed: vt & fiendi æs quidē
aut argentū cauſa frigiditas & caliditas
& motus / ſerram autem aut phialam
aut arcam non adhuc / ſed hic quidem
ars / ibi autē natura vel alia aliqua cau-
ſa. Quoniam igitur habemus cuius ge-
neris vnūquodq; homœomerorū ſit: ac
cipiendū ſecundū vnūquodq; quid eſt /
vt quid ſanguis / aut caro / aut ſperma / et
aliorum vnumquodq;. ſic enim ſcimus
vnumquodq; propter quid & quid eſt:
ſi materiam aut rationē habeamus / ma
xime autē cū ambo / & vnde ſit princi-
pium motus. Manifeſtis autem his: ſi-
militer anomœomera ſpeculari oporte
bit / & tandē ex his conſtituta / vt homi-
nem / plantam / & alia talia.

¶ Tralationis veteris quarti libri
Meteorologicorum Ariſto-
telis / ex græco reco-
gnitæ: finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Tralatio vetus primi libri de anima Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermū Briconnetū Episcopum Meldensem.

CAP.I.

Onorū & honorabiliū notitiam opinantes/ magis autem altera altera/aut secūdum certitudinē/ aut ex eo & meliorū & mirabiliorum est: propter vtraque hæc/ animæ historiam rationabiliter vtiq; in primis ponemus. Videtur autem & ad veritatem omnem: cognitio ipsius multum conferre/ maxime autem ad naturam. est enim: tanquam principium animalium. Quærimus autem considerare & cognoscere naturā ipsius & substantiam: postea quæcunque accidūt circa ipsam /quorum alia quidem propriæ passiones videntur/ alia autem communes/ & animalibus 2 propter illam inesse. ¶Penitus autem & omnino difficillimorum est: accipere aliquam fidem de ipsa. Cum enim sit quæstio communis & multis alijs (dico autem eam quæ circa substantiam/ & eam quæ quid est) fortassis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus de quibus volumus cognoscere substantiam/ sicut & eorum quæ secundum accidens propriorum demonstrationem. Quare: quærēdum vtiq; erit methodum istā. Si autem non est vna quædam & cōmunis methodus de eo quod quid est: adhuc difficilior fit ipsa negociatio. oportebit enim accipere circa vnūquodq; quis modus. Si autē manifestū sit vtrū demōstratio aliqua sit/ aut diuisio/ aut etiā aliqua alia methodus:

Argyropylus

¶Aristotelis de anima liber primus/ ad Cosmā Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

Vm omnē scientiam rē esse bonam arbitremur. ac honorabilem/ et alia alia magis ex eo tale esse putemus/ qa vel exactior est/ vel rerū est earū quæ magis præstabiles magisq; sūt admirabiles: scientiam animæ nimirum ob hæc vtraq; non iniuria ponendā in primis esse censemus. Videtur autem & ad veritate omne/ ipsius animæ cognitio vehemēter cōferre: & maxime ad ipsius naturæ scientiā. est enim anima/ quasi principiū omniū animaliū. Atq; perspicere cognoscereq; naturam eius & substantiā quærimus: deinde ea quę circa ipsā accidūt/ quorū quædā affectus ipsius esse proprij quædā animalibus etiā per ipsam inesse competereq; videntur. ¶Verum enim omni ex parte atq; omnino difficillimū est: fidem aliquā de ipsa tandem accipere. Nam cū hæc quæstio cōmunis sit etiam cū alijs rebus copluribus/ de substantia dico & quid est: vnus cuipiam fortasse modus/ vna via quædam esse videtur/ qua cognoscere quidnam sit vnaquęq; possumus rerū/ quarū substātiam percipere volumus/ pinde atq; modus vnus est hisce quo proprij rerū demonstrātur affectus. Quapropter quærendum est: quænam sit illa via/ quis ille modus vnus/ quo rerum substātiæ percipi possunt. Qz si nō vnus quidā atq; cōmunis sit ille modus: lōge difficilior ipsa pertractatio fit. oportebit enī de vnaquaq; rerum accipere: quis ad vnāquāq; modus accōmodabit. Si vero pateat illū demōstratiōnē vel djuisiōnē vel etiā quēdā aliū modū esse:

Argyropylus

complures insuper difficultates er
roresq; emergunt in ijs exquiren=
dis e quibus vniuscuiusq; conficiē
da est diffinitio. aliarum nanq; re=
rum/ alia principia sunt: vt nume
6 rorum superficierumq;. Primū au=
tem fortasse necessariū est diuide=
re atq; accipere: in quonam gene
rum collocetur / quidq; sit anima.
vtrum sit substantia: an in quali=
tate/ vel in quantitate vel in alio
quodam prædicamentorum gene
re collocetur. Deinde perueſtigan=
dum est: vtrum eorū subeat ratio=
nem quæ potentia sunt / an poti=
us quidam sit actus. nō enim pa=
7 rum interesse videtur. Consideran=
dum est præterea: si partibilis sit
necne. & vtrum eiusdem sit ani=
ma speciei omnis: necne. Et si nō
sit eiusdē speciei: vtrū specie tan=
tum an etiam genere differat. nūc
enim ij qui dicunt atq; quærūt de
anima: de humana tantum quæ=
8 rere perscrutariq; videntur. At ca=
uendū est ne nos prætereat: vtrū
vna sit eius ratio vt animalis / an
vniuscuiusq; sit alia ratio / vt equi /
canis / hominis / dei. Animal autē
vniuersale: aut nihil est / aut poste=
rius est / & quicquid itidē aliud cō=
9 muniter prędicatur. Prętera si nō
plures sint animę / sed partes: vtrū
animam totam / an partes quære=
re prius oporteat. Difficile autem
est id quoq; determinare: quænā
inquam partes a quibus diuersæ
10 sint. Et vtrū ipsas partes / an ipsa=
rū partiū operationes prius quæ=
rere perscrutariq; oporteat: ceu in=
telligere an intellectiuū / & sentire
an sensitiuū / & eodē modo de cæ=
teris. Qz si operationes sint exqui=
rēdę prius: rursus profecto quispiā
dubitabit / si opposita prius sint i=
quirenda / vt sensibile prius q̄ sen=
sitiuū / & intelligibile q̄ intellecti=
11 uum. Non solū autem ipsius quid
est cognitio / conferre videtur ad
perspiciendas eorum causas quæ
substātijs accidunt / vt in Mathe=
maticis confert quid est rectum / &
quid curuū / vel quid linea / quid su
perficies ad cognoscendū quot re=
ctis anguli trianguli sunt æquales

Tral.ve.ex græ.recog.

adhuc multas habet dubitationes &
errores ex quibus oportet quærere. a=
lia enim aliorum principia: sicut nume
rorum & planorum. Primum autē for
tassis necessarium est diuidere: in quo
generum / & quid sit. dico autem / vtrū
hoc aliquid & substantia sit: an quali=
tas / aut quantitas / aut etiam quoddā
aliud diuisorum prædicamentorum.
Adhuc autem: vtrum eorū quæ in po=
tentia sunt / an magis entelechia quæ=
dam sit. differt enim: non paruum ali=
quid. Considerandū autem: & si par=
tibilis sit / an impartibilis. & vtrum sit
similis speciei omnis anima: an non. Si
autem non similis speciei: vtrum specie
differant / an genere. nunc enim dí=
centes & quærentes de anima: de hu=
mana solū vidēntur intendere. Cauen
dum autem est: vt non lateat vtrum
vna ratio ipsius est / sicut animalis / an
secundum vnūquodq; altera / vt equi /
canis / hominis / dei. Animal autē vní=
uersale: aut nichil est / aut posterius / si
militer autem & si quod cōmune aliud
prædicetur. Amplius autem si nō mul
tæ animæ / sed partes: vtrum oportet
quærere prius totā animā / an partes.
Difficile autē: et harum determinare
quales aptæ natæ sint alteræ abinui=
cē esse. Et vtrū partes oportet quęrere
prius: an opera ipsarū. vt intelligere / an
intellectum: & sentire / an sensitiuum.
similiter autem: & in alijs. Si autem
opera prius: iterum vtiq; dubitabit ali=
quis / si obiecta prius his quærendū. si=
cut sensibile / sensitiuo: & intelligibile /
intellectiuo. Videtur autem nō solum
quod quid est cognoscere / vtile esse ad
cognoscendas causas accidentium sub=
stantijs / sicut in Mathematicis quid re
ctum / & quid obliquū / & quid linea /
& planum ad cognoscendum quot re=
ctis trianguli anguli sunt æquales: sed

Cap. I

Tral.ve.ex græ.recog.

& econtrario accidentia conferunt ſecundum magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt. Cum enim habemus reddere ſecundum phantaſiã de accidentibus/ aut omnibus/ aut pluribus : tunc & de ſubſtantia habebimus dicere aliquid q̃optime. omnis enim demonſtrationis principium: eſt quod quid eſt. ¶ Quare ſecundũ quaſcunq; diffinitiones non contingit accidẽtia cognoſcere/ ſed neq; cõiectare de ipſis facile: manifeſtũ q̃ dialectice dictæ ſunt & vane/ omnes. Dubitationẽ aute habẽt & paſſiones animæ: vtrum ſint omnes cõmunes & habẽtis/ an ſit aliqua & ipſius animę propria. hoc enĩ accipere quidẽ neceſſarium eſt : nõ autem facile. Videtur autẽ plurimorum nullum ſine corpore pati / neq; agere: vt iraſci/ confidere/ deſyderare / omnino ſentire. Maxime autem aſſimilatur proprio: intellígere. Si autẽ eſt & hoc phantaſia quædam / aut non ſine phantaſia: nõ continget vtiq; hoc ſine corpore eſſe. Si igitur eſt aliquod animæ operum aut paſſionum propriũ : continget vtiq; ipſam ſeparari. Si vero nullũ eſt propriũ ipſius: non vtiq; erit ſeparabilis. ſed: ſicut recto inquantũ recti multa accidũt/ vt tangere æneam ſphærã ſecundum punctum/ nõ tamẽ tanget hoc/ ſeparatũ ipſum rectũ. inſeparabile enĩ. ſiquidem: ſemper cũ corpore quodã eſt. Videtur autẽ & animę paſſiones oẽs eſſe cũ corpore: ira/ mãſuetudo/ timor/ miſericordia/ cõfidẽtia/ adhuc gaudiũ/ & amare & odíre. ſimul enĩ cũ his: patitur aliquid corpus. Indicat autẽ: aliquãdo quidẽ a validis & manifeſtis paſſionibus accidẽtibus nichil exacerbari aut timere/ aliquãdo autẽ & a paruis et debilibus moueri/ cum accenditur corpus & ſe habet ſic vt cũ iraſcitur. Adhuc autẽ magis hoc

Argyropylus

(nam ipſum quid eſt : omnis eſt principiũ demõſtrationis) ſed ecõ uerſo etiam accidentia magnã afferunt opẽ ad illud percipiẽdum. Nam cum per imaginationem de accidẽtibus aut omnibus aut pluribus reddere poſſumus : tum aliquid etiã de ſubſtãtia dicere poterimus optime. ¶ Quare patet eas omneis diffinitiones/ diſſerẽdi modo vaneq; dictas & aſſignatas eſſe : quibus non fit/ vt accidentia percipiantur/ aut de ipſis cõiectura facilis habeatur. Eſt etiã de affectibus animæ dubitatio : vtrũ omnes cõmunes ſint cũ eo quod habet animam / an ſit & ipſius animæ proprius aliquis. hoc enĩ ipſũ accipere quidẽ neceſſarium eſt: nõ tamẽ accipi facile poteſt. Atq; plurimi ſunt/ quorũ ſine corpore nullum aut agere aut pati videtur: vt iraſci/ confidere/ cupere/ omnino ſentire. Maxime autem ipſum intelligere: proprio ſimile eſt. Q; ſi hoc etiã imaginatio ſit quædam / aut ſine imaginatione non ſit: nec hoc ſeiſtud eſſe ſine corpore poteſt. Si igitur operationũ animę vel affectuũ aliquis proprius ſit ipſius: fieri poteſt vt ipſa anima ſeparetur. Sin vero nullus ſit eius proprius: non ſeparabilis eſt. ſed eſt de ipſa perinde atq; de recto : cui multa quidẽ vt rectũ eſt cõpetũt/ veluti puncto pilã æneã tangere/ non tamen ipſum vnq̃ ſeparatum tanget. eſt enĩ inſeparabile. quippe cũ: ſemper aliquo cũ corpore ſit. Videtur autẽ & omnes affectus animæ cũ corpore eſſe: ira/ manſuetudo/ timor/ miſericordia/ cõfidẽtia/ gaudiũ/ odiũ deniq; atq; amor. nam vna cum his: ipſum corpus aliqd patitur. Quod quidẽ ita eſſe: ex eo patet. interdũ enim non iraſcuntur/ neq; timent: etiam ſi ſe vehemẽtes ipſis manifeſtæve cauſæ offerant. interdum a paruis quibuſdam mouentur atq; exiguis: ſi feruet concitaturq; corpus / & perinde ſe habet atq; cum afficitur ira. Hoc magis ex eo patet: quia nõnulli nulla re penitus accidente quæ quidem poſſit terrere/ nulloq;

Argyropylus

imminẽte periculo / vt ij qui metuũt / pturbãtur ac afficiũtur timore. ¶ Quæ si ita sint: patet affectus / rationes esse materiales. quare: & diffinitiones ipsorũ sunt tales. Irasci namq; : motus quidam talis est corporis / aut partis / aut potentiæ / ab hoc huius gratia. Iccirco / Naturalis est: de anima vel omni vel tali considerare. Diuerso autẽ modo Naturalis et Disserendi artifex: vnuquodq; ipsorũ diffiniet. Nã alter: iram / appetitionẽ esse dicet doloris vicissim aduersario inferendi / aut aliquid tale. Alter: sanguinis aut caloris eius qui circa cor est / feruorẽ ebullitionẽue. Atq; alter / materiẽ: alter formam hoc pacto reddit et rationẽ. Hæc enim / est ratio rei: quã necesse est si fuerit / in tali materia esse. sic enim: et domus assignari diffinitio solet. Nã quidam / talẽ eius rationem assignat: esse dicens tegmentum quod quidẽ prohibere propulsareq; potest ĩcõmoditates eas quæ tũ a ventis / tum ab imbribus / tum etiã ab æstu fieri esse nireq; solent. Quida: dicit lapides esse lateres atq; ligna. At alius: forma in hisce ponit / horũ dicendo gratiã. Quis igitur istorũ est Naturalis? is ne qui materia assignat / et rationem ignorat: an is qui solã rationẽ reddit / et materiã ipsã omittit? an is potius qui vtrãq; cõplectitur? At illorũ vterq; quis est. Atenim costat neminem esse / qui circa materię versetur affectus non separabiles / et vt nõ separabiles sunt: præter ipsum Philosophum naturalẽ. Etenim: Naturalis circa omnia ea versatur / quæ talis corporis taliscq; materiei sũt operationes atq; affectus. circa autẽ ea quæ talia nõ sunt: nõ Naturalis / sed alius solet versari. Atq; de nõnullis quidẽ cõsiderat / si forte fuerit artifex: faber inquam / vel medicus. De his autem quę separabilia quidẽ non sunt / attamen non vt affectus corporis talis / sed abstractione sumũtur: Mathematicus. At ea quæ sunt separata / & vt talia sunt: ipse primus Philo-

Tral.ve.ex græ.recog.

manifestum. nullo enim terribili imminente: in passionibus fiunt ijs quæ timentis. ¶ Si autem sic habet: manifestum quod passiones / rationes in materia sunt. quare: termini tales. Vt irasci: motus quidam existit talis corporis / aut partis / aut potentiæ / ab hoc gratia huius. Et propter hæc: iam Physici est considerare de anima / aut omni / aut huiusmodi. Differenter autem diffiniet Physicus & Dialecticus: vnumquodq; ipsorum. vt ira quid est? Hic enim: appetitum recontristationis / aut aliquid huiusmodi. Ille autem: feruorem sanguinis aut calidi circa cor. Horum autem alius quidem / assignat materiã: alius vero / speciem & rationẽ. Ratio enim: species rei. necesse est autẽ: hãc esse in materia huiusmodi / si erit. Sicut domus hæc quidẽ ratio talis fuerit: ꝙ operimentum prohibens corruptionẽ a vẽtis & imbribus & caumatibus. hæc autem: dicit lapides & lateres & ligna: alia vero: in his speciem / propter ista. Quis igitur Physicus: horum? vtrum qui circa materiam / rationem autem ignorans: an qui circa rationem solum? an magis qui ex vtrisque? Illorum autem vterque aliquis: aut non est aliquis qui circa passiones materiæ non separabiles / neque inquantum non separabiles. Sed Physicus: circa omnes quæcunque talis corporis & huiusmodi materiæ operationes & passiones sũt. Circa quascunque autem non sunt huiusmodi: alius. Et circa aliquas quidem est artifex si fuerit: vt faber aut medicus. Ipsarum autem non separabilium quidem / inquantum autem nõ talis corporis passiones / sed ex remotione: Mathematicus. Secundum autem quod separatæ: primus Philo-

Cap.
1
2

Tral.ve.ex græ.recog.

ſophus. Sed redeūdum eſt: vnde ſermo. Dicebamus autem q̄ paſſiones animæ/non ſeparabiles a phyſica materia animalium inquantum tales exiſtunt/ furor & timor: & non ſicut linea & planum.

CAP.II.

5

NTēdentes autem de anima/ neceſſe eſt ſimul dubitantes de ijs quibus abūdare oportet: pertrāſeuntes priorum opiniones compræhendere quicūq; aliquid de ipſa enunciauerunt/vt bene quidem dicta accipiamus/ ſi vero aliquid non bene hoc vitemus. Principium autem quæſtionis: præponere quæ maxime videntur ipſi ineſſe ſecundum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus maxime differre videtur:motu & ſenſu. Accepimus autē & a progenitoribus: fere duo hæc de anima. ¶Dicunt enim quidam: & maxime & primo animam eſſe id quod mouet. exiſtimantes autem quod non mouetur/ ipſum non contingere mouere alterum: eorum quæ mouentur aliquid animam ſic arbitrati ſunt eſſe. Democritus

Vnde Democritus quidē: ignē quendā aut calorē dicit eſſe ipſam. infinitis enim exiſtentibus figuris & atomis: quæ ſpeciei rotundæ/ ignem & animā dicit. vt in aere mota quæ vocātur deciſiones quæ videtur in radijs qui per feneſtras: quarū omniſeminariū/ elementa dicit Democritus totius naturæ. Similiter autē: & Leucippus. Horum autē ſphęrica/ animā: propterea q̄ maxime poſſunt per totū penetrare huiuſmodi figuræ/ & mouere reliqua cū moueantur & ipſa. arbitrātes: animā eſſe id qđ præſtat animalibus motū. Vnde & viuēdi terminū: eſſe reſpirationē, cōſtringēte enim eo qđ con

Leucippus

Argyropylus

ſophus contemplatur. Sed eo redeundū eſt: vnde noſtra defluxit oratio. Dicebamus autem affectus animæ/ eſſe inſeparabiles ab animalium naturali materia vt tales ſunt: & non vt ſeparatur linea ſuperficieſq;/ ſic irā & metum a ſubiecta ſibi materia ſeparari. 18

CAP.II

WErūenimuero neceſſe eſt conſiderantes de anima/& de his dubitantes ac ambigētes quæ nos oportet procedentes inuenire atq; percipere: in mediū eorū antiquorū afferamus opiniones/q de anima tractarūt aliquid atq; dixerūt/ vt ea quidē accipiamus quæ bene ſunt dicta/ ab his autē caueamus quæ nō bene rectēq; dicta fuere. Initiū autem inquiſitionis hoc erit profecto congruū: ſi prius poſuerimus ea quę maxime videtur animæ cōpetere ſuapte natūra. Animatum atq; duobus his ab ianimato maxime differre videtur: motu ac ſenſu. A maioribus etiā noſtris: hæc duo fere de anima accepim9. ¶In quiunt enim nōnulli: animā id eſſe quod maxime primoq; mouet. atq; exiſtimātes fieri nō poſſe vt id aliud quicq̄ moueat quod nō moueatur: animā vnū quid eorū eſſe putarūt quæ motu ciētur. Quocirca Democritus: ignem atq; calorē ipſam cēſuit eſſe. nā cū ſint infinitæ figuræ ac indiuidua corpora: rotūda dicit ignē et animā eſſe. Hæc indiuidua corpora/ ſimilia corpuſculis ijs eſſe quæ in aere ferri videntur/ in ipſis inquam radijs qui per feneſtrā ingrediūtur: et rerum elemēta generandarū ſeminaq; totius eſſe naturæ dixit. Eadem: et Leucippus ille cenſebat. Horum igitur corporū ea quę ſunt rotūda ignē ac animam aſſerunt eſſe: propterea q̄ maxime omnium figurę tales totum corpus ingredi penetrareq; poſſunt/ atq; cætera mouere cū moueātur et ipſa. arbitrātur enim: animā id eſſe quod motum animalibus præbet. Quapropter et reſpirationē: viuēdi rationē atq; cauſam eſſe putāt. nā eo quod cō-

Argyropylus

tinet contrahente corpora comprimenteve/ ac extrudẽte figuras eas quę præbẽt animalibus motũ/quia nec ipſę vnquam quieſcunt: ſuccurſum auxiliũq; reſpiratione fieri dicunt/ ingredientibus alijs figuris ſimilibus/ quæ quidem egredi prohibent ipſas quæ animalibus inſunt/ id repellendo quod contrahit atq; premit/ & eouſq; viuere animalia
22 quouſq; id facere poſſunt. Videtur autem & id quod a nõnullis Pythagoricis dicitur: eandem habere ſententiam. Quidam enim ipſorum/ ea corpuſcula quæ agitantur in aere/ quaſi id quod illa mouet ac agitat/ animã eſſe dixerũt: propterea q̃ cõtinue moueri videtur/ etiam ſi nullus ventus penitus afflet. Eodem feruntur & ij: qui dicunt animã id eſſe quod ſeipſum agitat motu./ etenim omnes ij motũ videtur putaſſe maxime proprium eſſe animæ: & alia quidem vniuerſa per animam/ hanc autem a ſeipſa moueri. quia nihil videbant mouere:
23 quod non moueatur & ipſum. Similiter & Anaxagoras id quod mouet/ animam eſſe dicit: et ſi quis alius cenſuit vniuerſum/ mentẽ mouiſſe. non tamen perinde penitus atq; Democritus. Is enim: animam & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit. etenim: id quod videtur/ verum eſſe dicebat. Quocirca recte
9 dixiſſe inquit Homerũ: Hectora iacere alia ſapiente. Nõ igitur vt poteſtia quadam circa veritatem/ vtitur mẽte ac intellectu: ſed idem eſ-
24 ſe animam dicit & intellectũ. Anaxagoras autem: minus de ipſis explanat. multis enim in locis: boni rectiq; mẽte cauſam eſſe dicit. alibi autẽ: animã/ ipſã mẽtẽ eſſe aſſerit. nam animalibus vniuerſis/ tã paruis q̃ magnis/ tã pręſtabilibus q̃ minus etiã præſtabilibus mentẽ ineſſe: dicit. At ea mens tamen et intellectus cui prudẽtia tribuitur: nõ vniuerſis ſimiliter animalibus/ qn etiã neq; cunctis hominibus ineſſe videtur. Omnes igitur ij qui ad animantis reſpexere motu: maxime motiuũ/ animã eſſe putarũt. At qui cognitionem animaduerterũt ipſi-

Tral.ve.ex græ.recog.

tinet corpora/ et extrudẽte figuras prębentes animalibus motũ/ ex eo q̃ non eſt ipſas quieſcere vnq̃: auxilium fieri deforis ingredientibus alijs huiuſmodi in reſpirãdo. prohibere enĩ has & quæ inſũt animalibus ſegregari/ ſimul prohibentes conſtringens & comprimens. & viuere autem: q̃diu poſſunt hoc facere. Videtur autẽ & a Pythagoreis dictum: eandẽ habere intelligentiã. Dixerũt enĩ quidã ipſorũ: animã eſſe quę ſunt in aere deciſiones. alij autem: has mouẽs. de his autem dictum eſt: propterea q̃ cõtinue videntur moueri/ etiã ſi ſit trãquillitas nimia. In idẽ autẽ ferũtur: & quicunq; dicũt animã eſſe q̃d ſeipſum mouet. Videntur enim hi omnes exiſtimaſſe motũ maxime propriũ eſſe animæ: & alia quidẽ omnia moueri propter animã/ ipſam autẽ a ſeipſa. propterea q̃ nichil videbãt mouẽs q̃d nõ & ipſũ moueatur. Similiter autẽ & Anaxagoras animã dicit eſſe mouentẽ: & ſi quis alius dixit q̃ totũ mouit intellectus. nõ tamẽ penitus ſicut Democritus. Is enim: ſimpliciter dicit idẽ eſſe animã & itellectũ. verũ enĩ eſſe: q̃d videtur. Vnde bene feciſſe Homerũ: q̃ Hector iacet aliud ſapiẽs. Nõ itaq; vtitur intellectu/ tanq̃ potẽtia quadã circa veritatẽ: ſed idẽ dicit animã & intellectũ. Anaxagoras autẽ: mínus certificat de ipſis. multis enĩ in locis: cauſã eius quod bene & recte/ dicit intellectũ. alibi autẽ: intellectũ ipſũ eſſe animã. in oĩbus enĩ ipſum ineſſe animalibus: magnis & paruis/ & honorabilibus & inhonorabilioribus. Nõ videtur autẽ ſecũdũ prudẽtiã dictus itellectus oĩbus ſimiliter ineſſe animalibus: ſed neq; hominibus oĩbus. Quicũq; igitur ad id q̃ mouetur animatum aſpexerũt: hi maxime motiuum opinati ſunt animam eſſe. Quicunq; autem ad id q̃

Pythagorei

Anaxagoras

Democritus

Homerus

Tral.ve.ex græ.recog.

cognoſcit & ſentit ea quæ ſunt: iſti dicunt animam eſſe principia. qui quidem plura faciunt / hæc: qui vero vnum/ hoc. Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus: eſſe autem & vnumquodq; horum/ animam. ſic dicens. Terra quidem terram cognoſcimus/aqua autem aquam: Aethere vero æthera diuum. ſed igne ignē manifeſtum: Concordiam autem concordia/diſcordiā vero diſcordia triſti. Eodem autem modo & Plato in Timęo: animam facit ex elementis. cognoſci enim ſimile: ſimili. res autem: ex principijs eſſe. Similiter autem & in ijs quæ de Philoſophia dicuntur/ determinatum eſt: ipſum quidem animal ex ipſius vnius idea / & ex prima longitudine & latitudine & altitudine. alia autem: ſimili modo. Adhuc autē & aliter/ intellectū quidē ipſū vnū: ſciētiā autē ipſa duo. vnice enim ad vnū. plani autem numerū/ opinionem: ſenſum vero/ eū qui ſolidi. numeri enī: ſpecies ipſæ & principia entiū dicebantur. ſūt autē: ex elementis. Iudicātur autē res: aliæ quidē intellectu / aliæ vero ſciētia/ aliæ autē opinione/aliæ vero ſenſu. ſpecies autē rerū: numeri hi. Quoniā autē & motiuū videbatur anima eſſe & cognoſcitiuū: ſic quidā cōplexi ſunt ex vtriſq;/ enunciantes animā eſſe numerū mouentē ſeipſū. Differūt autē de principijs/ quę & quot ſūt: maxime qdē/q corporea faciūt ab ijs q̄ icorporea. ab ijs autē: q̄ miſcēt/ & ab vtriſq; principia enūciāt. Differūt autē: & circa multitudinē. hi enī / vnū: illi vero / plura dicunt. Conſequēter autē ad hæc: & animā aſſignāt. motiuū enim: ſecundū naturā / primorū exiſtimauerūt nō irrationabiliter. Vnde quibuſdā viſum eſt: ignem eſſe. etenim hic/partibus ſubtiliſſimus eſt: & maxime elementorum

Argyropylus

us/ac ſenſum quibus res cognoſcit & ſentit: ij dicunt animā ipſā / principia rerum eſſe. At qui plura principia faciūt/ hæc ipſa: qui vero vnum/idipſum animā eſſe cenſent. Empedocles enī ex elementis quidem vniuerſis ipſam conſtare cenſet: tamē & vnumquodq; iſtorum animam eſſe putat. Dicit enim. » Terram nam terra/ limpha cognoſcimus vndam: Aetheraq; æthere. » ſane ignis dignoſcitur igne. Sic & » amore amor: ac triſti diſcordia lite. Eodē & Plato modo: animam in Timæo ex elementis conſtare cenſet. ſimili nanq; / eius quoq; ſentētia / cognoſcitur ſimile: & res ipſę ex principijs ſunt. Similiter determinatū eſt ab eodē & in hiſce quę de Philoſophia dicuntur: animal quidē ipſū ex ipſius vnius idea formaue/ & ex longitudine prima & latitudine profunditateve cōſtare. cætera vero: ſimili modo. Inſuper & alio pacto/intellectū quidem/eſſe vnum ipſum: ipſa vero duo/ſciētia. eſt enim ipſa: tantū ad vnum proceſſio. ſuperficiei præterea nūmerū/opinionē: ſolidi/ſenſum. nā numeri quidē: formę ipſę & principia dicebātur. ſunt autē: ex elemētis. Res vero: partim ītellectu/partim ſciētia/ partim opinione/ partim ſēſu diiudicātur ac diſcernunt. atq; hi numeri: formæ ſut rerū. Cū autē anima motiuū & cognitiuum ſit: quidā vtrūq; cōplexi ſunt/ atq; animā numerū eſſe ſeipſū mouētē aſſeruerūt. oēs tamē de principijs quæ & quot ſunt: inter ſeſe diſſentire videntur. atq; maxime quidē ij qui corporea putant eſſe: ab hiſce diſſentiunt qui incorporea ponunt/minus autē: ab ijs qui cōpoſuerūt/& ex vtriſq; principia rerū aſſignauerūt. Diſſentiūt etiā: & de multitudine eorundē. quidā enī / vnū: quidā/ plura principia dicūt eſſe. Atq; vt de principijs ſenſerūt: ſic de anima etiā determinauerūt. nō enī abeſt a ratione: in primorū natura mouēdi cauſam collocare. Quapropter: ignis quibuſdā eſſe videtur. is enī ſubtiliſſimarū eſt partiū; et lōge magis q̄ elemēta cęte-

Argyropylus

ra incorporeus. mouetur insuper:
30 et cetera primo mouet. Democri-
tus aute & subtilius dixit: cum as-
signauit cur est istorum vtrumq;.
dixit enim: animā quidē mentēq;
idem esse. hoc autē: ex ipsis pri-
mis atq; idiuisibilibus corporibus
esse. Atq; ob partiū quidem subti-
litatem / mouere: ob figurā vero /
moueri. figurarū autem omnium
mobilissimam / figurā rotundam
asserit: talemque esse intellectum
31 & ignem. At Anaxagoras videtur
quidem aliud animā/ aliud intelle
ctū mentēve dicere: quēadmodū
& antea diximus. vtitur tamē vtr-
isq;: perinde atq; vna natura. Ve
rū: mentē principiū maxime om-
niū ponit, solā nanq; rerū omniū
ipsam: simplice et no mistā & pu-
ram esse lynceraq; dicit. Atq; eidē
principio hęc vtraq; tribuit/ cogni-
tionē inquā & motū: dicens vni-
32 uersū mentē mouisse. Thales etiā
videtur ex hisce q̄ tradita memo-
rię sunt: / motiuū quiddā animam
ipsā esse putasse. siquidē dixit ma
gnetem habere animā: quia mo-
uet trahitq; ferrū. Diogenes autē/
sicut et alij quidā/ aerem ipsam cē
suit esse: hūc subtilissimæ substan-
tię/ rerumq; principiū esse putans.
Iccirco: cognoscere atq; mouere/
animam dixit. hoc quide cogno-
scere quo primū est et ex hoc ipso
cætera constant: hoc autē esse mo
tiuum/ quo subtilissimum est. He-
raclitus quoq;: principium ait ani
mam esse, quippe cum exhalatio-
nem esse/ ex qua cætera dicit con-
stare/ et maxime incorporeā esse/
et semper fluere: dicat. atq; id qđ
mouetur eo quod motu cietur co
gnosci: cōstat. moueri autem res
vniuersas: et ipse/ et alij complu
res arbitrabantur. Simili modo et
Alcmęon: de anima putasse vide-
tur. Dicit enim ipsam immortalē
esse: ex eo quia similis ipsis imor-
talibus est. qđ quidē ideo dixit ipsi
copetere: qa semper mouetur. mo
uētur enī et res oēs diuinę cōtinue
semp: luna inq̄/ sol/ stellæ/ totūq;
cœlum. Quidā et magis importu
ni/ animam aquā esse dixerūt: vt

Tral.ve.ex græ.recog.

incorporeus. adhuc autem mouetur:
& mouet alia primo. Democritus au-
tem elegātius dixit: enuncians propter
quid vtrumq; horū. animā enim & in-
tellectū: esse idē. istud autē: ex primis &
indiuisibilibus corporibus. Motiuū au-
tē & mobile: propter subtilitatē parti-
um/ & figuram. figurarum autem/ facile
mobilissimam: sphæricam dicit. huius-
modi autem esse: intellectum & ignem.
Anaxagoras autē: videtur quidem ali-
ud dicere animam & intellectum/ si-
cut diximus prius. vtitur autem vtrisq;:
sicut vna natura. Veruntamen: intelle-
ctū ponit principium maxime omniū.
solum enim dicit ipsum/ eorū quæ sūt:
simplicem esse & immistum & purum.
Assignat autem vtraque eidem princi-
pio/ & cognoscere & mouere: dicēs in-
tellectum mouisse omne. Videtur au-
tē et Thales ex ijs quę memorant: mo
tiuum aliquid/ animam opinari. siqui-
dē dixit lapidē animā habere: quoniā
ferrū mouet. Diogenes autem / sicut &
alij quidā/ aerē: hunc opinatus omniū
subtilissimum esse/ & principiū. & pro-
pter hoc: cognoscere & mouere animā.
secundū q̄ quidē primū est/ & ex hoc
relīqua / cognoscere: secundum q̄ vero
subtilissimū est / motiuū esse. Heracli-
tus autem: principium esse dicit. siqui-
dē vaporē: ex quo alia constituit. & in-
corporalissimum vtiq; / & fluens sem-
per. quod autem mouetur: eo quod
mouetur cognosci. in motu autē esse /
quæ sunt: & ille arbitrabatur/ & multi.
Similiter autē his: & Alcmęon opina-
ri videtur de anima. Dicit enim ipsam
immortalem esse: propterea q̄ assimila
tur immortalibus. hoc autē inesse ipsi:
tanq̄ semper motę. moueri autē & diui-
na omnia cōtinue semper: lunā/ solem/
astra/ & totū cœlū. Magis autē graui-
um quidā & aquam existimauerunt: vt

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Argyropylus

Hippon. suaderi autē videntur ex genitura: quoniam omnium humida est. etenim redarguit / sanguinem dicentes animam: quoniam genitura nō est sanguis. hanc autem: esse primam animā.

Hippo. qui quidem ad hanc sententiā ratione seminis videtur esse cōpulsus: quia omniū semē humidum est. etenim: redarguit eos qui sanguinē animā asserūt / quia semē sanguis nō est. hoc autē: primā animā esse dicit. Sūt & qui sāguinē ipsam esse dixerunt / vt Critias: sentire ipsū maxime propriū animæ esse putātes. quod quidem cōpetere propter naturā sanguinis: crediderūt. Nā omnia elementa / præter terrā: iudicē habuerūt. hāc autē nemo tribuit animæ: nisi quis ipsā dixerit ex oibus elemētis cōstare / aut oīa esse. Vt igitur ī sūmā oīa redigamus / tribus his oēs animā / motu / sensu / incorporeoq; diffiniunt; quorū vnūqdq; reducit ad principia rerū / vt patuit. Q ua propter & ij q cognitione diffiniūt animā: aut elementū / aut ex elemētis faciūt ipsam / similiter omnes præter vnū / dicentes. Inquiūt enī: simile simili sibi cognosci. atq; cū vniuersa cognoscat ac pcipiat anima: ex vniuersis rerū pricipijs ipsā cōstare dicūt. Quibus igitur placuit vnā causā / elemētūq; vnū ponere rerū: ij animā etiā vnū / velut ignem aut aerē esse ponūt. Qui vero plura rebus pricipia tribuūt: ij plura quoq; dicūt animā esse. Solus autē Anaxagoras: mentē passione vacare dicit / & nihil prorsus cū cęteris habere cōmune. Verum cum talis sit / quonā pacto cognoscat & quā ob causā: neq; ille dixit / neq; ex dictis pspici potest. At vero qui cōtrarietates in pricipijs faciūt: ij cōficiūt animā etiā ex cōtrarijs. Q uí vero tātū alterū ponunt cōtrariorū / calidū inq aut frigidū / aut aliqd aliud huiuscemodi: ij similiter & animā vnū istorū asserūt esse. Q uapropter: & nomina ipsa sequūtur. nā ij q calidū esse dicūt: inde inquiūt ipsū viuere ductū nominatūq; fuisse. et ij rursus qui frigidū esse cēsent: animā inde nūcupatā ob respirationē & refrigerationē asserūt esse. Hęc igitur sunt q̄ de anima tradita sūt a maioribus nostris: et hę sūt causæ ob quas illi talia de ipsa dixerūt. CAP. III.

Hippon. suaderi autē videntur ex genitura: quoniam omnium humida est. etenim redarguit / sanguinem dicentes animam: quoniam genitura nō est sanguis. hanc autem: esse primam animā.

Alij autē sanguinē / quemadmodū Critias: ipsū sentire / animæ maxime propriū opinantes. hoc autem ineſse: propter naturā sanguinis. Omnia enim elementa: iudicem acceperunt / præter terrā. hanc autem nullus protulit: nisi aliquis dixit ipsam ex omnibus elemētis esse / aut omnia. Diffiniūt autē omnes animā: tribus (vt ita dixerim) motu / sensu / incorporeo. horū autē vnūquodq; reducitur ad principia. Vnde & ipso cognoscere diffinientes ipsam: aut elemētū / aut ex elementis faciūt / dicentes similiter inuicem præter vnū. dicunt enī: simile cognosci simili, quoniā enim anima omnia cognoscit: constituūt eam ex omnibus principijs. Quicūq; igitur vnā aliquā dicūt causam / & elemētū vnum: & animā vnum ponūt / vt ignē / aut aerem. Qui vero plura dicūt principia: & animam plura dicunt. Anaxagoras autē solus: impassibilē esse dicit intellectū / & nichil commune vlli aliorū habere. Huiusmodi autē cū sit / quomodo cognoscit / & propter quam causam: neq; ille dixit / neq; ex ijs quæ dicta sunt cōspicuū est. Quicunq; autē cōtrarietates faciūt in principijs: & animā ex contrarijs constituunt. Quicūq; autem alterū contrariorum vt calidum / aut frigidū / aut aliquid huiusmodi aliud: & animā similiter vnū aliquod horū esse ponunt. Vnde: et nomina cōsequūtur. qui quidē calidū: dicentes propter hoc & τὸ ζῆν, i. viuere nominatū esse. qui autem frigidū: propter respirationē & refrigerationē vocari ψυχήν, i. animā. Tradita igitur de anima / & propter quas causas dicunt sic: hæc sunt. CAP. III.

Argyropylus

Tral. ve. ex græ. recog

36 CONsiderandum est autem primum: de motu. Nam fortasse non solũ falsum est/ subsiã tiam animæ talem esse qualem ij dicũt qui animã id asserũt esse quod seipsum mouet aut mouere potest: sed etiam vnum id esse quoddã videtur eorum quæ ne queunt esse/ motũ inquã ipsi inesse atq; cõpetere. No necessariũ igitur esse/ id omne moueri quod mouet: olim iam diximus & probauimus.

37 Cũ autẽ omne qđ motu cietur dupliciter moueatur (aut enĩ per aliud: aut per se mouetur. per aliud autẽ id omne moueri dicimus: qđ est in eo quod motu cietur/ vt nauigantes. hi nãq; nõ perinde atq; nauis mouentur. hæc enĩ per se mouetur: illi motu cientur/ quia sunt in eo quod motu cietur. qđ quidẽ ita esse: patet in partibus. motus enim proprius pedum: est ambulatio/ qua mouẽtur & homines. tunc autẽ ille motus non inest/ vt pa-

38 tet/ in nauigãtibus) cũ igitur id qđ mouetur (vt diximus) bifariã dicat moueri: cõsiderem9 nũc oportet de anima/ si per se moueatur motusq; particeps sit. Cũ igitur quatuor sint mot9/ latio/ alteratio/ accretio/ atq; decretio: aut istorũ vno/ aut pluribus/ aut omnibus/ vt patet/ mouebitur. Qz si nõ per accidẽs moueatur: natura sane motus inerit ipsi. at si hoc sit: locus etiã eidẽ identidẽ cõpetet. omnes enĩ ią dicti mo-

39 tus: in loco sunt. Qz si substãtia sit animę seipsam motu ciere: nõ per accidẽs ĩerit ipsi motus/ vt ineat albedini aut tricubito. mouẽtur enim & ipsa: verũ per accidens. quippe cũ: corpus id moueatur/ cui res tales insũt. Quapropter: & locus nullus ipsorum est. at erit animæ sine cõtrouersia locus: si natura mo-

40 tus particeps est. Præterea si natura motu cietur: vi quoq; moueri potest. & si vi mouetur: & natura moueri potest. Eodẽ modo: de quiete quoq; dicere possumus. in hoc enĩ natura res qescere solet: in qđ suapte natura mouet. ĩ hoc pari modo vi plane qescit; ĩ qđ vi pulsa mouet.

ONsiderãdum autẽ: primum quidem de motu. fortassis enim nõ solum falsũ est/ substãtiã ipsius huiusmodi esse qualem aiunt dicentes animã esse ipsum seipsum mouens aut potens mouere: sed vnum quoddam impossibilium est/ inesse ipsi motum. Qz igitur non necesse sit mouens & ipsum moueri: prius dictũ est. Dupliciter autem: mouetur omne. aut enim secundũ alterũ: aut secũdum seipsum. Secundũ alterũ autẽ dícimus: quæcũq; mouẽtur ex eo quia ĩ eo sũt qđ mouetur/ vt nautæ. nõ enĩ: similiter mouẽtur naui. hæc enĩ secũdũ seipsã mouet: illi autẽ ex eo quia sunt in eo qđ mouetur. Manifestũ autẽ: in partibus est. proprius enĩ motus pedũ: ãbulatio est. hęc autẽ: & hominũ est. nõ inest autẽ nautis: tũc. Dupliciter ítaq; dicto ipso moueri: nũc intendimus de anima/ si per seipsam mouetur/ & participat motu. Quatuor autẽ motus cũ sint/ loci mutatio/ alteratio/ augmentũ/ & decrementum: aut secundũ vnũ horũ mouebitur/ aut secũdum plures/ aut secũdũ omnes. Si vero mouetur non secũdũ accidens: natura inerit motus ipsi. si autem hoc: & locus. omnes enim dicti motus: in loco sunt. Si autẽ est substãtia animæ mouere seipsã: nõ scđm accidẽs ipsũ moueri ipsi inerit/ sicut albo & tricubito. mouẽtur enim & hæc: sed secundum accidẽs. cui enim insunt: mouetur illud/ corpus. Vnde: non est locus ipsorum. animæ autẽ erit: si quidem natura motu participat. Amplius autem si natura mouetur/ & violentia mouebitur: & si violentia/ & natura. Eodem autẽ modo: se habet & de quiete. in quod enĩ mouetur natura: & quiescit in hoc natura. in quod autẽ violẽtia mouet; qescit & in hoc violẽtia.

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

Quales autē violēti motus animæ erūt, & quietes: neq; fingere volentibus facile est reddere. Amplius autē si quidem sursum mouebitur/ignis erit:si vero deorsum/ terra. horū autē corporum motus: hi. Eadē autē ratio : & de medijs.

Quoniā autē videtur mouere corpus : rationabile est ijs mouere motibus/quibus & ipsa mouetur.Si autē hoc: & cōuertētibus est dicere verū/ꝙ secūdū quē corpus mouetur / eo & ipsa. corpus autem : mouetur secundū loci mutationē.

Quare & anima mouebitur sicut corpus: aut tota/ aut secundū partes transiata. Si autē hoc: & egressā iterū ingredi cōtinget. ad hoc autē sequetur: vt resurgāt mortua animalia. Motu autē secundū accidēs: & ab altero mouebitur. pelletur enī vtiq; violētia : animal. Nō oportet autē : cui a seipso moueri inest i substātia/ hoc ab alio moueri/ nisi scdm accidēs.sicut neq; qđ scdm se bonū aut ꝓpter seipsū: hoc qdē ꝓpter aliud esse/ hoc autē alterius causa. Aīam autē maxime dicet aliqs vtiq; a sēsibilibus moueri: si quidē moueť. At vero & si mouet ipsa seipsā: & ipsa mouebitur vtiq;. Quare quoniam omnis motus remotio est eius quod mouetur secūdum ꝙ mouetur: et anima remouebitur vtiq; a substantia/ nisi secundum accidens seipsam moueat . sed est motus: substātiæ ipsius per se. Quidam autem & mouere animā dicūt corpus ī quo est: sicut ipsa moueť.vt Democritus:similiter dicens Philippo Comœdiarum auctori. refert enim: Dędalū/mobilem fecisse ligneā Venerē infundēdo argentū fusile. Similiter autē:& Democritus dicit.motas enī inquit indiuisibiles sphęras:propterea quod aptę natæ sunt nūq̄ manere/contrahere & mouere corpus omne. Nos autē interrogabimus : si & qescere facit hoc idē. quomodo autē faciet hoc:

At quī motus erunt animæ violenti quietesve: neque si fingere volumus/ assignare facile possumus. At vero si sursum mouebitur/ ignis erit : si deorsū/ terra. hisce nanq; corporibus: hi motus cōpetunt. Eadē est: & de medijs corporibus ratio. Præterea cum videatur anima corpus mouere : rationi cōsentaneum est ijs motibus ipsum mouere quibus & ipsa mouetur. Qz si id sit: cōuertendo vere quoq; dicere possumus/ eo ipsam motu cieri quo mouetur & corpus. at: latione corpus mouetur. Quare mutabitur & anima perinde atq; corpus: & aut tota/aut partibus locū mutabit. Qz si id fieri potest: fieri quoq; potest vt egressa/ rursus corpus ingrediatur. ex quo fiet : vt animalium eā quæ mortem obierunt/ resurgant. At enim motu p accidēs: ab alio quoq; mouebitur . animal enim : vi pelli potest. Non autem oportet cuius in substantia inest a seipso moueri: id ab alio motu cieri / nisi p accidēs . quemadmodum neq; quod per se vel propter se bonum est: id per aliud oportet aut gratia cuiuspiam esse. Animam autem/ si mouetur: a sensibilibus maxime quispiam dicet moueri . At vero si mouet seipsam anima: & ipsa quoq; mouetur. Quare cum omnis motus exitus atq; remotio sit eiusquod motu cietur ea ratione qua motū subit : anima nimirum ex substantia dimouetur & exit/ nisi seipsam per accidens moueat. at motus: vt inquiunt/ substātiæ est ipsius per se. Quidam autem asserunt animam id corpus in quo est eodem movere modo quo & ipsa mouetur : vt Democritus qui quidem perinde atq; Philippus Comicus dicit. Ille nanq; Dędalum ait: ligneā Venerē cōfeciſſe quę motu mouebatur argēti viui qđ in illā infudit . Et Democritus pari modo pilas indiuisibiles secū trahere corpus totū / atq; mouere dicit : ex eo qa nunq̄ ipsæ quiescunt suapte natura/ desinūtq; moueri. Nos autē ipsū interrogabimus:si qetē etiā idipsū faciat vnq. At quonam pacto quietem faciet:

Argyropylus

difficile est dictu / vel potius dici nō potest. Omnino autem anima non sic moueri videtur animal vt inquiunt ipsi: sed electione quadā intellectioneve. Eodem autē modo Timæus etiam: animā corpus mouere dicit. mouere enim ipsam ex eo cēset atq; asserit corpus / qa mouetur: propterea q; ad ipsū cōnexa est. Ipse enim dicit ex elemētis eam cōstitutam: numerisq; distincta sonoris / vt insitū sonoritatis atq; cōcentus habeat sensum. & vt vniuersū feratur consonis lationibus: rectitudinē coegit atq; flexit in circulū. et cū vnū in duos diuisisset circulos duobus in pūctis coniunctos: rursus vnū in septē orbes diuisit, quoniā lationes ipsius cœli: motiones sut animę quibus ipsa mouetur. ¶ Primū igitur nō recte dicit: animā magnitudinē esse. nā animā vniuersi talē ipse vult esse / qualis est ea q̄ mēs & intellectus vocatur: nō qualis est sensitiua / nec qualis est ea quę est principiū cupiēdi. quippe cū: harum motus nō sit / vt patet / conuersio. Intellectus autem: vnus est & continuus / perinde ac intellectio. Intellectio vero: est ipsius intellectus conceptus. Sed hi: nimirum vnū hoc sunt q; alius deinceps post alium est / vti numerus sed non vti magnitudo. Quocirca nec intellectus hoc pacto continuus est: sed aut partib⁹ penitus vacat / aut nō est vt magnitudo cōtinu⁹. Atq; si magnitudo sit: quonam pacto quacunq; suarum intelliget partium / siue illæ sint magnitudines siue etiā puncta / si hæc quoq; partes appellare oporteat? Na si punctо / pūcta vero sunt infinita: nūq̄ pertrāsibit / vt patet. Sin magnitudine: sępius / vel infinities idem intelliget. At: videtur & semel intelligere posse. Q; si sat est quauis partiū tāgere: quid oportet aut orbe versari / aut omnino magnitudinē ipsum habere? Q; si necesse est ipsū intelligere toto tāgentē circulo: quis est ipsarū partium tactus? Præterea: quonam pacto vel impartibili partibile / vel impartibile

Tral. ve. ex græ. recog.

difficile est / aut etiā impossibile dicere. Omnino autē nō sic videtur anima mouere animal: sed per volūtatē quanda & intellectū. Eodē autē modo & Timæus: physiologizat animam mouere corpus. eo enim q; mouetur ipsa / & corpus mouere: propterea q; connexa est ad ipsum. constitutam enim ex elemētis: & dispartita secundum harmonicos numeros / quatenus connaturalem sensum harmoniæ habeat. & vt totū feratur cōsonātibus lationibus: rectitudinē in circulū flexit. & cū diuidēdo fecit ex vno / duos circulos dupliciter cōnexos: iterū vnū diuisit in septē circulos. tanq̄ esset cœli lationes: animę motus. ¶ Primum igitur non bene est: dicere animā magnitudinem esse. Eam enim quæ vniuersi / talē esse vult: qualis est vocatus intellectus. non enim qualis sensitiua est: neq; qualis desyderatiua. harū enī motus: nō circulatio est. Intellectus autem: vnus & cōtinuus est / sicut & intellectio. intellectio autē: intelligentiæ. hę autē: eo q; consequenter / vnū sicut numerus / sed non sicut magnitudo. Quapropter neq; intellectus sic cōtinuus est / sed aut impers / aut non sicut magnitudo aliqua continuus. Qualiter enim intelliget / magnitudo cū sit: qualibet parte sua? parte autem: aut secundum magnitudinem / aut secundum punctum / si oportet & hoc partem dicere. Si igitur secundum punctum / hæc autem infinita: manifestum est q; nunq̄ pertrāsibit. Si vero secundum magnitudinem: sæpe / aut infinities intelliget idem. videtur autem: & semel contingere. Si autē sufficiat qualibet partiū tangere: qd oportet circulo moueri / aut etiam oino magnitudinē habere? Si aūt necessariū intelligere toto circulo tangentē: quis est partibus tactus? Amplius: quomodo intelliget partibile imperti / aut impers

Tral.ve.ex græ.recog.

partibili? Necessarium autē est: intel-
lectū esse circulū hunc. intellectus enim
motus/ intellectio: circuli autem/ circu-
latio. Si ergo intellectio/ circulatio: &
intellectus vtiq; erit circulus/ cuius hu-
iusmodi circulatio intellectio. Semper
autem aliquid intelliget: siquidem per-
petua circulatio. Practicarum tamen
intellectionum: termini sunt. omnes e-
nim: alterius causa sūt. Speculatiuę au
tem: rationibus terminantur similiter.
ratio autem omnis: diffinitio est/ aut
demonstratio. Demonstrationes vero:
& a principio sunt/ & habēt quodam-
modo finem syllogismum aut conclusi-
onem. Si autem non terminantur: sed
non reflectuntur iterum in principium/
accipientes autem semper mediū & ex-
tremitatē recte p̄cedūt. circulatio autē
iterū in principiū reflectitur. Diffiniti-
ones autē omnes: finitæ sunt. Amplius
autē/ si eadē circulatio sępe fiat: oporte-
bit sępe intelligere idem. Adhuc autē:
& intellectio assimilatur cuidam quie-
ti & statui magis q̄ motui. eodem au-
tē modo: & syllogismus. At vero neq;
beatum: quod non facile sed violentū
Si autem est motus ipsius non substan-
tia: præter naturam vtiq; mouebitur.
Laboriosū autē est & cōmistū esse cor-
pori non potens absolui: et adhuc fu-
giendum. siquidem melius est intel-
lectui non cum corpore esse: quemad-
modum & consuetum est dici/ & mul-
tis placet. Immanifesta autē est: & cur
circulariter fertur cœlum causa. Neque
enim animæ substantia/ causa est cur
circulariter fertur: sed secundum acci-
dens sic mouetur. neq; corpus/ cau-
sa: sed anima magis illi. At vero neque
q̄ melius/ dicitur: & tamen oportebat
propter hoc deū facere circulariter fe-
rí animam/ quia melius sit ipsi moue-
ri q̄ manere/ moueri autem sic q̄ aliter.

Argyropylus

partibili ipse intelliget? Necesse est
autem: intellectum esse circulum
hunc. intellectus nanq; motus/ in-
tellectio est: circuli vero/ cōuersio.
Si igitur intellectio conuersio est:
& circulus is intellectus erit profe-
cto/ cuius talis cōuersio intellectio
est. Aliqd præterea semper intelli-
get. oportet enī ipsum: aliquid in-
telligere semper. quippe cū cōuer
sio sit perennis atq; perpetua. At
constat: intellectionū rerū earum
quæ cadunt sub actionē/ terminos
esse ac fines. omnes enim: alicuius
sunt gratia. Cōtemplatiuæ quoq;:
rationibus idētidem terminātur
et rationū. alia diffinitionem/ alia
demonstrationem esse patet. De-
monstrationes autē: & ex princi-
pio sunt/ & finem habent quodā-
modo ratiocinationem aut cōclu-
sionē. Qz si non terminatur: at sal
tē nō ad principiū redeūt/ sed me-
diū extremūq; semper sumetes re
cta proficiscuntur. at cōuersio: rur
sus/ vt patet/ ad principium redit
atq; reflectitur. Diffinitiones etiā:
finitæ sunt omnes ac terminatæ.
Præterea/ si sæpius eadē cōuersio
fiat: ide sepius intelligere oporte-
bit. Præterea: intellectio quieti ma
gis & statui/ q̄ motui similis esse
videtur. eodem modo: et ipsa etiā
ratiocinatio. Atqui: neq; beatū id
est quod nō est facile sed violētū/
vt patet. Qz si motus nō sit ipsius
substantia: pręter naturā sane mo-
uebitur. Laboriosū est etiā coniū-
ctū esse cum corpore/ neq; absolui
ab eo posse: et insuper maximope
re fugiendū. quippe cū melius sit
intellectui nō esse cū corpore: que-
admodū et dici solet/ et cōplures
plane cōsentiunt. Causa præterea
qua cœlum cōuertitur: non vide-
tur ex dictis illis emergere. Neq;
enī animæ substātia/ causa est cō-
uersionis: sed per accidēs hoc mo
do mouetur. neq; etiā corpus: sed
anima corpori potiꝰ causa est mo
tionis. At vero neq; dicitur ita me
lius esse: et tamen oportebat ideo
deum animā orbe versari facere/
qa melius est ipsi moueri q̄ stare/
et hoc pacto moueri q̄ alio modo.

49

50

Argyropylus

51 Verumenim cū huiuſcemodi conſideratio magis aliſs accommodetur ſermonibus: eam nūc omittamus. Illud autem abſurdū euenire videtur: tā huic ſententiæ / q̄ etiā cōpluribus aliſs quę dicūtur de anima. Etenim coniungūt quidem animā cū corpore / ponūtq; ipſam in eo: & tamē nihil prorſus determinānt quā ob cauſam / & quomodo 52 do ſeſe habente corpore, quod tamē: neceſſariū eſſe videtur. Nā ob propinquitatē: hoc quidē agit illud patitur. & hoc rurſus mouet: illud autē mouet. quorū: nihil ſane quibuſuis inter ſeſe competit. 53 At illi dicere quidē quale quid ſit ipſa anima enituntur: de ſuſceptiuo vero corpore nihil penitus dicūt atq; determinant. perinde quasi fieri poſſit / vt quæuis anima ſine vllo diſcrimine quoduis corpus ingrediatur: vt Pythagoricorum fabulæ dicunt. animantis enī cuiuſq; propriā ſpeciē habere formamq; videtur. Perinde igitur dicunt: atq; ſi quiſpiā arte fabrile fiſtulas ingredi dicat. etenī ars quidē / inſtrumētis: anima vero / corpore vtatur oportet.

CAP. IIII.

54 ESt autem & alia quędam opinio de anima tradita: probabilis quidem compluribus & nulla earum inferior quæ de ipſa dicuntur / reprobata tamē & hiſce rationibus quæ in communibus ſermonibus fiūt. Animam enim: harmoniam quandam inquiunt eſſe. harmoniam nanq; : temperationem el ſe compoſitionemq; contrariorum dicunt / & corpus ex contrarijs cōpoſitum eſſe. Verumenim harmo 55 nia quidem : ratio quædam eorum eſt quæ ſunt permiſta / vel etiam compoſitio. anima autem : neutrum iſtorū eſſe poteſt / vt patet. Præterea harmoniæ nō eſt mouere: animæ autem id omnes ma 56 xime tribuūt. Accōmodatius autē harmonia de ſanitate atq; oīno de virtutibus corporis: q̄ de anima dici poteſt. atq; manifeſtiſſimū id erit pfecto: ſi qſpiā operationes atq; af

Tral. ve. ex græ. recog.

Quoniam autem huiuſmodi intētio eſt aliſs rationibus magis propria: hanc quidem dimittamus nunc. Illud autem inconueniens accidit: & huic rationi / & pluribus quæ de anima. Copulāt enim & ponūt in corpus / animā: nichil vltra determinantes propter quam cauſam / & quomodo habente corpore. et tamē videtur hoc vtiq; : neceſſarium eſſe. propter enim communionem: hoc quidem agit / illud autem patitur. & hoc quidē mouet: illud autem mouetur. horū autem: nichil ineſt adinuicē quibuſcunq;. Hi autem ſolum conātur dicere quale quid ſit anima : de ſuſceptiuo autē corpore nichil amplius determinant. tanq; poſſibile ſit: ſecundum Pythagoricas fabulas / quamlibet animam quodlibet corpus ingredi. Similiter itaq; dicunt: atque ſi quis dicat Tectonicam in fiſtulas ingredi. oportet enim artem quidem / vti organis: animam autem / corpore. videtur enim vnumquodq; : propriam habere ſpeciem & formam.

CAP. IIII.

ALia autem quędā opinio tradita eſt de anima: credibilis quidem multis & nulla inferior earū q̄ dictę ſunt / rationibus tamen quaſi pœnis afflictata et in ijs q̄ cōmuni fiūt ſermonibus. Harmonia enim quādā: ipſam dicūt. etenī harmonia: teperamentū & copoſitionē eſſe contrariorum / & corpus componi ex contrarijs. Atqui harmonia : ratio quædam commiſtorum eſt / aut compoſitio. animam autem: neutrum poſſibile eſt eſſe horū. Amplius autē / mouere non eſt harmoniæ: animæ autē attribuunt hoc omnes. Cōgruit autē magis de ſanitate dicere harmoniā / & oīno de corporeis virtutibus: q̄ de anima. manifeſtum autem : ſi quis tentauerit

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

reddere paſſiones & opera animæ har
monia quadã. difficile enim harmonice
coaptare. Amplius autem cũ dicamus
harmoniã in duo reſpicientes/maxime
quidem proprie magnitudinũ in habẽ=
tibus motum & poſitionem compoſi=
tionem ipſarum cum ſic congruunt vt
nichil congeneum ſuſcipiãt/ hinc autem
& eorum quę commiſcentur rationem:
neutro vtiq; modo rationabile. Com=
poſitio autem partium corporis: mul=
tum inueſtigabilis exiſtit. multæ enim
ſunt compoſitiones partium: & multi=
pliciter. Cuius igitur & quomodo con=
gruit accipere intellectum compoſitio=
nem eſſe: aut & ſenſitiuum aut appetiti
uum? Similiter autem inconueniens: et
rationẽ miſtionis eſſe animã. non enim
eandem habet rationem cõmiſtio ele=
mentorum: ſecundũ quã caro/ & ſecũ=
dũ quã os. Accidet igitur & multas ani
mas habere & ſecundũ totũ corpus: ſi
quidẽ omnia ex elemẽtis cõmiſtis ſunt/
cõmiſtionis autẽ ratio harmonia eſt &
anima. Inueſtigabit autẽ hoc vtiq; ali=
q̃s: & ab Empedocle. vnũquodq; enim
horũ: in ratione quadã dicit eſſe. Vtrũ
igit ratio/ ipſa anima eſt: an magis ali=
q̃d aliud exiſtens gignatur in mẽbris?
Amplius autẽ/ vtrũ cõcordia cuiuſlibet
miſtionis cauſa: an eius quæ ſecũdũ ra
tionẽ? Et hæc/ vtrũ ratio eſt: an aliquid
aliud præter rationẽ? Hæc igitur: ha=
bent huiuſmodi dubitationes. Si vero
aliud eſt a miſtione/ anima: curnã vna
cũ ipſo carnis eſſe & aliarũ partiũ ani=
malis tollitur? Ad hęc autem/ ſi quidẽ
non vnaquæq; partium habet animã:
ſi non eſt anima ratio commiſtionis
q̃d eſt quod corrũpitur/ anima deſeren
te? Qr igitur neq; harmoniã poſſibile
eſt eſſe animam/ neq; circulariter mo=
ueri/ manifeſtum ex dictis: ſecundum
accidens autem moueri (vt diximus)

Argyropylus

fectus animæ in aliquam harmo=
niam reducere enitatur. accommo
dare nanque: perdifficile eſt. Prę= 57
terea in duo reſpicientes/ harmo=
niam dicere conſueuimus: & pro=
prijſſime quidem earum magnitu
dinum compoſitionem quæ motũ
habent poſitionẽve/ cum adeo ſũt
coniunctæ vt nihil eiuſdẽ generis
iter ſeſe ſuſcipere poſſint. hinc au=
tẽ: & rerum rationem miſtarũ. At
neutro profecto modo cõſentaneũ
eſt rationi: harmoniã animam ap
pellare. Neq; partium corporis cõ=
poſitio: facilis eſt admodum in=
quiſitionis. complures nanq; cõ=
poſitiones ſunt/ vt patet/ & varię:
partium. Cuius igitur aut quonã
pacto intellectum aut etiam ſen=
ſitiuum aut appetitiuum: compo=
ſitionem eſſe putare oportet? Si= 58
militer abſurdum eſt ſane: miſti=
onis quoq; rationem animam eſ=
ſe putare. non enim elementorum
miſtio rationem habet eadem: in
carne & oſſe cæteriſq; corporis par
tibus. Fiet igitur vt complures ha
beat animas per totumq; corpus:
ſi partes quidem vniuerſæ corpo=
ris ex elementis cõſtent permiſtis/
ratio vero miſtionis harmonia ſit
vt inquiũt/ animaq;. Id etiã quiſ= 59
piã & ab Empedocle non iniuria
petet. vnamquamq; nanque par=
tiũ: aliqua ratione dicit eſſe conſe=
ctã. Vtrũ igitur ratio ipſa ſit ani=
ma: an potius ſit aliquid aliud a=
nima & ipſis membris adueniat?
Præterea vtrũ cuiuſuis miſtionis ſi
ne vllo diſcrimine cauſa ſit ipſa cõ
cordia: an eius quæ ratione conſi=
citur? Et hæc vtrũ ſit ipſa anima:
an aliquid diuerſũ a ratione? Hęc 60
igitur: tales dubitationes habere
videntur. Verũ ſi anima diuerſũ a
miſtione ſit/ vti diximus: cur vna
cũ ratione carnis & cæterarũ etiã
animalis partiũ tollitur? Inſuper ſi
nõ vnaquæq; partiũ animã habe=
at: ſi nõ ſit anima ratio miſtionis/
quid eſt quod decedente corrum=
pitur anima? Ex his igitur quæ di 61
cta ſunt/ patet animam nec har=
moniã eſſe poſſe/ nec orbe verſa=
ri: per accidẽs tamẽ (vt diximus)

moueri posse / & seipsã mouere. mouetur nãq; corpus in quo est: mouetur autem vt patet ab anima. alio vero modo fieri nequit: vt ipsa moueatur motu ad locũ
62 accõmodato. ¶ Ateni rectius de hac ipsa quispiam ad talia respiciens dubitabit: putabitq; ipsam moueri. Dolere nãq; dicimus animã / gaudere / cõfidere / timere / insuper irasci / sentire / ratiocinari: quę quidẽ omnia motus esse videntur. Quapropter: ipsã quispiã exi
63 stimabit moueri. Verũ: id nõ necessariũ est. nã & si quãmaxime dolere vel gaudere vel ratiocinari motus sunt / vel potius moueri: tamẽ ipsũ moueri ab anima est. Irasci nanq; aut timere: est hoc modo moueri cor. ratiocinari autem: aut tale forsitan est / aut etiam aliud. Atq; quædam istorum fiunt cum aliqua / latione mouentur: quædam cum aliqua alterantur. Quænã vero sint illa / & quomodo fiant: alia ratio est. Dicere au
64 tem animam irasci vel timere: simile est atq; si quispiã animã texere dicat vel ædificare. Nã melius est fortasse dicere: nõ animã / sed hominẽ anima misereri / vel discere / vel ratiocinari. idque non quia motus in illa sit: sed qa nõ nunq̃ quidem vsq; ad illam / nõ nunq̃ vero ab illa. veluti sensus quidem / ex hisce: recordatio autem / ab illa ad eos motus vel status qui sunt in ipsorũ sensuũ in
65 strumẽtis. Intellectus autem: aduenire videtur / & substantia quędam esse / ac non corrumpi. Nam ab ea maxime quæ in senectute fit obfuscatione / corrumperetur: nunc autẽ perinde fit atq; in sensuum instrumentis. etenim si senex talem acciperet oculum: videret sicut & iuuenis. Quare senectus non est quia anima quicquã est passa: sed qa id in quo est aliquid passum est. quemadmodum in ebrietatibus & in morbis fieri
66 solet. Et ipsum igitur intelligere ac contemplari marcescit: quia aliud quoddam intus corrumpitur. ipsum autẽ: passione vacat.

est / & mouere seipsam. vt moueri quidẽ id in quo est: hoc autem moueri ab anima. aliter autẽ non est possibile moueri secundũ locũ ipsã. ¶ Rationabilius autẽ dubitabit vtiq; aliquis de ipsa tanq̃ quæ mouetur: ad huiusmodi respiciens. Dicimus enĩ animã tristari / gaudere / cõfidere / timere / amplius autẽ irasci / & sentire / & cogitare. hæc autẽ omnia: motus esse videntur. Vnde opinabitur aliquis: ipsam moueri. Hoc aute: non est necesse. nam & si quãmaxime gaudere aut tristari aut cogitare motus sunt / & vnũquodq; moueri aliquid: moueri tamen ab anima est. vt irasci aut timere: eo q̃ cor hoc modo mouetur. cogitare autẽ: aut huiusmodi / aut forsitan aliq̃d aliud. Horum autem accidũt alia qui dẽ secundum loci mutationem quibusdã motis: alia vero secundum alterationem. qualia autem & quomodo: alia ratio est. Dicere autem irasci animam: simile est ac si quis dicat eam texere vel ædificare. melius enĩ fortassis est nõ dicere animã misereri / aut addiscere / aut cogitare: sed hominem anima. hoc autẽ / nõ tanq̃ motu in illa existẽte: sed aliquando quidẽ vsq; ad illam / aliquando quidem ab illa. vt sensus quidem / ab his: reminiscentia vero / ab illa ad motus qui sunt in sensuum organis aut quietes. Intellectus autem: videtur innasci substantia quædam existens / & non corrumpi. maxime enim corrumperetur vtiq; ab ea quę est in senio / debilitate. nunc autẽ: quemadmodum in sensorijs / accidit. si enim accipiat senex oculũ iuuenis: videbit vtiq; sicut & iuuenis. Quapropter seniũ non est quia sustinuit aliquid anima: sed id in quo / sicut in ebrietatibus & infirmitatibus. Ipsum igitur intellígere & ipsum speculari marcescit: alio quodam interius corrupto. ipsum autem: impassibile est.

Cap. 4 5

Tral.ve.ex græ.recog.

Cogitare autem & amare / aut odiſſe: non ſunt illius paſſiones / ſed huius habentis illud / ſecundum qꝺ illud habet. Quare & hoc corrupto: neqꝫ meminit/ neqꝫ amat. non enim illius erant: ſed communis / quod quidem deſtructum eſt. Intellectus autem: fortaſſis diuinius quid / & impaſſibile eſt. Qꝛ igitur non ſit poſſibile moueri animam: manifeſtū ex his. ſi autem penitus non mouetur: manifeſtum qꝺ neqꝫ a ſeipſa. ¶ Multo autem ijs quæ dicta ſunt / irrationabilius: dicere animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Inſunt enim his: impoſſibilia. prima quidem / quæ ex ipſo moueri accidunt: propria autem / ex eo qꝺ dicūt ipſam eſſe numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatē moueri / & a quo / & quomodo: impartibilem & indifferentem exiſtentem? nam ſi eſt motiua & mobilis: differre oportet. Amplius autem / quoniam dicunt lineam motam planū facere / punctū autem lineā: & vnitatū motus / lineæ erūt. punctū enī: vnitas eſt poſitionē habens. numerus autē animæ: iā alicubi eſt / & poſitionē habet. Amplius autē / a numero ſi auferat aliquis numerū aut vnitatē: relinquitur alius numerus. plātę autē / & animaliū multa / diuiſa viuūt: & videntur eandē habere animam ſpecie. Videbitur autē vtiqꝫ nichil differre: dicere vnitates / an corpuſcula parua. Etenim ex Democriti ſphærulis ſi fiant puncta / modo autem maneat quantitas: erit aliquid in ipſo / hoc quidē quod mouet / illud autē quod mouetur / ſicut in magnitudine. non enim propterea qꝺ magnitudine differt hoc aut paruitate / accidit quod dictum eſt: ſed quia quantum. Vnde neceſſe eſt: aliquid eſſe motiuum vnitatum. ſi autem in animali id qđ mouet / anima eſt: & ī numero. Quare: nō quod mouet & qđ moue-

Democritus

Argyropylus

Ratiocinari vero & amare / aut odiſſe: non ſunt illius affectus / ſed huiuſce quod habet illud / ea ratione qua illud habet. Quapropter et hoc corrupto: nec recordatī / nec amat. non enī erāt illius: ſed ipſius cōmunis / qđ quidē perijt. Intellectus autē: diuinū quid eſt fortaſſe / paſſioneqꝫ vacat. Eſſe igitur impoſſibile moueri animā: ſpicuū iam ex dictis euaſit. qꝺ ſi omnino non motu cietur: patet nec a ſeipſa motu cieri. ¶ Atqui numerū 67
animā eſſe dicere ſeipſum motu cientem: multo longius q̄ ea quæ dicta ſunt / a ratione diſtare videtur. Nā ijs qui id aſſerunt: ea primum impoſſibilia quæ emergunt ex motu / deinde propria quædā ex eo quia dicunt ipſam numerū eſſe eueniunt. Quo nanqꝫ modo vnitatē moueri intelligere oportet / & a quo / & quonam pacto: cū impartibilis ſit / & nullā habē at differentia? ſi enim motiua ſit atqꝫ mobilis: diuerſā eſſe oportet. Præterea cū lineā quidē motione 68
ſuperficiē facere dicant / pūctū autē lineā: vnitatū etiā motus erunt cōtinuo lineæ. punctū enim: vnitas eſt poſitionē habens. atqꝫ numerus animæ: iā alicubi eſt / poſitionemqꝫ habet. Præterea ſi quis a numero numerū vel vnitatem abſtulerit: alius relinquitur numerus. atq plātæ multaqꝫ animaliū / viuunt diuiſa: & eādē animā ſpecie videtur habere. Atqꝫ nihil re- 69
ferre videbitur: vnitates dicantur an corpuſcula parua. Etenī ſi pūcta fiāt ex Democriti pilulis / modo maneat quātitas: erit in ipſis aliud quidē quod mouet / aliud autē quod mouetur / ſicut in magnitudine. nō enim quia magnitudine differunt aut paruitate / id quod dictum eſt accidit: ſed quia ſubeūt quantitatē. Quocirca neceſſe eſt aliquid eſſe: quod ipſas vnitates mouebit. qꝺ ſi id quod in animali mouet / anima eſt: & id quod in numero mouet / anima eſt. Quare: anima nō eſt id quod mouet atque mouetur / ſed id quod mouet dūtaxat. At vero 70

Argyropylus

qui fieri poteſt: vt hæc/ vnitas ſit/ oportet enim: ipſius ad cæteras aliquã differentiã eſſe. at vnici puncti: quænã prꝛeter poſitionẽ/ eſſe differentia poteſt? Si igitur vnitates pũctaue quę ſunt in corpore/ diuerſa ſunt ab vnitatibus animæ atq; punctis: erũt ipſæ vnitates in eodem profecto loco. punctũ enim animę: locũ occupabit puncti corporis. Atqui quid obſtabit ac prohibebit: vt ſi duo puncta ſunt ſimul in eodem loco/ & plura ſint duobus ac infinita? quorum enim locus indiuiſibilis eſt: & ipſa indiuiſibilia ſunt. Sin vero ea puncta
71 quæ ſunt in corpore ſint ipſe numerus animæ/ vel ſi numerus qui ex punctis cõſtat quæ ſunt in corpore ſit ipſa anima: cur non omnia corpora anima habent? ita inquncunctis puncta eſſe vidẽtur: & etiã infinita. Inſuper: qui fieri poteſt vt ſeparentur ac abſoluãtur a corporibus ipſa pũcta? ſiquidẽ: lineę nõ diuiduntur in pũcta. CAP. V.

72 Et autẽ vti diximus/ vt partim idem ij dicãt quod illi qui corpus quoddam ſubtilium partium animã eſſe dixerũt: partim propriũ ipſos comitetur abſurdũ/ corpus ab anima perinde moueri atq; Democritus aſſerebat. Nam cũ anima ſit in omni corpore ſentiẽte: neceſſe eſt in eodem duo corpora eſſe/ ſi anima corpus aliquod eſſe ponatur. Et horum etiam ſentẽtia qui animã numerũ eſſe cenſent/ fit: vt in vno puncto multa ſint pũcta/ aut omne corpus habeat anima ſi no numerus quiſq; alius atq; diuerſus a punctis ipſius corporis ſuperue-
73 niat. Fit etiam: vt animal a numero perinde moueatur/ atq; Democritũ diximus idipſum moueri cenſere. Quid enĩ intereſt: patuę pilæ dicãtur/ an vnitates magnę/ vel vnitates omnino quæ agitantur motu? vtroq; naq; modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere animal: quia ipſę motu cientur. His igitur qui motũ ac numerũ in aſſignanda anima coniunxerunt: hæc quæ

Tral. ve. ex græ. recog.

tur eſt anima/ ſed quod mouet ſolum. Contingit autem quomodo hanc: vnitatem eſſe? oportet enim: ineſſe ipſius quandam differentiam ad alias. puncti autem ſolitarij: quæ vtiq; differentia erit/ niſi poſitio? Si igitur ſunt aliæ quæ in corpore vnitates & puncta: in eodem erunt vnitates. obtinebit enim locum puncti. attamen quid prohibebit: in eodẽ eſſe/ ſi duæ ſunt/ & infinitas? quorum enim locus eſt indiuiſibilis: & ipſa. Si autem quæ in corpore puncta numerus animæ ſunt/ aut ſi qui eorum quæ in corpore punctorum numerus anima: quare non omnia habẽt animam corpora? puncta enim in omnibus videntur eſſe: & infinita. Amplius autem: quomodo poſſibile eſt ſeparari puncta & abſolui a corporibus? ſiquidem: non diuiduntur lineæ in pũcta.

CAP. V.

Accidit autem ſicut diximus/ ſic quidem idem dicere/ corpus quoddã ſubtilium partium ipſam ponentibus: ſic autem ſicut Democritus dicit ab anima moueri/ proprium inconueniens. Si enim eſt anima in omni eo quod ſentit corpore: neceſſe eſt ĩ eodẽ duo eſſe corpora/ ſi corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus: in vno puncto puncta multa/ aut omne corpus animã habere ſi non quidam numerus differrẽs innaſcatur & alius ab ijs quę in corpore punctis. Accidit q; animal moueri a numero: ſicut & Democritum diximus/ ipſum mouere. Quid enim differt: dicere ſphæras paruas/ an vnitates magnas/ aut oĩnovnitates motas? vtroq; enim modo neceſſe eſt mouere animal: ex eo quia mouẽtur ipſę. Complectẽtibus igitur in vnũ/ numerũ & motum:

Tral.ve.ex græ.recog.

& hæc accidunt / & multa alia huiuſmodi. non enim ſolum diffinitionem animæ impoſſibile eſt huiuſmodi eſſe: ſed & accidens. Manifeſtum eſt autem: ſi quis conabitur ex ratione hac paſſiones & opera animæ reddere / vt cogitationes / ſenſus / lætitias / triſtitias / & quæcunq; alia huiuſmodi. ſicut enim diximus prius: neque diuinare eſt facile ex ipſis. Tribus autem modis traditis ſecundum quos diffiniunt animã: alij quidem maxime motiuum enunciauerunt eo q̃ mouet ſeipſam / alij autem corpus ſubtiliſſimum aut incorporaliſſimum aliorum. hæc autem quas dubitationes & ſubcontrarietates habent: percurrimus fere. ¶ Reliquum eſt autem conſiderare: quomodo dicitur / ex elementis ipſam eſſe. dicunt enim: quatenus ſentiat ea quæ ſunt / & vnumquodq; cognoſcat. Neceſſarium autem eſt: accidere multa & impoſſibilia / rationi. ponunt enim cognoſcere ſimile ſimili: perinde ac ſi animam / res ponant. Non ſunt autem hæc ſola: multa vero & alia. magis autem fortaſſis infinita numero: quæ ſunt ex his. Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horum: ſit ea cognoſcere animã & ſentire. ſed compoſitum quo cognoſcet aut ſentiet / vt quid deus / aut homo / aut caro / aut os / ſimiliter autem & quodlibet aliud compoſitorum: non enim quolibet modo ſe habentia elementa / horum vnumquodque: ſed ratione quadam & compoſitione / ſicut et Empedocles dicit os. Terra autem adamabilis / in amplis infundibulis Duas ex octo partibus ſortita eſt aquæ / lumines / Quatuor autem Vulcani: oſſa autem alba facta ſunt. Nullus igitur profectus eſt / elementa in anima eſſe: niſi & rationes inerunt & compoſitio. cognoſcet enim vnumquodque / ſimile:

Argyropylus

dicta ſunt abſurda / & alia huiuſcemodi multa eueniunt. eſt enĩ ipoſſibile non ſolũ diffinitionẽ animæ tale eſſe: ſed etiã accides. Q̃ q̃dẽ patet: ſi quis ex hac ratione operationes atq; affectus animę conabit aſſignare / cogitationes inq̃ / ſẽſus / voluptates / dolores / & cætera iſtiuſmodi. nam vt prius diximus: neq; vaticinari ex ipſis facile poſſumus. Tribus autẽ traditis modis quibus 75
antiqui diffiniũt animã / duos iã reprobauimus: & quas habet vtraq; ſententia dubitationes cõtrarietateſq; pene diximus / & ea inq̃ quæ maxime motiuũ ipſã eſſe ex eo ponit qa ſeipſã mouet / et ea q̃ corpus ipſã ſubtiliſſimarũ partiũ aut magis q̃ cætera incorporeũ eſſe cẽſet. ¶ Reſtat igitur tertius modus atq; ſentẽtia / q̃ ipſã aſſerit ex elementis cõſtare: quã q̃dẽ deinceps cõſidere mus oportet. Atq; patet ob hoc ex elemẽtis animã cõſtare quoſdã dixiſſe: vt ſentiat ea quę ſunt / & rerũ vnãquãq; cognoſcat. At hãc ſentẽ- 76
tiã multa profecto comitãtur abſurda: atq; eorũ q̃pluriſma q̃ fieri nequeũt. aſſerũt enĩ ſimili cognoſcere ſimile: quaſi animas res ipſas eſſe ponẽtes. Verũ nõ elemẽta ſũt ſolũ / vt patet: ſed pręterea multa ſũt etiã alia. quin potius infinita fortaſſe numero: quæ cõſtant ex ipſis ac cõponũtur. Sit igitur ea cognoſce- 77
re ſentireq; animã ex quibus illorũ vnũqdq; cõponitur: at totũ ipſũ cõpoſitũ quo cognoſcet quæſo vel ſentiet / vt quid ſit deus / vel homo / vel os / vel caro / & cæterorũ cõpoſitorũ vnũqdq; ſimiliter? non enĩ vnũqdq; iſtorũ eſt ipſa elemẽta / quo uis ſeſe habẽtia modo ſine vllo diſcrimine: ſed ex ipſis vnũqdq; cõficitur ratione quadã cõpoſitioneve / quẽadmodũ & Empedocles os ex elemẽtis cõſtare cẽſet. dicit enim.

» Cœperat ãte duas tellus iuſtiſſima
» vaſis Aeris ac fõtis partes / Vulca-
» nus & ipſe Quatuor ex octo adiũ
» xit: qs cãdida / magna Vis fœcun-
» daq; naturæ / cõfecerat oſſa. Nil igit elemẽta proſunt / ſi ſint in anima: niſi rationes etiã inſint & cõpoſitio. vnũqdq; enĩ cognoſcet ſimile:

Argyropylus

os autem aut hominē non cognoſcet profecto / niſi ipſa etia inſint hoc autē: nō opus eſt vnū eorū eſſe dicere quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget vnq̄: ſi lapis vel homo vel equus inſit in anima / & bonū ſimiliter & non bonū / & de cæteris identide rebus? Preterea cum
78 id quod eſt / multipliciter dici ſoleat (quoddā enim ſubſtātiā: quoddā quantitatē / aut qualitatē / aut aliquod aliud enumeratorū iā prædicamentorū ſignificat) vtrū ex vniuerſis / an nō ex vniuerſis anima cōſtet? At nō videtur communia omnium eſſe elemēta. Ex hiſce ne igitur ſolis conſtat: que ſubſtātiatum ſunt elementa? At: quonam pacto cæterorū etia vnūquodq; cognoſcit? An dicent vniuſcuiuſq; generis elementa propria atq; principia eſſe: ex quibus anima conſtat? Erit igitur ipſa: & quantitas / & qualitas / & ſubſtātia. At fieri nequit: vt ex quātitatis elemētis ſubſtātia ſit / non quantitas. Eos igitur qui cenſent animā ex vniuerſis conſtare: hęc & huiuſcemodi alia comitan-
79 tur. Abſurdum eſt etiā / ſimile quidē a ſimili nō pati dicere: ſimile vero ſentire ſimile / ſimileq; cognoſcere ſimili putare atq; aſſerere. deinde ſentire: pati quoddā eſſe moueriq; ponere. & intelligere ſimiliter & cognoſcere. Atqui multas dubitationes ac difficultates Empedoclis habere ſententiā / corporeis inquit elemētis & ſibi ſimilibus cognoſci res ſingulas: teſtatur id quod experietia late patet. Partiū enim animaliū corporū eæ quæ ſunt ſimpliciter terræ vt oſſa / nerui / pili: nihil ſentire videntur. quare neq; ſimilia ſibi. at oportebat tamē. Pręterea: cuiq; principiorū maior ignoratio q̄ cognitio inerit nimirum. vnūquodq; enim cognoſcet vnum: multa autē ignorabit. cætera nāq; omnia. Fit etiam Empedoclis eadem ſententia: vt deus ſit amentiſſimus. quippe cum ipſe ſolus vnū elementorum nō compræhendat / ipſam diſcordiam inquā: mortalia vero cūcta cognoſcant / cum ex vniuerſis ſingula conſtent. Præterea

Tral.ve.ex græ.recog.

os autem aut hominem nichil / niſi & hæc inerunt. hoc autem q̄ impoſſibile ſit: nichil oportet dicere. Quis enim dubitabit: ſi inſit in anima lapis aut homo / ſimiliter autē & bonū & nō bonū / eodē autē modo & de alijs? Amplius autē / cū multipliciter dicatur id qđ eſt (ſignificat enī aliud quidē / hoc aliquid: aliud autē / quātitatē / aut qualitatē / aut etiā qđdā aliud diuiſorū p̄dicamentorū) vtrū ex omnibus erit anima / an nō? Sed nō videtur cōmunia omniū eſſe elemēta. Nū igitur quęcunq; ſubſtātiarū ſunt: ex his ſolis? Quomodo igitur cognoſcit & aliorū vnūquodq;? An dicēt vniuſcuiuſq; generis eſſe elemēta & prīcipia propria: ex q̄bus animā cōſtare? Erit ergo: & q̄titas / & qualitas / & ſubſtātia. Sed impoſſibile eſt: ex quantitatis elemētis eſſe ſubſtantiā / & nō q̄titatē. Dicētibus itaq; ex omnibus: hæc & huiuſmodi alia accidūt. Incōueniēs autem eſt dicere quidē / impaſſibile eſſe ſimile à ſimili: ſentire autē ſimile ſimile / & cognoſcere ſimile ſimili. ſentire autem: pati aliquid & moueri ponunt. ſimiliter autē: & cognoſcere & intellige re. Cum autē multas dubitationes & difficultates habeat / dicere ſicut Empedocles q̄ corporeis elementis ſingula cognoſcuntur / & ad ſimile: teſtatur quod nunc dictum eſt. quæcunq; enim inſunt in animaliū corporibus ſimpliciter terræ / vt oſſa / nerui / pili: nichil ſentire videntur. quare neq; ſimilia. & tamē cōueniebat. Amplius autē: vnicuiq; prīcipiorū ignorātia amplior q̄ ītelligētia inerit. cognoſcet enī vnū / vnūqđq;: multa autē ignorabit. omnia enim alia. Accidit autē & Empedocli: inſipientiſſimum eſſe deum. ſolus enim / elementorum vnum non cognoſcet / diſcordiam: mortalia autem omnia. ex omnibus enim: vnumquodq; eſt. Omnino

Tral.ve.ex græ.recog.

autem/ propter quam cauſam non om
nia quæ ſunt habent animam: cū om
ne aut elementum ſit/ aut ex elemēto/
vno / aut pluribus / aut omnibus ? ne
ceſſe enim eſt: vnum aliquod cognoſce
re/ aut quędam/ aut omnia. Dubitabit
autem vtiq; aliquis: & quid eſt vnum fa
ciens ipſa . materiæ enim : ſimilia ſunt
elementa. Principaliſſimum autem eſt
illud: quod cōtinet/ quodcunq; eſt. ani
ma autē aliquid eſſe melius & prędtan
tius : impoſſibile eſt . impoſſibilius au
tē adhuc: intellectu. rationabiliſſimum
enim: eſſe hūc antiquiſſimum & domi
num ſecundum naturam. elementa au
tem: dicunt eſſe prima entium. ¶ Om
nes autem/ & qui ex eo q̄ cognoſcit &
ſentit ea quæ ſunt/ ex elementis dicunt
ipſā/ & qui maxime motiuū: nō de om
ni dicunt anima. neq; enī ſenſitiua om
nia: motiua. videntur enim eſſe quædā
animaliū manſiua ſecundū locū : & ta
mē videtur hoc ſolo motu mouere ani
ma animal . Similiter autē : & quicūq;
intellectum & ſenſitiuū ex elementis fa
ciunt. vidētur enim plantæ viuere: non
partícipātes loci mutatione/ neq; ſenſu.
& animaliū multa: intelligētiam nō ha
bere. Si autem aliquis & hæc conceſſe
rit/ poſuerítq; intellectū partē aliquam
animæ/ ſimiliter autē & ſenſitiuū: neq;
vtiq; ſic dicēt de omni anima / neq; de
tota/ neq; de vna. Hoc autē ſuſtinuit :
Orpheus & quę eſt in Orphicis vocatis carmini
bus/ ratio. dicit enim animam: ex toto
ingredi reſpirantibus latam a ventis .
Non poſſibile itaq; : plantis hoc acci
dere / neq; animalium quibuſdam . ſi
quidem: non omnia reſpirant. hoc au
tem: latuit ſic opinantes. Si vero ex ele
mentis animam facere oportet : nichil
oportet ex omnibus. ſufficiens enim eſt
altera pars contrarietatis : ſeipſam diiu
dicare / & oppoſitam . recto enim : &

Argyropylus

dicat oportet omnino / quā ob cau
ſam non habent animam omnia:
cum omne quod eſt / aut ſit elemē
tum / aut ex elemento vno vel plu
ribus vel omnibus conſtet. neceſſe
eſt enim omne quod eſt : aut vnū
quid / aut quædam / aut vniuerſa
cognoſcere. Dubitabit etiā nō iniu 82
ria quiſpiā: quidnā id ſit quod ipſa
cōtinet atq; vnit. elemēta nanq;:
materiei ſimilia ſunt. Atq; præſta
biliſſimū id eſſe patet: quod conti
net / quicquid id tandem ſit. at ne
quit eſſe quicq̄: prędtabilius anima /
quod quidem dominetur. & magis
etiā: ītellectu. maxime enim ratio
ni cōſonū eſt: hūc omnia præceſſiſ
ſe / & præſtantiſſimū omniū & na
tura dominū eſſe. illi autē: elemen
ta / ea quæ ſunt præcedere cenſent.
¶ At enī nemo prorſus de omni a 83
nima dixit : nec eorum qui cēſent
ipſā ex elemētis ideo cōſtare quia
ſentit cognoſcitq; ea quæ ſunt / nec
etiā eorū qui maxime motiuū ipſā
aſſerūt eſſe . non enim omnia mo
uentur: quæ ſentiunt. ſunt enī ani
malia nonnulla quæ nō mouentur
loco: & tamē hoc ſolo motu anima
videtur animal agitare. Similiter et
eorum qui tā ſenſitiuū q̄ intellectū
ex elemētis cōficiūt: nemo animā
omnē cōplectitur. viuere nanq; vi
dentur plantæ: at expertes ſunt ta
men & lationis & ſenſus. animaliū
quoq; cōplura ſunt: quæ mēte ratí
oneq; vacāt. Q̄z ſi quis & hæc illis 84
conceſſerit / intellectūq; partem eſſe
poſuerit animę & idētidē ſenſitiuū:
neq; ſic de ōni anima / neq; de vlla
tota dicere videbūtur. In hoc eodē
errore videtur eſſe & ea ſentētia: q̄
carminibus Orphicis fertur. dicit
enim Orpheus: animā ferri vētis /
& ex toto ingredi reſpiratione . Id
autem nequit ipſis accidere plātis:
neq; quibuſdā itidē animaliū. quip
pe cum : haud vniuerſa reſpirent .
quod quidem eos prætęciſt: qui ita
de anima cēſuere. At vero ſi confi 85
cere animam ex elementis oporte
át: nō ex vniuerſis cōtinuo confi
cięda eſſe videtur . altera nāq; pars
cōtrarietatis: ſufficiens eſt ſeipſam
oppoſitāq; diſcernere recto enī: &

Argyropylus

ipſum rectū vt patet/ & obliquū cognoſcimus.regula nanq; iudex eſt vtriuſq;.at obliquū: nec ſui plane/
86 nec recti. ¶Sunt & qui in toto veniuerſo permiſtam ipſam inquiunt eſſe. Quocirca forſitan & Thales: omnia plena deorum eſſe putauit. Hoc autē: dubitationes habet nōnullas. Quā enim ob cauſam anima in aere quidem vel igne ſi ineſt non facit animal/ in miſtis autē facit: præſertim cū in illis videatur eſſe præſtantior? Quæret etiam quiſpiam: quam ob cauſam anima ea quæ eſt in aere/ præſtabilior eſt ac immortalior ea quæ in animalibus
87 ineſt? Vtrobiq; autē: emergit quoddam abſurdum & rationis egrediens metas. nam ignem aut aerem/ animal eſſe dicere: rationis egreditur fines. & aſſerere rurſus animalia non eſſe/ ſi inſit in ipſis anima:
88 perabſurdum eſt ſane. Videtur autem ideo putaſſe in his animam eſſe: quia totum & partes eiuſdē ſunt ſpeciei. Quare neceſſe eſt ipſos/ & animam & partes eiuſdem eſſe dicere ſpeciei: ſi animalia ex eo fiūt animātia/ quia in ipſis aliqua pars cōtinentis recipitur. Qz ſi aer quidem diſcerptus eiuſdē eſt ſpeciei/ anima autem eſt diſſimiliū partium: patet aliam ipſius partem ineſſe/ aliam non ineſſe. Neceſſe eſt igitur ipſam: aut ſimiliū eſſe partium/ aut non in quacunq; totius ineſſe parte. Patet igitur ex dictis: neq; cognitionem ex eo competere animæ quia conſtet ex elementis/ neq; recte vereq; dici motū eidē ineſſe. ¶At quoniam cognoſcere/ ſentire/ opinari/ inſuper cupere/ deliberare/ & omnino appetitiones/ ipſius animæ ſunt/ motus etiā animaliū loco ab anima fit/ & inſuper accretio ſtatus atq; decretio: quæret vtiq; quiſpiam vtrum horum vnumquodq; toti animę competat/ & nos intelligamus & ſentiamus et moueamur cęterorumque vnumquodq; agamus patiamurq; tota/ an alijs alia partibus? Ipſum præterea viuere: vtrum in horum aliquo vno/ an in pluribus/ an in omnibus conſiſtat/ an ſit eius alia

Tral.ve.ex græ.recog.

ipſum/ & obliquū cognoſcimus. iudex enim vtrorumq;: canon. obliquū autē: neq; ſui ipſius/ neq; recti. ¶Et in toto autē: quidā ipſam miſtā eſſe dicunt. Vnde fortaſſis & Thales opinatus eſt: omnia eſſe plena diſs. hoc autē: habet quaſdam dubitationes. Propter quā enim cauſā in aere aut in igne anima cū ſit nō facit animal/ in miſtis autē: idq; cū melior in illis eſſe videat? Quæret autē vtiq; aliquis/ & quā ob cauſam quæ in aere anima: ea quę in animalibus melior eſt & immortalior? Accidit autē vtroq; modo: incōueniēs & irrationabile. etenim dicere animal ignē aut aerē: irrationabiliū eſt. et nō dicere animalia cū aīa inſit: incōueniēs eſt. Opinari autē videtur animā eſſe & in his: quoniā totū cū partibus eiuſdē ſpeciei eſt. Quare neceſſariū ipſis/ dicere & aīam eiuſdē ſpeciei cū partibus eſſe: ſi qa itercipitur aliquid cōtinētis in animalibus/ animata animalia fiunt. Si autē aer quidē diſcerptus eiuſdē ſpeciei ſit/ aīa autē diſſimiliū partiū: hoc quidē aliquid ipſius inerit/ vt patet/ aliud autem non inerit. Neceſſe eſt igitur ipſā: aut ſimiliū partiū eſſe/ aut nō ineſſe in qualibet parte totius. Manifeſtū igitur ex dictis eſt: neq; neq; cognoſcere ineſt animę propterea q; ſit ex elementis/ neq; moueri ipſam bene atq; vere dicitur. ¶Quoniam autem cognoſcere animæ eſt & ſentire et opinari/ adhuc autē cōcupiſcere & deliberare & omnino appetitus/ fit autē & ſecundū locū motus ab anima animalibus/ adhuc autem & augmentum & ſtatus & decrementū: vtrū toti animæ vnūquodq; horū ineſt/ & tota & intelligimus & ſentimus & aliorum vnumquodque facimus & patimur/ an partibus alijs alia? Et ipſum viuere autē: vtrum in aliquo horū eſt vno/ aut in pluribus/ aut in omnibus/ an & aliqua

Cap. 5

Tral.ve.ex græ.recog.

alia cauſa eſt? Dicunt itaq; quidã par-
tibilẽ ipſã: & alia quidẽ intellígere/ alia
autẽ cõcupiſcere. Quid igitur cõtinet a-
nimã: ſi partibilis eſt natura? nõ enim
vtiq; corpus. videtur enim: contra ma-
gis anima corpus cõtinere. egrediente
enim: expirat & putreſcit. Si igitur alí-
quid aliud vnã ipſã facit: illud maxime
vtiq; erit anima. Oportebit autẽ iterũ et
illud quærere: vtrũ vnũ/ an multarum
partiũ ſit. Si enĩ vnũ eſt: propter quid
nõ mox & animã/ vnũ? Si vero partibí
le: iterũ ratio quæret/ quid eſt cõtinẽs?
& ſic vtiq; procedet in infinitũ. Dubi-
tabit autẽ aliquis & de ipſius partibus:
quã potentiã habeat vnaquæq; in cor-
pore. Si enĩ tota anima/ totũ corpus cõ-
tinet: cõuenit & partiũ vnãquãq; cõti-
nere aliquid corporis. Hoc autẽ: aſſimi
latur ipoſſibili. quã enĩ partẽ/ aut quo-
modo intellectus cõtinebit: difficile eſt
etiã fingere. Videtur autẽ & plãtæ viue
re diuiſq;: & animaliũ inſectorũ q̃dã/ tã-
q̃ eandẽ habentia animã ſpecie/ & ſi nõ
numero. vtraq; enim partium: ſenſum
habet/ & mouetur ſecundũ locũ/ ad alí
quod tempus. Si autẽ non permanent:
nullũ inconueniens eſt. inſtrumenta e-
nim non habẽt/ quibus ſaluent naturã:
ſed nichilo minus in vtraq; partiũ om-
nes inexiſtunt partes animæ. Et eiuſdẽ
ſpeciei ſunt adinuicẽ: & toti. adinuicem
quidẽ/ tanq̃ quæ non ſeparabiles ſunt:
toti autẽ animæ/ tanq̃ indiuiſibili exi-
ſtẽte. Videtur autẽ & qđ in plãtis prĩ-
cipium: anima quædam eſſe. hac enim
ſola cõmunicãt: & animalia & plãtę. Et
hæc quidẽ ſeparatur a ſenſitiuo princi-
pio: ſenſum autẽ/ nichil ſine hoc habet.

¶Tralationis veteris primi li-
bri de anima Ariſtotelis/
ex græco recogni-
tæ: finis.

Argyropylus

quædam etiã cauſa? Atq; ſunt qui 90
dicũt ipſam eſſe partibilem: noſq;
alia eius parte intelligere / alia cu-
pere cenſent. Quid igitur ipſam
continet animam: ſi partibilis ſit?
non corpus. quippe cum: contra
potius videatur corpus anima cõ-
tinere. Quapropter & egreſſa: diſ
ſoluitur corpus atq; putreſcit. Si igi 91
tur aliquid aliud ipſam contineat/
vnãq; faciat: illud erit potiſſimum
anima. At oportebit de illo etiam
quærere: vtrũ vnũ/ an multarũ ſit
partiũ? Atq; ſi ſit vnũ: cur & aiam
cõtinuo nõ dicimus vnũ eſſe? Sin
partibile: rurſus ratio quęret quid-
nã ſit illud quod illud etiã cõtinet?
atq; hoc pacto fiet in infinitũ abi-
tio. Dubitabit etiã quiſpiã de par- 92
tibus eius: quã vnaquæq; potentiã
in corpore habeat. Nam ſi anima
tota totũ cõtineat corpus: oportet
& vnãquãq; etiã partẽ/ aliquã partẽ
corporis continere. Id autẽ eſſe nõ
poſſe videtur. quã enim partiũ cor
poris intellectus/ aut quo cõtinebit
pacto: fingere quoq; difficillimum
eſt. Videmus autẽ & plãtas diuiſas 93
viuere: & animaliũ inſectorũ non-
nulla/ vtpote animã & ſi nõ nume-
ro tamen ſpecie eandem habẽtia.
Itaq; partiũ vtraq;: & ſenſum ha-
bet/ & per aliquod tẽpus loco mo-
uetur. Nec abſurdũ eſt: ſi nõ perdu 94
rãt. inſtrumẽta nanq; nõ habẽt vt
naturã cõſeruent: ſed nihilo minus
oẽs in vtraq; partiũ inſunt/ animæ
partes. Atq; animę partes eadẽ ſub
ſpecie collocãtur: & etiã tota. illæ
quidẽ/ quia nõ ſeparabiles ſunt: to
ta autẽ anima/ qa indiuiſibilis eſt.
Videtur autẽ & id principiũ quod 95
ineſt in plantis: anima quædã eſſe.
hæc enim ſola: cõmunis eſt & plã
tis & animalibus. Atq; hæc quidẽ:
a ſentiendi principio ſeparatur. ſi-
ne autẽ ipſa: nihil eſt prorſus qđ
habeat ſenſum.

¶Primi libri de anima Ari-
ſtotelis/ interprete Io-
anne Argyropy-
lo: finis.

Argyropylus

¶Aristotelis de anima liber secundus/ad Cosmam Medicem: interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.

1 Dictis hisce quæ a maioribꝰ de anima nobis tradita sunt: redeamus rursus oportet/atque enitamur velut ab initio determinare qd anima sit / & quænã sit eius cõmu
2 nis maxime ratio. Dicimus itaque genus vnum quoddam eorũ quæ sunt: ipsam substantiã esse. atq; huius aliud vt materiam quod quidẽ per se nõ est hoc aliquid/aliud formã & speciẽ qua quidẽ iã hoc aliquid dicitur/ & tertium id quod ex istis constat atq; cõponitur. Est autem materia quidem/ potẽtia: forma vero/ actus atq; perfectio. quæ quidẽ bifariã dicitur. quædã enim est vt sciẽtia: quædã vt cõtẽplatio.
3 Maxime autẽ corpora videtur esse substantiæ: & ipsorũ ea magis quæ naturalia sunt. hæc enim: cæterorũ principia sunt. Naturaliũ vero corporum: quędã habent vitã/quędã non habent sed ea vacant. Vitam autem dicimus: nutritionem/ accretionem/atq; decretionem/ quæ quidem per idipsum fit quod viuere dicitur. Quare corpus omne naturale particeps vitæ substãtia est:
4 & ita substãtia vt cõpositã. ¶Atq; cũ tale etiã sit corpus/ id est habẽs vitã: corpus profecto nõ erit anima. corpus nanq; : nõ subit rationẽ eorum quæ sunt in subiecto/sed vt subiectũ potius est & materies. Necesse est igit animã: substãtiã esse perinde atq; formã corporis naturalis potẽtia vitã habentis. Substantia vero: actus est & perfectio. Talis igitur corporis: est perfectio
5 atq; actus. ¶Sed cũ perfectio atq; actus bifariã dicatur/ vt diximus (quidã enim est vt scientia: quidã

Tral.ve.ex græ.recog.

¶Tralatio vetus secũdi libri de anima Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermũ Briconnetũ Episcopum Meldensem.

CAP.I.

Vm autẽ quæ a prioribus tradita sũt de anima/ dicta sint: iterum tanq; a principio redeamus/tẽtãtes determinare qd est anima/ & q̃ aio vtique erit communissima ratio ipsius. Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorum quæ sunt: substantiã. huius autem: aliud quidem sicut materiã quod secundum se quidem non est hoc aliquid/ aliud autem formam & speciem secundũ quam iam dicitur hoc aliquid & tertiũ quod ex his. Est autem materia quidem/ potẽtia: species autem/ entelechia. et hoc dupliciter. hoc quidem/ sicut scientia: illud autem/ sicut speculatio. Substantiæ autem/ maxime esse videtur corpora: & horum/ physica. hęc enim: aliorum principia. Physicorum autem: alia quidem habent vitam/ alia autem non habent. Vitam autem dicimus: quæ per ipsum fit alitionem/augmẽtationẽ & diminutionẽ. Quare omne corpus physicũ participãs vita: substãtia erit. substãtia autem sic: vt cõposita. ¶Quoniam autẽ est corpus huiusmodi/ vitã enĩ habẽs: nõ vtiq; erit corpus/ anima. non enim est eorũ quæ in subiecto/ corpus: magis autẽ/sicut subiectũ & materia est. Necesse est ergo animã: substantiam esse sicut speciem corporis physici potẽtia vitã habẽtis. substãtia autẽ: actus. Huiusmodi igitur corporis: actus. ¶Hic autẽ: dicitur duplici ter. alius quidẽ/ sicut sciẽtia: alius autẽ

Tral.ve.ex græ.recog.

ſicut ſpeculatio. manifeſtū ergo: q̄ ſi-
cut ſcientia. ex eo enī quia ineſt anima:
& ſomnus & vigilantia eſt. proportio-
hale autem vigilantia quidē / ſpeculati-
oni: ſomnus autē / habitui non exeunti
in actū. Prior autem generatione in eo-
dē: ſciētia eſt. ¶ Vnde anima: eſt actus
primus corporis phyſici potētia vitam
habētis. tale autem: quodcūq; fuerit or
ganicum. Organa autem & plantarū
partes ſunt: ſed penitus ſimplices. vt fo-
lium / fructiferi cooperimentum: fructi-
ferum autem / fructus. radices vero: ori
ſimiles ſunt. vtraq; enim: trahunt alimē
tum. ¶ Sí autē aliquid cōmune in om-
ni anima oportet dicere: erit vtiq; pri-
mus actus corporis phyſici organici.
Vnde non oportet quærere / ſi vnū eſt
anima & corpus: ſicut neq; ceram & fi
guram / neq; omnino vuiuſcuiuſq; ma-
teriam & id cuius materia. vnum enim
& eſſe / cū multipliciter dicatur: qđ pro-
prie eſt / actus eſt. Vniuerſaliter igitur
dictū eſt: quid ſit anima. ſubſtantia e-
nim eſt: quæ ſecundū rationē. hoc autē
eſt: quod quid erat eſſe huiuſmodi cor-
poris. ſicut ſi aliquod organorū: phyſi-
cum eſſet corpus / vt dolabra. eſſet enim
dolabræ eſſe / ſubſtantia ipſius: & ani-
ma / hoc. ſeparata autem hac: non vtiq;
amplius dolabra eſſet / niſi æquiuoce.
nunc autē: eſt dolabra. non enim hu-
iuſcemodi corporis quod quid erat eſſe
& ratio / anima: ſed phyſici huiuſcemo-
di habētis in ſeipſo principium motus
& ſtatus. Conſiderare autem & in par-
tibus oportet: quod dictum eſt. ſi enī
eſſet oculus / animal: anima vtiq; / ipſi
viſus eſſet. hic enim: eſt ſubſtantia ocu-
li quæ ſecundum rationem. oculus au-
tē: materia viſus eſt / quo deficiente nō
eſt amplius oculus niſi æquiuoce / ſicut
ſapideus aut depictus. Oportet igitur
accipere quod eſt in parte: in toto viuē-

Argyropylus

vt cōtemplatio) patet animā actū
eſſe perinde atq; ſcientiā. Nā ex eo
quia anima eſt: & ſomnus eſt & vi
gilia. atq; vigilia quidē / cōtempla-
tioni: ſomnus autē / ſcientiæ opera
tione vacanti ſimilis eſt. Altera au 6
tem alteram in eodem / ſcientia in-
quam contemplationem: genera-
tione / præcedit. ¶ Quapropter a-
nima: primus eſt actus perfectioq;
corporis naturalis potentia vitam
habentis. et talis plane: vt partes
ipſius ſint inſtrumenta. Enimuero
partes quoq; plantarum / inſtrumē
ta ſine controuerſia ſunt: quāuis vi
deatur penitus ſimplices eſſe. eius
enī quod circa fructū eſt / tegmē eſt
folium: & fructus etiam / illud. radi
ces præterea: vicem ſubeūt oris. v-
triſq; naq; trahitur alimentū. ¶ Sí 7
igitur commune quid de omni ani
ma ſit dicendū: ipſa perfectio pri-
ma primuſq; actus eſt corporis na
turalis / cuius partes ſunt inſtrumē
ta. Iccirco non quærere oportet / ſi
vnum ſit anima atq; corpus: ſicut
neq; ceram & figurā / neq; omnino
materiem cuiuſq; & id cuius mate
ries eſt. nam cū vnum & eſſe mul-
tifariam dicatur: actus eſt id quod
proprie vnum eſt / atq; proprie eſt.
Vniuerſaliter igitur diximus: quid 8
nam anima ſit. Eſt enim: ea ſub-
ſtantia quæ eſt vt ratio. hæc autē
eſt: quidditas corporis talis. et perin
de ſane: atq; ſi quod inſtrumento-
rum artis naturale corpus eſſet / ceu
ſecuris. eius nāq; ſubſtātia / ipſius
eſſet vt patet ſecuris ratio: idq; eſ-
ſet anima / qua ſeparata nō eſſet vl
terius vt patet ſecuris / niſi nomine
tantū. at nūc eſt ſecuris. nō enī ta-
lis corporis ſubſtātia ratioq; eſt ipſa
anima: ſed naturalis vt diximus
talis / qđ in ſe motus ſtatuſve prin
cipiū iſitū habet. Atq; id qđ dictū 9
eſt: in partibus etiā inſpicere licet.
nam ſi oculus eſſet aīal: eius aīa vi
ſus ipſe nimirū eſſet. hic eſt enī / vt
patet: oculi ſubſtātia q̄ ſeſe habet
vt ratio. oculus autē: eſt materies
viſus. qui cū defecerit: non vlterius
erit oculus / niſi noīe tantū / & pinde
atq; lapideus vel etiā pictus. Id igi
tur qđ de parte dictū eſt: ad totum

corpus viuens accommodare oportet. est enim hic profecto: rationum similitudo. nã vt pars sese habet ad partẽ: sic totus sensus ad totũ sensitiuũ corpus vt talis est rationis.
10 ¶Nõ est autẽ id potentia viuens/ quod abiecit animã eaq; vacat: sed id quod ipsam habet. Semen vero fructusve: id nimirũ est/ qđ potest tale corpus euadere. Vt igitur incisio visioq; : sic est vigilia actus. & vt visus rursus instrumentiq; vis : sic est anima actus. corpus autẽ: est id quod/ vt diximus/ est potẽtia viuens. verũ vt pupilla visusq;/ oculus est: sic anima & corpus/ est ani
11 mal. ¶Animã igitur nõ separabilẽ esse a corpore/ vel partes ipsius nõnullas si partibilis sit: non obscurũ esse videtur. corporis nanq; partiũ patet aliquas animę partiũ actũ esse. nihil tamen vetat vt aliquæ partiũ sint separabiles animæ: ꝓpterea ꝙ corporis nullius sint actus. At obscurũ est/ necdũ patet: si perinde corporis anima sit actus/ vt gubernator actus est nauis. Hoc igit̃ pacto: vniuersaliter de anima determinatũ descriptũve sit.

CAP.II.

12 ATenim cũ ex obscuris quidẽ/ magis autem manifestis fiat id notum/ quod est dilucidum ac notius ratione: enitedũ est rursus hoc pacto de ipsa anima pertractare. Rationẽ enĩ diffinitiuã nõ solũ esse significare/ vt cõplures dicere diffinitiones videtur: sed etiã in ipsa causã inesse ac apparere oportet. Nũc autem diffinitionũ complures/ vt conclusiones esse videntur. veluti quid est quadratio? cõfectio figuræ laterum æqualiũ/ angulorũq; rectorũ æqualis altera ex parte longiori figuræ. atq; diffinitio talis: conclusionis occupat locum. At ea quæ quadrationem/ inuentionem esse mediæ dicit: ipsius rei profecto causã/ vt pa
13 tet/ assignat. ¶Dicamus igitur/ hic cõsiderationis initio sũpto: animatũ ab inanimato vita seiungi. Atq; cũ multifariam viuere dicatur: etiã si vnũ tantũ istorum insit/ viuere illud dicimus cui inest. vt itellectus/ te corpore. proportionaliter nanq; habet: sicut pars ad partẽ/ totus sensus ad totũ corpus sensitiuũ secundũ ꝙ huiusmodi. ¶Nõ est aũt qđ abiecit animã/ 6
potẽtia existẽs vt viuat: sed qđ habet. Semẽ autẽ & fructus: potẽtia huiusmodi corpus est. Sicut igitur incisio & visio: sic & vigilãtia actus. vt autẽ visus & potẽtia organi: sic aĩa. corpus autẽ: qđ potentia est. sed sicut oculus/ est pupilla & visus: & ibi anima & corpus animal. ¶Qꝛ igitur nõ sit anima sepa 7
rabilis a corpore/ aut partes quædam ipsius si partibilis natura est: nõ immanifestum est. quarũdã enim actus partiũ est ipsarũ. At vero secundum quasdam nichil prohibet: propterea ꝙ nullius corporis sunt actus. Amplius autẽ immanifestum: si sic corporis actus/ anima/ sicut nauta nauis. Figura igitur sic determinatum & descriptũ sit: de anima.

CAP.II.

QVoniã autem/ ex incertis quidem manifestioribus autem/ fit certum & secundum rationem notius: tentandum est iterum sic aggredi de ipsa. non enim solum ꝙ sit/ oportet diffinitiuam rationem ostendere/ sicut plures terminorum dicunt: sed & causam inesse & apparere. Nũc autem: vt conclusiones/ rationes terminorũ sunt. vt quid est tetragonismus? æquale altera parte longiori orthogonium æquilaterale esse. talis autẽ terminus: ratio conclusionis. Dicens autẽ ꝙ tetragonismus est mediæ inuẽtio: rei causã dicit. ¶Dicamus igitur/ principiũ accipientes intentionis: determinari animatum ab inanimato/ ipso viuere. Multipliciter autẽ ipso viuere dicto: & si vnũ aliquod horũ insit solũ/ viuere ipsum dicimus. vt intellectus &

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Argyropylus

sensus & motus & status scdm locū.

adhuc autem: motus secundum alimē-

tum & augmentum & decrementum.

Vnde: & vegetabilia omnia videntur

viuere. videntur enim in seipsis habe-

re potentiam & principiū huiusmodi:

per quod augmētū & decremētū susci-

piunt secundū contraria loca. nō enim

sursum quidē augentur/ deorsum autē

nō: sed similiter in vtraq; & omnē in

partē aluntur/ & viuūt semper quousq;

possunt accipere alimentū. ¶ Separa-

ri autē hoc quidē ab alijs/ possibile est:

alia autē ab hoc/ impossibile/ in morta-

libus. Manifestū est autē: in vegetabili-

bus. nulla enim: inest ipsis potētia alia

animæ. Viuere igitur: propter hoc prī-

cipiū inest oibus viuētibus. ¶ Animal

autē: propter sensū primo. etenim quę

nō mouētur/ neq; mutāt locū/ habent

autē sensū: animalia dicimus/ & nō vi-

uere solū. ¶ Sēsuum autē: primo inest

omnibus/ tactus. Et sicut vegetatiuum

potest separari a tactu & oī sensu: sic et

tactus ab alijs sensibus. Vegetatiuū au

tē dicimus: huiusmodi partem animę

qua & vegetabilia participāt. Anima-

lia autē oia: videtur tāgēdi sensū habe-

re. Propter quā autē causā vtrūq; horū

accidit: posterius dicemus. nūc autē in-

tantū dictū sit solū: q̄ anima est horū

quæ dicta sunt principiū/ & his deter-

minata est/ vegetatiuo/ sensitiuo/ intel

lectiuo/ motu. ¶ Vtrū autē vnumq̄q; ho-

rum est anima an pars animæ/ & si

pars vtrū sic vt sit separabilis ratione

solum/ an & loco: de quibusdā quidē

horū non est difficile videre/ quędā au-

tem dubitationem habent. Sicut enim

in plantis quædam diuisæ videtur vi-

uere & separatæ abinuicē/ tanq̄ existē

te in his anima/ actu quidē vna in vna

quaq; plāta/ potētia autē pluribus: sic

videmus et circa alias differētias anime

sensus/ motus loco ac status/ & in-

super: motio nutrimēto accommo-

data/ & accretio decretioue. Qua- 14

propter: & vniuersæ plantæ viden

tur viuere. qppe cū videātur in se-

ipsis vim habere talem atq; princi-

piū: quo/ ad cōtraria loca tā incre-

menta q̄ decrementa suscipiūt. nō

enim sursum quidē accrescunt/ de-

orsum autem non accrescunt: sed

ad vtrāq; similiter differētiā & om-

ni ex parte semperq; nutriuntur/ &

eousq; viuunt quousq; possunt ali-

mentum accipere. ¶ Atq; hæc qui- 15

dē vis a ceteris seiungi separariq; po

test: cæteræ autem in ipsis, morta-

libus/ ab ista nequeūt separari. Qđ

quidem: in ipsis perspicitur plātis.

nulla enī prorsus in ipsis/ vt patet/

alia præter hāc: animæ potētia atq;

officiū inest. Viuere igitur: ob hoc 16

principiū viuētibus cōpetit. ¶ Ani

mal autē est: ob sensum primo. nā

& ea quæ nō cietur motu/ nec mu

tant locū/ sensū autē habēt: nō so-

lū viuere dicimus/ sed etiā anima-

lia nuncupare solemus. ¶ At vero 17

ex sensibus: tactus primo cūctis a-

nimalibus inest. Atq; vt vegetatiuū

a tactu sensuq; omni: sic a cæteris

tactus separari sensibus potest. Eā

autē partē animæ/ vegetatiuā dici-

mus esse: cuius & plātæ participes

sūt. Animalia vero cūcta: ipsā vim

habere sentiēdi tactu videtur. Atq; 18

quā ob causā istorū vtrūq; sit: post-

ea dicemus ac explanabimus. nunc

eousq; tantū dicatur: animā inquā

principiū esse eorū quæ dicta sunt/

& his esse diffinitā/ vegetatiuo/ sen-

sitiuo/ intellectiuo/ etiam motu.

¶ Quærendum autem est/ vtrū ho 19

rum vnumquodq; sit anima/ an a-

nimæ pars: & si pars vtrū hoc pa-

cto vt sit separabile ratione solum/

an etiam loco/ atque de nonnullis

quidē istorū videre discernereq; fa-

cile possumus: nonnulla autem du

bitationem habent. Nam vt plan- 20

tæ nonnullæ diuisæ seiunctæque vi

dentur viuere/ propterea quod a-

nima quæ est in istis/ actu quidem

in vnaquaque planta est vna/ po-

tentia vero plures: sic & circa alias

videmus animæ differentias fieri/

cũ inciduntur animantium ea quæ
insecta vocamus. vtraq; nanq; par-
tium: & sensum habet/ & motu lo
co cietur. Qz si sensũ habet: & ima
ginationẽ & appetitũ etiam habet.
vbi nãq; est sensus: ibi dolor etiam
existit atq; voluptas. at vbi sũt hęc:
ibi necessario cupiditas etiã inest.
21 De intellectu vero cõtemplatiuaq;
potentia / nondum quicq; est mani
festum: sed videtur hoc animæ ge-
nus esse diuersum / idq; solum per-
inde atq; perpetuũ ab eo quod oc-
22 cidit / seiungi separariq; potest. Cæ-
teras autem animæ partes / separa-
biles quidem non esse / vt quidã as-
seruerunt: ex ijs quæ diximus pa-
tet. Ratione vero differre: non ob-
scurum esse videtur. sensitiui nanq;
ratio: diuersa est a ratione princi-
pij opinandi. liquidẽ: diuersa sunt
sentire ac opinari / et vnumquodq;
23 dictorum similiter. At vero quibus
dam animãtium cunctę partes / vt
patet / insunt: quibusdam nonnul-
læ. sunt & quibus vna tantum in-
esse videtur. atq; idipsum: differen
tiam animantium facit. quam au-
tem ob causam ita fit: postea per-
scrutabimur. Eadem: & circa sen-
sus fieri sane videmus. quædam e-
nim omnes: quæda aliquos / quæ-
dam vnum duntaxat habere videã-
tur / tactum inquã ipsum / qui qui-
dem est omnium maxime necessa-
24 rius. ¶ Quoniam autem id quo
viuimus quove sentimus bifariam
dicitur / perinde atque id quo sci-
mus / & id etiã quo sani sumus atq;
valemus (quoddã enim scientiam:
quoddam animã dicimus. quippe
cum: vtroq; scire dicamus. & aliud
sanitatem: aliud partem corporis
aliquam vel totum dicimus cor-
pus. atq; horũ vtrũq; tam sciẽtia q̃
sanitas: forma quædam et species
est et ratio et tanq̃ actus suscipien-
tis. sciẽtia quidẽ / sciẽtis: sanitas au-
tẽ / sani. actus enim agẽtium: in eo
qđ patitur atq; disponitur inesse vi
detur. anima autem: id est / vt patet
quo viuimus / et quo sentimus / ac
intelligimus primo) ipsa profecto
ratio quædam erit et forma / sed
non vt materies atque subiectum.

accidere vt in entomis decisis. etenim
sensum vtraq; partium habet: & mo-
tum secundum locum. Si autem sen-
sum: & phantasiam & appetitum. vbi
enī sensus est: & tristitia & letitia est.
vbi autem hæc sunt: ex necessitate &
desyderiũ est. De intellectu autẽ & spe
culatiua potẽtia / nichil adhuc manife-
stum est: sed videtur genus aliud ani-
mæ esse / & hoc solũ posse separari si-
cut & perpetuum a corruptibili. Re-
liquæ autem partes animæ / manifestũ
ex his q̃ separabiles non sunt: sicut
quidam dicũt. Ratione autem q̃ aliæ:
manifestum est. sensitiuo enim esse et
opinatiuo: aliud. siquidem: & sentire
ab ipso opinari. similiter autem & a-
liorum quæ dicta sunt vnumquodq;.
Adhuc autem quibusdam animalium
omnia insunt hęc: quibusdã vero quę-
dam horum / alijs autem vnum solũ.
hoc autem: facit differentiam anima-
lium. propter quã autem causam sic
fit: posterius intendendũ. Similiter au
tem: & circa sensus accidit. alia enim
habẽt omnes: alia vero / quosdã. quę-
dam vero: vnum maxime necessariũ.
tactum. ¶ Quoniã autem id quo vi-
uimus & sentimus dupliciter dicitur si
cut id quo scimus (dicimus autẽ hoc
quidẽ sciẽtiã: illud autẽ animã. vtroq;
enī horũ: dicimus scire. similiter autẽ
& id quo sani sumus: aliud quidẽ sani
tas est / aliud autẽ parte quadã corpo-
ris aut etiã toto. horũ autem scientia
quidẽ & sanitas: forma est & species
quædam & ratio & vt actus suscepti-
uorum /. illa quidem scij / hęc vero sa-
ni. videtur enim in patiente & dispos-
to: actiuorum inesse actus. anima au-
tem: id est quo viuimus / & sentimus /
& mouemur / & intelligimus primo)
anima vtiq; ratio quędam erit & spe-
cies / sed non vt materia & subiectum.

Tral.ve.ex græ.recog.

Tripliciter enim dicta ſubſtantia/ ſicut diximus/quarum hæc quidem ſpecies/ illa vero materia/ alia autem ex vtriſque / harum autem materia quidem potẽtia/ſpecies autẽ actus: poſtea q̃ qđ ex vtriſq; animatum/ non eſt corpus actus animæ / ſed ipſa corporis cuiuſdam. Et propter hoc bene opinantur: quibus videtur neq; ſine corpore eſſe/ neq; corpus aliquod anima. corpus enim non eſt: corporis autem aliquid eſt. Et propter hoc in corpore ineſt/ & in corpore huiuſmodi: & nõ ſicut priores ad corpus aptabãt ipſã/ nichil vltra diffinientes in quo & quali. q̃uis non videatur quodlibet: recipere quodlibet. Sic autem fit: & ſecundum rationem. vniuſcuiuſq; enim actus: in eo quod potentia exiſtit & in propria materia aptus natura eſt fieri. Q; igitur actus quidam eſt & ratio potentiam habentis vt ſit huiuſmodi: manifeſtum ex his.

Argyropylus

Nã cũ ſubſtantia tripliciter dicatur vt diximus (quædã enĩ eſt forma/ quædã materies/quædam id qđ ex vtriſq; cõponitur. & materia quidẽ eſt/ vt patet/potentia: forma autẽ/ actus) cũ igitur vt diximus ſubſtãtia dicatur trifariã/ animãſq; id ſit qđ ex vtriſq;/ corpore inq̃ & anima cõſtat: corpus profecto nõ eſt actus animæ/ ſed ipſa corporis alicui⁹ eſt actus. Idcirco recte admodũ putãt ij: quibus anima neq; eſſe ſine corpore / neq; corpus aliqđ eſſe videt. etenĩ ipſa/ corpus quidẽ nõ eſt: eſt autẽ corporis aliqđ. Et ineſt ob hoc in corpore/ atq; in corpore tali: nõ in quouis ſine diſcrimine vllo/ quẽ admodũ veteres ad corpus ipſã ac cõmodabãt/ nihil prorſus determinãtes quodnã illud & quale ſit corpus. atq; nõ recte: vt patet. quippe cum non videatur quoduis ſine vllo diſcrimine: quodcunq; ſuſcipere. Hoc autẽ pacto: cũ ratione etiã fit ſane. actus enĩ vniuſcuiuſq;: in eo qđ eſt potẽtia & ĩ propria materia/ ſuapte natura fieri eſſeq; ſolet. Animã igitur perfectionẽ quandã eius & actũ ac rationẽ eſſe qđ potẽtiã habet vt huiuſmodi ſit / ex hiſce quæ diximus innoteſcit.

CAP. III.

Potentiarum autem animæ quæ dictæ ſunt: aliis quidem inſunt omnes / aliis vero quædã harum / quibuſdam vero vna ſola. Potentias autem diximus: vegetatiuum/ ſenſitiuum / appetitiuum / motiuum ſecũdũ locum / intellectiuum. Ineſt autẽ plãtis : vegetatiuum ſolum. aliis autem: & hoc/ & ſenſitiuum. ſi autem ſenſitiuum: & appetitiuũ. appetitus enim/ deſyderiũ eſt: & ira/ & voluntas. Animalia autem omnia: habẽt vnum ſenſuum/tactum. cui autem ſenſus ineſt: huic & lętitia & triſtitia / & delectabile & triſte. quibus autem hæc: & cõcupiſcentia. ipſius enim delectabilis appetitus: hæc. Adhuc autem: alimenti ſenſũ habẽt. tactus enĩ: alimẽti ſenſus.

CAP. III.

Animantiũ autẽ: quibuſdã omnes inſunt potentiæ dictæ/ quibuſdã nõnullæ ſunt/ & quibuſdã vna tantũ ineſſe videtur. Atq; potentias animæ diximus has: nutritiuũ/ ſenſitiuum / appetitiuum / loco motiuum/ atq; intellectiuum. Et plantis quidẽ nutritiuum eſt duntaxat: aliis autẽ & idipſum / & ſenſitiuũ. q; ſi ſenſitiuum ineſt: & appetitiuum etiam ineſt. nam appetitus/ cupiditas eſt: & ira/ atq; voluntas. Animalia vero cuncta: vnũ ex ſensibus habent / tactum inquã ipſum. atq; cui ſenſus ineſt: ei voluptas etiam & dolor ineſt / & perceptio iocundi atq; moleſti. quibus autem hæc inſunt: ea cupiditatem etiam habent. hæc eſt enim: appetitio eius quod afficit voluptate. Alimenti præterea ſenſum habent. tactus enim: ſenſus eſt alimenti.

Argyropylus

Nã ſiccis & humidis / & calidis atq; frigidis: aluntur viuentia cũcta. horũ aũte vt patet / ſenſus: eſt tactus. * cæteris vero ſenſibilibus: per accidens nutriuntur. nihil enim conducit ad alimẽtũ: ſonus vel color aut odor. Sapor autem: vnũ quid eſt eorum quę tactu percipiũtur. At vero fames ſitisve: cupiditas eſt. ſicci quidem & calidi / fames: frigidi vero & humidi / ſitis. at ſapor: horum quaſi quoddã eſt condimentũ. Verum hæc declarãda poſterius ſunt: nunc eouſq; ſit dictũ / animantium inquam hiſce quæ tactũ habent & appetitum ineſſe. De imaginatione vero nõ patet: ſed de hoc poſtea cõſideremus oportet. Nõnullis inſuper & loco motiuũ etiam ineſt: & alijs ratiocinatiuũ ac intellectus / vt hominibus / & ſi quid ſit aliud tale vel etiã præſtabilius. ¶ Perſpicuũ igitur eſt: vnã animę rationem eſſe perinde atq; figuræ. neq; enĩ ibi figura vlla præter triagulũ eſt & eas quæ deinceps ſunt collocatæ: neq; hic anima vlla præter eas quas diximus. At vt in figuris vna communis ratio fieri poteſt / quæ cunctis quidẽ figuris accõmodabitur / nullius autẽ erit figuræ propria ratio: ſic & ĩ animabus dictis fieri poteſt. Quapropter ridiculũ eſt: & in his & in cęteris rebus cõmunẽ quęrere rationẽ / quæ quidẽ nullius eorũ quæ ſunt erit propria ratio / nec in propria cuiq; accommodabitur et indiuidua ſpecie / rationem eam omittentes diffinitionem ve quæ cuilibet hoc pacto competere accommodariq; poteſt. At vero quemadmodum in figuris: ſic & in anima fit. nã tam in figuris q̃ in animãtibus: in eo quod deinceps eſt collocatũ / id ineſt potentia quod illo eſt prius. ĩ quadrato nãq; triãgulus: & in ſenſitiuo vegetatiuũ ineſt / vt patet. Quapropter in ſingulis quærẽdũ eſt: quænã ſit cuiuſq; anima. vt quænã ſit anima plãtę / quæ beſtię / quæ deniq; hominis. Quã autẽ ob cauſã deinceps ſic ſeſe habẽt: conſiderare oportet. Sẽſitiuũ nanq; / ſine vegetatiuo nõ eſt: at a ſenſitiuo / vegetatiuũ in plãtis ſeiũgitur. Rurſus

Tral.ve.ex græ.recog.

Siccis enim & humidis / & calidis & frigidis: aluntur oĩa viuẽtia. horũ autem ſenſus: tactus. ſed aliorũ ſenſibiliũ: ſecũdũ accidẽs. nichil enĩ ad alimẽtũ cõfert ſonus: neq; color / neq; odor. Sapor aũt: vnũ qđdã eſt tãgibiliũ. Eſuries aute & ſitis: cõcupiſcẽtia. & eſuries quidẽ: calidi & ſicci. ſitis autẽ: frigidi & humidi. ſapor vero: vt delectamentum horum eſt. Certificandum autem de his poſterius eſt: nunc autem intantũ dictum ſit / q̃ animalibus habentibus tactum & appetitus inſit. De phantaſia autem / immanifeſtum: poſterius autẽ intẽdendum eſt. Quibuſdam autẽ ad hęc ineſt & ſecũdũ locũ motiuũ: alijs autẽ cogitatiuũ & intellectus / vt hominibus / & ſi quid aliud huiuſmodi eſt / aut etiam honorabilius. ¶ Manifeſtũ igitur eſt: q̃ eodẽ modo vna vtiq; erit ratio animæ & figuræ. neq; enim ibi figura eſt præter triangulũ & eas quæ conſequẽter ſunt: neq; hic anima præter dictas eſt. Fiet autẽ vtiq; & in figuris ratio cõmunis: quæ conueniet quidẽ omnibus / propria autẽ nullius erit figuræ. ſimiliter autem: & in diectis animabus. Vnde ridiculũ eſt: quęrere cõmunẽ rationẽ & in his & ĩ alijs / quę nullius erit eorũ quę ſũt propria ratio / neq; ſecũdũ propriã & indiuiduã ſpeciẽ / dimittẽtes eã quę huiuſmodi. Similiter autẽ ſe habẽt ei qđ de figuris: & quę circa animã ſũt. ſẽper enĩ in eo qđ eſt cõſequẽter: eſt potẽtia qđ prius eſt / & in figuris & in animatis. vt in tetragono quidẽ / trigonũ eſt: in ſenſitiuo autẽ / vegetatiuũ. Quare ſecũdum vnũ quodq; quęrendũ: quænam ſit vniuſcuiuſq; anima. vt quę plãtę / & q̃ hois / aut beſtiæ. Propter quã autẽ cauſã cõſequẽter ſic ſe habẽt: cõſiderãdũ eſt. Sine enĩ vegetatiuo / ſẽſitiuũ nõ eſt: a ſẽſitiuo autẽ / ſeparať vegetatiuũ ĩ plãtis. Iterũ

Tral.ve.ex græ.recog.

autem ſine tactiuo quidem: aliorum ſenſuum nullus eſt. tactus autē: ſine aliis eſt. multa enī animaliū: neq; viſū/ neq; auditū habēt/ neq; odoris ſenſū. Et ſenſitiuorū autē: alia quidē habēt ſecūdū locū motiuū/ alia vero non habēt. deniq; autē: & poſtremū/ ratiocinationē & intelligentiā. quibus enī ineſt ratiocinatio/ corruptibiliū: his & reliqua omnia. quibus autem illorū vnūquodq; : nō omnibus ratiocinatio. ſed quibuſdam quidem/ neq; imaginatio: alia autem/ hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autem intellectu: alia ratio eſt. Q; igitur quæ de horum vnoquoq; ratio/ hæc propriſſima & de anima: manifeſtum eſt. CAP. IIII.

NEceſſarium autē eſt eū qui de his perſcrutationem facturus eſt/ accipere vnūquodq; eorū quid eſt: poſtea ſic de attinentibus inueſtigare. Si autem oportet dicere quid vnūquodq; ipſorū/ vt quid intellectiuū/ aut ſenſitiuū/ aut vegetatiuū: prius adhuc dicendū quid ſit intelligere/ & quid ſentire. priores enim potētijs/ actus & operationes: ſecundū rationē ſunt. ¶ Si autē ſic/ his autē adhuc priora obiecta oportet cōſideraſſe: de illis primum vtiq; oportebit determinare/ propter eandē cauſā/ vt de alimēto/ & ſenſibili/ & intelligibili. ¶ Quare: primū de alimento & generatione dicendū eſt. Vegetatiua enī anima: & alijs ineſt/ & prima & maxime communis potētia eſt animæ/ ſecūdū quam ineſt ipſū viuere ōnibus. Cuius ſūt opera: generare/ & alimēto vti. naturaliſſimū enī operū quę in viuētibus q̄cunq; pfecta & nō mutilata ſūt aut generationē ſpōtaneā habēt: eſt facere aliud quale ipſū/ animal quidē animal/ plātā autē

Argyropylus

ſine tactu: nullus cæterorum ſenſuū eſt. at ipſe tactus: ſine cęteris eſt. cō plura nanq; ſunt animalium: quæ neq; viſum/ neq; auditum/ neque ſenſum habent odoris. Et eorum 32
rurſus quæ ſentiunt: quædam habent loco motiuum/ quædam non habent. extrema autem atq; minima: rationem habent & mentem. quibus enim mortaliū ineſt ratio: his ſunt cōtinuo & cætera cuncta. at quibus vnumquodq; illorum ineſt: hiſce non omnibus ineſt et ratio. ſed quædam/ imaginatione vacant: quædam/ hac ſola viuunt. De intellectu vero contemplatiuo: alia ratio eſt. Quæ cum ita ſint: patet horum cuiuſq; rationē/ animę maxime propriam rationem eſſe.

CAP. IIII.

NEceſſe eſt autē eū qui 33
de hiſce conſideratiōnē facturus eſt/ quidnam ſit vnumquodq; ipſorum accipere: deniq; quærere perſcrutariq; de hiſce quæ ſequuntur ac comitantur. Q; ſi dicere oporteat quid vnumquodq; ipſorum ſit/ vt quid ſit intellectiuū/ vel ſenſitiuū/ vel nutritiuū: antea dicendum eſt quidnam ſit intelligere/ quid ſentire. nam operationes actioneſve: potentijs viribuſq; priores ſūt ratione. ¶ Q; ſi ita ſit/ atq; prius etiam obiecta q̄ iſta contemplari oporteat: primum profecto de illis propter eandem cauſam/ vt de alimento/ de ſenſibili/ de intelligibili/ determinare oportet. ¶ Quare: de alimento generationeve/ primo dicendū eſſe videtur. Nutritiua nanq; anima: & cæteris ineſt/ & prima eſt & maxime communis animæ vis & potentia qua cuncta viuentia viuūt. Cuius ſunt operationes officiave: generare/ nutrimentoq; vti. hæc enim operatio maxime omnium operationum viuentibus eſt naturalis/ viuentibus inquā hiſce quæ ſunt perfecta non membris capta/ quæq; non ſine ſemine oriuntur: vnumquodq; inquam aliud ſibi ſimile procreare/ animal quidem animal/ plantam autem

Argyropylus

plãtã/vt ſint ſemper hoc pacto/ cõ
ditionẽq; ſubeant quoad poſſunt di
uinã. id enim ipſum appetũt vni=
uerſa : gratiaq; ipſius omnia agũt
quæcunq; ſecundũ naturam agũt.
35 Duplex eſt autem id cauſa cuius cę
tera fiunt: atque vnum eſt quo/ al=
terũ cui. Cum igitur ſemper eſſe/ cõ
ditionẽq; diuinam ſubire continu=
atione nequeant animantia/ quia fi
eri nequit vt caducorũ atq; morta=
liũ quicq̃ idem ynũq; numero ſem=
per permaneat: vt vnũquodq; po=
teſt/ ſic æternitatis cõditioniſq; di=
uinæ particeps eſt/ aliud quidẽ ma
gis/ aliud autẽ minus/ permanetq;
non ipſum/ſed tale quale eſt ipſũ/
numero quidẽ non vnũ/ ſpecie au=
36 tẽ vnũ. ¶ Eſt autẽ anima: corporis
cauſa principiũq; viuentis. Atqui cũ
multifariã hæc dicantur: anima pa
ri modo tribus determinatis modis
cauſa eſt. Nam: eſt ea cauſa a qua
profluit motus, eſt etiam: gratia cu
ius cætera fiũt, et inſuper: vt forma
corporum animatorũ ſubſtantiaye.
37 Atq; cauſam vt ſubſtantiã animan=
tiũ eſſe: non eſt obſcurũ. cauſã nãq;
cũctis vt ſint/ formã ipſã atq; ſub=
ſtantiã eſſe: patet. At viuere/ viuen
tiũ eſt eſſe: cuius ſane cauſa eſt/ vt
cõſtat/ atq; principiũ anima. Pre=
terea actus eius quod eſt potentia:
ratio eſt eiuſdẽ. at anima: viuentis
eſt corporis actus. Patet etiã: animã
eſſe cauſam vt id gratia cuius cæte=
ra fiunt. nã: vt mens / ſic & natu=
ra alicuius gratia facit/ quod quidẽ
ipſius eſt finis. atq; tale eſt in ipſis
viuẽtibus: anima/ & ſecundũ natu=
rã. vniuerſa nãq; naturalia corpora
tã animaliũ q̃ etiã plantarũ: ipſius
animæ ſunt inſtrumẽta. Quo fit:
vt ipſa ſint animæ ſine cõtrouerſia/
gratia. Duplex eſt autẽ id/ vti dixi=
mus/ cauſa cuius cætera fiunt: atq;
vnũ eſt quo/ alterũ cui. At vero cõ=
ſtat: animã id etiã eſſe/ vnde primũ
motus ad locũ accõmodatus emer
git. verũ hęc vis: nõ vniuerſis ineſt
viuẽtibus. Fit etiã per animã: & al=
teratio & accretio, ſenſus enĩ/ altera
tio quędã eſſe videtur: ſentitq; nihil
quod nõ habeat animã. Eadẽ eſt &
de accretione decretioneve: ratio,

Tral.ve.ex græ.recog.

plantam. vt ipſo ſemper & diuino par=
ticipent: ſecundum q̃ poſſunt. omnia
enim/ illud appetunt: & illius cauſa a=
gunt omnia quæcunq; agunt ſecundũ
naturam. Ipſum autem cuius cauſa
duplex eſt: hoc quidẽ cuius/ illud ve=
ro quo. Quoniã igitur communicare
non poſſunt ipſo ſemper & diuino cõ=
tinuatione/ propterea q̃ nichil contin
git corruptibilium idem & vnũ nume=
ro permanere: ſecundũ q̃ poteſt parti=
cipare vnumquodq; ſic cõmunicat/ hoc
quidẽ magis illud vero minus/ & per=
manet non ipſum ſed quale ipſum/ nu=
mero quidem non vnum ſpecie autem
vnum. ¶ Eſt autem anima: viuentis
corporis cauſa & principiũ. Hæc autẽ
multipliciter dicũtur: attamẽ anima ſe=
cundũ determinatos modos tres/ cau=
ſa dicitur. etenĩ anima: cauſa eſt vnde
motus/ & cuius cauſa/ & vt eſſentia a=
nimatorum corporum. Q̃ igitur ſit vt
eſſentia: manifeſtum eſt. cauſa enim
ipſius eſſe oĩbus: eſſentia eſt. ipſũ au=
tẽ viuere: viuentibus eſſe eſt. cauſa autẽ
& pricipiũ horũ: anima. Amplius au
tẽ: actus eius q̃d potentia eſt/ ratio eſt.
Manifeſtũ autẽ eſt: q̃ & cuius gratia
cauſa/ anima. vt enĩ intellectus gratia
alicuius facit: eodẽ modo & natura. &
hoc: eſt ipſius finis. huiuſmodi autẽ: in
animalibus: anima/ & ſecũdũ naturã.
oĩa enĩ phyſica corpora: animę inſtru=
mẽta ſũt/ ſicut animaliũ ſic & plãtarũ/
tanq̃ gratia animæ exiſtẽtia. Duplici=
ter autẽ dicitur/ ipſũ cuius gratia: et cu
ius/ & quo. At vero & vnde primum
quí ſecũdum locum motus: anima eſt.
nõ oĩbus autẽ viuẽtibus ineſt: potentia
hæc. Eſt autẽ & alteratio & augmen
tũ: per animã. ſenſus enĩm: quædã alte
ratio eſſe videtur. nichil autem ſentit:
q̃d nõ habeat animã. Similiter autẽ:
& de augmẽto & decremẽto ſe habet.

Cap. 4

Tral.ve.ex græ.recog.

nichil enim decremẽtum patitur/neq; augmentatur physice: nisi alatur. alitur autem nichil: quod non communicet vita. ¶Empedocles autem non bene dixit hoc/ addens: augmentum accidere plantis/ deorsum quidem radicatorum propterea quod terra sic fertur secundum naturam/ sursum autem propterea q; ignis similiter. Neq; enim sursum & deorsũ: bene accipit. non enim idẽ sursum & deorsũ: omnibus & vniuerso. sed vt caput animalium sic radices plantarũ sunt: si cõgruit instrumẽta dicere diuersa & eadẽ operibus. Ad hæc autẽ: quid est quod continet quæ in contraria feruntur/ ignem & terram? distrahentur enim: nisi aliquid erit prohibens. Si vero erit: hoc est anima/ & causa augendi & alendi. Videtur autem quibusdam ignis natura: simpliciter causa augmẽtationis & alitionis esse. etenim ipse videtur solus corporum aut elementorum: ali & augmentari. Vnde & in plantis & in animalibus putabit vtiq; quis: hunc esse id quod operatur. Hic autem concausa quidem quodammodo est: nõ tamen simpliciter causa/ sed magis anima. ignis enim augmentum: in infinitum abit/ quousq; fuerit combustibile. natura autem constantium omnium: terminus est & ratio magnitudinis & augmenti. hæc autem animæ sunt/ sed non ignis: & rationis magis/ q̃ materiæ. ¶Quoniam autẽ eadem potentia animæ est vegetatiua & generatiua: de alimẽto necessarium est determinare primum. separatur enim ab alijs potentijs: opere hoc. Videtur autem esse alimentum contrarium: contrario. non omne autẽ omni: sed quæcunq; contrariorum non solum generationem habẽt ex inuicem/ sed & augmentũ. fiunt enim multa ex inuicem:

Argyropylus

nihil enĩ incremẽta naturaliter decremẽta ve suscipit/ quod non nutriatur: & nihil prorsus nutritur/ qđ nõ vitę particeps sit. ¶Atq; hac in parte sentẽtia Empedoclis est posthabẽda: qui quidẽ hoc nõ recte dixit ac addidit/ ideo incremẽta plãtas suscipere tũ in radicibus infra/ tũ in ramis etiam supra/ quia terra deorsum suapte natura/ & ignis sursum idẽtidẽ pergit. Primũ nanq;: non recte accipit in plantis differẽtias dictas/ infra inquam ac supra. non enim eadem sunt omnium rerũ & vniuersi: supra & infra. sed quã habet rationẽ in animalibus caput/ eã subeũt in plãtis radices: si instrumẽta diuersa vel eadẽ/ operationibus officijsve dicere assererecq; oportet. Deĩde qd est quod cõtinet terrã ignemve: quę quidẽ in cõtraria loca ferũtur? distrahẽtur enĩ profecto: nisi aliqd sit quod ipsa prohibeat atq; detineat. Qz si sit aliquid: id est pfecto anima ipsa. quo fit vt ipsa sit augendi causa nutriendive: non elementa/ quẽadmodum ille putabat. Sunt autẽ quibus ipsius ignis natura: causa simpliciter nutritiõis & accretionis esse videt. ipse nanq; solus omniũ corporũ aut elemẽtorum: nutriri ac augeri videtur. Qua propter & in plantis & in animalibus putabit quispiã ignẽ id ipsum esse quod operatur: verũ nõ ita est. sed cũ cõmitetur causã: est ob idipsum quodamodo/ non simpliciter causa/ sed talis est potiꝰ anima. Na ignis quidẽ accretio in infinitũ progreditur: & eo vsq; fit/ quousq; sit cõbustibile. at eorũ omniũ quę natura cõstant: est finis tam magnitudinis q̃ accretionis & ratio. hęc aũt animę sũt/ nõ ignis: & rationis/ potius q̃ materiæ. ¶Cũ aute eadẽ vis 42
animę sit & nutriendi & generãdi: primũ de alimẽto determinare necesse est. hęc enim a cęteris potentijs hoc opere atq; munere seiungitur. Videtur it aq; cõtrariũ: esse cõtrario 43
nutrimentũ. at non cuilibet/ quod uis: sed id ei quorũ alterũ ex altero nõ solũ mutuo generatur/ sed incremẽta etiã suscipit. cõplura nanq; cõtrariorũ fiunt quidẽ ex sese mutuo:

Argyropylus

ſed nō a ſuis oīa cōtrarijs incremē-
ta ſuſcipiunt/ vt ex ægrotante fit ſa
nū. At vero nec illā modo eodem ſi
bi mutuo nutrimētū eſſe videntur:
ſed aqua quidē alimetum eſt igni/
ignis autē nō nutrit aquā. At ſim-
plicibus corporibus: horū alterū a-
limenti/ alterū eius quod nutritur/
44 maxime ſubire rationē videtur. Ve-
rū enim is locus: dubitationē habe
re videtur. Sunt enim qui dicūt: ſi-
mile ſimili nutriri / quēadmodū &
accreſcere. Q uibuſdā autē (vti di-
ximus) nō hæc ſentētia ſed cōtraria
placet: cenſentq; non ſimile ſimili/
ſed cōtrario cōtrariū ali. etenim fie-
ri nequit/ vt inquiunt: vt a ſimili ſi
mile patiatur. alimentū autē: mu-
tatur atq; digeritur. mutationemq;
rerū omnium: in oppoſitum vel in
45 medium eſſe/ conſtat. Præterea nu
trimentū quidē: aliquid patitur ab
eo quod alitur. hoc autē: ab alimē
to nō patitur quicq̄. quēadmodum
nec a materia faber; ſed materies/
vt patet a fabro/ qui quidē ex ocio
mutatur tantū ad operandū. Atenī
intereſt plane: ſi nutrimentū ſit id-
quod vltimo tande adiungitur atq;
additur/ an nō hoc ſed id quod pri-
mum ingreditur. Q z ſi vtroq; quidē
eſt alimentū / alterū tamē eſt dige-
ſtū / alterū indigeſtū: vtroq; profe-
cto modo/ & cōtrario cōtrariū/ & ſi-
mile ſimili dicere licet nutriri. Nā ſicet
vt indigeſtū ſumatur: cōtrariū cō-
trario alitur. ſin vt digeſtū: ſimile
ſimili nimirum hoc pacto nutritur.
Q uare patet: illos vtroq; partim
recte/ partim non recte dicere atq;
46 ſentire. ¶ Cū autem nihil nutriatur
quin habeat vitā: animatū id erit
profecto corpus quod alitur/ ea ſa-
ne ratione qua eſt animatū. ¶ Qua
re & nutrimentū: ad animatū per
ſe refertur/ & nō per accidēs. ¶ At
47 qui diuerſa eſt alimēti ratio: vt nu
trit/ & auget. Nā vt ipſū alimētū
quantū eſt quidda / auget: vt eſt
hoc aliquid & ſubſtantia/ nutrit. cō
ſeruat enim ſubſtātiā. et eſt eouſq;
profecto: quouſq; nutritur. Efficit
præterea generationē ac ortū: nō
eius quod alitur / ſed talis quale eſt
id quod nutritur. iam enim eſt ipſa

Tral.ve.ex græ.recog.

ſed non omnia. vt ſanum ex laboran-
te. Videntur autem neque illa eodem
modo adinuicem eſſe alimentum: ſed
aqua quidem igni alimetum eſt/ ignis
autem non alit aquam. In ſimplici-
bus igitur corporibus: hæc eſſe viden-
tur maxime/ aliud quidem alimentū/
aliud vero quod alitur. Dubitationem
autem habet. Dicūt enim hi quidem:
ſimile ſimili ali / ſicut & augeri. Alijs
autem (ſicut diximus) econtrario vi-
detur: contrarium inquam contrario/
tanq̄ impaſſibile ſit ſimile a ſimili / a-
limentum autem mutari & concoqui.
mutatio autem: omnibus/ in contrari-
um aut in medium. Adhuc autem a-
limentum patitur aliquid ab eo qđ ali-
tur: ſed nō hoc/ ab alimēto. ſicut neq;
ſtructor a materia: ſed ab illo / hæc.
ſtructor autem: mutatur ſolū in actū
ex ocio. Vtrum autem ſit alimentum
id quod vltimo aduenit / an id quod
primo: habet differentiam. Si vero v-
traq; / ſed hoc quidem non coctum /
illud autem coctum: vtroq; vtiq; mo-
do contingit alimentū dicere. Inquā-
tum enim non coctum: contrariū cō-
trario alitur. inquantum autem coctū:
ſimile ſimili. Quare manifeſtum eſt: q̄
dicunt quodammodo vtrique & recte
& non recte. ¶ Quoniam autem ni-
chil alitur non participans vita: ani-
matum vtiq; erit corpus quod alitur/
inquantū animatum. ¶ Quare & ali-
mentum: ad animatum eſt / & non ſe-
cundū accidens. ¶ Eſt autē eſſe / aliud:
alimento & augmentatiuo. ſecūdum
enim quod quantum quoddam eſt /
augmentatiuum eſt: ſecundum autem
q̄ hoc aliquid & ſubſtātia / alimentū.
ſaluat enim ſubſtantiam. & eouſque
eſt: quouſq; alitur. Et generationis au-
te factiuū eſt: nō eius quod alitur / ſed
talis quale id qđ alitur. iā enī eſt ipſa

Tral.ve.ex græ.recog.

substantia: generat autē nichil ipsum seipsum/ sed saluat. Quare huiusmodi animæ principium: potentia est talis/vt saluet suscipiens ipsam/ secūdum q̄ est huiusmodi. Alimentum autem: præparat ad operandū. vnde priuatū alimento: non potest esse. Quoniā autem sunt tria/quod alitur/ & quo alitur/ & alens: alens quidē est prima anima/ quod vero alitur est habens hāc corpus/ quo vero alitur alimentum. ¶Quoniam autē a fine appellare omnia iustum est/ finis autem est generasse quale ipsū: erit vtiq̄ prima anima/ generatiuū talis quale ipsū est. ¶Est autem id quo alitur/ duplex: sicut & quo gubernatur/& manus & temo. hoc q̄dē mouet & mouetur: illud autē mouet solū. Omne autē alimētū: necessarium est posse concoqui. operatur autē concoctionē: calidū. Vnde omne animatum: habet calorem. Figura igitur alimētum quid sit/dictum est: certificandum autē est posterius de ipso in propriis sermonibus. CAP.V.

Determinatis autē his: dicamus cōmuniter de omni sensu. Sēsus autē: in eo q̄d est moueri aliquid & pati accidit/ sicut dictū est. videtur enī q̄dā alteratio esse. ¶Aiūt autē quidā: & simile a simili pati. hoc autem quomodo possibile sit aut impossibile: dictū est in vniuersalibus sermonibus de ipso agere & pati. ¶Habet autē dubitationē: propter quid sensuū ipsorū nō fit sensus/ & quare sine ijs quæ sunt extra non faciunt sensum/ inexistente igne & terra & alijs elementis/ quorum est sensus per se aut secundum ea q̄ accidūt his. Manifestum igitur est: quod sensitiuum non est actu/ sed potentia tantum. Vnde non sentiunt:

Argyropylus

substātia: & nihil seipsum generat/ sed conseruat. Quare tale quidem animę principiū: vis est talis/vt id conseruet quod ipsam habet/ea nimirū ratione qua ipsam habet. Alimentū autem: ad operandum præparare videtur. Quapropter: alimento priuatum esse non potest. At vero cū hoc in officio tria sint hæc necessarioq̄ cōcurrāt/id inq̄ qđ nutrit/ & quo nutritur/ & qđ nutrit: id qdē qđ nutrit est ipsa anima prima/ id autē qđ nutritur corpus est qđ ipsā animam habet/ at id quo nutritur ipsum est alimentum. ¶Atq̄ cum sit par vniuersas a fine res appellare/ finisq̄ huius animæ sit generatio talis quale est id quod ipsam habet: erit anima prima profecto principiū generādi tale quale est id quod hāc ipsā animā habet. ¶Id autē quo nutrit anima/ duplex est: quēadmodū & id quo gubernator gubernat/ manus inquā & clauus. atq̄ aliud mouet atq̄ mouetur: aliud mouet tantū. Necesse est autē: omne nutrimentū naturæ sit talis/ quæ digeri possit. at digestionē efficit calor. Quapropter ōne animās: habet calorē. Quid igitur sit alimētum ipsum/ vniuersaliter diximus: postea vero de ipsis exactius perscrutabimur. CAP.V.

Determinatis autē his: primū de omni sensu comuniter/ deinde de vnoquoque dicamus. Fit itaq̄ sensus: cum mouetur atq̄ patitur aliquid/ vti diximus. nam ipse sensus: alteratio quædā esse videtur. ¶Inquiunt autē quidam: & a simili simile pati. quod quidē quonā pacto fieri potest aut nō potest: in vniuersalibus de actione sermonibus pallioneve diximus. ¶Habet autem is locus dubitationem/ ambigetq̄ nō iniuria quispia: cur & sensuū ipsorū sensus non fit/ & cur sine ijs que sunt extra non efficiunt sensum/ cū insit & ignis & terra cæteraq̄ elemēta quorum est per se sensus vel per ea quæ ipsis accidunt. At enim patet sentitiuum: nō esse actu/ sed potētia tātū. Quapropter nō sentit:

quemadmodū cōbustibile non vri-
tur ipsū per se sine eo quod ipsum
vrere potest. vreret enim seipsū : &
nō indigeret eius/q actu est/ ignis.
53 ¶At vero quoniā sentire bifariā di
cere cōsueuimus (nā & id qđ poten
tia videt & audit: videre audireq; di
cimus/ &si forte dormiat. & id idē-
tidem qđ iā operatur) dupliciter &
ipse sensus profecto dicetur/qdā vt
potētia/quidā vt actu. Similiter &
ipsum sentire: & quod est potētia/
54 & quod est actu. Primū igitur id sci
re oportet: nos inquā quali sint ea-
de pati moueri ac operari / ita nūc
his vti ac dicere. motus enim: est
quidā actus/ imperfectus tamē/ vt
in alijs diximus. Ea vero cūcta que
patiūtur atq; mouentur: ab actiuo
& eo quod est actu patiuntur atque
mouentur. ¶Idcirco fit: vt tū a si-
mili sibi/ tum a dissimili res omnis
patiatur/ vt diximus. patitur enim:
ea que est dissimilis. at cū est passa:
55 tū similis est / vt patet. ¶Deinde
distinguēdum est: de potentia atq;
actu. nunc enī: de his ipsis simpli-
citer dicimus. Nam est hoc pacto
quippiam sciens: vt si dicamus ho
minē esse scientē/ quia homo est ta
lis suapte natura vt sit sciens atq;
scientiam habeat. Est etiā hoc pa-
cto quippiam sciens: vt hominem
eum iam dicimus esse sciētem/ qui
Grāmaticam habet. Atq; horum vter
terq; nō eodē modo potest/ poten-
tiaq; subijcitur : sed alter quide ex
eo quia genus ipsum est tale mate-
riesve/ alter vero propterea q; cum
voluerit cōtēplari/ potest idipsū fa-
cere / nisi quid externū forte prohi-
56 beat impedimentoq; fiat. At præter
ipsos: est isce qui iā contēplatur/ &
est actu proprieq; sciēs hoc A. Am
bo igitur illi primi: potētia qdē sūt
sciētes/ vt diximus. verū vnus: in-
diget alteratione per disciplinā quā
quidem nonunq; etiā ex habitu co-
trario dispositioneq; mutatur. alter:
habet quidē sensū aut Grāmaticā/
sed indiget operationis vt ex ocio
tandē operationisq; vacuitate agat
ac operetur. atq; hic modus poten-
tiæ: diuersus est/ vt patet/ ab antea
57 dicto. At vero neq; ipsum pati sim-

sicut cōbustibile non cōburitur ipsum
per se sine cōbustiuo. combureret enī
seipsum: & nichil indigeret ignis actu
existentis. ¶Quoniam autem sentire
dicimus dupliciter (potentia enim &
audiens & vidēs: audire & videre dici-
mus/ &si forte fuerit dormiens. & qđ
iam est operans) dupliciter vtiq; dice-
tur & sensus. hic quidem/ vt potentia:
ille vero/ vt actu. Similiter autem &
ipsum sentire: & quod potentia exi-
stit/ & quod actu. Primū igitur tan-
quam sit idem pati & moueri & a-
gere: dicimus. eteni motus: est actus
quidam/ imperfectus tamē/ quemad-
modum in alijs dictum est. omnia
autem: patiuntur & mouentur ab a-
ctiuo & actu existente. ¶Quapro-
pter: est quidem vt a simili patiātur
est autem vt a dissimili/ sicut diximus.
patitur enim: quod dissimile est. pas-
sum autem: simile est. ¶Diuidendū
autem est: & de potentia & actu.
nunc enim: simpliciter dicimus de ip-
sis. Est enim sic sciens aliquid: sicut
si dicamus hominem scientem/ quo-
niam homo scientium est & habenti-
um scientiam. Est autem: sicut iam di-
cimus scientem/ habentem Grāmati-
cam. Vterq; autem horum/ nō eodē
modo potēs est: sed ille quidē quia ge-
nus huiusmodi & materia est/ hic aūt
quia volēs potēs est speculari/ nisi ali-
qđ prohibeat eorū q extrinsecus. Ali-
us autē: iā speculatur/ actu existens &
proprie sciēs hanc literā A. Ambo igi
tur primi: secundum potentiam sci-
entes sunt. sed ille quidem per disci-
plinam alteratus & sæpe ex contra-
rio mutatus habitu / hic autem ex
eo quod habet sensum aut Gram-
maticam non agit autem: ad agen-
dum/ alio modo. Non est autem sim-
plex: neq; ipsum pati. sed aliud qui-

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

Argyropylus

dē corruptio quædā a cōtrario: aliud autē salus magis eius quod est potentia ab eo quod est actu/ & simili sic vt potētia se habet ad actū. Speculās enim fit: habēs sciētiā. quod quidē: aut non est alterari (in ipsum enim additio est: & in actu) aut alterū genus alterationis est. Vnde nō bene habet/ dicere sapientē cum sapit alterari: sicut nec ædificatorē cum ædificat. In actū igitur ducens ex potētia existēte secūdum ipsū intelligere & sapere: non doctrinam/ sed alteram habere denominationem iustum est. Ex potentia autem existente addiscens & accipiens scientiam ab actu existente & docente: aut neq; pati dicendum/ sicut dictum est/ aut duos esse modos alterationis/ & eā quæ ad priuatiuas dispositiones mutationē/ & eā quæ ad habitus & naturam. Sensitiui autē prima quidē mutatio: fit a generāte. cū autē generatum est: habet iā sicut scientiā/ & ipsum sentire. quod autē secundū actū est: similiter dicitur atq; speculari. Differt autē: quia huiusmodi actiua operationis extra sunt/ visibile & audibile. similiter autē: & reliqua sensibiliū. Causa autē: quoniā singulariū quidē/ secūdū actū sensus: sciētia autē/ vniuersaliū. hæc autē: ī ipsa quodāmodo sunt anima. ¶ Vnde intelligere in ipso est/ cū vult: sentire autē nō est in ipso. necessarium est enī: esse sensibile. Similiter autē & hoc se habet in sciētijs sensibiliū/ & propter eandē causā: qa sensibilia singulariū sūt & exteriorū. Sed de his quidē certificare: fiet et rursum tēpus. nūc autē tātū sit diffinitū: q; cū nō simplex sit id qđ potētia dicitur/ sed aliud quidē vt si dicamus puerū posse militare/ aliud autem vt in ætate existentē: sic habet sensitiuū. Quoniā autē inominata est ipsorū dif-

plex esse videtur: sed aliud est a cōtrario corruptio quædā/ aliud est salus potius eius quod est potētia ab eo quod est actu/ simileq; perinde atq; potētia sese habet ad actū. Fit enim contēplans: quod scientiā habet. quod quidem: aut nō est alterari (in ipsum enī fit incrementū: & in actū pfectionēve) aut aliud alterationis est genus. Q uocirca nō re 58
cte se habet/ dicere ipsum sciens cū scit alterari; sicut nec ædificatorē cū ædificat. Q uod igitur in actu ducēt/ ex eo quod est intelligēs potentia atq; sciens: id non doctrinā appellare oportet/ sed aliud nomē est æquū habere. At qđ ex eo quod est potentia discit accipitq; scientiā ab eo quod est actu sciens atq; ab ipso docente: id aut nō est dicendū pati ac alterari/ aut duos alterationis esse modos fateamur oportet/ eā inquā mutationē quæ ad priuatiuas est dispositiones/ & eam que est ad habitus atq; naturā. Hęc cū ita sint: 59
prima quidē mutatio sēsitiui/ ab eo qđ generat fit. cū autē ortū ac generatū est: habet iā sensū perinde atq; sciētiā. et sentire actu: simile est ac cōtēplari. Differentia tamē est. nā ea quæ actu sensum efficiūt: extra sunt/ ipsum inq; visibile & audibile & sensibilium cætera. Cuius causa: 60
hæc est. actu nanq; sensus/ singulariū est: sciētia vero/ vniuersaliū est. hæc autē: in ipsa anima quodāmodo sunt. ¶ Quapropter intelligere quidē cū quispiā voluerit/ in ipso est situ: sentire autē/ nō collocatur in ipso. necesse est enim: sensibile ipsum adesse. Pari modo res sese habet et in scientijs sensibiliū/ et ob eandē vtiq; causam: quia sensibilia/ singularia sunt et extra/ sicuti diximus. Sed vt de his exactius dilucidiusve dicamus: dabitur nobis rursus occasio. nunc id sit a nobis determinatū/ cū simplex inquā non sit id quod dicitur esse potētia/ sed aliud quidē sit vt puer quē militare posse dicere licet/ aliud autē vt isce qui iam ætate militariq; arte aptus euasit ad militandū: sensitiuum similiter se habere. Atq; cum 62
ipsorum differētia nomine careat/

Argyropylus

determinatum autem sit ipsa esse diuersa/& quo pacto diuersa sunt: necesse est ipso pati ac alterari tanquam proprijs nominibus vti. Ipsum autē sensitiuum: potentia tale est/ quale iā ipsum sensibile est actu/sicuti diximus. Patitur igitur cum est non simile: at passum/ euasit simile/ & est tale quale est illud.

CAP. VI.

63 ATenī: de vnoquoq; sensu deinceps a sensibilibus cuiusq; proficiscentes dicamus oportet. atque prius ipsa sensibilia distinguenda esse videntur. Sensibile itaq; trifariā dicitur. sensibilium enim: quædam per se/ quędam per accidens sentiuntur. ¶ Et illorum rursus: alia sunt vniuscuiusq; propria sensus/ alia communia cunctis. Atq; proprium id sensibile dico: quod alio sensu sentiri non potest/ & circa quod error fieri nequit/ vt color respectu visus/ et sonus auditus/ et sapor gustus. Tactus autem: plures differentias habet quidem/ iudicat tamen de illis vt cæterorum sensuum quisq; de suo sensibili/ et non decipitur. Visus enim non erratesse colorem/ aut auditus esse sonū: sed quid sit id quod est infectum colore vel vbi/aut quid sit id quod sonat vel vbi. Huiusce modi igitur sensibilia: dicuntur vniuscu-
64 iusque propria sensus. Communia vero sunt hæc: motus/ quies/ numerus/figura/ & magnitudo. talia nāq; nullius sunt propria sensus/ sed omnibus communia sunt. etenim: tactu motus quidam sensibilis est/atq; visu. Per se igitur sensi-
65 bilia: hæc sunt. ¶ Per accidēs autem sensibile dicitur: vt si album Diaris filius sit. p accidēs enī hoc sentit: quia albo/quod sentit id accidit. Quapropter: & nihil ipse sensus ab huiuscemodi sensibilibus patitur/ vt talia sunt. Eorum autem quæ per se sentiuntur/ illa sūt proprie sensibilia: quę propria sūt/ et ad quæ substantia vniuscuiusq; sensus est apta. CAP. VII.

Tral. ve. ex græ. recog.

ferentia/ determinatū est autem de his q; alia/& quomodo alia: necesse est ipso pati & alterari tanq; proprijs nominibus vti. Sensitiuū autē: potētia est tale quale iā actu sensibile/sicut dictum est. Patitur igitur/non simile existens: passum autem/ assimilatum est/ & est tale quale illud.

CAP. VI.

DIcendum autem est: secūdum vnumquēq; sensum/ & de sensibilibus primo. Dicitur autē sensibile tripliciter: quorū duo quidē dicimus per se sentiri/ vnū autē secundum accidēs. ¶ Duorum autē: aliud quidē propriū 36 est vniuscuiusq; sensus/ aliud autē commune omnium. Dico autem proprium quidem: quod non contingit alio sensu sentiri/ & circa quod non contingit decipi. Vt visus coloris/ & auditus soni/ & gustus saporis. tactus autem: plures habet differentias. Sed vnusquisq; iudicat de his: & non decipitur q; color sit/ neq; q; sonus/ sed quid sit coloratū aut vbi/ aut quid sonans aut vbi. Talia igitur: dicuntur propria vniuscuiusq;. Communia autem: motus/ quies/ numerus/figura/ magnitudo. huiusmodi enim: nullius sunt propria/ sed communia omnibus. etenī & tactu/motus aliquis sensibilis: & visu. Per se igitur sensibilia: sunt hæc. ¶ Secundum accidens autem dicitur sensi- 37
bile: vt si album sit Diaris filius. secūdum accidens enim hoc sentit: quoniam accidit albo hoc quod sentit. Vnde nichil patitur secūdum q; huiusmodi est: a sensibili. Sensibilium autem secundum se/ proprie sensibilia sunt: propria & ea ad quæ substantia vniuscuiusq; sensus natura instituta comparataq; est. CAP. VII.

Cap. Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

VIsus quidem est visus: hoc est visibile. visibile autē est: & color/ & qđ oratione quidē est dicere/ innominatū autem existit. manifestum autē erit: procedentibus maxime. ¶Visibile enim: est color. hic autē: est id qđ est in eo qđ secundū se visibile est. secūdū se autē: nō ratione/ sed quoniā in ipso habet causā vt sit visibile. ¶Omnis enim color: motiuus est eius quod est secundum actum/ diaphani. & hoc est ipsius natura. Vnde non est visibile sine lumine: sed omnis cuiusque color in lumine visibile. ¶Ex quo: de lumine primo dicendum quid est. Est igitur: aliqđ diaphanū. Diaphanū autē dico: quod est quidem visibile/ nō autē secundū se visibile/ vt simpliciter dicam/ sed propter externum colorem. Huiusmodi autem est: aer/ & aqua/ & multa solidorum. non enim secundum qđ aqua/ neque secundum quod aer/ diaphanū est: sed quoniā est natura eadē in his vtrisq; & in perpetuo illo qđ sursū est corpore. ¶Lumē autē: est huius actus diaphani secūdū qđ est diaphanum. Potētia autē in quo hoc inest: & tenebræ. Lumen autē/ vt color est diaphani: cum est actu diaphanū ab igne/ aut huiusmodi/ quale qđ sursum corpus. eteni: huic aliquid inest/ vnū & idē. ¶Quid igitur diaphanū/ & quid lumē: dictū est. quia neq; ignis est: neq; oīno corpus/ neq; defluxus corporis vlli⁹ (esset enī vtiq; aliqđ corpus/ & sic) sed ignis aut huiusmodi alicuius presentia ī diaphano. neq; enī possibile est: duo corpora in eodē simul esse. Videtur autē lumē: cōtrariū esse tenebris. Sunt autē tenebræ: priuatio huiusmodi habitus a diaphano. Quare palam: q̄ & huius præsentia/

VIsus igitur visus est 66
pceptiuus: id est visibile. visibile vero est: color/ & id quod oratione quidem explicare ac dicere licet: nomine autē caret. atq; idipsum: maxime pātebit cum vlterius procedemus. ¶Visibile igitur: est color. hic autē: est id quod est in eo quod per se visibile est. per se vero: non ratione/ sed quia in se causam habet vt sit visibile. ¶Color autem 67
omnis: motiuus est eius quod est perspicuum actu. & id: est ipsius natura. Quapropter non est visibile absq; luce: sed omnis vniuscuiusq; color/ in lumine sane videtur. ¶Quamobrem quidnam sit ipsum lumen: prius dicere declarareq; oportet. Est igitur: aliquid perspicuum. Perspicuū autem id 68
dico: quod est quidem visibile/ nō est autem vt simpliciter dicam per se/ sed per alienū colorem visibile. Atq; res talis: est aer/ & aqua/ et solidorum complura/ vt vitrum & glacies & huiusmodi corpora. nō enim aqua vel aer vt est aqua vel aer/ perspicuum est: sed quia natura eadem inest in his vtrisq; & in perpetuo supero corpore. ¶Lumen 69
autē: actus est huiusce perspicui/ ea nimirum ratione qua perspicuum est. At id est potentia: in quo nunc idipsum inest/ nunc tenebrę. Atq; lumen quasi perspicui color est: cū est perspicuū actu ab igne/ vel ab huiusce modi corpore quale est ipsum superum corpus. nā: huic inest aliquid vtrum & idem. ¶Quid igitur est perspicuū diximus: & quid etiā lumen. nā neq; ignis est/ neq; ōnino corpus/ neq; corporis est vllius defluxus (esset enim: qđdā/ hoc quoq; pacto profecto corpus) sed est ignis vel huiusce modi cuiusdā in pspicuo presentia corporis. fieri nāq; non potest: vt in eodē sint duo corpora simul. Videtur autē: tenebris cōtrariū esse lumē. At tenebrę: priuatio 70
sūt talis habitus/ atq; ignis vel corporis talis absentia a perspicuo. Quare patet: huiusce præsentiā/

Argyropylus

esse lumen. ¶ Atq; non recte dixit Empedocles/ & si quis itidem censuit: lumen ferri atq; extendi tandem inter terrã & continens/ nosq; idipsum latere. hoc enim: & rationis metas egreditur/ & est preter ea nimirum quæ appareit. in paruo nãq; spacio motus fortasse lateret: sed ab ortu solis ad occasum tanti corporis motum latere/ magna nimiũ profecto est postulatio. ¶ Atqui coloris quidem id est susceptiuum/ quod colore vacat: soni autẽ/ id quod sono. Vacat autem colore: perspicuum ipsum/ & inuisibile/ vel id quod vix tãdem videtur. quale id esse videtur: quod tenebris est affectum. atq; tale est ipsum/ vt patet/ perspicuum: attamẽ non cũ est perspicuum actu/ sed cum potẽtia. eadem enim natura: modo est tenebræ/ modo lumẽ. ¶ At vero nõ vniuersa visibilia in lumine sũt visibilia: sed solum vniuscuiusq; proprius color. nonnulla nanq; in lumine quidem non videntur: in tenebris autem efficiũt sensum. vt ea quæ apparent ignea/ atque splendẽt. hæc autẽ nomine carent vno: vt fungus/ cornu/ piscium capita/ squammæ/ oculi. sed nullius horũ: proprius color videtur. Atq; quam ob causam hæc visibilia sunt: alia ratio est. Nunc tantum patet: id inquam quod in lumine videtur/ esse colorem. Quocirca: sine lumine non videtur. ¶ Hæc est enim sane coloris ratio: esse inquam eius motiuum quod est perspicuum actu. actus autem perspicui: lumen est/ vti diximus. Id ita esse: ex eo tanquam e manifesto signo patere potest. nam si quispiã id quod habet colorem/ super ipsum visum posuerit: non sane videbit. sed color quidem mouet perspicuum/ vt aerẽ: ab hoc autem cum sit cõtinuus/ sensus instrumentum mouetur. Non enim hoc loco recte sentire videtur Democritus: qui quidem putat si medium spacium vacuum fiat/ formicam etiam si sit in cœlo/ exacte perfecteque videri. etenim: idipsum fieri non potest. visio nanque fit: patiente aliquid sensitiuo. at vt

Tral.ve.ex græ.recog.

lumẽ est. ¶ Et non recte Empedocles/ aut si quis alius sic dixit: quod feratur lumen & extendatur inter terram et contínens/ nos autem lateat. hoc enim est: & præter eam quæ in ratione veritatẽ/ & præter ea quæ videntur. in paruo enim spacio lateret nos: ab oriente autem in occidens latere/ magna quidem multum postulatio est. ¶ Est autem coloris quidẽ susceptiuum/ quod sine colore: soni autẽ/ qđ sine sono. Sine colore autẽ: diaphanum/ & inuisibile/ aut quod vix videtur. quale videtur: quod tenebrosum est. huiusmodi autẽ/ diaphanũ quidẽ est: sed nõ cũ est actu diaphanũ/ sed cũ potẽtia. eadẽ enim natura: quandoq; quidẽ tenebræ/ quandoq; autẽ lumẽ est. ¶ Nõ omnia autẽ/ visibilia in lumine sunt: sed solũ vniuscuiusq; proprius color. quædã enim in lumine quidẽ non videtur: in tenebris autẽ faciũt sensum. vt quæ ignea videntur & lucẽtia. innominata autem sunt hæc/ vno nomine: vt fungus/ cornu/ capita piscium & squammæ & oculi. sed nullius horum: videtur proprius color. Propter quam autem causam hæc videntur: alia ratio. Nunc autem intantum manifestum est: qp id quidẽ qđ in lumine videtur/ color est. Vnde: nõ videtur sine lumine. ¶ Hoc enĩ erat ipsi colori/ esse: motiuũ esse/ secundũ actũ diaphani. actus autẽ diaphani: lumen est. Signũ autẽ huius: manifestũ. si quis enim ponat id quod habet colorem super ipsum visum: non videbit. sed color quidem mouet diaphanũ/ puta aerem: ab hoc autem cõtinuo existente/ mouetur sensoriũ. Nõ enim bene hoc dicit Democritus: opinatus si fieret vacuũ qđ mediũ est/ perspici vtiq; exquisite/ etiã si formica in cœlo esset. hoc enim: impossibile est. patiente enim aliquid sensitiuo: fit ipsũ videre. ab ipso

44 Empedocles

45

46

47

Democritus

Tral.ve.ex græ.recog.

igitur qui videtur/ colore: ipossibile est. relinquitur autem: ꝙ a medio. Quare necesse est: aliquid esse mediũ. Vacuo autem facto: nedum exquisite/ sed omnino nichil videbitur. Propter quã igitur causam/ colorẽ necesse est in lumine videri: dictũ est. ¶ Ignis autem: in vtriscꝫ videtur/ & in tenebris & in lumine. & hoc: ex necessitate. diaphanum enim: ab hoc diaphanũ fit. Eadem autem ratio est: & de sono & odore. nichil enim ipsorum: tangens sensorium/ facit sensum. sed ab odore quidem & sono/ medium mouetur: ab hoc autẽ/ sensoriorum vtrumcꝫ. Cum autem super ipsũ sensoriũ aliquis apposuerit olens aut sonans: nullum sensum faciet. De tactu autem & gustu/ sese quidem similiter habet: nõ autem videtur. propter quam autẽ causam: posterius erit manifestum. Medium autẽ sono quidem/ aer est: odori autem/ innominatum est. communis enim quædam passio est in aere & aqua vt diaphanum colori: sic est habenti odorem quod in vtriscꝫ his inest. Videntur enim et animalium aquatica: habere odoris sensum. sed homo & pedibus ambulãtiũ quæcunꝫ respirant: non possunt odorari nisi respirãtia. Causa autem & de his: posterius dicetur. CAP. VIII.

NVnc autẽ: primum de sono & auditu determinemus. Est autem duplex: sonus. alius enim actus quidam est: alius autem/ potẽtia. quẽdam enim nõ habere sonum dicimus: vt spongiam/ lanam. quædam autẽ habere: vt æs/ & quæcũcꝫ solida & læuia sunt/ quoniam possunt sonare. hoc autem est: inter ipsum & auditum/ facere sonum actu. ¶ Fit autem qui secundum actum sonus: semper alicuius/ ad

Argyropylus

patiatur ab ipso colore qui videtur: fieri neqt. restat igitur: vt a medio. Quare necesse est: aliquid esse mediũ inter colorem ipsum & visum. Qz si id vacuum fiat: nõ modo non exacte/ sed neqꝫ quicq̃ omnino videbitur. Quã igitur ob causam necesse est in lumine colorem videri: diximus. ¶ At ignis: in vtriscꝫ plane videtur/ in tenebris inquã atqꝫ in lumine. id autem: necessario accidit. ipsum enim perspicuum: abs hoc perspicuum fit. Eadem autem est: & de sono/ & de odore etiã ratio. nihil enim ipsorum: sensus instrumentũ tangens/ efficit sensum. sed ab odore quidem & sono/ mouetur medium: ab hoc autem/ vtrũqꝫ sensuum instrumentum. Qz si quispiam super ipsum instrumentũ sensus vel id quod sonat / vel id quod olet posuerit: nullus profecto sensus efficietur. Simili modo res se se habet in tactu/ & etiã gustu: sed non apparet. quam autem ob causam: postea dicetur ac patebit. Atque medium quidem in sonis / est aer: in odoribus autẽ/ nomine vacat. Nam vt perspicuum in colore communis est quidam affectus in aere atque aqua: sic alius quidam in odoribus est affectus / qui quidem inest in his vtrisque/ in aere inquam & aqua. Videtur enim & animalium ea quæ versantur in aquis: sensum odoris habere. verum homo cæteraqꝫ animantia quę degunt in terra / atque respirant: nequeunt sine respiratione olfacere. Et causa etiam huiusce: posterius explicabitur.

CAP. VIII.

NVnc autem: post hæc de sono & auditu determinemus oportet. Est itaque sonus: duplex. quida enim est actu: quidam potentia/ sonus. Nã corporum quædam non habere dicimus sonum: vt spongiam / lanã/ & huiusce modi. quædã habere: vt æs / & quęcũqꝫ solida læuiaqꝫ sunt. quia possunt sonare: id est inter se & auditum / sonũ efficere. ¶ Fit autẽ actu sonus: alicuius semper / ad

Argyropylus

aliquid/& in aliquo. ictus eſt enim: qui ſonũ efficit ipſum. ¶Quapro pter fieri non poteſt: vt ſi vnũ ſit corpus/ ſonus efficiatur. quipe cũ: aliud ſit id quod verberat/ aliud qđ verberatur. quare id quod ſonat: ad aliquid ſonat. ¶Sine autẽ lati= one: nunqua efficitur ictus. ¶Atq; vti diximus: non quorumuis ictus corporũ ſine vllo diſcrimine/ ſonus eſt. nullum enim efficit ſonum: ſi percuſſa fuerit lana/ ſed ęs & quę= cunque ſunt læuia concauaque. æs quidem/ quia corpus eſt læuẽ: con= caua vero/ quia per reflexionem ꝑ complures poſt primum efficiunt ictus. quippe cum: non poſſit aer 79 motus ac agitatus exire. ¶Præter= ea: auditur quidem ſonus & in ae= re & aqua. ¶At vero nec aer eſt au ctor ſoni/ nec aqua: ſed opus eſt vt inter ſeſe ſolidorum corporum atq; ad aerem ictus fiat. quod quidem tum fit: cum aer percuſſus perma= net/ neque diffunditur. Quapro= pter ſi cito vehementerque percu= tiatur: ſonat. opus eſt enim vt per= cutientis motus/ diffuſionem præ= ueniat aeris: perinde atq; ſi cumu= lũ aut aceruum arenæ cũ fertur/ ve 80 lociter quiſpiam verberet. ¶Fit au tem echo/ ſonitus inquam is qui poſt ſonum reſultat: cum aer factus vnus ob vas vel locum qui termi= nauit ipſum atq; diſſolui prohibuit/ inde reſilit veluti pila repulſus. Vi= detur autem talis ſonitus fieri ſem= per: ſed nõ ſemper clarus efficitur. nam & in ſono: perinde atq; in lu= mine fit. Lumẽ enim ſemper refrã gitur: alioquin non fieret lumen v= biq;/ ſed eſſent extra locum eũ tene bræ quo radij ſolis peruenunt. Ve rum non ita ſemper refrangitur: vt vmbram efficiat/ qua terminare lu men ſolemus. quod quidem tum fit: cum ab aqua vel ære cæteriſ= que læuibus/ vt patet/ reflectitur. 81 ¶Recte autem: a veteribus audiẽ di vacuo tribuitur auctoritas. nam aer: vacuum eſſe videtur. is autem eſt/ qui audire facit: cũ cõtinuus ve= nuſq; fuerit agitatus. Verũ quia fra= gilis eſt: non perſonat/ niſi id quod eſt percuſſũ/ ſit læue. tũ enim: vnus

Tral. ve. ex græ. recog.

ad aliquid/ & in aliquo. percuſſio enĩ eſt: quæ facit. ¶Vnde & impoſſibile eſt: cum ſit vnum/ fieri ſonum. aliud enim eſt quod verberat: & quod ver= beratur. quare ſonans: ad aliquid ſo= nat. ¶Ictus autem: non fit ſine latio= ne. ¶Sicut autem diximus: non quo= rumlibet ictus ſonus eſt. nullum e= nim faciunt ſonum lanæ: & ſi percu tiantur/ ſed æs/ & quæcunq; læuia & concaua ſunt. æs quidem: quoniam læue eſt. concaua autem: repercuſſio= ne faciunt multos ictus poſt primum/ non potente exire quod motum eſt. ¶Amplius/ auditur in aere: & in a= qua/ ſed minus. ¶Non eſt autem ſo= ni dominus aer/ neque aqua: ſed opor tet firmorum percuſſionem fieri adin= uicẽ & ad aerẽ. hoc autẽ fit: cum per= manet percuſſus aer/ & nõ diſſipatur. Vnde ſi velociter & fortiter ꝑcutiatur ſonat. oportet enim vt motus ferientis anticipet fracturam aeris: ſicut ſi acer= uum aut cumulum pulueris percutiat ali quis latum velociter. ¶Echo autem fit: quando ab aere vno facto propter vas determinans & prohibens diſſol= ui/ iterum aer repellitur quemadmodũ ſphæra. Videtur autem ſemper fieri echo: ſed non clara. quia accidit in ſo= no: ſicut & in lumine. Etenim lumen: ſemper repercutitur. non enim fieret vbique lumen: ſed tenebræ/ extra lo= cum ſole illuſtratum. Sed non ſic re= percutitur/ vt ab aqua/ aut ære/ aut e= tiam aliquo alio læuium: vt vmbram faciat qua lumẽ determinamus. ¶Va 57 cuum autem: recte dicitur audiendi princeps ac dominus. videtur enim eſ ſe vacuum: aer. hic autem eſt faciens audire: cum mouetur continuus & v= nus. Sed propterea quod fragilis eſt: non ſonat/ niſi læue ſit quod percu= titur. tunc autem vnus fit ſimul: pro=

Cap. 8

Tral.ve.ex græ.recog.

pter planū. vnum enim eſt: læuis pla-
num. Sonatiuum igitur eſt: quod mo-
tiuū eſt vnius aeris cōtinuitate vſq; ad
auditū. ¶Auditus autem: cōnaturalis
eſt aeri. propterea autē q̄ in aere eſt:
mototo exteriori/ quí intra eſt mouetur.
¶Vnde nō vndiq; audít animal: neq;
quocunq; trāſit aer. nō enī vbiq; habet
aerē quod moueri debet ſecundū partē
animatumq; eſt: ſicut pupilla humidū.
60 ¶Per ſe igitur inſonus eſt aer: propter-
ea q̄ facile diſſipabilis eſt. cum vero
prohibetur diſſipari: huius motus/ ſo-
61 nus eſt. ¶Hic autē in auribus inædifi
catus eſt: ad hoc vt immobilis ſit/ qua-
tenus certe ſentiat omnes differentias
motus. Propter hæc autem / & in a-
qua audímus: quoniam non ingredi-
tur ad ipſum cōnaturalē aerē/ ſed neq;
in aurē propter anfractus. Cū autem
hoc accidit: nō audít. neq; ſi membra-
na laboret: ſicut cū quæ ſuper pupillā
eſt pellis laborat. Sed & ſignū audiēdi
aut non/ eſt: ſonare aurē ſemp̄ ſicut cor
nu. ſemper enim quodam proprio mo
tu mouetur aer qui in auribus: ſed ſo-
nus extraneus/ & non proprius eſt. Et
propter hoc dicunt audire vacuo & ſo
nante: quia audímus habente deter-
62 minatum aerem. ¶Vtrū autē ſonat id
quod verberat: an quod verberatur?
An vtrūq;: modo autē altero? Eſt enī
ſonus: motus eius quod poteſt moueri
hoc modo/ quo reſultātia a ęuibus cū
aliquís percuſſerit. Non igitur/ ſicut dí
ctū eſt/ omne ſonat quod verberatur et
quod verberat/ vt ſi feriat acus acum:
ſed oportet quod percutitur/ regulare
eſſe/ vt aer vniuerſus reſiliat & concu-
tiatur. ¶Differentiæ autem ſonanti-
um: in ſono ſecūdū actū/ oſtēdūtur. ſi
cut enī nō vidētur colores ſine lumine:
ſic neq; ſine ſono acutū & graue. Hæc
autem: dicuntur ſecundum metapho-

Argyropylus

ipſe ſimul ob planitiē ipſam euadit.
læuis nāq; corporis planū: eſt vnū.
Id igit̄ ſonū efficit: qđ mouet vſq; 82
ad auditū continuatione aerē vnū.
¶Ineſt autē auditui: qđā iſitus aer.
atq; cū auditus in aere ſit: cū exter-
nus aer mouetur/ et internus mouet̄
ac agitatur. ¶Quapropter aīal nō
oī audit ex parte: neq; quouis aer
ptrāſit & penetrat. quippe cū: aīa-
tū nō habeat aerem vbiq;/ quo poſ
ſit quauis ſua parte moueri. ¶Ip- 83
ſe igitur aer vacāt ex ſe ſono: quia
facile diſpergitur ac diſſoluitur. ve-
rū cū prohibetur diſſolui: tū motio
ipſius eſt ſonus. ¶At is aer q̄ in au
ribus eſt collocatus: intus eſt con-
ditus/ vt ſit imobilis. atq; hoc: vt
exacte ſentiat differentias oēs mo-
tus. Et propter hoc in aqua etiam
audimus: quia non ingreditur in
ipſum inſitum aerem/ nec in aurē
ob obligatas ipſius/ aqua. Q uod
ſi acciderit: non audimus. nec itē:
ſi ægrotauerit ipſa mēbrana. quēad
modū etiam nō videmus: cum ea
pellis ægrotat quæ pupillā comple- 84
ctitur. Atenim ſignum id eſt audi-
endi vel non audiendi. nam auris:
ſemper ſonat perinde ac cornu. ſe-
per enī aer inſitus: motu ſuo quo-
dam in auribus agitatur. verū ipſe
ſonus: alienus eſt/ & non proprius.
Et propterea veteres vacuo nos in-
quiunt audire ac perſonante: quia
audimus eo quod determinatū ae-
rē habet. ¶Sed vtrū horū duorum 85
ſonet: vtrū id quod verberatur/ an
id quod verberat? At cōſtat vtrūq;
ſonare: modo autem diuerſo. So-
nus enim: motio eſt eius/ quod eo
motu moueri poteſt quo mouētur
ea quæ reſiliunt a corporibus læui-
bus/ cum quiſpiam percutit. Nec
omne quoduis tam verberatum q̄
verberans: ſonum efficit/ vti dixi-
mus. non enim/ vt patet/ ſonus ef-
ficitur: ſi acus feriat acum. ſed opus
eſt vt id quod verberatur/ ſit pla-
num: quo ſimul aer inde reſiliat to-
tuſve concutiatur. ¶Atq; differētię 86
ſonorum: actu ſono manifeſtę fieri
ſolent. nā vt abſq; lumine nō vidē
tur colores: ſic neq; acutū graueq;
ſine ſono diſcernitur. Hæc autem:

Argyropylus

a tangibilibus tranſlatione dicun-
tur. acutum nanq; multum in bre-
ui tempore ſenſum mouet: gra
ue vero/ longo in tempore parum.
Non igitur idē eſt acutū & velox/
neq; graue tardūq;: ſed fit alterius
quidē motus propter velocitatē ta-
lis/ alterius autē talis ob tarditatē.
Et ſimilia eſſe videntur: acuto atq;
obtuſo quæ ſunt in tactu (nā acu-
tum quidem/ quaſi pungit: obtu-
ſum autem/ quaſi pellit) quia illud
in pauco/ hoc in multo tēpore mo-
uet. Quare fit: vt illud ſit velox/
87 hoc tardum. Atque de ſono quidē:
determinatum ſit hactenus. ¶Vox
autem: ſonus quidam eſt animan-
tis./nil enim inanimatorum: vo-
cem habet. ſed ſimilitudine qua-
dam dicuntur vocem emittere: vt
tibia/ lyra/ cæteraque inanimata/
quæcunq; extenſionem/ concentū/
& locutionem habent: horum e-
nim ſoni/ ſimules eſſe voci viden-
tur: quia vox & hæc eadem habet.
Atqui complura ſunt animalium
quæ non eliciūt vocem: vt ea quæ
ſanguinis expertia ſunt/ et eorum
quæ ſanguinem habēt piſces. atq;
id: non abſq; ratione. ſiquidem ſo
nus: motio quædam acris eſt. Sed
qui vocem dicūtur emittere/ vt A-
cheloi fluuij piſces: ij branchijs ſa
ne ſonitant/ vel aliqua ſimili par-
88 te. ¶Vox autem: & ſonus eſt ani-
malis/ & non quauis efficitur ſine
diſcrimine parte. Sed cum aliquo
percutiente aliquid & in aliquo/
quod quidem eſt aer/ ſonus effici
ſoleat: iure profecto vocem/ ani-
malium ea ſolum habebunt quę ſu
ſcipiunt aerem. Iam enim ipſa na-
tura vt ad guſtum & locutionē vti-
tur lingua/ quorum guſtus quidem
neceſſarium eſt (quapropter pluri-
bus ineſt) interpretatio vero eſt gra
tia boni: ſic & aere qui reſpiratio-
ne trahitur ad duas vtitur operati-
ones/ ad internum inquam diſpo-
nēdum calorem/ quod quidem eſt
neceſſarium/ et cauſam in alijs ex-
plicabimus/ et ad vocem etiam cō
89 ficiendam ob bonum. Inſtrumen-
tum autem reſpirādi: fauces ſunt.
pulmoque id eſt; gratia cuius eſt

Tral.ve.ex græ.recog.

ram a tangibilibus. acutū enim mo-
uet ſenſum/ in pauco tempore multū:
graue autem/ in multo parum. Non
igitur velox eſt acutum/ graue autem
tardū: ſed fit illius quidem propter ve-
locitatē motus huiuſmodi/ huius au-
tem propter tarditatem. Et videntur
ſimilitudinē habere: cum eo quod cir-
ca tactum acuto & retuſo (acutum e-
nim: quaſi pungit. retuſum vero: qua-
ſi pellit) propterea q̄ mouet/ hoc qui-
dem in pauco/ illud autem in multo.
Quare accidit: illud quidē eſſe velox/
hoc autem tardum. De ſono igitur: ſic
determinatum ſit. ¶Vox autem: ſo-
nus quidam eſt animati. inanimato-
rum enim nullum: vocē ædit. ſed ſe-
cundum ſimilitudinem dicuntur vocē
ædere: vt tibia/ & lyra/ & quæcunq;
alia inanimatorum extenſionē habēt/
& melos/ & locutionem. videtur enim:
q̄ & vox hæc habet. Multa autē ani-
maliū vocē non habēt: vt & quæ ſunt
ſine ſanguine/ & ſanguinem habentiū
piſces. et hoc rationabiliter. ſiquidem
ſonus: aeris motus eſt. Sed qui dicun
tur vocē ędere/ vt qui in Acheloo ſunt
piſces: ſonāt brāchijs/ aut quodā alio
huiuſmodi. ¶Vox autem: ſonus ani-
malis eſt/ & non qualibet parte. Sed
quoniam omne ſonat verberante ali-
quo/ & aliquid/ & in aliquo/ hoc au-
tem eſt aer: rationabiliter vtiq; vocem
ædent hæc ſola/ quæcūq; ſuſcipiūt ae-
rem. Iam enim reſpirato vtitur natu-
ra ad duo opera: ſicut lingua ad gu-
ſtum & locutionem. quorum guſtus
quidem neceſſarius eſt/ vnde & pluri-
bus ineſt: interpretatio autem vt bene
ſit. Sic & ſpiritu: & ad calorem inte-
riorē/ tanquam neceſſarium. cauſa au
tem: in alijs dicta eſt. & ad vocē: vt be-
ne ſit. Organum autem reſpirationis:
guttur. cuius autem cauſa hæc pars

Cap. 8

Tral.ve.ex græ.recog.

est: pulmo. hac enim parte plus habent caloris pedibus gradientia: alijs. Indiget autē respiratione: & qui circa cor locus primus. Vnde necesse est: intro respiratum ingredi aerem. ¶Quare percussio respirati aeris ab anima quę est in his partibus/ad vocatam arteriā: vox est. Non enī oīs animalis sonus/ vox est: sicut diximus (est enim & lingua sonare: sicut tussientes) sed oportet animatū esse verberās/ & cū imaginatione aliqua. significatiuus enī quidam sonus/ est vox: & nō respirati aeris sicut tussis/ sed isto verberat eū qui est in arteria ad ipsam. Signū autem est: non posse vocem ædere respirantem/ aut expirantem/ sed detinentem. mouet enim isto: retinens. Manifestum autem: & cur pisces sine voce sunt. non enim habent guttur. hanc autem partem non habent: quia non recipiunt aerem/ neq; respirant. Sed qui dicunt sic: peccant. propter quam igitur causam: alia ratio est.

66

CAP. VIIII.

67 DE odore autem & olfactibili: minus facile determinabile est dictis. non enim sic manifestum est/ quale quid sit odor: vt sonus/ aut lumen/ aut color. Causa autem est: quia sensum hunc non habemus certum/ sed peiorem multis animalibus. prae ue enim: odorat homo. et nichil sentit odorabilium sine lætitia aut tristitia: tanquam non existente certo eo quo sentimus. Rationabile autem est: sic & quæ duros oculos habent colores sentire/ & non manifestas ipsis esse differentias colorum/ nisi terrore & non terrore. sic autem & odores: hominū genus. ¶Videtur enī analogiam habere ad gustum: & similiter spe-

Argyropylus

ista pars. nam ea quæ gradiuntur: hac in parte plus habent caloris/ q̄ cætera. Is præterea locus qui circa cor est primus: respiratione nimirum eget. Idcirco: necessarium est aerē ingredi respiratione attractū.

¶Quare: vox est ictus aeris respi- 90
ratione attracti/ qui quidem ab anima fit ea quæ his in partibus collocatur/ ad eam partem quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quis animalis sonus/ vox est: vti diximus (fit enī: vt et lingua sonus efficiatur/ & etiam vt tussientes efficiunt) sed oportet & animatum sit id quod verberat/ & aliqua cū imaginatione. Vox enim: sonus quidā est significatiuus/ & non aeris eius qui respiratione trahitur vti tussis/ sed hoc ferit aere eum qui est in gurgulione ad ipsum. Signum autem est: non posse quēquam ædere vocem spirantem aut respirātem/ sed aerem retinentem. detinens enī aerem: hoc ipso nimirum mouet.

Patet autem: & quam ob causam 91
pisces vocem non fundunt. fauces enim non habent. at hanc partem non habent: quia non susciptūt aerem/ neq; respirant. Sed qui ita dicunt: vehementer aberrant. quam autem ob causam: alius sermo est.

CAP. VIIII.

DE odore vero & odo- 92
rabili: non æque bene atque de hijs quę dicta sunt discernere determinareq; possumus. nō enim sic patet quale quid sit odor: vt sonus/ vel lumen/ vel color. Cuius causa est: nos non habere hunc sensum exactum/ sed inferiorem complurium animaliū sensu. remisse nanq; homo olfacit. & nihil odorabiliū percipit absq; dolore vel voluptate: propterea q̄ sensus instrumentum huiusce non est exactum atq; perfectum. Atq; con- 93
sentaneum est rationi tam animaliū ea quæ duros oculos habent sic sentire colores vt nō eorū percipiāt differētias, nisi terrore cōtrarioq; ipsius/ q̄ hoīm genus odores. ¶Simile autē rationē subire vidētur: odo-

ratus ad guſtum / & odoris ſpecies
94 ad ſpecies ipſas ſaporū. Verū exa-
ctiorē guſtū habemus q̄ odoratū:
ex eo quia guſtus tactus eſt quidā/
quem quidem ſenſum homo exa-
ctiſſimū habet. In cæteris nāq; ſen-
ſibus: vehemēter a cæteris anima-
libus ſuperatur. at tactu: longe cæ
teris omnibus excellētius percipit.
Quapropter: & prudētiſſimum eſt
animalium. Indiciū autē eſt: in ho
minū genere ob hoc inſtrumētū ſen
ſus/ingenioſos eſſe hebeteſve/ & nō
ob aliud quicq̄. Qui nanq; ſunt du
ri carne: ij ſunt inepti mēte. q ve-
ro ſunt molles carne: ij ſunt inge-
95 nioſi mēteq; dextri. Vt autē ſaporū
alius dulcis/alius eſt amarus: ſic et
odorū quoſdā dulces/quoſdā appel
lamus amaros. Verū: quædā odorē
habēt ſaporēq; ſimilis rationis/dul
cem inquam ſaporem dulcēq; odo-
rem: quædam: contra. Similiter: &
acer eſt/ & acerbus odor/& acutus/
& pinguis. nam quia odores non
ſunt/vti diximus/ manifeſti perin-
de atq; ſapores: ideo nomina odo-
rum deducta ſunt a ſaporibus per
ſimilitudinē rerum. alius enim eſt
dulcis/vt croci melliſq; : alius acer/
vt thymi ac huiuſmodi rerum. idē
96 & in cæteris modus ſeruatur. ¶At-
q̄ ſicut auditus eſt audibilis atq; in-
audibilis/& viſus viſibilis atq; inui
ſibilis/& quiſq; ſimiliter ſenſuum :
ſic & odoratus eſt odorabilis atque
iodorabilis. ¶Inodorabile autem:
multipliciter dicitur. nā & id quod
omnino caret odore neq; vnq̄ odo-
rem habere poteſt/ & id quod exi-
guum habet/& id etiam quod ma-
lum tetrumque habet odorem: hoc
appellari nomine ſolet. Similiter &
97 ipſum inguſtabile dicitur. ¶Fit au
tem olfactus etiam per medium:
vt aerem aut aquam. etenim ani
malium ea quæ in aquis degunt :
videntur odorem ſentire / tam ha-
bentia quam non habentia ſanguī-
nem / ſicut & ea quæ verſantur in
aere. horum nanq; nōnulla: odorē
alimenti percipiunt eminus / per-
98 guntq; ad ipſum. ¶Quocirca du-
bitationē is locus habēre videtur /
ſi cuncta quidē ſimiliter olfaciunt:

cies ſaporū/cū ijs quę ſunt odoris. Sed
certiorē habemus guſtū: propterea q̄
ipſe quidā tactus eſt/ hunc autē habet
ſenſum homo certiſſimum. In alijs e-
nim: ſuperatur ab animalibus multis.
ſecundum autem tactum: multo q̄ cę
tera excellētius percipit. Vnde: & pru
dentiſſimum animalium eſt. Signū au
tem: & in genere hominum/ſecūdum
ſenſoriū hoc ingenioſos eſſe & non in-
genioſos/ ſecundum autem aliud nul-
lū. duri enim carne: inepti mente. mol-
les autem carne: bene apti. Eſt autem
vt ſapor hic quidem dulcis/ ille vero a-
marus: ſic & odores ſūt. Sed alia qui-
dem: habent proportionaliter odorem
& ſaporem. dico autem: dulcem odo-
rem/ & dulcem ſaporem. alia vero: con
tra. Similiter autem: & acer/ & auſte-
rus/ & acutus/ & pinguis eſt odor. ſed
ſicut diximus propterea q̄ non mul-
tum manifeſti ſunt odores ſicut ſapo-
res: ab his ſumpta ſunt nomina ſecun
dum ſimilitudinem rerum. dulcis enī/
a croco & melle: acer autem/ a thymo
& huiuſmodi. eodem autem modo: et
in alijs. ¶Adhuc autem ſicut auditus
& vnuſquiſq; ſenſuum / hic quidē au-
dibilis & inaudibilis / ille vero viſibilis
& inuiſibilis: & olfactus / odorabilis
& inodorabilis. ¶Inodorabile au-
tem: aliud quidem/ ſecūdum id q̄ om
nino impoſſibile eſt habere odorem.
aliud vero: paruum habens & pra-
uum. Similiter autem: & inguſtabile
dicitur. ¶Eſt autem & olfactus: per
medium / vt aerem aut aquam. ete-
nim aquatica: videntur odorem ſenti-
re/ ſimiliter autē & quæ ſanguinē ha-
bent & quæ non habent: ſicut & quæ
in aere. etenim horum quædā de lon-
ge accurrunt ad alimentum: ab odo-
re mota. ¶Vnde & dubium videtur/
ſi omnia quidem ſimiliter odorent:

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

homo autem reſpirans quidem/ nō reſpirans autē ſed expirans aut retinens ſpiritū non odorat/ neq; delonge/ neq; deprope/ neq; ſi in naſo itus ponatur. Et in ipſo quidē poſitum ſenſorio/ inſenſibile eſſe: omnium commune eſt. ſed ſine reſpiratione non ſentire: proprium eſt hominū. manifeſtū autē eſt: tētantibus. Quare quę ſanguinē nō habēt: quoniā nō reſpirāt/ aliū vtiq; quēdā ſenſum habent præter eos qui dicti ſunt. Sed impoſſibile eſt. ſiquidē: odorē ſentiūt. odorabilis enī ſenſus & mali odoramenti & boni odoramenti: olfactus eſt. Amplius autem: & corrumpi vidēntur a fortibus odoribus a quibus homo corrumpitur/ vt bituminis/ & ſulphuris/ & huiuſmodi. Olfacere igitur neceſſariū eſt: ſed nō reſpirātia. Videtur autē in hominibus differre hoc ſenſoriū ab ijs quæ aliorū animaliū: ſicut oculi ab oculis eorū q̄ duros habēt oculos. nā illi q̄dē habēt vallū & velut velamen/ palpebras: quas quis nō mouēs neq; retrahens/ non videt. hi autē eorū q̄ duros habent oculos/ nichil tale habent: ſed mox vident quæ fiunt in perlucido. Sic igitur & odoratiuū ſenſorium alijs quidem ſine operculo eſt/ ſicut oculus: alijs vero aerem recipientibus habet cooperimētum/ quod reſpirantibus diſcooperitur/ dilatatis venis & poris. ¶ Propter hoc: reſpirantia non odorant in aqua. neceſſarium enim eſt: olfacere reſpirando. hoc autē facere in humido: impoſſibile. Eſt autem odor/ ſicci: ſicut ſapor/ humidi. odoratiuum autem ſenſorium: potentia huiuſmodi eſt. CAP. X.

Vſtabile autē: eſt tāgibile q̄dā. Et hæc eſt cauſa: cur non ſit ſenſibile per medium extraneum corpus. neq; enim:

homo vero reſpirans/ non reſpiras autem ſed ſpirans aut detinens ſpiritū non olfacit/ neq; eminus/ neq; cominus/ neq; ſi in ipſis naribus ītus rem olentem poſuerimus. Atq; ſenſum quidem non fieri/ ſi in inſtrumēto ſenſus res ipſa ſenſu percipienda ponatur: cōmune omnibus eſt. ſed non ſentire ſine reſpiratione: proprium hominū eſſe videtur. quod quidem: experientia late patet. Quare ea quę ſanguinis expertia ſunt: cum non reſpirent/ ſenſum quendā præter eos ſenſus qui dicuntur/ alium habent. At id eſſe non poteſt. quippe cū odorem percipiant. ſenſus enim rei tam male q̄ bene olentis: olfactus ſine cōtroueſia eſt. Præterea: a vehemētibus & ipſa corrupi videtur odoribus/ a quibus & homo corrūpitur/ vt bituminis/ ſulphuris/ & ſimilium. Neceſſe eſt igitur ipſa olfacere: non reſpirantia tamē. Atq; huius inſtrumētū ſenſus/ in homine perinde videtur ab inſtrumēto differre talium animantiū: atq; oculi differunt ab eorū oculis animaliū quæ duros oculos habent. Nā animaliū ea quæ molles oculos habent: palpebras ipſas vti ſepē & tegmē habēt/ quas niſi mouerint ac aperuerint/ nō vident/ vt late patet. at ea quę durorum ſunt oculorū: nihil habēt profecto tale/ ſed ilico res eas vident/ quæ in perſpicuo ſunt. Sic igitur & inſtrumentū olfactus in hiſce quidē quæ nō reſpirant: velamine caret/ perinde atq; oculus durus/ vt diximus. in his autem quæ ſuſcipiunt aerem: habet velamen/ quod cum reſpirāt aperitur/ venis meatibuſve diſtentis. ¶ Et iccirco quæ reſpirāt: non olfaciūt in aqua. neceſſe eſt enī olfaciant reſpirādo. at id in aqua facere nequeunt. Eſt autem odor/ ſicci: ſicut humidi ſapor. ipſum vero inſtrumentum olfactus: eſt potentia tale. CAP. X.

Vſtabile autē: eſt qdam tangibile. Atque hæc eſt cauſa: vt ipſū non ſit ſenſibile p̄ medium corpus externū. neque enim tactus: tali medio per-

cipit. enimuero corpus etiam id in quo tanq̃ in materia eſt ipſe ſapor qui guſtu percipitur: humidũ eſt quod eſt tãgibile quoddã. ¶ Quapropter ſi etiã eſſemus in aqua: dulce ſane ſentiremus in ipſa poſitũ / & non ſenſus illius nobis per aquã tanquã per medium eſſet / ſed quia permiſtum illud eſſet cum humido. quẽadmodũ in potione fieri ſolet. Color autẽ nõ hoc videtur: q̃ miſcetur: neq̃ defluxibus. Nõ igitur vt eſt ibi: ſic & hic eſſe de medio dicere poſſumus. nullũ eni externum eſt mediũ: vt diximus. vt autẽ viſibile eſt color: ſic eſt guſtabile ſapor. ¶ Atqui nihil abſq̃ humiditate / ſaporis efficit ſenſum: ſed omne qđ ipſius efficit ſenſum / humiditatem aut actu aut potentia nimirum habet / vt ſalſum. nã & ipſũ liqueſcere poteſt facile: & linguã / vt patet / cũ liqueſcit humidiorẽ efficere poteſt. ¶ At vero ſicuti viſus eſt viſibilis & inuiſibilis (& tenebræ nãq̃ ſunt ĩuiſibiles: quas etiã viſus diſcernit) & eius qđ valde ſplẽdidũ eſt (& hoc eni inuiſibile dicitur: qq̃ no eodẽ / ſed alio modo q̃ tenebræ) ſicut igitur viſus viſibilis & iuiſibilis eſt / et auditus ſimiliter ſoni ſilẽtijq̃ / quorũ alterũ audibile / alterũ inaudibile eſt / et etiã ſoni magni perinde atq̃ ſplẽdidi viſus (nã vt paruus ſonus / modo quodã ĩaudibilis eſt: ſic etiã et magnus ac violentus. Inuiſibile vero: multifariã dici ſolet. quoddã perinde dicitur: atq̃ in cæteris etiã id qđ impoſſibile eſt. qđdã hoc pacto: vt aptũ quidem ſit id habere quo videri poſſit / illo autẽ careat / aut habeat remiſſe vel praue / vt informe dicitur aut indoctum) ſicut igitur / viſus inq̃ viſibilis et inuiſibilis eſt / et auditus ſimiliter: ſic et guſtus guſtabilis et ĩguſtabilis eſt / qđ quidẽ aut exiguum habet / aut prauum / aut vaſtantẽ guſtũ ſaporẽ. Videtur autẽ potabile et impotabile: eſſe principiũ. vtrũq̃ eni: guſtu percipitur. verũ alterũ eſt prauũ / guſtũq̃ deuaſtat: alterum eſt amicum naturæ. ¶ Eſt autem potabile: guſtui cum tactu commune. ¶ At vero cum guſtabile ſit humidum: neceſſe

tactus. & corpus autem in quo eſt ſapor: eſt guſtabile in humido vt in materia. hoc autem: tangibile quoddam eſt. ¶ Vnde & ſi in aqua eſſemus: ſentiremus vtique impoſitum dulce. non autem eſſet tũc nobis ſenſus per medium: ſed eo quod miſceretur humido / ſicut in potu. Color autem nõ ſic videtur eo quod miſceatur: neque defluxionibus. Vt igitur medium: nihil eſt. vt autẽ color / viſibile: ſic guſtabile / ſapor eſt. ¶ Nichil autem facit ſaporis ſenſum ſine humiditate: ſed habet actu aut potẽtia humiditatẽ / vt ſal. nã: & facile liquabile ipſum eſt / & colliquefactiuum linguæ. ¶ Sicut autem viſus & viſibilis eſt & inuiſibilis (tenebrę eni: inuiſibiles ſunt. iudicat autem & has: viſus) adhuc autem & valde ſplendidi (etenim hoc: inuiſibile eſt. alio autẽ modo: q̃ tenebræ) ſimiliter autẽ & auditus & ſoni & ſilentij / quorum aliud audibile / aliud inaudibile eſt / & magni ſoni ſicut viſus eſt ſplendidi (ſicut enim paruus ſonus inaudibilis quodam modo eſt: ſic & magnus & violentus. Inuiſibile autẽ: aliud quidem omnino dicitur ſicut & in alijs / quod impoſſibile. aliud autem: ſi aptum natura non habet / aut praue. ſicut τὸ ἄῳονυ καὶ τὸ ἀπύρρηνον) ſic vtique & guſtus / eſt & guſtabilis & inguſtabilis. Hoc autem: eſt quod paruum / aut prauum habet ſaporem / aut corruptiuum guſtus. Videtur autem principium eſſe: potabile & impotabile. guſtus enim quidam: ambo. ſed hoc quidem eſt prauum / & corruptiuum guſtus: illud autem ſecundum naturam. ¶ Eſt autem commune tactus & guſtus: potabile. ¶ Quoniam autem humidum eſt guſtabile: neceſſe eſt ſenſorium ipſius / neq̃ humidũ eſſe

76 77 ἀόρατον 78 79

Cap. 10 11

Tral.ve.ex græ.recog.

actu/neq; non potens fieri humidum. patitur enim aliquid guſtus a guſtabili: ſecundū q̄ guſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo humectatum iri: quod poteſt humectari ſaluatum / non eſt autē humidū/ guſtatiuū ſenſoriū. ¶Signū autem eſt: neq; ſiccā exiſtentē linguā ſentire/ neq; multum humidā. hic enī tactus: fit primi humidi. vt cum quis anteguſtato forti ſapore: guſtat alterum. & vt ægrotantibus/ amara omnia videntur: propterea q̄ lingua plena huiuſmodi humiditate/ſentiūt. ¶Species autē ſaporū / ſicut & in coloribus/ ſimplices quidem cōtrariæ ſunt: vt dulce & amarum. Conſequuntur autem: illud quidem pingue/ hoc vero ſalſum. Media autem horum: acre/ & auſterū/ & acerbum/ & acidum. fere enim hæ: videntur eſſe ſaporū differentiæ. Quare guſtatiuū eſt: quod potentia eſt huiuſmodi. Guſtabile autem eſt: factiuū actu ipſius.

Argyropylus

eſt & inſtrumētū ſenſus ipſius neq; humidum eſſe actu/ neq; etiam tale vt humectari non poſſit / humidumq; euadere. patitur enim aliqd guſtus ab ipſo guſtabili: ea nimirū ratione qua guſtabile eſt. Neceſſe eſt igit̄ inſtrumentū guſtus: potētia q̄dē humidū eſſe / humectari autem actu. ita autem humectari: vt eius cōſeruetur cū humectatur/ & ratio. ¶Signū aūt eſt: linguā neq; cū eſt valde ſicca / neq; cū eſt nimiū humida / ſentire. Is enim tactus ſit humidi primi: perinde atq; ſi cum præguſtauerit quiſpiā vehementem agremve ſaporem / deinde alium guſtet. & vt in ęgrotātibus fit: quibus cuncta videntur amara / quia lingua ſentiunt tali humiditate referta. ¶Species autē ſaporum ita ſeſe habēt: quēadmodū colorū. Dulce nāq; & amarū: contraria ſimplicia ſūt. Iheret autē dulci quidē / pingue: amaro autē / ſalſū. At iter hęc collocātur: acre / acerbū / acidū / atq; acutū. hę nāq; fere differētię: videtur eſſe ſaporū. Quare guſtus quidē inſtrumētū: id eſt quod eſt potētia tale. Guſtabile autē: id quod ipſum actu facere poteſt.

CAP. XI.

DE tangibili autē & tactu: eadem ratio eſt. Nam ſi tactus nō vnus ſit ſenſus / ſed plures: neceſſe eſt / & ea quæ tactu percipiuntur / plura ſenſibilia eſſe. ¶Dubitationē autem iſte locus habere videtur / vtrum plures ſint tactus / an vnus tantū: et de inſtrumento tactus quid tandem ſit / vtrū ipſa caro & id quod in cæteris ſimile eſt carni / an ita nō ſit / ſed id quidem ipſum ſit ſenſus huiuſce medium / inſtrumentū autē ipſius primū aliud quoddā ſit ītus. Omnis enim ſenſus: vnius cōtrarietatis eſſe videtur. vt viſus: albi nigriq;. & audit9: acuti grauiſq;. & guſtus: dulcis atq; amari. At ī tāgibili: plures inſunt cōtrarietates/ vt patet. eſt enim calidum frigidum / humidum ſiccum / molle durum / & iſtiuſmodi alia. Sed eſſe videtur ad hanc dubitationem: quæ-

Argyropylus

dam ſolutio. Nam in cæteris etiam ſenſibus plures ſunt contrarietates. in voce nanq; nõ ſolum eſt acumẽ & grauitas : ſed etiam magnitudo & paruitas / & lenitas & aſperitas vocis/ & alia huiuſcemodi. Sunt & circa colorem: differentię aliæ tales. Verum quidnam ſit vnum obiectũ tactui/ ſicut vnũ eſt auditui ſonus:
109 non eſſe manifeſtũ videtur. ¶Huius autem / vtrum inſtrumentũ tactus intus ſit poſt carnẽ an non ſit / ſed ſtatim ſit ipſa caro: id non eſſe ſignum videtur / ſenſum inquã iliico fieri cum res tactu percipiendæ tanguntur. Etenim ſi quis nunc circa carnẽ/ ſubtilem pellem extenderit / deinde rem tactu percipiẽdam tetigerit: ſenſus ſtatim ſimiliter fiet. & tamẽ patet: in illa pelle/ tactus inſtrumentum non eſſe. Qz ſi copulata fuerit: velocius/ vt patet/ ſenſus
110 pceptio fiet. Quapropter talis pars corporis/ perinde ſeſe habere videtur: atq; ſi circũfuſus aer cõiũctus eſſet nobis ac copulatus. tũc enĩ vnõ quodã inſtrumento profecto ſonũ/ & colorẽ/ & odorẽ videremur ſentire: & vnus quidã videretur eſſe nimirũ ſenſus/ viſus/ auditus/ atq; olfactus. nũc autẽ quia ſeiunctum eſt id per quod fiunt motus: patet inſtrumẽta iã dicta ſenſuũ eſſe diuerſa.
111 ¶In tactu aũt: idipſũ nũc latet. fieri enĩ nequit: vt ex aere vel aqua corpus animatũ tãtũmodo cõſtet. quippe cũ: ſolidũ qdã eſſe oportet. Reſtat igitur/ vt ex his atq; terra ſit miſtũ: quale eſt ipſa caro/ & id quod vicẽ ipſius ſubit. Quare neceſſe eſt ipſũ corpus copulatũ: mediũ eſſe inter inſtrumentũ ipſius tactus & res ipſas tãgibiles/ per qđ fiunt ipſi ſenſus / q quidẽ ſũt plures.
112 ¶Indicat aũt plures eſſe: tactus iſce qui in lingua cõſiſtit. nã eadẽ in parte: & oẽs res tãgibiles/ & ſaporẽ etiã ſẽtit. Si igiť & cęterę partes carnis/ ſentirẽt ſaporẽ: vnus idẽq; tũc ſẽſus videreť eſſe pfecto / guſtus et tactus. nũc autẽ qa nõ fit cõuerſio:
113 duo diuerſi ſenſus eſſe cẽſenť. ¶At vero: dubitabit hoc loco nõ iniuria qſpiã. Nã ſi corpus qdẽ oẽ profũditatẽ habet/ atq; hæc eſt tertia ma-

Tral.ve.ex græ.recog.

dubitationẽ: q & in alijs ſenſibus ſunt contrarietates plures. vt in voce / non ſolum acumen & grauitas: ſed & magnitudo & paruitas/ & lenitas & aſperitas vocis/ & huiuſmodi alia. Sũt autẽ & circa colorem: differentiæ huiuſmodi aliæ. Sed quid ſit vnum ſubiectum/ ſicut auditui ſonus/ ſic tactui: non eſt manifeſtum. ¶Vtrum autem ſit ſen- 84
ſoriũ intus an non/ ſed mox caro: nullum videtur eſſe ſignũ/ fieri ſenſum ſimulatq; res tanguntur. Etenim nunc ſi quis circa carnem extenderit/ vt pelliculam faciens: ſimiliter ſenſum mox cũ tetigerit/ inſinuat. & tamẽ cõſtat: q nõ eſt in hoc/ ſenſorium. Si autem & coniunctũ fuerit: citius pertinget vtiq; ſenſus. Quapropter & talis pars corporis videtur ſic ſe habere: ſicut ſi circulariter nobis adnatus eſſet aer. videremur enim vno quodam ſentire & ſonum/ et colorem/ & odorem: & vnus quidam ſenſus eſſe/ auditus/ & viſus/ & olfactus. nunc autem quoniam determinatũ eſt per quod fiunt motus: manifeſta ſũt prędicta ſenſoria/ diuerſa eſſe.
¶In tactu autem : hoc nũc immanifeſtũ eſt. ex aere enim aut aqua: impoſſibile eſt conſtare animatum corpus. oportet enim : aliquid firmũ eſſe. Relinquitur igitur: miſtũ ex terra & ex his eſſe/ quale ſolet eſſe caro/ & proportionale. Quare neceſſarium eſt: & corpus adnatũ eſſe medium tactiui/ per quod fiunt ſenſus qui plures ſunt. ¶Demõ 86
ſtrat autem q plures ſint: qui in lingua tactus. omnia enim tangibilia ſentit / ſecundum eandem partem: & ſaporem. Si igitur & alia caro ſentiret ſaporem: videretur vnus & idem eſſe ſenſus/ guſtus & tactus. nunc autem duo: propterea q non conuertitur. ¶Dubi- 87
tabit autem aliquis. Si oẽ corpus profundũ habet/ hoc autem eſt tertia ma-

Tral.ve.ex græ.recog.

gnitudo / quorum autem corporum medium est aliquod corpus non contingit ipsa seinuicem tangere / humidum autem non est sine corpore neq; humectū / sed necesse est aquā esse aut habere aquam / quę vero tangunt seinuicem in aqua cum extrema sicca non sint necesse est aquam habere mediam qua repleta sunt vltima / si autem hoc verū: impossibile est tangere aliud / aliud in aqua . Eodem autem modo: & in aere. similiter enim se habet aer / ad ea quæ sūt in ipso: et aqua / ad ea quæ sunt in ipsa . latet autem magis nos . sicut & quæ sunt in aqua animalia : si humectum tangit humectum . Vtrum igitur omnium similiter sit sensus: an aliorum aliter sicut nunc videtur / gustus quidē & tactus tangendo / alij autem delōge. Hoc autem nō est: sed durum & molle per alia sentimus / sicut et sonatiuum & visibile & odorabile. sed alia quidem delonge : alia vero depro pe. Quapropter latet . quoniam omnia sentimus per medium : sed in his latet. Et quidem sicut diximus prius / & si per pelliculam quæ nos lateret sentiremus omnia tangibilia / similiter vtique haberemus / sicut & nunc in aqua & in aere . putamus enim nunc ipsa tangere: & nichil esse per mediū . Sed differt tāgibile: a visibilibus / & sonatiuis. q; hæc quidem sentimus ex eo q; medium mouet aliquid nos : tangibilia vero nō a medio / sed simul cum medio / sicut per clypeum percussus . non enim clypeus percussus percussit: sed simul accidit vtraq; percuti. ¶Omnino autē videtur caro & lingua : sicut aer & aqua ad visum & auditū & olfactum se habēt / sic se habere ad sensoriū. ipso autē sensorio tacto : neq; ibi / neq; hic fiet vtiq; sensus . vt si quis ponat corpus albū super oculi vltimum.

Argyropylus

gnitudo / fieri vero neqt vt ea corpora sese mutuo tāgat / iter q̄ corp⁹ aliqd mediū intercedit / humidūq; nō est sine corpore nec humectatū / sed necesse est vel aquā esse vel aquā habere: q fieri potest / vt corpus tāgat corpus ? aqua? eteni necesse est / cū extrema nō sint sicca: i medio aquā esse / qua repleta sunt ipsa extrema. Qz si hoc est verū: fieri ,pfecto nō potest / vt corporū tactus fiat in aqua. Eodē etiā modo de ijs dici potest: quæ in aere collocantur. simili nāq; modo: sese habet aer ad ea quę sūt in ipso : & aqua ad ea quæ sunt in ipsa . latet autem nos magis in hisce quæ in aere collocātur: q̄ in animalibus quæ sunt in aqua / si humectatū humectatū tangit. Vtrum 114
igitur oīm simili modo sit sensus: an sensuū quidā vt nūc videtur eodē / q dā diuerso modo obiecta sua pcipiāt / gustus quidē & tactus tangēdo / ceteri autē eminus? At id ,pfecto non ita est: sed durū etiam & molle p alia plane sentimus / quēad modū & id qd sonat / & visibile / ac odorabile. verū hæc qdē / eminus: illa vero / cominus sentiūtur. Quapropter latet? si per mediū illa pcipiātur. nā sensibilia cuncta / p mediū sentiūtur: sed in illis idipsū latet / vt diximus. Eniuero si per subtilē pellē / vt prius etiā est dictū / positā circa carnē sentiremus oīa tāgibilia / id ipsū nō animaduertentes: sic nos tū vtiq; sentiremus vt nunc i aere sentimus & aqua. nūc eni videmur res ipsas tāgibiles tāgere: & 115
nullū mediū esse . Interest autē iter tangibile ; & ea q̄ sonāt / & visibilia. nā hæc quidē sentimus : medio in nos aliquid agente. at tāgibilia sentimus: nō a medio / sed vna cū ipso medio moti / vti fit cū quispiā p clypeū est percussus. nō eni percussus clypeus pcussit: sed fit vt ambo sint simul percussi / clypeus atq; miles.
¶Oino autē vt aer & aqua sese ha 116
bēt ad visū & auditū atq; olfactū: sic caro ac lingua sese ad huius instrumētū sensus habere videnť. atq; nec ibi ,pfecto / nec hic pceptio sensus fiet: cū instrumentū sensus a re sensibili tāgitur. vt si qspiā sup ex-

Argyropylus

tremũ oculi/ corpus posuerit albũ. Ex quo etiã plane patet: instrumẽ tũ sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles/ intus esse collocatũ/ vt diximus. Sic enĩ & in hoc sensu fiet id porro: quod in cæteris sensibus fieri solet. sensibilium enim: si in ipsis instrumentis ponantur sensuum/ non fit vt patet/ perceptio. at si super carnẽ ponatur tãgibile: fit/ vt docet experientia/ sensus. Quare: sine dubio ipsa caro/ medium est in tactu. Atqui ea tactu p-
117 cipiũtur: quæ corporis sunt vt corpus est/ differentiæ. Dico autẽ differentias eas quæ rerũ elemẽta distinguũt: calidũ frigidũ/ siccum/ ac humidum/ de quibus antea dixi-mus ijs in locis in quibus de elementis ipsis tractauimus. Instrumentũ autẽ id quo dictæ qualitates sentiũtur/ & in quo primo sensus is collocat/ quẽ appellare cõsueuimus tactũ: pars ea sane est/ quæ est potẽ-
118 tia talis. sentire nacq; : pati quoddã est/ vt diximus. Quare id qđ agit: tale illud facit/ cũ fit potẽtia/ quale est ipsũ actu. Quocirca simile calidũ atq; frigidũ/ & durũ ac molle nõ sentimus/ sed exuperationes: quia sensus est quasi mediocritas quædam cõtrarietatis eius quæ in ipsis sensibilibus ineſt. Et propter hoc: sensibilia ipsa discernit. nã mediũ ipsũ: extremorũ est iudex. fit enim ad vtrũq; ipsorũ: alterũ extremorũ.
119 Atq; vt id qđ albũ nigrumq; percepturũ est sẽsu/ neutrũ ipsorũ actu/ sed potẽtia sit vtrũq; oportet/ & in cæteris eodẽ modo: sic & in tactu neq; calidũ neq; frigidũ id actusit oportet/ sed vtrũq; potẽtia/ quod
120 vtrunq; est percepturum. Præterea vt visus visibilis ac inuisibilis quodammodo est/ vti diximus/ cæteriq; sensus oppositorum similiter: sic etiam est tangibilis ac intangibilis/ tactus. Intãgibile autem: est etiam id quod exiguam admodum differentiam tangibiliũ habet/ quale passus est aer. & exuperationes etiam tangibilium: qualia sunt ea quæ corrumpere possunt. De sensuum igitur vnoquoq;: dictum sit hoc modo quasi figura. CAP. XII.

Tral. ve. ex græ. recog.

Quare & manifestum est: q; intus sit tangibilis sensorium. sic enim vtique accidet: quod quidem in alijs. apposita enim super sensorium: non sentiunt. super autem carnem apposita: sentit. Quare: medium tactiui/ caro. Tangibiles igitur sunt: differẽtię corporis secundum q; corpus. Dico autem differentias quæ elementa determinant: calidum frigidum/ humidum/ siccum/ de quibus prius dictũ est in ijs quæ de elementis. Sensorium autem ipsarum tactiuum/ & in quo sensus vocatus tactus ineſt primo: potentia huiusmodi pars est. sentire enim: pati quoddam est. Quare faciens: tale quale ipsum est actu/ huiusmodi illud facit/ cum sit potentia. Vnde simile calidum & frigidum/ aut durum & molle non sentimus/ sed excellentias: tanquam sensu velut medietate quadam existente eius quæ in sensibilibus contrarietatis. Et propter hoc: discernit ac iudicat sensibilia. mediũ enĩ: iudicatorium est. fit enim ad vtrũque ipsorum/ alterũ vltimorum. Et vt oportet id quod debet sentire album & nigrum/ neutrũ ipsorum esse actu/ potentia vero vtrumque/ sic autem et in alijs: ita et in tactu/ neque calidum neque frigidum. Amplius autem sicut visibilis et inuisibilis est quodammodo visus/ similiter autem et reliqui oppositorum: sic et tactus/ tangibilis et intangibilis. Intãgibile autem: est parua omnino habens differentiã tangibilium/ quomodo se habet aer. et tangibilium excellentiæ: vt ea quæ corruptiua sunt. Secundum igitur vnumquemque sensum: dictum est figura. CAP. XII.

Tral.ve.ex græ.recog.



Portet autē vniuersaliter de omni sensu accipere: ꝙ sensus est id quod est susceptiuum specierū sine materia. vt cera: annuli / sine ferro & auro/recipit signum. accipit autē aureum aut æneum signum: sed non inquantum aurum/ aut æs. Similiter autem & sensus vniuscuiusq; : ab habente odorem /aut saporem / aut sonum patitur. sed nō inquantum vnūquodq; illorum dicitur: sed inquantū huiusmodi/ & secundū rationem. Sensorium autem primum: est in quo huiusmodi potētia. Est igitur idem: sed esse/ alterū est. magnitudo eni quædā erit/ id quod sentit: non tamen est sensitiuo esse. neq; sensus magnitudo est: sed ratio quædam & potentia illius. ¶Manifestum autem ex his: & propter quid sensibiliū excellentiæ corrūpunt sensoria. si nanq; sit fortior sensorio/ motus: soluitur ratio (hoc autē: erat sensus) sicut & symphonia & tonus/ percussis fortiter chordis. Et propter quid plantæ non sentiunt: cū habeant quandam partem animalem/ & patiātur a tangibilibus. etenim frigescunt & calescunt. Causa enim est: non habere medietatem / neq; huiusmodi principiū vt possit recipere species sensibilium/ sed pati cū materia. ¶Dubitabit autem aliquis/ si patiatur aliquid ab odore quod non potest olfacere: aut a colore / quod non potest videre. similiter autē: & in alijs. Si autem olfactibile sit odor: si quid facit/ olfactū inquantū odor est facit. Quare non potētiū olfacere: nichil pati potest ab odore. eadem autem ratio: & in alijs. Neq; potētium: nisi inq̄tū vnūquodq; sensitiuū. Simul autem manifestū est: & sic. neq; eni lu

Argyropylus

Hoc autem vniuersaliter accipere de omni sensu oportet: sensum inquam id esse quod sensibiles sine materia formas suscipere potest. perinde atq; : annuli signū sine ferro vel auro suscipit cera. suscipit autē æneum vel aureum signum: sed nō vt æs aut aurum/ neq; vt signū est aureum æneū ve. Simili patitur & sensus vniuscuiusq; sensibilis/ modo: ab eo quod habet colorem/ aut sonum/ aut saporem. sed non vt vnumquodq; illorum dicitur: sed vt est tale/ & ratione. Instrumentū autem id sensus est primū: in quo est talis vis atq; potētia collocata. Atq; sunt idem: ratio vero non est eadē/ sed diuersa. nam id quod sentit/ aliqua est magnitudo: non tamē ratio sensitiui. neq; sensus est magnitudo: sed est quædam ratio potentiaq; illius. ¶Patet autem ex his: & cur sensibiliū exuperationes/ sensuum instrumenta corrumpunt. nā si motus sit vehementior/ instrumētique sensus superet vires: dissoluitur ratio. id autem: erat sensus. dissoluiturq; : perinde atque concentus intentione/ cum vehementer fides pulsātur. Patet præterea & quā ob causam non sentiunt plantę: tāetsi partem aliquam habēt animę/ atque ab ipsis tangibilibus patiuntur. frigescunt enim & calefiunt: vt patet. Nā huius causa est: mediocritatem non habere / neq; principium tale vt sensibilium sine materia suscipiant formas/ sed cū materia patiantur. ¶Dubitabit autem quispiā/ si possit id ab odore pati/ quod olfacere nequit: aut id a colore quod haudquaq̄ videre potest. & in cæteris simili modo. Qz si odorabile sit odor: si quid in odoratū agit/ odor profecto agit. Quare fieri nequit: vt ab odore quicq̄ patiatur eorum quæ olfacere nequeunt. eadem est & in cæteris ratio. Nec etiam fieri potest vt a sensibilibus qcquam patiatur eorum quæ sentire possunt: nisi vt quodque est sensitiuum. Id ita esse: patere potest & hoc etiam pacto. nam neque lu-

121 122 123 124 125 126

Argyropylus

men & tenebræ/ neq; ſonus/neque odor in corpora quicquã agit: ſed ea nimirũ in quibus ſunt ipſa. aer enim qui eſt cum tonitruo: ſcindit lignum. Atenim tangibilia ſapo-reſq;: agunt. ſi enim non agerent: a quonam inanimata pateretur atq; alterarentur? Quid igitur: agunt ne & ſenſibilia illa? at vt videtur: non omne corpus ab odore pati ſo noq; poteſt. & ea quæ patiũtur: ter minis vacant & non manẽt/ vt aer. olet enim ipſe: tanq̃ aliquid paſſus. Quid aliud eſt olfacere quidẽ: præ-ter idipſum/aliquid inquam pati? at enim olfacere quidẽ: ſentire eſt. aer autem paſſus: cito ſenſibilis fit.

Tral.ve.ex græ.recog.

men & tenebræ/ neq; ſonus/ neque odor quicquam facit in corpora: ſed ea in quibus eſt. vt aer qui cum toni-truo: findit lignum. Sed tangibilia & ſapores: faciunt. ſi enim non: a quo vtique paterentur inanimata/ & alte-rarentur? Ergone & illa faciunt? an non omne corpus paſſiuum eſt ab o-dore & ſono: et patientia/ indeter-minata ſunt & non manent/ vt aer? olet enim: tanquam paſſus aliquid. Quid igitur eſt odorare: præter pa-ti aliquid? an odorare: ſentire eſt? aer autem paſſus: mox ſenſibilis fit.

¶ Secũdi libri de anima Ari-ſtotelis/interprete Io-anne Argyropy-lo: finis.

¶ Tralationis veteris ſecũdi li-bri de anima Ariſtotelis/ ex græco recogni-tæ: finis.

DE ANIMA

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus tertij libri de anima Aristotelis ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.

CAP. I.

QVod autē nō sit sensus alius p̄ter quinque / dico autem hos / visum / auditū / olfactum / gustum / tactū: ex his credet aliquis. Etenim: omnis eius cuius est sensus tactus / etiā nunc sensum habemus. omnes enim tangibilis inquantū tāgibile / passiones: tactu nobis sensibiles sūt. Necesse autē est / si q̄dē deficit aliquis sensus: & sensoriū aliquod nobis deesse. Et quæcūq; quidem ipsi tangentes / sentimus: tactu sensibilia sunt / quem habemus. Quæcūq; vero per media / & non ipsa tangentes: simplicibus. dico autē: vt aere & aqua. Habet autem sic: vt si quidē per vnū plura sensibilia sint existentia diuersa abinuicem genere / necesse sit habentem huiusmodi sensoriū / vtrorūq; sensitiuum esse. vt si ex aere est sensoriū: & est aer & soni & coloris. Si vero plura eiusdem sint / vt coloris & aer & aqua / vtraq; enim diaphana: & qui alterum ipsorum habet solū / sentiet id quod per vtraq;. 2 ¶ Simplicium autem ex duobus his sensoria solum sunt: ex aere & aqua. pupilla enim: aquæ. auditus vero: aeris. olfactus autem: horum alterius est. Ignis autem: aut nullius est / aut communis omnibus. nihil enim sine calore sensitiuum est. Terra vero: aut nullius est / aut ī tactu maxime miscetur. Quapropter relinqui-



Ensum aūt nullum alium esse p̄ter hos qnque / visum inquā / auditum / odoratū / gustū / & tactū: ex hisce profecto quæ nūc deinceps dicemus / credere quispiam potest. Nam si nunc sensum omnis eius habemus cuius sensus est tactus / omnes nanq; rei tāgibilis vt est tāgibilis affectus nobis sunt sēsibiles tactu: nullus vtiq; tactus vel gustus vel olfactus vel auditus vel visus deesse nobis videt. Prēterea / si sensus nobis deficiat aliqs: & instrumentū necesse est illius nobis deesse. Prēterea: oīs sensus p 129
mediū sentit / vt patuit. Mediū autē: aut cōiunctū / aut seiūctū externūq; esse necesse est. At nos habemus vtrūq;: & id inq̄ qđ est cōiunctū quo qdē tāgētes sentimus sensibilia tactu / & id etiā per qđ eminus nō tāgentes sentimus. id vero: duplex est spaciū simplex / aer inquā & aqua. Res autē ita sese habere videtur: vt si sensibilia plura diuersa genere p vnū mediū sentiant / necessariū sit eū q sensus instrumētū habeat tale / sensitiuū illorū esse. vt si ex aere sensus sit instrumētū: & aer sit mediū in colore sentiendo ac sono. Qz si vnū ideq; p plura media sentiat / vt color per aerē atq; aquā (hęc enī vtraq;: pspicua sunt) is q alterū tantū habet ipsorū / sentiet nimirū id qđ p vtrūq; sentiri potest. ¶ Nā 130
ex hisce duobus simplicibus tātū: instrumēta sūt sensus / ex aere atq; aqua. eteni pupilla ex aqua / auditus ex aere / odoratus ex horū altero: cōstat. Ignis: aut nullius est instrumēti / aut cōmunis oīm est. quippe cū: sine caliditate nihil sit sensitiuū. Terra etiā: aut nullius est instrumēti / aut ī tactu maxime / cōmista.

Argyropylus

Quocirca: reſtat nullum ſenſus inſtrumentum eſſe præter aerem atq;
131 aquam. hæc autem: nonnulla nũc animaliũ habent. Ab ijs igitur animalium quæ ſunt perfecta / nõ imperfecta nec mẽbris capta: omnes ſenſus habentur. etenim & talpa:
132 ſub cute oculos habere videtur. Atque ſi nullum aliud corpus eſt præter ea quæ percipimus eſſe / nec vllus alius affectus præter eos qui corporibus hiſce competunt quæ ſunt hic: nullus profecto deficit ſenſus.
133 ¶At vero neq; ſenſus inſtrumentum quicquam proprium ſenſibilium cõmunium eſſe poteſt / motus inquam / quietis / figuræ / magnitudinis / numeri / vnius: quæ vnoquoq; * ſenſu ſentimus per accidẽs. Omnia enim hęc: ſane motu ſentimus. etẽni magnitudo: motu ſentitur. Quare & figura quidem: cũ figura / quædam magnitudo ſit. Et id qđ quieſcit: ex eo quia non mouetur. Et numerus: continui negatione / & ſenſibilibus proprijs. vnuſquiſq; nanq; ſenſus: nimirum vnũ
134 ſentit. Quare patet fieri non poſſe: vt communium cuiuſq; ſit proprius ſenſus. ſi enim eſſet: perinde tunc fieret atq; nũc viſu dulce ſentimus. quod quidem propterea fit: q; vtrorũq; ſenſum habemus / quo / cum concurrunt / agnoſcimus. Qz ſi ita nõ eſſet: nullo alio modo profecto niſi per accidens ſentiremus / quo pacto filiũ ſentimus Cleonis. nõ enim Cleonis filiũ: ſed albũ ſentimus. huic autem accidit: vt filius ſit Cleonis. At communium habemus iam ſenſum communem: non per accidens ſane. Nullus igitur ipſorum: ſenſus eſt proprius. nullo enim ſentiremus modo: niſi eo / quo diximus filiũ videre Cleonis. Propria autẽ ſenſibilia ſenſus ipſi per accidens / alter alterius ſentiũt: nõ hoc ſane quo ipſi ſunt / ſed quo vnus / cum ſimul in eodem ſenſus efficitur / ceu bilem amaram eſſe ac flauam. non enim ad alterum pertinet: vnum / ambo hęc eſſe dicere. Quapropter & errat: & ſi fit quip-
135 pia flauũ. * ¶Quæri poteſt autẽ: cuiuſnam gratia plures ſenſus / ſed

Tral.ve.ex græ.recog.

tur: nullũ eſſe ſenſoriũ præter aerem & aquã. hæc autẽ: & nũc quædã habent animalia. Omnes igitur ſenſus: habẽtur a nõ imperfectis / neq; mutilatis. videtur enĩ & talpa: ſub pelle habere oculos. Quare ſi non eſt aliud aliqđ corpus / & paſſio quæ nullius ſit eorũ quę ſunt hic corporũ: nullus vtiq; deficiet ſenſus. ¶At vero neq; communiũ poteſt eſſe ſenſoriũ aliquod propriũ: quę vnoquoq; ſenſu ſentimus nõ ſecũdũ accidẽs / vt motus / ſtatus / figuræ / magnitudinis / numeri / vnius. Hæc enĩ oĩa motu ſentimus. vt magnitudinẽ: motu. Quare & figurã. magnitudo enim quædã: & figura eſt. Quieſcẽs autẽ: eo q; nõ mouetur. Numerus vero: negatione continui / & proprijs. vnuſquiſq; enim ſenſus: vnũ ſentit. Quare manifeſtũ eſt: q; ĩpoſſibile eſt cuiuſlibet horũ propriũ eſſe ſenſum / vt motus. ſic enim eſſet: vt nũc viſu dulce ſentimus. hoc autem eſt: quoniam amborũ habemus ſenſum / quo cum coinciderint cognoſcimus. Si vero non: nequaquã vtique / niſi ſecundum accidens ſentiremus. vt Cleonis filium: non quia Cleonis filius eſt / ſed quia albus. huic autem accidit: vt filius Cleonis ſit. Cõmunium autem habemus iam ſenſum communem: non ſecundum accidens. Non igitur: eſt proprius. nequaquam enim vtique ſentiremus: niſi ſic / vt dictum eſt Cleonis filium nos videre. Adinuicem autem propria / ſecũdum accidens ſentiunt ipſi ſenſus: non ſecundum q; ipſi ſunt / ſed ſecũdum q; vnus / cum ſimul fit ſenſus in eodẽ. vt q; cholera quidẽ: amara eſt & flaua. nõ enim alterius eſt dicere: q; ambo / vnum. Quapropter: & decipitur. et ſi fit flauum: choleram opinatur eſſe.
¶Inquiret autem aliquis: cuius cauſa plures habeamus ſenſus / ſed non 4

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

solum vnum. An vt minus lateant consequentia & cõmunia: vt motus/et magnitudo/ & numerus? Si enim esset visus solus & ipse albi: laterẽt vtique magis/ & viderentur idẽ esse omnia/ propterea ꝙ consequuntur seinuicẽ simul color & magnitudo. nunc autẽ/ quoniam in alio sensibili communia sunt: manifestum facit/ ꝙ aliud quiddam vnumquodqꝫ ipsorum est.

CAP. II.

QVoniam autem sentimus quod videmus et audimus: necesse est/ aut visu sentire ꝙ videt/ aut alio. Sed idẽ: erit visus/ et subiecti coloris. Quamobrem/ aut duo eiusdem erunt: aut ipse suiipsius. Amplius autẽ/ si & alius sensus sit ipsius visus: aut in infinitum procedet/ aut ipse aliquis suiipsius erit. Quare in ipso primo: hoc faciendum est. Habet autem: dubitationem. Si enim visu sentire videre est/ videtur autem color aut habens colorẽ: si videbit aliquis id quod est videns/ & colorem habebit primũ videns. Manifestum est igitur: ꝙ non est vnum/ ipsum visu sentire. etenim cũ non videmus: visu discernimus & tenebras & lumen/ sed nõ similiter. ¶ Amplius autem & videns: tanquam coloratum est. vnumquodqꝫ enim sensoriũm: susceptiuũ est sensibilis sine materia. ¶ Vnde et abeũtibus sensibilibus: insunt sensus & phantasiæ in ipsis sensorijs. Ipsius autem sensibilis & sensus/ actus: idem est & vnus. esse autem ipsorum: non idem. dico autem: vt sonus secundum actum/ & auditus secundum actum. est enim auditum habentem non audire: & habens sonum/ non semper sonat. cum autem operatur potens audire/ & sonat potens colorare/ & habet colorem: tunc maxime fit secundum actum. Vnum autem & ens: vno modo quidem dicitur per accidens. vt homini album: quia homo album. & musicum: quia homo musicum. & homo: quia musicum aut album. Et vnum quidem: quia homo. Et ens: quia album. Et alia quæcunq; per accidens. Sic enim dicimus: quia ens vnum. Et vnum ens. Et quod vnum: quia ens. Et quod ens: quia vnum. Et quæcunq; per accidens. Et quæcunq; per se. Quæcunq; enim per se entia: vna quidem sunt: quæcunq; vna: entia. Quare substantiæ quidem: vna. Et ens. Et vnum. Quare neq; motus: neq; quies. Neq; vnum: neq; ens. Quæcunq; enim per se: vna quidem sunt: quæcunq; vna: entia. Quare substantiæ quidem: vna. Et ens. Et vnum. Quare neq; motus: neq; quies. Neq; vnum: neq; ens. Quæcunq; enim per se: vna quidem sunt: quæcunq; vna: entia. Quare substantiæ quidem: vna. Et ens. Et vnum. Quare neq; motus: neq; quies. Neq; vnum: neq; ens.

Argyropylus

non vnum tantum habemus. At vt minus ipsa quæ sequuntur atq; cõmunia lateant: vt motus/ & magnitudo/ & numerus. Nam si esset solus visus qui quidem est & coloris: magis laterent/ ac idẽ esse omnia viderentur/ propterea quod color & magnitudo simul se sequuntur & comitantur. nunc autem cũ in alio quoq; sensibili ipsa communia sint: fit inde perspicuum/ vnũquodque illorum/ aliquid aliud esse atq; diuersum.

CAP. II.

CVm autem sentiamus 136
nos videre ac audire: necesse est aut visu sentiam⁹ nos videre/ aut alio sensu. At si alio sensu: tum idem sensus erit & ipsius visus/ & etiam coloris subiecti. Quare vel duo sensus eiusdẽ erunt subiecti: vel seipsum sentiet ipse. Præterea si alius sit sensus qui percipit ipsum visum: aut in infinitũ fiet abitio/ aut erit aliquis sensus q seipsum percipiet sentientẽ. Quare: idipsum in primo sensu continuo est faciendum. At hinc oritur 137
dubitatio. Nam si visu quidem sentire nil aliud est q̃ videre/ videt autem color vel id quod habet colorẽ: si quippiam viderit id qđ videt/ & colorem id habebit profecto quod videt primum. Patet igitur: nõ vnum idipsum esse/ sentire inquam visu. nã cũ nõ videmus: tenebras & lumen visu discernimus/ sed nõ eodẽ/ vt patet/ modo. ¶ Præterea 138
idipsum etiam quod videt: colore quodammodo delibutum est. Instrumentum enim vniuscuiusq; sensus: ipsum sensibile sine materia suscipit/ vti diximus. ¶ Quocirca sensibilibus ipsis semotis: insunt in sensuũ instrumentis sensus imaginationesque. Atqui operatio rei sensibilis atq; sensus: vna quidem & eadẽ est/ at earum ratio non eadem est. dico autem: sonum actu/ & auditũ actu. fit enim vt is qui auditũ habet/ non audiat: & id quod habet sonum non semper sonet. sed cum operatur id qđ audire potest/ & so-

Argyropylus

nat id quod ſonum efficere po=
teſt: tum ſimul fit & auditus actu/
& ſonus etiam actu. quorum alte=
rum quiſpiam auditionem: alte=
rum ſonationem eſſe/non incon=
139 grue dicere poteſt. Q2 ſi motus &
actio atque paſſio in eo eſt quod
patitur atque mouetur: neceſſe eſt
& ſonum & auditum actu/ in au=
ditu qui eſt potentia eſſe. agen=
tis nanq; mouentiſque operatio:
in ipſo patiente ſuſcipitur atq; in=
eſt. Quocirca: nō neceſſe eſt id qđ
motu ciet / moueri. Actus igitur
ſonatiui: ſonus eſt/ vel ſonatio. au
ditiui vero: auditus/ vel auditio.
duplex enim eſt auditus; & du=
140 plex etiam ſonus. Eadem eſt: &
in cęteris ſenſibus ac ſenſibilibus/
ratio. atque vt actio paſſioq; non
in agente eſt/ ſed in eo quod pati=
tur: ſic & ipſius ſenſibilis actio in
ipſo eſt ſenſitiuo. Sed in quibuſdā
nomina quoque ſunt poſita/ vt ſo=
natio ac auditio: in quibuſdā au=
tē caret alterum nomine. operatio
enim viſus/ viſio dicitur: at colo=
ris / nomine vacat. operatio præ=
terea guſtus / guſtatio dicitur: at
141 ſaporis/ nomen non habet. Hæc
cum ita ſint/ atque vnus actus rei
ſenſibilis ſenſitiuiq; ſit / quamuis
diuerſas habeat rationes/ ſicuti di
ximus: neceſſe eſt ſimul corrum=
pantur/ ſimulque ſint ſalua/ audi
tus ac ſonus/ qui hoc modo dicū
tur. & ſapor itidem & guſtus: cæ
teraq; ſimiliter. At ea quæ dicun=
tur potentia: nō hanc ipſam pro=
fecto neceſſario ſubeunt legem.
142 ¶ Non recte igitur priores natu=
rales Philoſophi ſentiebant: qui
quidem ſine viſu neq; album vl=
lum neque nigrum eſſe dicebant/
neque item vllum ſine guſtu ſa=
porem. Nam partim recte: par=
tim non recte cenſebant. etenim
cum dupliciter ſenſus ſenſibileque
dicatur / potentia atque actu: in
his quidem ſecundis fit/ idipſum
ſane quod dictum eſt/ in illis au=
tem primis non fit/ vt luce clarius
extat. At illi de hiſce ſimpliciter lo
quebātur: q̄ ſimpliciter nō dicunt.

Tral.ve.ex græ.recog.

tens ſonare: tunc ſecundum actū au=
ditus fit ſimul & ſecundum actum ſo=
nus. quorū dicet vtique aliquis / hoc
quidē auditionē eſſe: illud vero ſona=
tionē. Si igit̄ motus & actio & paſſio
eſt in eo quod mouetur & patit̄: neceſ
ſe eſt & ſonū & auditum qui eſt ſecū=
dum actū/ in auditu qui ſecūdū po=
tentiam / eſſe. actiui enim & motiui
actus: in patiente fit. Vnde: non ne=
ceſſe eſt moues moueri. Sonatiui igi=
tur actus: ſonus eſt/ aut ſonatio. au=
ditiui autē: auditus / aut auditio. du=
plex enim eſt auditus: & duplex ſo=
nus. Eadem autem ratio: & in alijs
ſenſibus/ & ſenſibilibus. ſicut enim a=
ctio & paſſio in patiente eſt / ſed non
in agente: ſic & ipſius ſenſibilis actus
in ipſo ſenſitiuo exiſtit. Sed in qui=
buſdam quidem: etiam nominata
ſūt / vt ſonatio & auditio. in quibuſ=
dam autem: innominatum eſt alte=
rum. actus enim viſus / viſio dicitur:
coloris vero/innominatum eſt. & gu=
ſtatiui/ guſtatio: ſaporis autem/inno=
minatum eſt. Quoniam autem vnus
quidem eſt actus ſenſibilis & ſenſiti=
ui / eſſe autem alterum: neceſſe eſt
ſimul corrumpi & ſaluari ſic dictum
auditum / atque ſonum. et ſapo=
rem igitur & guſtum: & alia ſimili=
ter. Dicta autem ſecundum poten=
tiam: non neceſſe eſt. ¶ Sed prio=
res Phyſiologi / hoc non bene dice=
bant: qui neque album neque nigrū
ſine viſu / neque ſaporem ſine guſtu
eſſe opinabātur. Nam ſic quidē dice=
bant recte: ſic autem non recte. du=
pliciter enim dicto ſenſu & ſenſibi=
li/ alijs quidem ſecūdum potentiam/
alijs vero ſecūdum actum: in his qui=
dem accidit quod dictum eſt/ in alte
ris autē non accidit. Sed illi ſimplici=
ter dicebant: de dictis nō ſimpliciter.

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

9 ¶Si autem vox quędam ſymphonia eſt/ vox autem & auditus eſt vt vnū & eſt vt non vnum aut idem/ ſymphonia autem eſt ratio: neceſſe eſt & auditum/ rationem quandam eſſe. Et propter id: corrūpit vnumquodq; excellens & acutum & graue/ auditum. ſimiliter autem & in ſaporibus: guſtum. & in coloribus viſum: valde fulgidum & opacum. & in olfactu: fortis odor & dulcis & amarus/ tanquam ratio quædam ſit ſenſus.

10 ¶Vnde & delectabilia quidem ſunt: cum ducuntur quæ ſyncera ſunt & immiſta ad rationem/ vt acutum aut dulce aut ſalſum. delectabilia enim: tunc. Omnino autem magis quod miſtum eſt/ ſymphonia eſt: quam acutum et graue. Tactus autem: calefactibile et frigefactibile. ſed ſenſus: ratio eſt. excellentia autem: dolore afficiunt/ aut corrumpunt. 11 ¶Vnuſquiſq; igitur ſenſus: ſubiecti ſenſibilis eſt. ineſtq; in ſenſorio inq̄tum ſenſorium: & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias. vt album quidem et nigrū/ viſus: dulce vero et amarū/ guſtus. ſimiliter autē ſe habet hoc: et in alijs. Quoniam autem et albū et dulce et vnumquodque ſenſibilium ad vnū quodq; diſcernimus quodam/ et ſentimus q̄ differunt: neceſſe eſt vtiq; ſenſu. ſenſibilia enī ſunt. Quo et manifeſtum eſt: q̄ caro non eſt vltimum ſenſoriū. neceſſe enī eſſet: diſcernens/ diſcernere tangendo ipſum. 12 ¶Neque itaq; ſeparatis contingit diſcernere diſcernens quod aliud ſit dulce ab albo: ſed oportet aliquo vtraque manifeſta eſſe. ſic enim/ & ſi hoc quidem ego/ illud autem tu ſentires: manifeſtum vtiq; eſſet quod alia abinuicem ſunt. Oportet autem vnum dicere: quod aliud. aliud enim

¶Q; ſi vox quædā cōcentus eſt/ vox autem & auditus tūm vnum/ tūm non vnum aut non idē ſunt/ & concentus eſt ratio: neceſſe eſt & auditum quandam eſſe rationē. Atq; ob idipſum exuperās quoſque tam acutum quam graue: corrumpit auditum atque deuaſtat. & in ſaporibus: guſtum. & in coloribus viſum: id quod nimium eſt ſplendidum & tenebroſum. & in odoribus: vehemēs odor/ ſiue dulcis/ ſiue amarus. quia ſenſus ipſe: quædā eſt ratio rata. ¶Quocirca ſenſibilium ea quæ ſyncere talia/ quæq; ſimplicia ſūt/ vt acutū/ vel dulce/ vel ſalſum: cum reducuntur ad rationem/ ſenſui ſunt iocūda. tunc enī: ipſum delectare videntur. Omnino autē ipſum miſtum magis concentus eſt: q̄ acutum vel graue. Tactui quoq; non calidum ſane ſimplex ac frigidū/ ſed id quod eſt ad rationem redactum: amicum eſt atq; iocūdum. enimuero: ſenſus ipſe ratio quædam eſt/ vti diximus. ſenſibilium autem ea quæ exuperāt: aut dolorem afferunt ipſi/ aut tādem ipſū corrūpūt. ¶Vnuſquiſq; igitur ſenſus: vt ſæpe diximus/ ſenſibilis eſt obiecti. eſtq; in inſtrumēto ſuo ea ratione/ qua illud ſenſus eſt inſtrumentum: & differentias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit. vt album quidem & nigrum/ viſus: dulce autem & amarum/ guſtus. & cæteri ſimiliter ſenſus. At enim cum albū & dulce/ & ſingula ſenſibilium ad ſingula nimirum aliquo comparemus ac diſcernamus & ſentiamus differre: neceſſe eſt idipſum profecto fieri ſenſu. quippe cum illa ſenſibilia ſunt. Quo patet: carnem vltimum inſtrumētum ſenſus non eſſe. nam neceſſe eſſet id quod diſcernit: tangendo diſcernere. ¶Fieri igitur non poteſt/ vt ſeparatis diſcernatur dulce diuerſum eſſe ab albo/ ſed vni cuipiam ambo nota eſſe oportet. illo nanq; modo ſane pateret inter ſeſe illa differre: etiam ſi alterū ego/ alterum tu ſentires. Vnum igitur dicat oportet: diuerſa eſſe

Argyropylus

dulce ac albū. Dicit igitur idē. quare vt dicit: sic & intelligit/atq; sentit. Patet ergo: fieri non posse vt separatis separata diiudicentur. At hinc patet: neq; fieri posse vt separato in tempore discernatur. Nam vt idem aliud esse bonum ac malū dicit: sic quando alterum dicit aliud esse/tunc & alterum etiam dicit. atq; dico quando: nō per accidēs. veluti nunc dico quippiam aliud esse; non tamen dico illud nunc aliud esse. sed hoc pacto nunc dicit: vt dicat/ & nūc illud esse. simul igitur dicit. Quo fit: vt inseparabile et
in inseparabili tempore/ separata
147 discernat. At vero fieri non potest: vt simul idem ea ratione qua indiuisibile est/ & in indiuisibili tempore/ motibus cōtrarijs moueatur. At dulce quidem/sic mouet sensum ac intellectum: amarum autem/contrario modo. & album/itidem diuerso. Estne igitur quod discernit: indiuisibile quidem numero/ separatum autem ratione? Partim igitur vt diuisibile/ res sentit diuisas: partim vt indiuisibile. nam ratione quidem/ diuisibile: loco autem at-
148 que numero/ indiuisibile est. An id minime fieri potest? idem enim potentia quidem est ipsa contraria/et diuisibile & indiuisibile: actu autē esse non potest/ sed patiendo diuisibile est. At fieri nequit: vt simul sit album & nigrum. Quare: neq; formas ipsorum simul sensus ac intellectus si talia sint vt patiantur/ susci-
149 pient. Atenim hoc perinde se se habet: atq; id quod quidam pūctum appellant/quod quidem tum vnum est/tum duo/ quo pacto & diuisibile est. Quo igitur indiuisibile est: hoc vnum est id quod discernit/ ac simul. quo vero est diuisibile: hoc nō vnum est. bis enim: eiusdem ligni simul fit vsus. Quo ergo finis vsus fit vt duorum: hoc duo discernit/atque est separata vt separatum. quo vero est vnū: hoc vnius fit vsus & simul. Sed de principio quidem quo dicimus animal sensitiuum esse: sit hoc modo determinatum.

CAP.III.

Tral.ve.ex græ.recog.

dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare vt dicit: sic & intelligit/ & sentit. Qz igitur non possibile sit separatis diiudicare separata: palā est. Qz autem neq; in separato cōtingit tēpore: hinc. Vt enim idem dicit/ q̄ aliud bonū & malū: sic & quando alterum dicit q̄ aliud/ tunc & alterum. nō secūdum accidens: ipsum quando (dico autem: vt nūc dico q̄ aliud/ nō tamē q̄ nunc aliud) sed sic dicit: & nūc/ & q̄ nunc. simul ergo. Quare: inseparabile/ & in inseparabili tēpore. At vero impossibile est: simul secundū contrarios motus moueri idē quatenus indiuisibile/ & in īdiuisibili tēpore. Si enim dulce: sic mouet sensum aut intellectū. amarū autē/ cōtrario modo. & albū aliter. Ergone simul quidē & numero indiuisibile & inseparabile/ quod iudicat: ipso esse autem separatum? Est igitur quodāmodo vt quatenus diuisibile diuisa sentiat: est autem vt quatenus indiuisibile. ipso esse enī diuisibile est: loco autē & numero indiuisibile. An nō possibile? potētia enī idē diuisibile & indiuisibile/ & contraria est: ipso esse autem nō/ sed patiēdo diuisibile est. Et nō possibile est: simul albū & nigrū esse. Quare neq; species ipsorū pati: si huiusmodi est sensus & intellectio. Sed vt id qđ vocāt quidā pūctū: qđ vt vnū & duo est/sic indiuisibile & diuisibile est. Secūdū q̄ igitur est īdiuisibile: discernēs vnū est/ & simul. secūdū q̄ vero diuisibile est: nō vnū. bis enī: vtitur eodē signo simul. Inquantū igitur duobus vtitur termino: duo iudicat/ & separata est vt separatorum. inquantū vero vnū: vno/ & simul. De principio igitur secundum qđ dicimus animal sensitiuum esse: determinatum sit hoc modo.

CAP.III.

DE ANIMA

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

VOniã autẽ duabus differentijs diffiniunt maxime animã/ motu ſecundum locum / & ipſo intelligere & diſcernere & ſentire: videtur vtique intelligere & ſapere velut ſentire quoddam eſſe. In vtriſque enĩ his:anima diſcernit & cognoſcit aliquid eorum quæ ſunt. Et antiqui/ ſapere & ſentire idem eſſe aiunt: ſicut & Empedocles dixit. Ad p̃ſens enim ſapientia augetur hominibus. et in alijs. Vnde: eis ſemper & ſapere diuerſa præſtat. Idẽ autẽ his vult / & illud Homeri. Talis enim mens eſt terreſtrium hominum:Qualem in dies inducit pater hominumq; deorũq;.Oẽs enĩ hi: intelligere corporeũ ſicut & ſentire/ exiſtimant. Et ſentire & ſapere ſimile ſimili : ſicut in primis rationibus determinauimus. ¶ Et tamen oportuit ſimul ipſos:& de deceptione dicere . magis propria enim eſt animalibus:& plus tẽporis in hac pmanet anima. Vnde neceſſe eſt aut vt quidã dicũt/ omnia quæ videtur eſſe vera: aut diſſimilis rei tactũ/ deceptionẽ eſſe. hoc enĩ cõtrariũ eſt illi:ſimile ſimili cognoſcere. Videtur autẽ: & deceptio & ſciẽtia cõtrariorũ eadẽ eſſe . Q̃ igitur nõ idem ſit ſapere & ſentire : manifeſtum eſt. hoc enim animalibus ineſt omnibus: illud autem/ paucis . Sed neq; ĩtelligere in quo eſt quod recte/ & quod nõ recte (q̃d enĩ recte: prudẽtia/& ſciẽtia/& opinio vera . q̃d vero nõ recte : cõtraria horũ) neq; hoc inq̃:eſt idẽ cũ ipſo ſẽtire. Sẽſus enĩ propriorum: ſemper verus eſt/ & oibus ineſt animalibus . intelligere autem cõtingit & falſo: & nulli ineſt cui non inſit & ratio. Phãtaſia enim: aliud eſt & a ſenſu / & ab intellectu .

Argyropylus

CVm autẽ duabus priſci differentijs maxime diffiniant animã/ motione inquam loco accommodata/ & intelligendo & diſcernendo ac ſentiendo: conſiderandũ eſt ſi quid interſit inter intelligere ac ſentire. Videtur nanq; tã intelligere q̃ etiã ſapere : veluti quoddam eſſe ſentire . etenĩ his vtriſq; : rerũ aliquas anima diſcernit atq; cognoſcit. Et vete res: idẽ eſſe ſapere ſentireq; / cẽſent. quẽadmodũ & Empedocles dixit . Ad præſens / hominũ creſcit ſapientia ſemper. & alio rurſus in loco. Hinc: varia his ſemper prudentia ſomnia monſtrat. Idem & Homerus: his carminibus ſẽſiſſe videtur. Tales nanq; inſunt mentes mortalibus ipſis: Quales quotidie ſummi fert rector olympi. Etenim omnes hi: putant ipſũ intelligere corporis eſſe / perinde atq; ipſũ ſentire. Et ſentire ſimili ſimile arbitrantur & ſapere: vt in ſuperioribꝰ diximus locis. ¶ Oportebat tamẽ ipſos : de errore quoq; deceptioneve diſſerere . ſunt enim hec magis ꝓpria animaliũ; pluſq; id temporis eſt / quo in his animã verſatur / vt patet . Idcirco neceſſe eſt aut vniuerſa quæ videntur / vt quidam inquiũt / eſſe vera: aut diſſimilis rei tactũ / errorẽ eſſe deceptionemve. quippe cũ :id ſit cõtrariũ illi/ ſimili inquam cognoſcere ſimile. Videtur autem : & deceptio & ſcientia cõtrariorum eſſe eadem . Non idem igitur eſſe ſentire ac ſapere: patet . illud enim / omnibus animalibus : hoc/ valde paucis ineſt . At neq; intelligere idem eſt ac ſentire: intelligere inquam quo recte atque non recte res percipi ſolent . quod nanque recte percipit : id eſt prudentia & ſcientia atq; opinio vera . at quod non recte: id eſt nimirum his dictis cõtrarium. Et enim propriorũ ſenſus: ſemper eſt verus/ & vniuerſis animalibus ineſt . at fit vt falſo quoq; quis ratiocinetur: neque cũquam competit cui nõ ineſt & ratio. Imaginatio nãque: diuerſa eſt a ſenſu/ menteque.

Argyropylus

Tral.ve.ex græ.recog.

atq; neq; hæc fit ſine ſenſu: neq; exiſtimatio ſine hac eſſe poteſt. ¶Nõ idẽ autẽ eſſe imaginationẽ exiſtimationẽve: patet. Hic enĩ affectꝰ: in poteſtate noſtra ſine cõtrouerſia collocaṫ. licet nãq; cũ libet fingere qcqd volumus / atq; ãte oculos ponere: perinde atq; ij faciũt qui in artificioſæ memoriæ cõparatis atq; diſpoſitis locis imagines fingunt atq; ſimulachra collocãt. At opinari: in nobis nõ eſt ſitũ. neceſſe eſt enĩ opinantem: aut verã aut falſam exiſtimationem habere. Prẽterea cum
154 opinamur aliquid malum eſſe atq; terribile: continuo perturbamur, ſimiliter: & cum opinamur quippiam eſſe tale / vt in illo ſit confidendum. At cum imaginamur talia: perinde afficimur atq; ſi in pictura / eadem ſpectaremus. ¶Sunt autem & exiſtimationis ipſius hæ differentiæ: ſcientia & opinio & prudentia / & ea quæ ſunt hiſce contraria. de differentia quorum: alius ſit ſermo magis ad idipſum accõmodatus. ¶At vero cũ diuerſum ſit ſentire ac itelligere / & huius aliud imaginatio aliud exiſtimatio eſſe videatur: de imaginatione primo / deinde de altero dicamus oportet. Stigitur imaginatio id eſt phantaſia ſit id quo viſum phantaſmaque aliquod in nobis dicimus fieri / & nõ aliud quicquam quod per tranſlationem hoc eodem nomine nuncupetur: ipſa profecto vna quædam eſt potentiarum earum aut habituum quibus diſcernimus / & aut vere percipimus aut falſo. tales autẽ ſunt: ſenſus / opinio / ſcientia / in-
156 tellectus. ¶At ipſam nõ eſſe ſenſum: ex hiſce patere poteſt. Senſus enim: vel eſt potẽtia vel operatio / vt viſus vel viſio. at nonnunquam neutrum eſt iſtorum: & tamen apparent aliqua / videmurque videre / vt ea quæ in ſomnis apparent. Deinde: ſenſus quidẽ ſemper adeſt / imaginatio autem non ſemper. Quod ſi idem eſſet imaginatio ac operatio: beſtijs imaginatio profecto cunctis meſſet. at non meſſe videtur: vt apj / aut formicæ / aut vermi. Prætera / illi quidem veri

et eadem / non ſit ſine ſenſu: & ſine hac / non eſt exiſtimatio. ¶Qz autem non eſt eadem phantaſia & exiſtimatio: manifeſtum eſt. Hæc enim paſſio: in nobis eſt / cum volumus. prę oculis enim eſt fingere: ſicut qui in memoratiuis verſantur & ſimulachra faciunt. Opinari autẽ: non in nobis eſt. neceſſe enim eſt: aut falſum aut verũ dicere. Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile: ſtatim compatimur. ſimiliter autem eſt: & ſi fuerit tale vt in illo ſit confidẽdũ. Secũdum phãtaſiã autẽ: ſimiliter nos habemus / ſicut qui conſiderant in pictura quæ difficilia ſunt & ea in quibus eſt confidendum. Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ: ſciẽtia & opinio & prudẽtia / & cõtraria horum. de quorum differentia: alius ſit ſermo. ¶De ipſo autem intellige-
155 re quoniam diuerſum eſt ab ipſo ſentire / huius autem aliud phãtaſia eſſe videt aliud exiſtimatio: cũ de phãtaſia determinauerimus / ſic & de altero dicendũ erit. Si igitur phãtaſia eſt ſecundum quam phãtaſma aliquod nobis fieri dicimus / & non ſi quid ſecundum metaphoram dicimus: vna quędam dam eſt harum potentia aut habitus ſecundum quem diſcernimus / & veri ſumus aut falſi. huiuſmodi autem ſunt: ſenſus / opinio / ſcientia / intellectus. ¶Qz igitur nõ ſit ſenſus: manifeſtum ex his eſt. Senſus enim: aut potentia aut actus eſt / vt viſus & viſio. apparet autem aliquid: etiã neutro horum exiſtente / vt quæ in ſomnis. Poſtea / ſenſus quidẽ ſemper adeſt: phantaſia autẽ non. Si vero idem eſſet quod actus: omnibus vtique contingeret beſtijs phantaſiam ineſſe. videtur autem nõ: vt formicæ / aut apj / aut vermi. Poſtea / ſenſus quidem veri

Tral.ve.ex græ.recog.

semper: phantasiæ autem plures fal-
sæ. Amplius autem non dicimus/ cũ
operamur certe circa sensibile / quod
videtur hoc nobis homo: sed poti-
us cum non manifeste sentimus / &
tunc aut verus est aut falsus. Et quod
quidem diximus prius: apparent &
cõniuẽtibus visa. At vero neq; eorũ q
semper veri sunt/vllus erit: vt scientia/
aut intellectus. est enim & falsa phan
tasia. Relinquitur igitur videre: si o-
pinio sit. Fit enim opinio: & vera & fal-
sa. sed opinioni quidem: inhæret fi-
des. nõ enim contingit opinantem: ijs
quæ videntur non credere. bestiarum
autem nulli/ ineſt fides: phantasia au
tem / multis. Amplius/ omnem opi-
nionem: sequitur fides. fidem autem:
persuasio. persuasionem autem: ratio.
bestiarũ autẽ quibusdã phãtasia qui-
dẽ inest: ratio vero nõ. Manifestũ est
igitur q; neq; opinio cum sensu / neq;
per sensum / neq; complexio opinio
nis & sensus/ erit phãtasia: & propter
hæc/ & quia non alia quædam est o-
pinio / sed illa quæ quidem est cuius
est & sensus. dico autem / ex albi o
pinione & sensu / complexio: phan-
tasia est. non enim ex opinione qui
dẽ albi erit: sensu autẽ boni. Appare
re igitur: est opinari quod quidẽ sen-
tit non secundum accidens. Appa-
rent autem & falsa: de quibus simul
existimationem veram habet. vt ap-
paret sol/ vnius pedis: persuasum au
tem est / eum maiorem esse habitata.
Accidit igitur aut abijcere suã ipsius
verã opinionem quam habebat sal-
uata re / non oblitum / neque dissua-
sum: aut si adhuc habet / necesse est
eandem veram esse & falsam. Sed fal-
sa fiet: cum latuerit mutata res. Non
ergo vnum aliquod horum est/neque
ex his: phantasia. ¶ Sed quoniam

Argyropylus

sunt semper: imaginationes vero
plures fiunt / vt patet/ falsæ. Præ-
terea/ cum exacte circa sensibile o-
peramur / non dicimus hoc nobis
hominem videri ac apparere: sed
potius, cum non clare sentimus /
quando etiam fit vt sit verus sen-
sus & falsus. Atq; nobis (quod qui-
dem paulo antea dicebamus) clau-
sis etiam oculis/ visa videntur atq;
apparent. Atqui nec vllus habitu- 157
um eorũ erit qui veri sunt semper:
vt scientia vel intellectus. est enim
& falsa imaginatio: non solũ vera.
Restat igitur: vt perscrutemur si sit
opinio. Fit enim opinio: & vera &
falsa. verum opinionem quidẽ: se-
quitur fides. quippe cum fieri ne-
queat: vt hisce quisq; non credat/
quorum habet opinionem. Bestia-
rum autem / fides quidẽ nulli: ima-
ginatio vero/ copluribus ineſt. Præ-
terea: fides omnem opinionem se-
quitur/ persuatio fide/ ratio persua-
sionem. At imaginatio quidẽ/ qui-
busdã beluis ineſt: ratio autẽ/ nul-
lis. At vero patet nec opinione el- 158
se cũ sensu / nec opinione per sensu/
nec opinionis sensusve cõiũctionẽ:
& p ea quę dicta sunt/ & hac etiã ra
tione. patet enim si imaginatio sit
opinionis sensusq; coniunctio: opi-
nionem non cuiusvis rei / sed eius
esse cuius est etiam sensus. dico au-
tem imaginationem si sit coniun-
ctio sensus opinionisve: coniuncti-
onem esse opinionis albi & sensus
eiusdem albi. non enim erit ex opi-
nione quidem boni: sensu autẽ al-
bi. Apparere igitur: est opinari rem
eam quam sentit non per accidẽs.
At apparent nonnunquã etiam fal- 159
sa: de quibus simul verã opinionẽ
habet. sol enĩ pedalis quidẽ appa-
ret: at persuasum est terra ipsum es
se longe maiorem. Fit igitur vt aut
suam is opinionẽ quã habet veram
abijciat/ re modo eodẽ sese habẽte/
nec oblitus / nec dissuasus: aut si
adhuc illam habeat/ eadem sit ne-
cessario falsa simul & vera. At cõ-
stat opinionẽ tũ euadere falsam: cũ
res mutata latet. Neq; igitur vnum 160
est istorum / imaginatio: neq; ex his
est cõiũctũ. ¶ Verũ quoniã fieri po

teſt vt aliud moueatur ab eo ipſo quod motum eſt/ imaginatio vero motio quędam eſſe videatur/ & non fieri ſine ſenſu/ ſed ſentientibus/ & eorum etiam eſſe quorũ eſt ſenſus/ fit autem vt motus oriatur a ſenſu
161 iam actu/ quę quidē neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilē eſſe: imaginatio motio hæc eſt profecto quæ neq; ſine ſenſu nimirũ eſſe/ neq; competere nõ ſentiẽtibus poteſt. ¶ Atq; multa per ipſa id agere patiue cõtingit: quod ipſam habet. & inſuper: & verã & falſam eſſe. Atq; id propterea fit: q; ſenſus quidem proprio=rum eſt verus/ aut raro admodum ſuſcipit fallitatẽ. At eſt ſenſus: cuius etiã rei cui ꝓpria ſenſibilia accidũt. vbi iã fit: vt ipſe ſit falſus. nam non eſt falſus ſi album dixerit eſſe: ſed ſi albũ/ hoc aut aliud eſſe. Eſt prętea cõmuniũ/ ſenſus: quæ quidē perinde atq; propria ijs accidunt quę ſũt per accidens ſenſibilia. dico autem motum & magnitudinem/ quæ vt patet accidũt ſenſibilibus: circa quę maxime error deceptioq; fieri ſenſu poteſt. Motus igitur iſce qui fit a triplici tali ſenſu: differentiam ob idipſum nimirum habebit. atq; primus quidem/ cum operatio ſenſus adeſt eſt verus. cæteri vero falli e=tiam eſſe poſſunt/ & præſente atq; abſente/ præſertim cum a ſenſu lõge ſenſibile diſtat. Si igitur nihil a=liud præter imaginationem habeat ea quæ dicta ſunt/ ſitq; idipſum qđ diximus ipſa: imaginatio motus is eſt profecto qui fit a ſenſu iã ope
162 rante. Cum autẽ viſus maxime ſit ſenſus: hinc eſt q; nomen imagina tio ab ipſo lumine ſumpſit phanta=ſiaq; dicitur/ quia ſine lumine viſio fieri nequit. At quia imaginationes manẽt/ ſenſibuſq; ſimiles ſũt: ideo per ipſas animalia/ beſtiæ inquam atq; homines/ multa agunt. illæ: quia mẽtis ſunt/ vt patet/ expertes. homines: quia mens perturbatio=ne nonnunq; vel morbo vel ſomno ſubmergitur. Sed de imaginatione quidem: determinatum ſit hacte=nus. ſatis enim quidnam ipſa ſit/ & cur ſit: hiſce quæ iam dicta ſunt/ ex=plicauimus. CAP. IIII.

eſt moto hoc moueri aliud ab hoc/ phantaſia autem motus quidam vi=detur eſſe/ & non ſine ſenſu fieri/ ſed ſentientibus/ & quorum ſenſus eſt/ eſt autem motum fieri ab actu ſen=ſus/ & hũc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſen=ſui: erit vtiq; hæc/ motus qui neq; ſine ſenſu/ neq; non ſentientibus ineſſe po=teſt. ¶ Et multa eſt ſecundũ ipſã face re & pati: quod habet. & eſſe: verã & falſam. hoc autem accidit: propter hęc. Senſus propriorum quidē: eſt ve=rus/ aut quãpauciſſimum habens fal=ſum. Secundo autem: eius cui acci=dunt & hæc. & hic iam contingit: vt falſus ſit. q; enim albũ ſit/ non eſt fal=ſus: ſi autẽ albũ/ hoc aut aliud q đdã/ falſus eſt. Tertio autem: cõmunium & conſequentiũ ea q̃ accidũt ijs qui=bus inſunt propria. dico autẽ/ vt mo=tus & magnitudo/ quæ accidunt ſenſibilibus: circa quæ maxime iam eſt decipi ſecundum ſenſum. Motus au=tem ab actu factus qui ab his tribus ſenſibus: differt a ſenſu. et primus q̃ dem: præſente ſenſu verus eſt. alij au=tem: preſente & abſente erunt vtique falſi/ & maxime cum procul eſt ſen=ſibile. Si igitur nichil aliud habet quæ dicta ſunt niſi phantaſia/ hoc autem eſt quod dictum eſt: phantaſia vtiq; erit motus a ſenſu ſecũdum actum fa=cto. Quoniam autem viſus maxime ſenſus eſt: & nomẽ a lumine accepit quoniam ſine lumine non eſt videre. Et quoniã immanent/ & ſimiles ſunt ſenſibus: multa ſecundum ipſas ope=rantur animalia. alia quidem: quia non habent intellectum/ vt beſtię. a=lia vero: quia obruitur aliquando in=tellectus paſſione/ aut ęgritudine/ aut ſomno/ vt homines. De phãtaſia igi=tur quid eſt/ & propter quid eſt: di=ctum ſit intantum. CAP. IIII.

DE ANIMA

Tral.ve.ex græ.recog.

DE parte autem animę qua & cognoscit anima & sapit/ siue separabili existẽte/ siue nõ separabili secundũ magnitudinẽ/ sed secũdũ rationem: cõsiderandum est quam habeat differentiam/ & quomodo tandem fiat ipsum intelligere. ¶Si igitur est ipsum intelligere sicut sentire: aut pati aliquid vtiq; erit ab ipso intelligibili/ aut aliqd aliud tale. ¶Impassibilẽ ergo oportet esse: susceptiuam autem speciei. & potentia huiusmodi: sed non hoc. & similiter se habere: sicut sensitiuum ad sensibilia/ sic intellectum ad intelligibilia. ¶Necesse est itaq;/ quoniam omnia intelligit: immistum esse/ sicut dicit Anaxagoras/ vt superet. hoc autem est: vt cognoscat. nã alienum: iuxta apparẽs/ prohibet & obstruit. ¶Quare neq; ipsius vlla aliqua est natura: nisi hæc q; possibilis est. Vocatus itaq; animę intellectus/ dico autẽ intellectum quo intelligit & existimat anima: nichil est actu eorum quæ sũt ante q̃ intelligat. ¶Vnde neq; rationabile est: ipsum mistum esse cum corpore. qualis enim fuerit vtiq; fieret/ calidus aut frigidus: aut cui organum aliquod esset sicut sensitiuo. nũc autem: nullum est. Et bene vtiq;: qui dicunt animam esse locũ specierum. nisi q; non tota/ sed intellectiua: neq; actu/ sed potentia species. ¶Qz autem non similis sit impassibilitas sensitiui & itellectiui: manifestum est ex sensoris/ & sensu. Sensus enim: non potest sentire a vehemẽti sensibili. vt sonum a magnis sonis: neq; a fortibus odoribus & coloribus videre aut odorare. Sed intellectus cũ aliqd itellexerit valde intelligibile: nõ minus intelligit inferiora/ sed & magis

Argyropylus

DE animæ autẽ ea parte qua cognoscit atq; sapit/ siue sit separabilis siue non separabilis magnitudine/ sed ratione: considerandum deinceps est quam differẽtiam habet/ quoq; pacto tandem fit intelligere. ¶Si igitur ipsum intelligere sit vt sentire: aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili/ aut aliquid aliud tale. ¶Vacarẽ igitur ipsa passione/ sed formæ susceptiuam esse: oportet. & potentia talem: sed non illam esse. & similitudinem subire cum sensu: vt quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus/ sic se habeat ad intelligibilia intellectus. ¶Quare necesse est ipsum/ cum vniuersa intelligat: non mistum esse/ sicut Anaxagoras dixit/ vt superet atque vincat/ id est vt cognoscat atq; percipiat, alienum nanq; cum apparet iuxta/ prohibet atque seiungit. ¶Quo fit: vt neque vlla sit ipsius natura/ nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur/ dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima & existimat: nihil est actu prorsus eorũ quæ sunt antea quã intelligat ipse. ¶Quocirca neq; cũ corpore mistũ ipsum esse: cõsentaneum est ratione. qualis enim quidã fieret/ calidus aut frigidus; & instrumentũ aliqd ipsius esset profecto/ sicut est sensus. nunc autem: ipsius nullũ prorsus est instrumentũ. Atq; bene recteq; cẽsent; qui formarum locum animã inquiunt esse. attamen neq; tota est locus/ sed intellectiua: neq; est actu sed potentia/ formæ. ¶At qui passionis vacuitatem non similem esse sensitiui atq; intellectiui: patet in sensuum instrumentis/ atque in ipso sensu. Sẽsus enim: ex vehemente sensibili sentire nõ potest. auditus nanque: non audit sonum/ post magnos sonos. & visus non videt. atque odoratus non olfacit; post vehementes colores/ atque odores. At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto: non minus sane/ sed magis percipit in-

Argyropylus

telligitq; inferiora. Sensitiuũ enim: non est sine corpore. at intellectus: 8 ab eode est separabilis. Factus autẽ vnũquodq; pinde atq; is qui dicitur actu scies/ quod quidẽ tũ accidit cũ ipse per seipsum operari potest: est quidẽ & tũc quodammodo potentia/ sed nõ perinde vt erat antea q̃ didicisset vel inuenisset. atq; tunc: seipsum etiam intelligere potest. 9 ¶Cũ autẽ aliud sit magnitudo aliud magnitudinis esse/ & aliud aqua aliud aquæ esse/ & in alijs itidẽ multis (non enim vniuersis hic modus accõmodatur: sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem/ nõ diuersa) aut alia sane/ aut parte quidẽ eadem sed aliter sese habẽte/ carnẽ & esse carnis discernit. caro nãq; nõ est sine materia: sed perinde atq; si 10 mũ/ hoc est in hoc. Sensitiua igitur parte/ calidum discernit & frigidũ; quorum quædam est ratio/ caro. alia vero esse carnis discernit; aut separabili/ aut sese habente ad seipsam perinde atq; sese habẽt cũ extesa fuerit 11/ linea flexa. Rursus ĩ hisce quę in abstractione consistunt: eadẽ esse videtur. rectũ eni: se habet vt simũ. est eni ipsum: cũ cõtinuo semper. Qz si quidditas sit diuersa: aliud est profecto esse recti/ aliud ipsum rectũ/ vt ibi. sit eni: dualitas. Quare fit: vt hæc etiã alia/ vel alio modo sese habente parte discernat. ¶Omnino igitur vt res separabiles sunt a materia: sic sese habent & ea quæ sunt circa intellectũ ipsũ. 12 ¶Dubitabit autẽ nõ iniuria quispiam: quonam modo intelliget intellectus/ si ipse quidẽ simplex sit ac passionis expers/ nihilq; habeat cũ vlla re prorsus comune/ sicut Anaxagoras asserit/ intelligere autẽ pati quoddã est. vt diximus. quo nãq; quippiã est vtriusq; comune: hoc nimirũ alterũ agere/ alterũ pati videtur. 13 ¶Præterea ambiget quispiã: si ipse etiã intelligibilis sit. Nã aut cæteris rebus inerit intellectus/ nisi alia ratione sit intelligibilis ipse/ intelligibile autẽ vnũ quoddã est specie: aut aliquid ipse mistũ habebit/ quod ipsũ intelligibilẽ perinde atq; 14 cætera facit. At enim: ipsum pati

Tral.ve.ex græ.recog.

gis. sensitiuum enim/ non sine corpore est: hic autem/ separabilis est. Cũ autẽ sic singula factus est/ vt sciens dicitur qui secundum actum/ hoc autẽ tum accidit cũ potest operari per seipsum: est quidẽ & tunc potẽtia quodammodo/ non tamen similiter vt et erat anteq̃ didicisset aut inuenisset. & ipse autem: seipsum tunc potest intelligere. ¶Quoniã autem aliud est magnitudo & magnitudinis esse/ & aqua & aquæ esse/ sic autẽ & ĩ multis alijs/ sed nõ in omnibus/ in quibusdã enim idem est: esse carni & carnem aut alio/ aut aliter habẽte discernit. caro enim non sine materia est: sed si cut simum/ hoc in hoc. Sensitiuo igitur/ calidum & frigidum discernit: & quorum ratio quædam/ caro. alio autem/ aut separabili/ aut vt circumflexa se habet ad seipsam cum extensa fuerit: carni esse discernit. Iterum autem in ijs quę in abstractione sunt: rectum vt simum. cum continuo enim est. Ipsũ autẽ quod quid erat esse/ si est alterum: recto esse & rectum/ alio. sit enim: dualitas. Altero itaq; aut alter se habente: discernit. ¶Omnino ergo: vt separabiles sunt res a materia/ sic & quæ circa intellectũ. ¶Dubitabit autem vtiq; aliquis/ si intellectus simplex est & ĩpassibilis/ & nulli quicq̃ habet commune/ sicut dicit Anaxagoras: quomodo intelliget/ si intelligere pati quoddã est. inquantum enim aliquid commune vtriusq; inest: hoc quidẽ agere/ illud vero pati videtur. ¶Amplius autem: si intelligibilis & ipse. aut enim & alijs inerit intellectus/ si nõ secũdũ aliud ipse intelligibilis sit/ vnum autem quodq; specie ipsum intelligibile: aut aliquid misstum habebit quod ipsum facit intelligibilem sicut alia. An pati

quidē/ secūdū cōmune aliq̄d/ diuisū est prius: quoniā potētia quodāmodo est ītelligibilia ītellectus/ sed actu/ nullū ante q̄ intelligat. Oportet autē sic: vt in tabula in qua nichil est scriptū actu. quod quidē: accidit in ipso itellectu. Et ipse autē ītelligibilis est: sicut ipsa intelligibilia. In his enī quę sūt sine materia: idē est q̄d intelligit/ et q̄d intelligitur. scientia nanq̄ speculatiua/ et ipsū scibile: idē est. cur autē nō semper intelligat: causa considerada est. In habētibus autē materiā: potentia solū vnūquodq̄ est intelligibiliū. Quare illis quidem: non inerit intellectus. sine materia enim potentia est: intellectus talium. ille autem: intelligibile erit.

CAP. V.

OVoniam autē in omni natura est aliquid/ hoc quidē materia vnicuiq̄ generi/ id autem est q̄d potentia oia illa/ alterum autē causa & factiuū/ q̄d faciēdo omnia quod ars ad materiā patitur: necesse est & in anima has ineſſe differentias. Et est quidam talis intellectus quia omnia fit: quidā vero quia omnia facit/ vt habitus quidā. quale est lumē. quodam enim modo & lumen: facit potentia existētes colores/ actu colores. ¶ Et hic intellectus: separabilis est & imistus & ipassibilis/ substātia actus. existēs. semper enim honorabilius est agens/ patiente: & principium/ materia. Idem autem est: secundum actū scientia/ cum reipsa. quæ vero secundum potentiam est: tempore prior/ in vno est. omnino autem/ neq̄ tempore. sed non aliquando quidem intelligit/ aliquando autem non intelligit. Separatus autē/ est solū hoc q̄d q̄dē est: & hoc solū īmortale est et ppetuū.

diuisum est prius vna quadam ratione cōmuni. Atq̄ intellectus/ potentia quidem est quodā modo intelligibilia ipsa: actu vero nihil est eorū antea q̄ intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse: perinde atq̄ in tabula/ nihil est actu scripti antea q̄ in ipsa scribatur. hoc enim: in ipso fit atq̄ accidit intellectu. Est etiā intelligibilis & ipse: vt intelligibilia cūcta. Nam in his quidem quæ sine materia sunt: intelligens & id quod itelligitur idē est. etenim idem est: contemplatiua scientia/ & id quod ita sub sciētiam cadit. sed cur nō semper intelligit: considerada est causa. In ijs autem quæ materiam habent: vnūquodq̄ intelligibilium potētia est. Quarē: illis quidem nō inerit itellectus. nā intellectus talium: potētia sine materia est. ipse autē: intelligibilis ratione subibit. CAP. V.

CVm autē in omni natura sint quędā/ quorum alterum quidem vnicuiq̄ generi materies est/ quod id esse patet quod est potentia illa cūcta/ alterum vero causa est & efficiens omnia/ nimirum efficiendo atq̄ agendo talem subiens rationē/ qualem ars conditionem ad materiam subit: necesse est & in anima differētias has easdem ineſſe. Atq̄ quidam est intellectus talis vt omnia fiat: quidam talis vt omnia agat atque efficiat/ qui quidem vt habitus est quidam/ et perinde ac lumen. nā & lumen: colores qui sunt potentia/ actu colores quodammodo facit. ¶ Et is intellectus: separabilis est & non mistus passioneque vacat/ cum sit substātia actus. semper enim id quod efficit atq̄ agit/ præstabilius est eo quod patitur: & ipsum principium omnino materia. Sciētia autem ea quæ est actu: est idem quod res. ea vero quæ est potētia: in vno/ prior est tempore. absolute autem/ neque tēpore. sed non nunc quidem intelligit/ nunc autem no intelligit. Separatus vero/ id est solū quod est: atq̄ id solum est immortale perpetuumque.

Argyropylus

¶Non autē recordamur: quia hoc quidē expers est passionis. Intellectus vero passiuus, extinguitur, & sine hoc: nihil itelligit.

CAP. VI.

21 INdiuisibiliū igitur intellectio: in hisce consistit/ circa quæ falsitas non est. At in quibus & falsitas iam & veritas inest: in hisce compositio quædam iam est conceptuum intellectus/ quasi ipsi sint vnum. Atq; vt Empedocles dixit/

» Multorum certe capita/ admirabile dictu/
» Ceruice absq; fuere exorta in lumi-
» nis aura/
» Illa tamen dulcis post hoc concor-
» dia iungit: sic & hæc separata/ co-
» poni solent/ vt incommensurabile
22 & diameter. Q; si eorum etiam que fuerunt vel erunt/ fit compositio: & tempus insuper itelligitur atq; additur. falsitas enim: in compositione semper consistit. nam si album non album esse dicat: ipsum tū nō album componit. Licet autem: distinctione etiā omnia dicere. Attamen falsitas aut veritas non solum consistit in hoc/ Cleon est albus: sed in his etiā/ Cleon erat/ vel erit albus. Id vero quod singulos dictos cōceptus componit vnumq; facit: ipse
23 est intellectus. ¶Cū autem duplici ter indiuisibile dicatur/ aut potentia/ aut actu: nihil prohibet intellectum cum longitudinem intelligit/ indiuisibile intelligere/ et in indiuisibili tēpore. est enim: indiuisibilis actu. Et tēpus: perinde atq; lōgitudo/ diuisibile ac indiuisibile est. Nō igitur dici potest: quid in vtroq; tēporis dimidio intelligebat. non est enī: si nō diuisio fiat/ nisi potētia. At cū vtruq; seorsū intelligit: diuidit simul & tēpus/ atq; tūc vt lōgitudines/ illa itelligit. Q; si lōgitudinē vt ex vtrisq; cōstantē intelligat: in eo quoq; tēpore nimirū ipsā intelligit/ qđ ex vtrisq; pari modo tēporibus cōstat atq; cōponitur. Quod
24 vero non quantitate/ sed forma est indiuisibile: id in indiuisibili tēpo-

Tral. ve. ex græ. recog.

¶Non reminiscimur autem: q̄ hoc quidem impassibile est. passiuus vero intellectus: corruptibilis est. & sine hoc: nichil intelligit.

CAP. VI.

INdiuisibiliū igitur in tellectio: in ijs est/ circa quæ non est falsū. In quibus autem falsum iā & verum est: compositio quædam iam est intelligentiarum tanquam vnum existentiū. Et sicut Empedocles dixit/ Vere multorum quidem capita sine ceruice germinauerūt/ postea composita sūt cōcordia: sic & hæc separata cōponuntur/ vt asymmetron & diameter. Si autem factorum & futurorum: tempus cointelligens & cōponens. falsum enim: in compositione semper est. etenim si album/ nō album dixerit: ipsum non albū compo-
suit. Cōtingit autem: & diuisionē dicere omnia. Attamen non solum falsum est aut verū/ q̄ albus Cleon est: sed & q̄ erat/ aut erit. Quod autem quodq; vnū facit: hoc intellectus est.

¶Indiuisibile autē/ quoniā duplici-
35 ter dicit/ aut potentia aut actu: nichil prohibet intelligere indiuisibile cum longitudinem intelligit (indiuisibilis enim actu est) & in tempore indiuisibili. similiter enim tempus/ diuisibile & indiuisibile est: atq; longitudo. Nō igitur est dicere: q̄d in vtroq; dimidio intelligebat. nō enī est: si nō diuisa sit/ nisi potentia. Seorsum autem vtrumq; intelligēs dimidiorum: diuidit & tempus simul. tunc autē: vt longitudines. Si vero vt ex vtrisq;: & in tempore quod in vtrisq; est. Quod autem non secundum quantitatem indiuisibile est/ sed specie: intelligit in indiuisibili tempore & indiuisibili a-

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

nimæ intellectione. ſcđm accidẽs autẽ: & nõ inquãtũ illa diuiſibilia ſunt/ id quod intelligit & tẽpus in quo ſed inquantum indiuiſibilia. Ineſt autem et in his aliquid indiuiſibile: ſed forte non ſeparabile/ qđ vnum facit tempus/ & longitudinem. & hoc: ſimiliter in omni eſt continuo/ & tempore/ & longitudine. Punctum autẽ/ & omnis diuiſio/ & ſic indiuiſibile: monſtrat ſicut priuatio. & ſimilis ratio in alijs eſt. vt: quomodo malum cognoſcit/ aut nigrum: contrario enim quodã modo: cognoſcit. ¶ Oportet autem potentia eſſe quod cognoſcit: & ineſſe in ipſo. Si vero alicui non inest contrariũ: ipſum cognoſcit ſeipſũ/ & actu eſt/ & ſeparabile. Eſt autẽ dictio quidem: aliquid de aliquo/ ſicut affirmatio. atq; vera eſt aut falſa: omnis. Intellectus autem nõ omnis/ ſed qui eſt ipſius quid eſt ſecũdum ipſũ quod quid erat eſſe/ verus eſt: & nõ aliquid de aliquo. Sed vt viſio proprij vera eſt/ ſi autẽ albũ homo aut non nõ verũ ſemper eſt: ſic ſe habẽt quẽcunq; ſine materia ſunt. CAP. VII.

HAbet autẽ eſt quę ſecundum actum ſcientia: quod res ipſa. quę vero ſecũdũ potentiam: tẽpore prior eſt/ in vno. omnino autẽ: neq; tẽpore. ſunt enim ex actu exiſtente: omnia quæ fiũt. Videtur autẽ ſenſibile: ex ſenſitiuo qđ potẽtia eſt/ ſenſitiuũ actu facere. nõ enĩ patitur: neq; alteratur. Vnde: alia eſt hæc ſpẽcies motus. motus enim: actus eſt imperfecti. ſimpliciter autem actus qui perfecti eſt: alius eſt. Sentire igitur: ſimile eſt ipſi dicere ſolum/ & intelligere. Cum autem delectabile aut triſte: vt affirmans aut negans/ perſe-

Argyropylus

re et animæ indiuiſibili pcipit atque intelligit. per accidẽs autem: et nõ hoc ſane quo illa diuiſibilia ſut/ id quod itelligit & tempus in quo intelligit/ ſed hoc quo indiuiſibilia ſunt. Ineſt enim & in his indiuiſibile quiddam: at fortaſſe non ſeparabile/ quod quidem vnum tam tempus ipſum q̃ ipſam longitudinẽ facit. atq; id: in omni ſane continuo & tempore & longitudine ſimiliter ineſt. Punctum autem/ omniſq; diuiſio/ & id quod eſt ſic indiuiſibile: perinde atque priuatio cognoſcitur manifeſtum q; euadit. ſimilis eſſe videtur & in alijs ratio. hoc enĩ modo: malum cognoſcit/ atq; etiã nigrum. contrario nanque quodam modo/ cognoſcit. ¶ Id autẽ qđ cognoſcit: potentia nimirum eſſe/ & in ipſo potentia ineſſe oportet. Oz ſi cauſatum alicui nullum ſit omnino contrarium: illa ſeipſam profecto cognoſcit/ & eſt actus/ & etiã ſeparabilis. Eſt autẽ dictio quidẽ: quippiam de quopiam/ quemadmodum affirmatio. atque omnis: eſt vera vel falſa. At intellectus nõ omnis/ ſed qui eſt ipſius quid eſt ad formam accõmodati/ eſt verus: & non quippiam de quopiam dicit. Sed vt viſio proprij ipſius eſt vera/ ſi vero album hominem eſſe dicat aut non non ſemper eſt vera ſic ſeſe habent ea quæ ſine materia ſunt. CAP. VII.

SCientia autem ea quæ eſt actu: eſt idem qđ res. ea vero quę eſt potẽtia: in vno/ prior eſt tẽpore. ſimpliciter autem: neq; tempore. ſunt enim vniuerſa quę fiũt: ex eo quod actu eſt. Senſibile autem: ad actum ex potentia ſenſitiuum ipſum deducere/ actuq; videtur efficere. nõ enim patitur ac alteratur. Quapropter: alia quædam eſt hæc ſpecies motus. nã motus: actus eſt iperfecti. at actus ſimpliciter qui quidem eſt rei perfectæ: alius eſt omnino diuerſuſq; ab illo. Sentire igitur: ipſi dicere ſolũ ac intelligere ſimile eſt. Cũ autẽ ſenſus iocũdũ aut moleſtum diſcernit: quaſi affirmauerit aut negauerit/ tũ

29 persequitur aut fugit. Atq; delectari aut dolere: est operari ipsa medietate sensus ad bonũ aut malum / vt talia sũt. & fuga & appetitus q̃ est actu: hoc sunt. & nõ aliud est appetitiuum / aliud fugitiuũ: nec alia sunt ista a sensitiuo / q̃q̃ ipsorum ra
30 tio nõ est eadẽ sed diuersa. Animæ autẽ quæ principiũ est ratiocinandi: ipsa phantasmata perinde atq; sensibilia sẽsui ipsi / subijciũtur. atq; cũ bonũ aut malũ esse dicit affirmãdo aut negando: tum fugit aut persequitur. Quapropter: ipsa anima sine phantasmate nunq̃ intelligit. Fit autem & hic: perinde vt ibi. na aer quidem pupillam talem efficit: ipsa autem aliud. & auditus simili modo. ipsum vero vltimum: vnũ quidẽ est / & medietas vna. at ipsius: plures sunt rationes. Quo vero diiudicat atq; discernit calidũ a dulci differre: dictũ & prius est / & nũc etiam est dicendũ. est enim vnum quid ipsum: & ita vnum vt termi-
32 nus. atq; hæc ipsa vnũ sunt: aut si
* militudine ratiõis / aut numero quẽ habent ad vtrumq; vt illa inter sese habẽt. Quid enĩ interest: si quonã
* pacto discernit aut ea quæ sub eodẽ genere collocantur aut cõtraria / dubitemus / vt albũ ac nigrum? Sit igitur vt est A quod est albũ / ad B quod est nigrũ: sic C ad D. quare: mutato ordine comparationem etiam eorundẽ vere facere licet. Si igitur C D sint vnũ: ipsa profecto sese habebunt perinde atq; A B / vt sint idem & vnum / non eandẽ autem
* habeãt rationem. & illa simili modo. Eadem erit omnino ratio: & si A quidem sit dulce / B vero album. Intellectiuum igitur: ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit.
33 Et vt in illis ipsi definitũ est id q̃d fugiendũ est vel sequendũ: sic et sine sensu cũ in phantasmatibus est / mouetur. sentiens enim signũ face datũ ignẽ esse / vidẽsq; ipsum cõmu
* ni sensu agitari motu: cognoscit hostem accedere. at nõnunq̃ hisce quę sunt in anima phatasmatibus / aut mentis conceptibus: quasi videns / ad ea quæ sunt præsentia ratiocinatur atq; deliberat de futuris.

quit̃ aut fugit. Et est delectari et dolere: agere sensitiua medietate ad bonum aut malum / inquantum talia. & fuga autem & appetitus qui est secundum actum: hoc sunt. & nõ aliud est appetitiuum & fugitiuũ: neq; ab inuicem / neq; a sensitiuo / sed esse aliud est. Cogitatiuæ autem animæ: phantasmata vt sensibilia sunt. cum autem bonum aut malum affirmauerit aut negauerit: tũc fugit aut persequitur. Quapropter: nunquam sine phantasmate intelligit anima. sicut enim aer pupillam huiusmodi fecit: ipsa autem aliud. & auditus similiter. vltimũ autem: vnum est / & vna medietas. esse autem ipsi: plura. Quo autem discernit quo differt dulce & calidum: dictum est quidem & prius / dicendum autem & hic. est enim vnum quid: sic autẽ vt terminus. et hoc in proportione / aut numero existẽs vnũ: habet se ad vtrũq; / vt illa ad iuicẽ. Quid enĩ refert addubitare: quomodo non homogenea iudicat / aut cõtraria vt albũ & nigrũ? Sit igitur vt A q̃d est albũ / ad B quod est nigrũ: sic C ad D. quare & permutatim. Si igitur C D vni insint: sic habebunt sicut & A B / idem quidem & vnũ / esse autem nõ idem. & illud similiter. Eadem autẽ ratio est: & si A quidem dulce sit / B vero album. Intellectiuũ igitur: species in phantasmatibus intelligit. Et sicut in illis determinatũ est ipsi persequibile & fugibile: sic & extra sensum cum in phantasmatibus fuerit / mouetur. vt sentiens signum face datum / quod ignis: communi cognoscit videndo eum qui se mouet / q̃ hostis est. aliquãdo autem ijs quæ sunt in anima phantasmatibus / aut intelligentijs tanquam videns: ratiocinatur & deliberat futura ad præsentia.

Tral.ve.ex græ.recog.

& cũ dixerit q̃ ibi lætum aut triſte: tum fugit aut perſequitur/ & omnino actione eſt. Et quod ſine actione eſt & verum & falſum: in eodem genere eſt cũ bono & malo/ſed ipſo ſimpliciter & aliquo differt. Quę vero abſtractione dicuntur: intelligit. vt enī ſimũ ſecũdũ q̃ ſimũ nõ ſeparatim/inquãtũ autẽ cauũ ſi quis intelligeret actu ſine carne vtiq; itelligeret in qua cauũ eſt: ſic mathematica nõ ſeparata tanq̃ ſeparata intelligit/ cũ intelligit illa. Omnino autẽ intellectus qui ſecũdũ actũ: res ipſæ eſt. Vtrũ autẽ contingat aliquid ſeparatorum intelligere ipſũ extẽtem non ſeparatũ a magnitudine/ an non: conſiderandum eſt poſterius.

CAP. VIII.

NVnc autem quę de anima dicta ſunt recapitulantes: dicamus iterum q̃ omnia ea quæ ſũt/ quodammodo eſt anima. aut enim ſunt ſenſibilia ea quæ ſunt: aut intelligibilia. Eſt autem ſcientia quidem/ſcibilia quodammodo: ſenſus autem/ ſenſibilia. quomodo autẽ hoc ſit: oportet inquirere. Secatur igitur ſcientia & ſenſus: in res. qui quidem potentia eſt/in eas quæ ſunt potentia: qui vero actu/ in eas quæ ſunt actu. Aniũæ autem ſenſitiuum/ & id quod ſcire poteſt: potentia hæc ſunt. hoc quidem/ ſcibile: illud vero/ ſenſibile. ¶ Neceſſe eſt autem: aut ipſa/ aut ſpecies eſſe. ipſa igitur non. non enim lapis in anima eſt: ſed ſpecies. ¶ Quare anima: ſicut manus eſt. manus enī: organũ eſt organorum. & intellectus: ſpecies ſpecierum. & ſenſus: ſpecies ſenſibilium. ¶ Quoniam autem neque res vlla eſt præter magnitudines:

Argyropylus

& cũ dixerit hic aut ibi rẽ eam eſſe 34
quę voluptatẽ aut dolorẽ affert: tũ fugit aut perſequitur/ & omnino aliquid agit. Iplũ etiã verũ ac falſũ quę ſine actione ſunt: in eode genere ſunt in quo ſunt bonum ac malum/ ſed abſoluti differunt atq; cuiuſpiã ratione. At vero res eas quę 35
vocitantur ob abſtractionem abſtractæ: hoc pacto intelligit. nam vt ſi quiſpiam ſimitatem non vt eſt ſimitas/ quo quidem pacto percipi ſeparata non poteſt/ ſed vt concauitas eſt/ intelligeret actu/ ſine ea tũ ipſã intelligeret carne in qua concauitas eſt: ſic cũ res intelligit ma- 36
thematicas/ tum ſeparatas ipſas vt ſeparatas intelligit. Omnino autẽ is intellectus qui actũ intelligit: res ipſę eſt/ vti diximus. Si vero fieri poſſit vt aliquam ipſe non ſeparatus a magnitudine/ ſeparatarũ rerum intelligat/ nec ne: conſideran dum eſt poſtea. CAP. VIII.

NVnc autẽ ea quę de a- 37
nima dicta ſunt/ quaſi ad quædã capita redigẽtes: rurſus dicamus animã ipſam ea vniuerſa quodãmodo eſſe quę ſunt. nam ea quæ ſunt: aut intelligibilia ſunt/ aut ſenſibilia. Atq; ſcientia quidem/ eſt res eæ quodãmodo quæ ſub ipſam ſcietiam cadũt: ſenſus autem/ ipſę ſenſibiles. verum 38
quo pacto id ita eſt: quęratur oportet. Scinditur igitur in ipſas res: ſcientia atq; ſenſus. is quidem qui eſt potẽtia/ in res potentia tales: is vero qui eſt actu/ in actu ſimiliter tales. et ſcientia pari modo. Senſitiuum autem animę/ & id quod ſcitijs affici poteſt: hæc potẽtia ſunt. hoc quidem/ id quod ſub ſcientiã cadit: illud vero/ ſenſibile. ¶ Atq neceſſe eſt: aut res ipſas/ aut formas in anima eſſe. at non ſunt in ea: res ipſæ profecto. non enim ipſe lapis in anima: ſed forma lapidis ineſt. ¶ Quare anima: eſt vt manus. manus enim: inſtrumẽtorũ eſt inſtrumentũ. & intellectus: formarũ eſt forma. & ſenſus: itidẽ ſenſibiliũ forma. ¶ Cũ autẽ nulla res 39
ſit prẽter magnitudines ſeparata/

Argyropylus

vt videntur res ipſæ ſenſibiles: in ipſis profecto ſenſibilibus formis / ipſæ ſunt intelligibiles formæ tum earum rerum quę abſtractę vocantur / tum eorum etiam ſenſibilium quæ ſunt habitus atque affectus. Idcirco & qui non ſentit: nihil diſcere vel intelligere poteſt. Et qui contemplatur: neceſſe eſt vna cum phantaſmate contẽpletur. ipſa nãq; phãtaſmata: veluti ſenſibilia ſunt / attamen ſine materia. Eſt autem aliud phãtaſia: ab affirmatione negationeve. verũ enim vel falſum: complexio eſt conceptuum intellectus. At nientis primi conceptus: quo quæſo different / vt non phantaſmata ſint? An neq; cæteri ſunt phantaſmata: non tamẽ ſine phãtaſmatibus ſunt? CAP. IX.

40 QVm autem animaliũ anima hiſce duobus ſit definita / diſcernendi inquam potentia quod quidẽ eſt opus officiumq; mentis atq; etiam ſenſus / & inſuper etiam mouendi motu ad locum accommodato potentia: de ſenſu quidem & intellectu hæc ſint determinata ac pertractata. Deinceps autẽ de eo quod mouet quidnam ſit ipſius animæ conſideremus oportet: vtrum vna quędam ipſius ſit pars ſeparabilis magnitudine vel ratione / an ipſa anima tota? & ſi pars ſit aliqua: vtrũ ſit alia quædam propria præter eas quę dici ſolet & eas quas diximus /

41 an iſtarum aliqua vna? ¶Atq; hic exiſtit continuo dubitatio / dubitabitque non iniuria quiſpiam: quomodo partes animæ / & quot / oporteat dicere? nam infinitæ quodam modo: & non eæ ſolum eſſe videntur quas diuidendo quidam dixerunt / rationis inquam particeps / & iraſcendi ac cupiendi principium / velut alij rationis particeps / & rationis expers. Per differentias enim quibus haſce diuidunt & ſeparant partes: & aliæ partes eſſe videntur quæ maiorem inter ſeſe q̃ dictæ diſtantiam habent. Vegetatiua inq̃: quæ quidẽ et plãtis & vniuerſis animalibus ineſt. Et ſenſitiua:

Tral.ve.ex græ.recog.

vt vidẽtur ſenſibilia / ſeparata: in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſũt & q̃ in abſtractione dicũtur / & quęcũq; ſenſibiliũ habitus & paſſiones ſunt. Et ob hoc qui nõ ſentit aliquid: nichil vtiq; addiſcet aut intelliget. Sed cum ſpeculatur: neceſſe eſt ſimul phantaſma aliqđ ſpeculari. phãtaſmata aũt: velut ſenſibilia ſũt / præterq; q̃ ſũt ſine materia. Eſt autẽ phãtaſia: aliud a diãctione & negatione. cõplexio enĩ intellectionũ eſt: verum aut falſum. Primę autẽ intellectiones: quo differẽt vt nõ phãtaſmata ſint? An neq; hę phãtaſmata ſunt: ſed non ſine phantaſmatibus?

CAP. IX.

VOniam autẽ animaliũ anima ſecũdũ duas diffinita eſt potentias / & diſcretiuo qđ intelligentiæ opus eſt & ſenſus / & adhuc mouendo motu ſecundũ locum: de ſenſu quidẽ & intellectu determinata ſint tot. De mouente autem quidnam ſit anĩmæ / ſpeculandum eſt: vtrum vna quædam pars ipſius ſit ſeparabilis aut magnitudine aut ratione / an tota anima? & ſi pars aliqua: vtrum propria quædã ſit præter conſuetas dici & dictas / an harũ vna aliqua? ¶Habet autẽ dubitationẽ mox: quomodo oporteat partes aĩæ dicere / & quot? quõdã enĩ modo infinitæ videtur: & non eæ ſolũ quas dicunt quidã determinãtes ratiocinatiuã & iraſcitiuã & cõcupiſcitiuã. alij autẽ: eã quę rationẽ habet / & eã quæ ratione caret. Secundũ enĩ differẽtias per quas has ſeparant: & aliæ videtur eſſe partes / maiorem his diſtantiam habẽtes / de quibus & nunc quidẽ dictum eſt. Vegetatiua ſcilicet: quæ & plantis ineſt & omnibus animalibus. Et ſenſitiua:

Tral.ve.ex græ. recog.

quam neq; vt irrationabilē/ neque vt
rationem habentem ponet quis vtiq;
facile. Adhuc autem & phantaſtica:
quę ipſo eſſe quidem ab omnibus a=
lia eſt/ cui autē harum eadem vel a=
lia ſit/ habet multam dubitationem/
ſi quis ponat ſeparatas partes ani=
mæ. Adhæc autem appetitiua: quæ
& ratione & potentia/ alia videbitur
vtiq; eſſe ab omnibus. Et incōueniēs
autē eſt: hanc ſequeſtrare. in ratioci=
natiua enim/ voluntas fit: & in irrati=
onabili/ concupiſcentia & ira. Si autē
tria ſit anima: in vnoquoq; erit appe=
titus. Et etiam de quo nūc ſermo in=
ſtabat: quid eſt mouēs ſecūdum locū
animal? motu enī ſecūdū augmētū &
decremētū qui oībus ineſt/ qđ omni=
bus ineſt videbitur vtiq; mouere: ge=
neratiuum & vegetatiuum. De reſpi=
ratione autē & expiratione/ & ſom=
no & vigilia: poſterius perſpiciendū.
habent enim & hæc: dubitationem
multam. ¶ Sed de motu ſecundū lo=
cum quid ſit mouens animal ſecun=
dum progreſſiuū motum: cōſideran=
dū eſt. Qr igitur nō ſit vegetatiua po
tentia: manifeſtum eſt. ſemper enim
propter aliquid/ motus hic fit: & aut
cum phantaſia aut appetitu eſt. ni=
chil enim non appetens aut fugiens/
mouetur: niſi violentia. Amplius: &
plantæ vtiq; motiuæ eſſent/ & habe=
rent aliquam partem organicam ad
motū hunc. ¶ Similiter autem: neq;
ſenſitiuum. multa enim ſunt anima=
lium quæ ſenſum quidem habēt: ma
nentia autem & immobilia ſunt aſſi=
due. Si igit̄ natura neq; facit fruſtra
q cq̄/ neq; deficit in neceſſarijs/ niſi in
orbatis & impfectis/ huiuſmodi autē
animaliū perfecta & nō orbata ſūt/ ſi
gnū autē eſt/ q; generatiua ſunt & au
gmentum habent & decrementum:

Argyropylus

quam nec vt rationis expertē/ nec
vt eiuſdem participem quiſq; faci=
le ponet. Præterea imaginatiua: q
ratione quidem ab omnibus eſt di=
uerſa/ cui vero ſit iungenda vt ſit 42
idem quod illa/ aut a qua ſeiungē=
da vt ſit alia ab illa/ magnā dubita
tionem habet profecto/ ſi quis ſe=
iunctas animæ partes ſeparataſque
ponat. Inſuper appetitiua: quæ &
ratione & vi/ alia diuerſaq; ſine du=
bio ab vniuerſis eſſe videtur. Abſur
dum autem eſt: hanc a cæteris di=
uellere partibus. fit enim & in par=
ticipe rationis/ volūtas: & in rati=
one vacante/ cupiditas atq; ira. Qr
ſi tres in partes diuiditur anima: in
vnaquaq; profecto partiū inerit ap
petitus. Sed vt redeamus vnde di= 43
greſſi ſumus: quid eſt id quod mo=
uet ipſum animal loco/ quo de nūc
diſputatio noſtra eſt inſtituta? mo=
tu nanq; eo quo incrementa decre=
mentaq; ſuſcipiuntur qui quidem
omnibus animātibus ineſt/ id mo=
uere ſane videtur qđ vniuerſis ineſt
eiſdē: principiū inq; generādi ac nu=
triēdi. De reſpiratione autē expira
tioneve/ & ſomno atq; vigilia: po=
ſterius conſiderare oportet. nam &
hæc ipſa: magnam dubitationem
difficultatēq; habēt. ¶ Nunc eſt de 44
motu ad locū accōmodato conſide
randū: quidnā id tandē ſit qđ ipſū
animal motu mouet progrediendi.
Patet itaq;: nō eſſe ipſā potētiā nu
triendi. nam alicuius gratia ſemper
hic motus efficitur: eſtq; cū imagi=
natione vel appetitu. nihil enī non
appetens aut fugiens/ hoc motū ci
etur: niſi forſitan vi. Præterea plā=
tæ quoq;: talī cierētur profecto mo
tu/ partēq; aliquā ad hūc motū vt
inſtrumētū haberent. ¶ Parimodo 45
nec ipſā ſētiēdi vim/ motus huiuſce
principiū eſſe: cōſtat. ſunt enī aialiū
multa q ſenſū quidē habēt: manēt
tamē & ſemp immobilia ſunt. Qr ſi
natura nihil facit frūſtra/ neq; ne=
ceſſariorū qcq̄ omittit/ niſi in aiali=
bꝰ mēbris captis ac impfectis/ atq;
aialiū hęc & pfecta ſūt & nō mēbris
capta/ cuius id indiciū eſt/ & gene=
rāt enī & ſtatū decremētaq; ſuſcipi=
unt: haberēt & eas ipſa pfecto pat=

Argyropylus

tes quæ progrediendi sunt instru=
46 menta. ¶At vero neq; ratiocinan=
di vis/& id quod intellectus appel=
latur: principium est mouendi. In=
tellectus enim contemplatiuus: ni=
hil eorum quæ sub actionē cadunt
contemplatur/ neq; dicit quicq̄ om=
nino si sit fugiendū an persequen=
dum. at motus: semper aut fugiē=
tis aut psequētis quippiā est. Acti=
uus etiā cū rē aliquā hujusce modi
cōtemplatur: minime iam fugere aut
persequi iubet. attamē si res illa ter=
ribilis sit: cor ipsū mouetur. sin af=
ficiens voluptate: pars aliqua alia
47 corporis agitatur. Præterea intelle=
ctus nonnunq̄ iubet/ ratioq; fugere
aliquid aut persequi dicit: at nō ob=
temperat homo neq; mouetur/ sed
agit cupiditate/ vt in ipso fieri solet
incontinente. Omnino autē persæ
pe fieri videmus: vt non medeatur
isce qui medicinam habet/ nec isce
conficiat statuam qui statuariā ha=
bet artē. propterea q; non ars ipsa
neq; scientia/ sed aliquid aliud: hāc
habet vim & potētiam vt per ipsā
artem aliquid scientiamq; agatur.
48 ¶At vero nec appetitus: auctor
atq; princeps huius est motionis.
continentes enim: quanquam ap=
petunt atque cupiunt/ non tamen
agunt ea quæ cupiunt/ sed intelle=
ctum ipsum sequuntur rationique
obtemperant. CAP. X.

VIdētur igitur duo hæc
esse mouentia/ vel ap
petitus vel itellectus:
si quis imaginatione
vt quādam intellecti=
onem esse ponat. Nā & homines:
magis imaginationem quam scien
tiam plērumq; sequuntur. & illi cæ
teris animalibus: nō itellectio neq;
ratio/ sed imaginatio ineſt. Hecigi
tur ambo/ intellectus & appetitus
mouēdi motu dicto/ principia sūt
intellectus is inq: qui alicuius gra=
tia ratiocinatur/ quique principi=
um est agendi. atque hic: fine/ ab
intellectu cotemplatiuo differt. Ap
petitus etiam omnis: alicuius est
gratia. cuius enim est appetitio: id
est principium intellectus actiui. at
ipsū vltimū: principiū est actionis.

Tral.ve. ex græ. recog.

sit vt haberent vtiq; & partes orga=
nicas progressionis. ¶At vero neq;
ratiocinatiuū/ & vocatus intellectus:
est mouens. Speculatiuus enim: ni=
chil speculatur agibile/ neq; dicit de
fugibili & persequibili quicquā. sem=
per autem motus: aut fugientis aut
persequentis aliquid est. Sed neq; cū
speculatur aliquid huiusmodi: iā prę=
cipit aut persequi aut fugere. quem=
admodum sæpe intelligit terribile
aliquid: non iubet autem timere/ sed
cor mouetur. si autem delectabile:
pars aliqua alia. Amplius & præci=
piente intellectu/ & dicente mente fu
gere aliquid aut persequi: non mo=
uetur/ sed secundum concupiscentiā
agit/ vt incontinēs. Et oīno autē vide=
mus: q; qui medēdi artem habet/ nō
sanat. tanq̄ aliud quippiā principatū
obtineat: agēdi secundum scientiam/
sed non scientia. ¶At vero neq; ap=
petitus: huius motus dominus est.
continentes enim: appetentes & con=
cupiscentes/ non operantur ea quo=
rum appetitum habent/ sed sequun=
tur intellectum. CAP. X.

VIdētur autē duo hęc
mouentia/ aut appe=
titus aut intellectus:
si qs phātasiam po=
nat vt intellectionem
quādā. multa enim:
præter scientiam/ sequuntur phanta=
sias. & in alijs animalibus: non intel
lectio neq; ratio est/ sed phantasia.
Vtraq; ergo hæc: motiua sunt/ secū=
dū locū/ intellectus & appetitus. in=
tellectus autē: qui propter aliquid ra
tiocinat/ & q practicus est. differt au
tem a speculatiuo: fine. Et appetitus:
propter aliq d/ ois est. cuius enī appe=
titus hic: id pricipium practici itelle=
ctus. Vltimū aut: pricipiū actionis est.

Tral.ve.ex græ.recog.

Quare rationabiliter hæc duo viden
tur mouentia: appetitus & intelligen=
tia practica. appetibile enim: mouet.
& propter hoc intelligentia mouet:
quia appetibile/ principiū ipſius eſt.
Et phantaſia autem cum mouet: nō
mouet ſine appetitu. Vnum igitur
mouens: ipſum appetitiuum. ſi enim
duo/ intellectus & appetitus/ moue=
rent: ſecundum communem vtiq; ali=
quam ſpeciem mouerent. nunc autē
intellectus: non videtur mouere ſine
appetitu. volūtas enim: appetitus eſt.
Cum autem ſecūdum rationem mo=
uetur: & ſecundum voluntatē moue=
tur. Appetitus autē: mouet præter ra
tionē. cōcupiſcentia enim: appetitus
quidā eſt. Intellectus igitur omnis: re
ctus eſt. appetitus autem & phanta=
ſia: recta & nō recta. ¶ Vnde: ſēper
quidē mouet appetibile. ſed hoc: aut
eſt bonum/ aut apparens bonum. nō
omne autē: ſed agibile bonū. Agibi=
le autē eſt: quod poteſt & aliter ſe ha
bere. ¶ Q̄z igitur huiuſmodi poten=
tia animę/ quę vocatur appetitus/ mo
uet: manifeſtū eſt. Diuidētibus autē
animæ partes/ ſi ſecundū potētias di=
uidāt & ſeparent/ valde multæ fiunt:
vegetatiuū/ ſenſitiuū/ intellectiuū/ de=
liberatiuū/ appetitiuū. hæc enim plus
differunt abinuicem: quā concupiſci=
tiuū & iraſcitiuum. ¶ Quoniam autē
appetitus fiunt contrarij adinuicem/
hoc autem accidit cum ratio & concu
piſcentia contrariæ ſunt/ fit autem in
tēporis ſenſum habētibus (intellectus
enim/ propter futurū retrahere iubet:
concupiſcētia autē/ propter præſens.
videtur enim quod iā delectabile eſt:
& ſimpliciter delectabile & bonū ſim
pliciter/ propterea q̄ non videt futu=
rū) ſpecie quidem vnum erit mouēs/
appetitiuum inquantum appetitiuū

Argyropylus

Quare non ſine ratione principia
mouendi videntur hęc eſſe duo: ap
petitus inquā & mens ea quæ prin
cipium eſt agendi. ipſum enim ap=
petibile: mouet. & propterea mēs
mouet: q̄ appetibile/ ipſius prin=
cipium eſt. Imaginatio quoq; cum 50
mouet: non abſq; appetitione mo=
uet. Vnū igitur eſt id quod mouet:
ipſum inquant appetitiuū. nam ſi
duo/ intellectus atq; appetitus/ mo
uerent: per aliquam communē v=
tiq; formam mouerent. nunc autē
intellectus quidē: non videtur abſq;
appetitu mouere. voluntas enim:
appetitus eſt quidā. Atque cum fit
motus per rationem: & etiam per
voluntatem fit. Appetitus autem:
abſq; ratione mouet. cupiditas enī
& ipſa: quidam eſt appetitus. Intel
lectus igit: rectus eſt omnis. at ap=
petitus atq; imaginatiō: & recta eſt
& nō recta. ¶ Quocirca: ſemp qui=
dem ipſum appetibile mouet. hoc
autem eſt: aut vere bonum/ aut ap
parens bonum. attamen non om=
ne bonum mouet: ſed id quod ſub
actionē cadit. Sub actionem autē
cadit: quod aliter ſeſe habere etiā
poteſt. ¶ Patet igitur: talē animæ 52
vim atq; potentiam/ principiū eſſe
mouendi/ quæ quidem eſt ea quā
appetitū cōſueumus appellare. Cō
ſtat etiā eos oportere qui partes a=
nimæ diuidunt/ ſi modo potentias
ipſas diuidant atq; ſeparent/ com=
plures ipſas eſſe concedere: nutriē=
di principiū/ ſentiendi/ intelligen=
di/ deliberandi/ & appetendi. hæc
enim plus inter ſeſe differunt: q̄ po
tentia cupiēdi ac iraſcēdi. ¶ Cū au 53
tē appetitiones inter ſeſe contrariæ
fiant/ quod quidem tum fit cū ra=
tio cupiditasq; contrariæ ſunt/ idq;
fieri ſolet in hiſce quæ ſentiunt atq;
percipiūt tempus (mēs enim ob fu
turū/ retrahere iubet: cupiditas ve
ro/ præſens ipſum perſequitur. nā
quod iā afficit voluptate: id & ſim
pliciter afficere voluptate & abſolu
te bonum eſſe videtur/ ex eo ſane
quia futurum non perſpicitur) ſpe= 54
cie quidē vnū id eſt profecto quod
mouet/ appetitiuū inquam vt ap=
petituū eſt/ atq; appetibile omniū

Argyropylus

est mouentium primum (hoc enim mouet & non mouetur : mente aut imaginatione perceptum) numero vero plura sunt ea quæ mouent At vero cum tria sint in animaliũ motu/ vnum id quod mouet/ secũdum id quo mouet/ & tertiũ id qđ mouetur/ atq; id quod mouet sit duplex/ nam aliud est immobile/ aliud mouet atq; mouetur : immobile quidem id bonũ est quod sub actionem cadit/ id vero qđ mouet atq; mouetur est ipsum principium appetendi (mouetur enī id quod appetit : ea ratione qua appetit. et appetitio: est motus quidam vel operatio) id autem quod mouetur est animal ipsum/ at quo mouet appetitus vt instrumento id iam corpori tribuẽdum est. Quocirca de ipso tunc est contemplandum : cum de communibus animę corporisve operibus atq; officijs contemplabimur. Nunc vt in summa dicamus : id quod mouet vt instrumentum / ibi est collocandum vbi idem principij ratione finisve subit/ vt in cardine fit. hic enim conuexum & concauum est : quorum alterum finis / alterum principium est . Quapropter : alterum quiescit/ alterum mouetur. Sunt ratione quidem diuersa : magnitudine vero non separãtur. vniuersa nanq; : pulsu tractuq; mouentur. Idcirco oportet perinde atq; in circulo : aliquid manere/ & hinc incipere motum. Omnino igitur vti diximus : hoc suipsius motiuũ est animal/ quo est appetitiuũ. At appetitiuũ : sine imaginatione non est. omnis autem imaginatio : aut rationis est particeps / aut est sensitiua. atq; huius : & beluæ participes sunt.

CAP. XI.

AT enim considerandũ est etiam quidnã sit id quod imperfecta animalia motu ciet/ quibus sensus inest tãtũmodo tactus : atq; inuestigandũ est si his etiã insit imaginatio cupiditasve/ necne. & enim dolor atq; voluptas : his inesse videtur. q; si hæc insunt : et cupi-

Tral. ve. ex græ. recog.

primum autẽ omniũ appetibile (hoc enī mouet & non mouetur : eo q; sit intellectum aut imaginatũ) numero autẽ plura mouetia. ¶ Quoniã autẽ tria sunt/ vnũ quidem mouẽs / secundũ autẽ quo mouet / & tertiũ quod mouetur/ mouẽs autẽ duplex / aliud quidẽ immobile / aliud autẽ mouens & motũ : est vtiq; immobile quidem agibile bonum/ mouẽs autem & motum appetitiuum (mouetur enim qđ appetit : secundum q; appetit. et appetitus: motus quidã est/ aut actus) qđ autem mouetur est aial / quo vero mouet organo appetitus iã hoc corporeum est. Vnde in cõmunibus animæ & corporis operibus : considerandum est de ipsis . Nunc autem/ vt in summa dicam/ mouẽs organice : vbi principiũ & finis idem/ vt cõmissura ossiũ. hic enī : gibbosũ & cõcauũ . hoc quidẽ/ finis : illud vero/ principiũ. Vnde : aliud quidem quiescit/ aliud vero mouetur. Ratione quidẽ/ diuersa sũt : magnitudine vero/ inseparabilia. omnia enim : pulsu & tractu mouentur. Quapropter oportet sicut in circulo : manere aliquid/ & hinc incipere motum . Omnino igitur sicut prædictũ est / inquantũ animal appetitiuũ est : sic suiipsius motiuum est. Appetitiuũ autem : non sine phantasia . phantasia autem omnis : aut rationalis est aut sensitiua. hac igitur : & alia animalia participant.

CAP. XI.

CONsiderandũ autem & de imperfectis quid est mouẽs/ quibus sensus solum inest tactus : vtrũ cõtingat phãtasiã inesse his aut nõ/ & cõcupiscentiam. videtur enim : lętitia & tristitia inesse. si autẽ hæc : & cõcupi-

Tral.ve.ex græ.recog. Argyropylus

sentiam ineſſe neceſſe eſt. Phantaſia autem: quomodo vtiq; inerit? An ſi cut mouentur indeterminate: & hæc inſunt quidem/ indeterminate autem inſunt? ¶Senſitiua igitur phãtaſia: ſi cut dictum eſt/ & in alijs animalibus ineſt. Deliberatiua autem: in rationa libus. vtrum enim aget hoc/ an hoc: iam rationis eſt opus. & neceſſe eſt: vno menſurare. maius enim perſequi= tur. Quare: poteſt vnum/ ex pluribus phantaſmatibus facere. Et cauſa hæc eſt q̃ opinionem non videtur habere: quoniam eam quæ eſt ex ſyllogiſmo/ non habet. hæc autem: illam. Qua = propter: deliberatiuum non habet ap petitus. Vincit autẽ & mouet aliquã= do voluntatẽ: aliquando autem hæc illum ſicut ſphæra/ appetitus appe = titum/ cum incontinentia facta eſt. natura autem ſemper ſuperior: princi palior eſt & mouet. adeo: vt tribus la= tionibus iam moueatur. Scientificum autẽ: non mouet/ ſed manet. ¶Quo niam autem exiſtimatio & ratio hæc quidẽ ipſius vniuerſalis eſt/ illa vero ipſius ſingularis (illa enim dicit/ q̃ o= portet talem tale agere: hæc autẽ/ q̃ hoc tale/ & ego quidem talis) iã hęc mouet opinio/ nõ ea quæ vniuerſalis. aut vtraq;. ſed illa quidem/ quieſcens magis: hæc autem/ non. CAP. XII.

VEgetatiuam igitur ani mam/ neceſſe eſt habe re omne quodcũq; vi = uit & animã habet: a generatione vſque ad corruptionem. neceſſe eſt enim quod genitũ eſt: augmentũ habere/ & ſtatum/ & decrementum. hæc autem/ ſine alimento: eſt impoſſi = bile. Neceſſe eſt igitur: ineſſe vegeta = tiuam potentiam in omnibus quæ au gmentãtur & diminuũtur. ¶Senſum

ditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. At quonam pacto his imaginato ineſt? An aſſerẽdum eſt vt videtur/ hæc & in his ineſſe/ imaginationẽ inquam atq; cupiditatem: verũ vt indeterminate mouẽtur/ ſic & hęc ipſis inſunt indefinite? ¶Imagina 57
tio igitur ſenſitiua: ratione etiam expertibus/ vti diximus/ animali = bus ineſt. At deliberatiua: his in = eſt tãtum in quibus ratio ineſt. nã vtrum hoc agat/ an hoc: rationis iã opus atq; officium eſt. atq; neceſſe eſt: vno quodam metiri. maius e= nim perſequitur. Quare: poteſt vnum/ ex pluribus phantaſmatibus facere? Et hæc eſt cauſa ſane cur nõ omnis imaginatio videtur opinio= nem habere: quia eam quæ eſt ex ratiocinatione/ non habet. at hæc illam nimiru habet. Quapropter: deliberatiuum/ appetitus non ha = bet. Vincit autem interdum appeti tus mouetq; voluntatem: interdũ hæc illum/ appetitus inquam appe titum vt ſphæra/ cũ incõtinẽtia fit. atq; ſemp ſuperior: magis eſt prin ceps mouetq; natura. Quõ fit: vt 58
trẽs iam motus efficiantur. Ea ve = ro ratio cui ſcientiæ tribuuntur: nõ mouet/ ſed manet. ¶Cum autem exiſtimationũ ac rationũ alia ſit v = niuerſalis/ alia ſingularis (illa nãq; dicit/ omne bonum honoribus eſ = ſe afficiendum: hæc vero dicit/ me bonum eſſe) hæc iam opinio mo = uet/ non illa vniuerſalis. quin po = tius: ambe mouent. at illa quieſcẽs magis: hęc autem/ non quieſcens.

CAP. XII.

NEceſſe eſt igitur om = 59
ne qđ viuit animãq; habet: nutrienđi vim habere ab ortu gene = rationeve vſq; ad in = teritum corruptionemve ſuam. ne= ceſſe eſt enim omne quod eſt ortũ: accretionem & ſtatum & decretio= nem habere/ quæ quidem vt patet ſine nutritione fieri nequeunt. Ne= ceſſe eſt igitur: vniuerſis his quæ ac creſcunt atq; decreſcunt/ ineſſe po = tentiam nutriẽdi. ¶At non in om= 60

Argyropylus

nibus viuentibus neceſſe eſt ſenſũ eſſe. etenim neque ea poſſunt tactum habere: quorum corpus eſt ſimplex/ quæq; non ſine materia formarum ſunt ſuſceptiua. neque fieri poteſt: vt ſine hoc ſenſu animalium quicquam in rerum ſit ratione. ¶Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere: ſi nihil facit fruſtra natura. nam vniuerſa quæ natura cõficiũtur: gratia ſunt alicuius/ aut ſunt caſus eorũ quæ alicuius cauſa fiunt. Si igitur corpus quod habet vim gradiẽdi/ nõ haberet ſenſum: corrumperetur ſane/ & non ad ſuũ proficiſceretur peruenireq; finem/ quem quidem opus eſſe naturæ conſtat. Quo nanq; pacto nu
61 trietur? Immobilibus enĩ adeſt nutrimentum eo in loco/ vbi ſunt orta: quo nutriri poſſunt ſuapte natura. Fieri autẽ nequit: vt corporum quicquam mobile atq; ortũ/ animam quidem habeat diſcernẽtemq; mentem/ ſenſu autem vacet. Cur enim nõ habebit? aut enĩ animæ: aut corpori idipſum melius erit. At: neutri videt melius eſſe. illa nãq; ob hoc nõ itelliget magis: illud autem/ non ob idipſum
62 magis perſiſtet. Nullum igitur/ vti diximus/ non immobile corpus: habet animam abſq; ſenſu. ¶At qui ſi ſenſu habet: neceſſe eſt ipſũ vel ſimplex corpus/ vel miſtum eſſe. Sed fieri non poteſt: vt ſit ſimplex, non enim habebit tactum.
63 ¶At hunc ſenſũ ineſſe neceſſe eſt. quod quidẽ: ex hiſce perſpicuum euadere poteſt. Nam cum animal omne corpus ſit animatum/ corpuſq; omne tangibile ſit/ tangibile autem ſit id quod eſt ſenſibile tactu: neceſſe eſt & animalis corpus vim habeat ſentiendi tangendo/ ſi debeat ipſum animal conſeruari. Cæteri nãq; ſenſus/ per alia quędam externa ſentiũt: odoratus inquam/ viſus/ ac auditus. tangens autem niſi ſenſum habeat: nõ poterit alia quidem fugere/ alia autem capere. Quod ſi ita ſit: fieri non poteſt vt ipſum animal conſeruetur. ¶Quapropter & ipſe guſtus: quaſi tactus eſt quidam.

Tral.ve.ex græ.recog.

autem: non eſt neceſſe in omnibus viuentibus. neq; enim ea quorum corpus ſimplex eſt contingit habere tactum/ neq; ſine hoc poſſibile eſt eſſe vllum animal: neq; quęcunq; nõ ſunt ſuſceptiua ſpecierum ſine materia. ¶Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere: ſi nichil fruſtra facit natura. omnia enĩ quæ natura fiunt: propter aliquid ſunt/ aut caſus ſunt eorũ quę ſunt propter aliquid. Si igitur omne progreſſiuum corpus non habeat ſenſum: corrumpetur vtiq;/ & ad finem non perueniet qui eſt naturæ opus. Quomodo enim aletur? manẽtibus enim ineſt hoc: vnde nata ſunt. Non eſt autem poſſibile vt corpus habeat quidem animam & intellectum diſcretiuum/ ſenſum autem non habeat: non manſiuum exiſtens/ generabile autem. at vero neq; ingenerabile. Quare enim non habebit? aut enim animæ melius erit: aut corpori. Nũc autem: neutrum eſt. illa enim/ nõ magis intelliget: hoc autẽ/ nichil erit magis propter illud. Nullũ ergo corpus non manẽs: habet animã ſine ſenſu. ¶At vero ſi habet ſenſum: neceſſe eſt corpus eſſe aut ſimplex/ aut miſtum. Impoſſibile autem eſt: eſſe ſimplex. tactum enim non haberet. ¶Eſt autem neceſſe: hunc habere. hoc autẽ: ex his manifeſtum. Quoniam enim animal corpus animatum eſt/ corpus autem omne eſt tangibile/ tangibile autẽ quod ſenſibile tactu: neceſſe eſt & animalis corpus tactiuũ eſſe/ ſi debeat ſaluari animal. Alij enĩ ſenſus per alia ſentiunt: vt olfactus/ viſus/ auditus. tangens autem niſi habeat ſenſum: non poterit hæc quidem fugere/ illa autẽ accipere. Si vero hoc: ipoſſibile eſt ſaluari animal. ¶Quapropter & guſtus: eſt vt tactus qdã.

Cap.

Tral.ve.ex græ.recog.

alimenti enim.alimentum autem:cor-
pus tangibile. ¶Sonus autem & co-
lor & odor: nō alunt / neq; faciūt au-
gmentum aut decrementum. Quam
ob rem & guſtum neceſſe eſt tactum
eſſe quendam: quia tāgibilis & vege-
tatiui ſenſus eſt. Hi igitur: neceſſarij
ſunt animali.atq; manifeſtū eſt: q nō
eſt poſſibile ſine tactu animal eſſe. A-
lij autem: propter bonū.& generi ani
maliū iā non cuicunq: ſed cuidam vt
progreſſiuo/neceſſe eſt ineſſe. ſi enim
debeat ſaluari:nō ſolū oportet tangē-
do ſentire / ſed et delōge. ¶Hoc autē
erit: ſi per mediū / ſenſitiuū fuerit / eo
q illud quidem a ſenſibili patiatur &
moueatur / ipſum autē ab illo. Sicut
enī mouens ſecundum locum vſq; ad
permutationē facit / & pellēs alterū fa
cit vt pellat/ & eſt per medium motus/
& primum quidē mouēs pellit & nō
pellitur/ vltimū autem ſolum pellitur
& non pellit/ mediū autē vtraq;/ mul
ta autē media: ſic in alteratione/ præ-
terq; q manēs in eodē loco alterat. vt
ſi quis in cerā tinxerit: vſq; ad id mo-
ta eſt/ quouſq; tinxit. lapis autem/ ni-
chil: ſed aqua/ vſq; procul.aer autem
ad plurimū mouetur/ & agit & pati-
tur: ſi maneat/& vnus ſit. Vnde & de
refractione eſt melius/q; viſum egredi
entem refrangi: aerē pati a colore &
figura vſquequo ſit vnus. in læui au-
tem:eſt vnus. Quapropter iterum hic
viſum mouebit: ſicut vtiq; ſi ceræ ſigil
lum / ad finem vſq; ſuccederet.

CAP.XIII.

QVod autē impoſſibile
ſit ſimplex eſſe anima
lis corpus: manifeſtū
eſt. dico autē:vt igne-
um aut aereum. Sine
enim tactu: nullū con
tingit aliū ſenſum habere. corpus enī

Argyropylus

eſt enim: alimenti ſenſus. at alimē
tū: corpus eſt quod tactu percipi-
tur. ¶Sonus autem & color & o- 64
dor: non nutriunt/ nec accretionē
decretionēve faciunt. Quare neceſ
ſe eſt ipſum guſtum / tactū quen-
dam eſſe: quia rei tāgibilis ac nu-
tritiuæ eſt ſenſus. Hi igitur ſenſus:
neceſſarij ſunt animali. atq; perſpi
cuū eſt: fieri non poſſe vt ſit ani-
mal abſq; tactu. At cæteri ſenſus:
boni ſunt gratia. & definito iā ge-
neri / nō cuiuis animaliū ſine vllo
diſcrimine: ſed cuidā vt gradiēti /
neceſſe eſt inſint. nā ſi cōſeruari de-
beat: nō ſolū tāgēdo/ ſed ēmittus
etiā ſentire ipſū oportet. ¶Qđ q- 65
dē erit: ſi per externū ſentire me-
diū poſſit/ hoc pacto vt a ſenſibili
quidē mediū / ab hoc autē ipſum
patiatur ac moueatur. Nam vt in
motu ad locū accōmodato fieri ſo
let/ cū per multa efficitur (primū
nāq; mouēs: pellit ſenſum/ pellē-
doq; facit vt illud pellat id qđ de-
inceps poſt illud eſt collocatū. fitq;
hoc pacto motus: per mediū. atq;
primū quidē: pellit & nō pellitur.
vltimū autē: pellitur & non pellit.
mediū vero: pellitur atq; pellit. &
interdū plura ſunt media: interdū
pauciora) ſic & in alteratione fieri
ſolet/ hoc excepto dūtaxat/id inq;
qđ alterat eodem in loco manere.
veluti ſi qſpiā in cerā tinxerit: vſq;
ad id mota eſt/ vſq; quo tinxit. la-
pis autē/ nō mouet: at aqua/ ad di
ſtantiā longā. aer autē ad lōgiorē
mouetur/ atq; agit & patit: ſi ma
neat/ ſitq; vnus & nō diuiſus. Qua
ppter & de reflexione / melius eſt
aerē a figura colorecq; pati/ quouſq;
ſit vnus (eſt autē vnus: in ipſo le-
ui) q egredientē viſionē frāgi atq;
reflecti cēſere. Quocirca rurſus hic
mouet viſū: perinde atq; ſi ſignū
qđ in cerā imprimitur / tranſmit-
teretur vſq; ad finē. CAP.XIII.

ATqui perſpicuū eſt: 66
fieri nō poſſe vt cor
pus animalis ſit ſim
plex / igneū inquā /
aut aqueum / aut ae
reū. Nā nullus alius ſenſus: abſq;
tactu haberi poteſt. corpus enim

Argyropylus

animalis omnis: vt dictū eſt/ vim habet ſentiendi tāgendo. cætera autem elementa/ præter terrā: inſtrumēta ſenſus fieri poſſunt. Atq; omne tale: per aliud ſentiendo ſenſū nimirum efficit/ & per media. at tactus: in tangendo ſenſibilia ſua coſiſtit. Quapropter: & hoc nomine nūcupatur. atq; tametſi cętera quoque ſenſuū iſtrumēta tactu ſentiūt: tamē per aliud mediū ſentiunt. at ipſe tactus: per ſeipſū ſolus ſentire videtur. Quibus efficitur: vt nullū taliū elementorū/ corpus ſit animalis. At vero: neq; terreū eſſe poteſt. tactus enim: veluti mediocritas eſt omnium tāgibiliū. & inſtrumentū ipſius: non modo terræ differētiarū eſt ſuſceptiuum/ ſed etiam calidi frigidiq; cęterorumq; omniū tangibiliū. Et ideo neq; oſſibus/ neq; pilis/ neq; talibus partibus vllis omnino ſentimus: quia terrea ſunt. Hinc & plantæ omnium ſenſuum ſūt/ vt patet/ expertes: quia & ipſæ terræ ſunt. At abſq; tactu: fieri non poteſt/ vt alius quiſquam ſit ſenſus. huius autem inſtrumentū ſenſus: neq; terræ eſt/ neq; cæterorum vllius elemētorum. ¶ Hæc cū ita ſint: patet animalia neceſſario mori/ cū hoc ſolo ſenſu tactus priuantur. neque enim fieri poteſt/ vt hunc ſenſum non animal habeat: neq; ſi animal eſt/ aliū ſenſum prę-
67 ter hūc habere neceſſe eſt. ¶ Et propterea fit vt cætera quidē ſenſibilia nō corrūpāt ſuis exuperationibus animal/ color inq; ſonus & odor/ ſed ipſa tātū ſenſuū inſtrumēta: niſi per accidens. vt ſi ſimul cū ſono pulſio ictuſq; fiat: & ſi a rebus quæ vidētur atq; ab olentibus/ alia moueantur quæ tactu corrumpunt. ſapor etiā hoc ſane corrumpit: quo ſimul accidit ipſum/ tangibile eſſe. Exuperationes autem tāgibilium/ vt calidorum/ frigidorum & huiuſmodi: ipſum interficiūt atq; interi-
68 mūt animal. exuperatio enī ſenſibilis cuiuſuis: ſenſus deſtruit inſtrumētū atq; deuaſtat. Quare & tāgibile exuperans: ipſū deſtruit tactū. At hoc ſenſu: definitū eſt animal. ſine nāq; tactu fieri nō poſſe vt ſit ani-

Tral.ve.ex græ.recog.

animatum omne: tactiuum/ ſicut dictum eſt. alia autem/ præter terrā: ſenſoria quidem vtiq; fient. Omnia autem: per aliud ſentiendo faciunt ſenſum/ & per medium. tactus autē: eſt in tangendo ipſa. Quapropter: & hoc nomen habet. attamen & alij ſenſus tactu ſentiunt: ſed per alia. hic autē: videtur ſolus per ſeipſum. Quare: huiuſmodi elemētorum nullum vtiq; erit corpus animalis. Neq; itaq; terrenum. omnium enim tangibilium: tactus eſt ſicut medietas. & ſuſceptiuū eſt ſenſorium: non ſolū differentiarū quæcūq; terræ ſunt/ ſed et calidi & frigidi/ & aliorum omnium tāgibilium. Et propter hoc oſſibus/ & capillis/ & huiuſmodi partibus nō ſentimus: qa terræ ſunt. Et plantę etiā ob hoc nullum habent ſenſum: quia terræ ſunt. Sine autē tactu: nullum poſſibile eſt alium eſſe. hic autem ſenſus: non eſt/ neq; terræ/ neq; vllius alius elemen-
65 torum. ¶ Manifeſtū eſt igitur: ꝙ neceſſe eſt hoc ſolo priuata ſenſu aīalia/ mori. neq; enī hūc poſſibile eſt habere nō aīal exiſtēs: neq; cū ſit aīal/ aliū habere neceſſe eſt præter hunc. ¶ Et propter hoc quidem alia ſenſibilia excellentijs non corrumpunt animal/ vt color & odor & ſonus/ ſed ſolum ſenſus: niſi ſecundum accidens. puta ſi ſimul cum ſono pulſio fiat & ictus: & a viſis & odore alia moueantur quæ tactu corrumpūt. & ſapor autem: ſecundum ꝙ accidit ſimul tactiuum eſſe/ ſic corrumpit. Tangibilium autem excellentia/ vt calidorum & frigidorū & durorum: corrumpit animal. omnis enim ſenſibilis excellētia: corrumpit ſenſum. Quamobrem & tangibile: tactum. Hoc autē: determinatū eſt ipſum viuere. ſine enim tactu: demonſtratum eſt ꝙ impoſſibile eſt ani-

Cap. 13

Tral.ve.ex græ.recog.

70 mal esse. ¶ Quocirca tangibilium excellentia: non solum corrumpit sensum/ sed & animal. quia necesse est: solum habere hunc animal. Alios autem sensus habet animal: sicut dictū est/ nō vt sit/ sed vt bene sit. Vt visum: quia in aere & aqua/ vt videat. omnino autem: quia in diaphano. Gustum autem: propter delectabile atq; triste/ vt sentiat id quod in alimento & cōcupiscat & moueatur. Auditum autem: vt significetur aliquid ipsi. Linguam autē: vt significet aliquid alteri.

Argyropylus

mal: demōstrauimus. ¶ Quāobrē exuperationes eorū quæ tactu percipiūtur: nō solū instrumentū ipsius sensus/ verūetiā animal ipsum interimunt atq; corrumpunt. quia necesse est animal: hunc solum habere. Cęteros autem sensus animal habet: nō vt sit/ sed vt bene sit/ vt ātea diximus. Visū enī habet vt videat: quoniā et in aere/ et in aqua/ et omnino in pspicuo degit. Gustū autē: ob id qđ voluptate afficit aut dolore/ vt in alimento ea sentiat et cupiat ac moueatur. Et auditū: vt aliquid significetur. Linguā prętereā: vt ipsū/ aliquid alij per ipsā significet.

¶ Tertij libri de anima Aristotelis/ interprete Ioanne Argyropylo: finis.

¶ Tralationis veteris tertij libri de anima Aristotelis/ ex græco recognitæ: finis.

Vatablus

¶ Aristotelis de sensu & sensili liber vnus: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopũ Meldensem versus / Francisco Vatablo interprete.

¶ Tralatio vetus libri de sensu & sensato Aristotelis / ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.

CVm de anima in se / & de singulis eius potentijs particulatim definitum iam sit: proximũ est vt de cũctis tam animãtibus q̃ hisce quę vita sortita sunt / quænam actiones eorum propriæ sint / & quænam cõmunes / consyderemus. Igitur suppositis hisce quæ de anima dicta sunt: de reliqs / exorsi a primis / edisseramus. Plane tam communia / q̃ propria animãtibus sceu sensus / memoria / ira / cupiditas / denicq; appetitus / & insuper voluptas & dolor / etenim hæc: animantibus fere omnibus competunt) promiscua corpori & animæ maxime videntur esse. Adhæc quæda omnibus quæ vita participant communia sunt: quædam animantium nonnullis. Horum autẽ copulæ quatuor numero precipue existũt: nempe vigilia & somnus / iuuentus & senectus / respiratio & expiratio / vita & mors. De quibus contemplari oportet: & q̃dnã eorũ quodq; sit / & q̃bus de causis eueniãt. ¶ Cętera ad Naturalẽ quoq; spectat: prima sanitatis & ęgritudinis principia cognoscere. etenim fieri nõ potest: vt quę vita destituta sũt / sana sint aut ęgra. ¶ Iccirco fere tã Naturaliũ plurimi / q̃ Medicorũ ij qui doctiuscule artẽ ipsã persequi ac tractare studẽt: alteri in ijs q̃ ad artẽ Medicinalẽ pertinẽt suę cõsyderationi finẽ imponũt / alteri ab ijs q̃ ad cõtẽplationẽ naturæ spectãt Medẽdi sciẽtiã auspicãtur. ¶ Qz autẽ ea õnia quæ diximus ad corpus & animam communiter attineãt: haud obscurũ esse videtur.

CVoniam autẽ de anima secũdum seipsam determinatũ est / et de virtutum qualibet secũdum partem ipsius: cõsequens est facere consyderationem de animalibus & vitã habẽtibus omnibus / quæ sunt propriæ / & quę cõmunes operationes eorũ. Quę igitur dicta sunt de anima / subijciãtur: de reliqs autẽ dicamus / & primũ de primis. Vidẽtur autẽ maxime & cõmunia & propria animaliũ: cõmunia esse & corporis & animę / puta sesus / & memoria / & ira / & desyderiũ / et oino appetitus / et adhęc gaudiũ / & trislitia. etenĩ hæc fere insũt õnibus animalibus. Adhęc autẽ / hęc q̃dẽ õniũ sũt vita participãtiũ cõmunia: hęc vero animaliũ quibusdã. Existũt autẽ horũ maxime quatuor cõiugia numero: velut vigilia & sonus / et iuuẽtus et senectus / & expiratio & respiratio / & vita & mors. De q̃bus cõsyderãdũ est: q̃d est vnũq̃dq; eorũ / & propter quas causas accidit. ¶ Physici autẽ est: et de sanitate et infirmitate prima inuenire principia, nec enĩ sanitatẽ nec infirmitatẽ: possibile fieri carẽtibus vita. ¶ Quare fere Physicorũ plurimi / & Medicorũ qui magis philosophice artẽ prosequũtur: hi quidẽ finiũt ad ea quę de Medicina / illi vero ex ijs quæ de natura / incipiunt de Medicina. ¶ Qz autẽ õnia dicta / cõmunia sint animę & corpori: non immanifestum est. Omnia enim:

CAP. I.

Tral.ve.ex græ.recog.

hæc quidē cum ſenſu accidunt/hæc vero per ſenſum. Quædam autē: hæc quidem paſſiones huius exiſtunt/hæc vero habitus/hæc autē cuſtodiæ & conſeruationes/hæc vero corruptiones & priuationes. Senſus autem ꝙ per corpus fit animæ: manifeſtum & per rationem & abſq; ratione. Sed de ſenſu & ipſo ſentire quid ſit/ & quare accidit animalibus hæc paſſio: dictum eſt prius in ijs quæ de anima. Animal autem ſecundum ꝙ animal: neceſſe eſt vnumquodq; habere ſenſum. per hoc enim: determinamus animal eſſe/ & non animal. Proprie autem: ſecūdum vnumquodq;. Tactus & guſtus: inſequitur omnia neceſſario. tactus quidē: propter dictam cauſam in ijs quæ de anima. guſtus vero: propter eſcā. delectabile enim & triſte diſcernit ipſe circa eſcam: ita vt hoc quidem fugiat/ hoc autem proſequatur. & omnino ſapor: eſt nutritiuę partis paſſio. Senſus autem qui per exteriora: proficiſcentibus ipſorum inſunt. quemadmodum odoratus/auditus/viſus: omnibus quidem habentibus cauſa ſalutis inſunt/ vt præſentientia proſequantur alimētum/ mala autem & corruptiua fugiant. Habētibus autem & prudentiam: eius quod bene eſt gratia. multas enim annunciant differentias: ex quibus cō templabiliū infit diſcretio & agibiliū.

¶ Horum autem ipſorum ad neceſſaria quidem melior eſt viſus et ſecundū ſe: ad intellectū autem ſecūdum accidēs/auditus. Multas enī differētias et cōmodas viſus annūciat potētia: ꝙa cōnia corpora colore particīpāt. Quare et cōmunia magis per hūc ſentiuntur. Dico autē cōmunia: magnitudinem/ motū/quietē/ figurā/numerum. Auditus autem: ſoni tantum differentias/ paucis autem et eas quæ vocis

Vatablus

Nā ex eis: quæda cum ſenſu euenīunt/quæda per ſenſum. Ite alia affectus eiuſdē ſunt/habitus alia/ alia porro tutelæ atq; coſeruationes/ alia corruptiones atq; priuatiæ. Senſum vero per corpus animæ competere: per rationem & abſque ratione/ conſtat. Ipſis autē animalibus ſenſum ineſſe/ qua nimirū ratione quodq; animal eſt: neceſſe eſt. nam hoc ipſo: eſſe animal/& nō eſſe definimus. Verum de ſenſu & ſentiendo qd ſit/& cur hæc affectio animātibus accidat: in libris de anima diximus. Nunc autem: priuatim de ſingulis ſenſibus agendū eſt. Tactus & guſtus: animalia omnia neceſſario comitantur. tactus: ob eam quam in libris de anima explicauimus/cauſam. guſtus: ob alimentum. nā guſtus quod voluptate afficit/ qđq; dolore in alimento diſcernit ac diiudicat: adeo vt hoc fugiat/ illud perſequatur. atq; omnino ſapor: partis altricis affectio exiſtit. At ſēſus illi qui intercedente aliquo extrinſecus medio fiunt/olfactus inquā auditus & viſus: ex animantiū numero inceſſilibus omnibus eos quidem habentibus tutelæ ac ſalutis gratia adiūcti ſunt/ vt prę-ſentientes alimentū perſequātur/ & quæ praua ſunt atq; exitialia fugiant. Sed ijs quæ prudētiæ quoq; particīpes ſunt: gratia cuiuſpiam commodi melioris acceſſere. nam auditus & viſus: multas adnunciant differentias/ quibus rerū tam intellectilium q̄ quę ſub actionem cadere ſolent/peritia comparetur.

¶ Horum ipſorum/ ad ea quæ vitę neceſſaria ſunt magis vel per ſe viſus conducit: ad cultum ingenij capeſſendum/ per accidens auditus. Nam viſus complures variaſque differentias aduehit: quod corpora omnia colore participēt. Quare: & hoc ſenſu maxime communia ſentimus. Cōmunia dico: figuram/ magnitudinē/ motū/ſtatum/ numerū. At auditus: ſoni tantummodo diſcrimina/paucis etiam vocis renunciat.

Vatablus

Sed per accidens magnum adfert adiumentum ad acquirendã sapientiam prudentiamque. nam sermo/cum sit audibilis: disciplinæ causa non per se/ sed per accidens existit. constat enim ex nominibus. singula autẽ nomina: quarũdã notionũ symbola sũt. ¶ Quã obrem ex ijs qui iam inde ab ortu naturæ vtroq; sensu priuati sunt: qui cæci sunt / hisce qui muti surdiq; sunt/ sapientiores euadunt atq; prudentiores. De virtute igitur ac facultate quã quisq; sensuum habeat: diximus. CAP. II.

COrporea autẽ sensoria in quibus ijdem fieri apti sunt / nonnulli quidẽ iuxta elemẽta corporũ disquirunt atq; inuestigant: sed cum nequeant quinq; sensus ad quatuor elementa reducere/ cui quintus accommodari debeat / hæsitant. ¶ Omnes autem visum igni tribuũt: q; cuiusdam affectionis causam ignorent. nam presso agitatoq; oculo: igneus fulgor apparet. At hoc: in tenebris euenire natum est/ aut cum palpebrę oculos integũt. nam tum quoq; : tenebrę oboriri solent. Habet autem hoc: aliam quoq; dubitationem. Nam cũ fieri non possit vt quenquã lateat se sentire ac videre rem quampiam conspectui obuiam: necessum est vt oculus ipse seipsum videat. cur igitur idipsum: quiescenti oculo no euenit? Causa huiusce/ & dubitationis/ & denique quãobrem visus ex igni cõstare videatur: hinc sumẽda est. Nã quę leuia sunt: fulgere in tenebris/ nõ tamẽ illustrare/ insitũ habẽt. oculi autẽ pars nigra mediaq; : læuis est. Ea vero: cũm mouetur oculus / apparet. propterea quod tum accidit: vt res vna vt duæ sit / id quod motionis celeritas efficit / adeo vt aliud esse videatur id quod videt/ & aliud id quod videtur. Iccirco etiam non fit: nisi celeriter/ & in tenebris / oculi motio fiat. nam quod læue est: in tenebris suaTral. ve. ex græ. recog.

Secundum vero accidens: ad prudentiam auditus plurimam confert partem. sermo enim audibilis existens: causa est disciplinæ / non secundum se/ sed secundum accidens. ex nominibus enim constat. nominum vero vnumquodq; : symbolum est. ¶ Quare sapientiores / a natiuitate priuatorum vtroq; sensu / sunt cæci: mutis & surdis. De virtute itaque quam habet sensuum vnusquisque: dictum est. 6

CAP. II.

IN quibus autem nati sunt fieri corporis instrumẽtis/ aliqui quidem quęrunt secundũ elementa corporũ: nõ potentes autẽ ad quatuor quinq; existentes cõducere/ hæsitãt de quinto. ¶ Faciunt autẽ omnes visum/ ignis: quia passionis cuiusdam ignorant causam. constricto enim & moto oculo: videtur ignis lucere. Hoc autem: in tenebris natum est accidere/ aut palpebris superuelantibus. fiunt enim & tunc: tenebræ. Habet autẽ dubitationem hoc: & aliam. Si enim nõ est latere sentientem & videntem visibile quiddam: necesse erit se videre oculum. quare ergo quiescente illo: hoc non accidit? Causa autem huius/ & dubitationis/ & putandi ignem visum esse: hinc sumenda. Læuia enim: in tenebris nata sunt fulgere/ non tamen lucem facere. oculi autem vocatum nigrum & medium: læue. Apparet autem hoc: moto oculo. quia accidit: quasi duo fieri vnũ/ hoc autẽ celeritas facit motus/ ita vt videatur aliud esse videns & visum. Quare etiam non fit: nisi celeriter/ & in tenebris hoc accidat. læue enim: in tenebris 7

Cap.

Tral. ve. ex græ. recog.

natum eſt fulgere/ quēadmodū quorū dam piſciū capita/ & ſepiæ turbidum. & lente moto oculo: nō accidit vt vídeatur ſimul duo & vnū eſſe/ vídens & viſum. Illo autē modo ipſe ſeipſū videt oculus: quēadmodū & in refractione. Quoniā ſi ignis eſſet vt dicit Empedocles/ et in Timęo ſcribitur/ et accideret vídere exeunte/ quēadmodū ex lucerna/ lumine: quare non & in tenebris víderet vtiq; viſus? Dicere autē q̄ extinguatur ī tenebris egrediēs/ ſicut Timęus dicit: vanū eſt oino. Quæ enī extinctio luminis eſt? extīguitur enī aut humído aut frigido: calidū & ſiccū/ qualis eſſe videtur q̄ ī carbonibus ignis/ et flāma. quorū neutrū: in lumine apparēt exiſtēs. Si igitur ineſt q̄dē/ ſed propter debilitatē latet nos: oportebat p diē & aqua extíngui lumē/ & in glacie maxime fieri tenebras. flāma enim & ignita corpora: patiūtur hoc. Nūc autē níhil tale accídit. Empedocles autē vídetur exíſtimare: aliquādo quidē ex eū te lumine (ſicut dictū eſt prius) vídere. ait enī. Vt quādo quis progreſſū meditās præparat lucernam/ Hyemalē per noctē ignis lumē ardētis/ Adaptās vt omniū ventorū impetus prohibeat laternā/ Hæc ventorū quidē ſpiritū diſpergit flātiū/ Lumē autē extra diſſilit quantū magis expanſum fuerit/ Illuſtrat pauimentū indomitis radijs: Sic q̄d in mēbranis coercitū antiquū lumē Subtílibus/ latis/ diffunditur per circularē pupillam/ Hę autē aquæ quidem profundum repellunt circunfluentis/ Lumē autē extra diſſilit quantū magis expanſum fuerit. Aliquando quidē ſic vídere ait: aliquādo autē defluxíbus ijs qui ab ijs quę vídētur. ¶ Democritus autem q̄ quidem aquam eſſe dícit/ bene dícit: q̄ autem putat ipſum vídere eſſe ipſam apparitionem/ non bene.

Vatablus

pte natura collucet/ ceu quorundam piſciū capita/ & ſepiæ atramentū. & cū lēte cōmouetur oculus: nequaquā euenit vt ſimul duo eſſe videatur qđ vnū eſt/ nēpe vidēs & viſum. Illo autē modo oculus ipſe ſeipſum videt: quomodo & in refractione agitur. Nā ſi oculus cōſtaret ex ígni/ vt Empedocli placet/ & in Timæo ſcríptum eſt/ accideretq; videre egrediēte velutí e laterna lumíne: cur non etiam in tenebris aſpectus videret? Dicere autem viſum cum egrediatur in tenebris extíngui/ vt Timæus aſtruit: inane modis omnibus exiſtit. Quænam enim eſſe poteſt luminis extinctio? nam aut frigído extinguí/ aut humído aſſolet: qđ calídum ſiccumque eſt/ qualis eſt & prunarū ígnis/ & flamma ipſa. quorum neutrum: lumini ineſſe videtur. Qz ſi inſint quidem/ ſed quia remiſſe inſunt nos lateant: oportebat ínterdíu & ſuperueniēte pluuía lumen extíngui/ ac tempore glaciali potiſſimū tenebras fieri. nam flamma ipſa & conflagrātia corpora: ídipſum patiūtur. Nūc vero: níhil tale lumíni accídit. Empedocles autem: ínterdū exíſtimare videtur egrediente lumíne/ íd quod prius díximus/ nos cernere. inquit enī ad hūc modū.

» Vt cum quis meditatus íter no-
» ctem per opacam/ Aſſolet ardētē
» faculam lychnūve parare/ Addēs
» laternā/ quæ flatus arceat ōneis/
» Diſſipat iſta quidē flantis ſpirami
» na vēti/ At lux egrediēs quantū
» ſe fūdere poſſit/ Colluſtratq; viā
» radíjs/ víncitq; tenebras: Sic tu
» nicis clauſus validis/ ſubtílíbus/
» amplis/ Ignis natiuus/ pupillarē
» impetit orbē/ Hæ magnā latícis
» vím qui circunfluit arcēt/ Diſſilit
» ille foras quātū ſe fundere poſſit.

Interdū inq̄ nos hoc pacto cernere aſſerit: ínterdū defluxíbus & exuuijs a re conſpecta miſſis. ¶ Democritus vero/ quatenus viſū eſſe aquā aſſerit/ recte dícit: quatenus víſionē eſſe emphaſin íd eſt apparitionē ſiue apparentiā/ nō recte.

Vatablus

Id enim euenit: quia oculus læuis est. Atq; emphasis: nequaq̃ in re visa/ sed in vidente existit. quippe cum ea affectio: refractio sit. Verũ necdum illi quicquam / vt videtur: de apparentibus et refractione apertum erat. Absurdum etiam & illud est: non succurrisse inquã ei vt dubitaret/ cur solus videat oculus/ & cæterorum nullũ in quibus simulachra appareãt. Conspectũ igitur esse aqueũ/ veritati quidẽ cõsonum est: non tamen visio fit vt est aqua/ sed vt translucet. quod & aeri cõmune est. Verum aqua: facilius q̃ aer compræhendi atq; retineri potest. Idcirco pupilla & oculus: ex aqua cõstant. Quod quidẽ: & experiẽtia ipsa late patet. nam quod sauciatis oculis effluere assolet: videtur esse aqua. Quin & in fœtibus nuper aformatis: oculi supramodũ splendent refulgentq;. Atq; in sanguinarijs: albida portio oculi / opima pinguisq; ob id est vt humor persistat incõgelabilis. Et ob id oculus: minime omnium partiũ corporis / rigere solet. nemo enĩ vnq̃: interna parte oculi frigluit. Exanguium vero oculos tunica dura ambire solet: quę illos ab iniuria frigoris tuetur atq; defendit. ¶ Porro illud omnino mestas egreditur rationis: nẽpe cõspiciẽdi vim exeũte quopiã videre/ & aut ad astra vsq; deduci/ aut cũ ad vsq; certũ quoddã spaciũ processerit cum lumine externo vniri atq; coniungi/ sicut quida aiunt. Nam isto præstabilius id erat: nimirum coniunctionem in oculi principio fieri. Quãquam & id quoq;: stultum est. quid enim est: lumen lumini coniungi/ aut quonam pacto id esse potest: no enim quoduis: cuiuis fine discrimine cõiungitur. Itẽ/ qui internũ lumẽ externo conũgetur: cũ mẽbrana ipsa/ inter illa media sit: ¶ De hoc igitur / videlicet quod sine lumine non videatur: alibi diximus. Verum siue lumen/ siue aer id fit quod oculũ & rẽ conspectã interiacet: motio ipsa quæ per eum fit/

Tral.ve.ex græ.recog.

Hoc enim accidit: quoniam oculus læuis est. Et est: non in illo/ sed in vidente. passio enim: refractio est. Sed omnino de apparẽtibus & de refractione: nondum ipsi manifestum erat / vt videtur. Incongruum autem: & non superuenisse ipsi dubitare/ quare solus oculus videt/ nullum autem aliorum in quibus apparent idola. Quod igitur visus est aquæ/ verum quidem: non tamen accidit ipsum videre secundum q̃ aqua est/ sed secũdũ q̃ perspicuum. quod & aeri commune est. Sed magis seruabilis est aqua aere: & magis acceptibilis. Quare pupilla & oculus: aquæ sunt. Et hoc: est in ipsis operibus manifestum. videtur enim aqua: quod decurrit corruptis oculis. Et in nullo nouiter formatis: claritate excedens & splendore. Et album oculi in habentibus sanguinem: pingue & crassum. quod propter hoc est: vt permaneat humidum/ incoagulatum. Et ideo: corporis minime est frigens oculus. nulli enim vnquam: quod intra palpebras est/ friguit. Animalium vero quæ sine sanguine sunt: duræ pelles sunt oculi. & hoc facit protectionem. ¶ Irrationabile vero omnino est: exeunte quodam visum videre/ & aut extendi vsque ad astra / aut quadamtenus prodeuntem coniungi/ sicut quidam dicũt. Isto enim melius est: in principio coniũgi oculi. Sed & hoc: stultũ. quid enim est cõiungi lumen lumini. Vel quomodo hoc possibile esse: non enim quodlibet: coniungitur cuilibet. Et interius exteriori: quomodo: membrana enim interest. ¶ Quod igitur sine lumine impossibile est videre: dictum est in alijs. Sed siue lumen / siue aer est/ quod est inter rem visam & oculum: motus qui per ipsum / facit

Tral.ve.ex græ.recog.

videre. Et rationabiliter: quod interius/ aquæ est. aqua enim: perspicua est. Videtur autem sicut exterius non sine lumine: ita & interius. Perspicuum igitur oportet esse: atq; necesse est aquam esse/ quia non est aer. non enī in vltimo oculi/ anima aut animæ sensorium est: sed manifestum ꝙ interius. Quare necessario perspicuum est & receptiuum luminis: quod interius oculi. Et hoc etiam: ab accidentibus manifestum. iam enim quibusdam vulneratis in bello iuxta tempora/ ita vt abscissi essent pori oculi: accidit fieri tenebras/ sicut lucerna extincta. eo ꝙ/ quasi laterna quædam: abscissum fuit perspicuum & vocata pupilla. ¶ Quare si quidem in his accidit/ sicut dicimus: manifestum ꝙ/ si oportet secundum hunc modum attribuere & assignare vnumquodq; sensoriorū vni elemētorum/ oculi quidem visiuum aquæ existimādum/ aeris vero sonorum sensitiuum/ ignis autem odoratum. quod enim actu odoratus: hoc potētia odoratiuum est. sensibile enim: facit agere sensum. Quare necesse est existere ipsum: potētia prius. Odor vero: fumosa euaporatio est. fumosa autem euaporatio: ab igne. Quapropter: & circa cerebrum loco/ odoratus proprium sensorium est. potentia enim calida: frigidi materia est. Et oculi generatio: eūdem habet modum. a cerebro enim: constat. cerebrum autem: frigidissimū & humidissimum partium corporis est. Tactiuum autem: terræ. gustatiuum vero: species quædam tactus est. Et ideo: iuxta cor/ sensorium est ipsorum/ scilicet gustus & tactus. cor enim oppositum est cerebro/ & est calidissimum partium. Et de sensitiuis quidē partibus corporis: hoc modo sit determinatum.

CAP. III.

visionē efficit. Atq; ratione euenit optima: vt interna oculi portio/ aquea sit. nā aqua: perspicua est. Vt autē extra nō sine lumine videtur: sic & itra. Perspicuū ergo esse oculum oportet: eundemq; aquā esse necesse est/ quando aer nō est. non enim anima ipsa/ aut animæ sensoriū: in oculi extremo/ sed in parte/ vt patet/ interna existit. Quā obrem necesse est: vt pars oculi interior/ perlucida & luminis exceptiua sit. Atq; etiam hoc ex iniice quę cōtingere solent/ apertum est. Iam enim quidā accepto in prælio circa tempora vulnere adeo profundo vt pori oculi & meatus fuerint excēti: sese tenebris offundi/ quasi extincta lucerna/ putarunt. propterea ꝙ perlucida pars oculi & vocata pupilla: abscissa/ ceu laterna quædā/ fuit. ¶ Quare si in hisce perinde euenit vt dicimus: palā est hoc modo assignare oportere & accōmodare vnumquodq; sensoriū vni elemēto. Oculi enim partē cui vidēdi facultas data est: ex aqua constare existimandū est. ex aere: id quod sonos pcipit. olfactum: ex igni. nam quod olfaciendi vim obtinet: id potentia est quod olfactus actu. sensile enim: sensum agere facit. Quare necesse est ipsum id esse: quod potētia prius erat/ Odor autem: non nisi fumida quædam exhalatio existit/ quæ profecto ignea est. Quocirca & peculiare sensoriū olfactus: in cerebro situ est. nā rei frigidæ materia: potētia calida est. Atq; oculi generatio: ad hunc sese habet modum. nam oculus: a cerebro cōstitutus est/ quod omniū partiū corporis humidissimū frigidissimūq; existit. Cui autē tangēdi tributa est auctoritas: ex terra. cui gustandi: species quædam tactus est. Et ob id sensorium eorum/ gustus inquā & tactus: haud procul a corde est. nam cor: cerebro ex aduerso iacet/ & omnium partium corporis calidissimum est. Ac de sensatiis quidē corporis partibus: hoc pacto definitum sit.

CAP. III.

Vatablus

DE ſenſilibus autē cuiuſq; ſenſorij / verbi cauſa de colore/ſono/odore/ſapore/& tactili/quodnā ſit eorū munus atq; officiū/& quænam ſit cuiuſq; ſenſorij actio/ vniuerſaliter quidē in libris de anima dictum eſt: quidnam vero ſit quodlibet eorum / ceu quid color / quid ſonus/quid odor/quid ſapor/ & ſimiliter quid tactile / conſyderandū eſt. Et primo quidē: de colore agendū videtur. Vnūquodq; igitur/bifariā dici ſolet: actu ſcilicet & potētia. Verū quonā pacto color & ſonus actu ſenſibus actu / viſui ſcilicet et auditui idem ſint aut aliud: in commentarijs de anima dictum iam eſt. quid autē exiſtens eorū quodq; / ſenſum actionēq; faciat: nūc dicamus. ¶ Vt igitur ibi de lumine dictum eſt/ q̄ perſpicui color per accidēs ſit: ita hic quoq; dicendū. nam corporis ignei præſentia in perſpicuo/lumen eſt: priuatio/tenebrę. Quod autem perſpicuitatem nuncupamus/id non aeri aut aquæ aut vlli elementorū proprium eſt: ſed eſt facultas quędam & natura communis/ quę ſeparabilis quidem non eſt / ſed in illis eſt / atq; cæteris corporibus/ alijs plus alijs minus/ineſt. Quēadmodū igitur neceſſe eſt corporum aliquod eſſe extremū: ita & huius. Luminis itaq; natura: in perſpicuo indefinito eſt. Q̄ autē perſpicuitatis corporibus inſertę extremitas aliqua ſit: certum eſt. q̄ vero ea color ſit: ex hiſce quę euenīūt / patere poteſt. Nam color: aut in termino reſidet/aut terminus eſt. Quocirca & Pythagorei: ſuperficiem ipſam colorem appellabant. etenim color: in termino corporis inhabitat/ſed nequaquam terminus corporis eſt. quāquā eandem eſſe naturā quę extra & intra coloratur: putare oportet. Porro aer & aqua: colorata appārēt. etenim aura: talis eſt. Cęterū nec aer nec mare: eundem cominus & eminus/ colorē ſortiuntur/

Tral. ve. ex græ. recog.

DE ſenſibilibus autē ijs q̄ ſecundū vnūquodq; ſenſoriū / puta dico colore & ſono & odore & guſtu & tactu / vniuerſaliter dictū eſt quæ actio ipſorū in ijs quę de anima/et qđ ipſum operari ſecūdū vnūquodq; ſenſoriorū: q̄d autē oporteat dicere quodlibet eorū/ſcilicet q̄d color/q̄d ſonus/q̄d odor/ q̄d ſapor/ſimiliter & de tactu/cōſyderādū eſt. & primū: de colore. Eſt igitur vnūquodq; dupliciter dictū: hoc quidē actu/hoc autē potētia. Q đ igitur actu color eſt & ſonus/quomodo eſt idē vel aliud/ijs qui ſecundū actū ſenſibus/puta viſioni & auditioni: dictū eſt in eis q̄ de anima. q̄d autē vnūquodq; eorū exiſtēs faciet ſenſum & actū: nūc dicamus. ¶ Quēadmodum igitur dictū eſt de lumine in illis: q̄ ſit color p̄ſpicui ſecūdū accidēs. quādo eni ineſt aliq̄d igneū in p̄ſpicuo: pręſētia q̄dē lumē eſt/ priuatio vero tenebræ. Quod autē dicimus perſpicuum/ nō eſt propriū aeris vel aquę/ nec alicuius ſic dictorū corporū/ſed eſt quædam cōmunis natura & virtus quę ſeparata quidē nō eſt/ in his vero eſt et in alijs corporibus/ī his q̄dē magis/in his vero minus. Quēadmodum ergo et corporū neceſſe eſt aliq̄d vltimū eſſe: et huius. Luminis igitur natura: in īdeterminato p̄ſpicuo eſt. ipſius aūt q̄đ ī corporibus p̄ſpicui vltimū q̄ q̄dē erit vtiq̄ aliq̄d: palā eſt. q̄ aūt hoc ſit color: ex accidētib⁹ manifeſtū. Nā color: ī extremitate/aut extremitas eſt. Vnde et Pythagorici: epiphaniā/colorē vocabāt. eſt eni ī corporis extremitate: ſed nō eſt extremitas corporis/ſed eādē naturā oportet exiſtimare: q̄ exterius coloraī et īterius. Vidētur autē aer et aqua: colorata. etenī aura: tale eſt. Sed ibi q̄dē quoniā in īdeterminato accidit/ nō eūdē colorē habet

Tral. ve. ex græ. recog.

accedentibus prope/ & delōge: nec aer nec mare. In corporibus vero: nisi cōtinēs faciat trāsmutationē/ determinata est & phantasia coloris. Manifestū igitur: ꝙ idem & ibi & hic susceptiuū coloris est. Perspicuū ergo secūdū ꝙ inest corporibus/ inest autē plus aut minus: in omnibus colores facit permutari. Quoniam autē in extremitate color: huius vtiq; extremitas aliqua erit. Quare color vtiq; erit: perspicui extremitas in determinato corpore. Et ipsorū autem perspicuorū/ puta aquę/ & si qd aliud tale/ & quibuscūq; videtur aliqs color proprius inesse: secūdū extremitatē similiter ōnibus inest. Est ergo inesse in perspicuo hoc/ qđ qdē et ī aere facit lumē: est autē nō/ sed priuatū esse. Quēadmodū igitur ibi hoc quidē lumē/ hoc vero tenebrę: ita et in corporibus infit albū & nigrū. ¶ De alijs autē coloribus/ iā diuidētes quot modis cōtingit fieri: dicēdū. Cōtingit enī secus inuicē positis albo & nigro/ ita ꝙ vnūquodq; eorū sit inuisibile propter paruitatē/ quod autē ex ābobus visibile: sic fieri. hoc enī: neq; albū potest videri/ neq; nigrū. Quoniā autē necesse est habere quidē quēdā colorē/ neutrū autē horū possibile est: necesse est cōmistū quendā esse/ & speciē quādam coloris aliā. Est ergo sic accipere: plures colores esse q̄ album & nigrū. Multos autē: proportione. tria enim ad duo/ & tria ad quatuor/ & secundum alios numeros: est secus inuicem iacere. Alios autē: ōnino secundū nullā proportionem/ sed secundum abundantiā quandā & defectū incōmensurabilē. Et eodē vtiq; modo hos habere: cōsonātijs. q enī in numeris proportionatissimis colores: quēadmodū ibi cōcordātias/ eos esse q delectabilissimi colorū vidētur/ veluti coccineus & puniceus, pau-

Vatablus

ꝙ ibi color in indefinito sit. At in corporibus ipsis: nisi id quod ea cōtinet ac ābit/ mutationē aliquā afferat/ coloris apparitio definita est. Idem igitur hic & illic coloris susceptiuum esse: constat. Ergo perspicuitas quatenus corporibus inest/ inest autem plus & minus: omnibus vt colore participent/ in causa est. Cum autem color in termino sit: perspicuitatis profecto terminus quidam erit. Quare color: perspicuitatis in corpore definito terminus erit. Sed & perspicuis ipsis vt aquæ/ & si quid aliud eiusmodi est/ atq; hisce quæ colorem proprium habere videntur: in extremitate omnibus similiter inest. In ipsa igitur perspicuitate/ interdum id inest quod in ipso quoq; aere lux efficere solet: interdum non inest/ sed perspicuitas eo destituta est. Ergo quemadmodū in aere/ modo lumen/ modo tenebræ insunt: ita in ipsis corporibus albor & nigror innasci assolēt. ¶ De cæteris autem coloribus: distinguendo quot modis fieri possint/ iam disserendum est. Fieri enim possunt hoc pacto: albo & nigro iuxta sese positis/ ita vt vtrumq; inuisibile sit ob paruitatem/ quod ex ambobus resilit/ visibile reddatur. hoc enim: nec album fieri/ nec nigrum potest. At cum necesse sit colorem quēdā esse/ & neuter horū esse possit: mistum quendam colorem/ & coloris speciem quandam aliam esse necessum est. Igitur plures esse colores præter album & nigrum: ad hūc putes modum. Ac plurimos quidem: proportione. nam fieri potest: vt tria ad duo/ & tria ad quatuor/ & ita p[illegible] alios numeros/ iuxta sese po[illegible]antur. Alios vero: nulla penitus proportione/ sed excessu quodam ac defectu incōmensili. Atq; [illegible]os: eodem vtiq; quo cōcinētiæ m[illegible]do/ sese habere. Qui enī sūt in numeris proportionis genus eximiū seruātibus: eos esse qui cōsonātiarū modo omniū suauissimi vidētur/ ceu purpureus & puniceus. atq; eiusmodi: pau-

Vatablus

cos eſſe / eadem qua concentus pauci ſunt/ cauſa. Qui vero nō ſunt in numeris: reliquos eſſe. Aut etiam colores omneis/tam certos/ q̄ incertos : in numeris eſſe. atq; hos ipſos : cum puri ſynceriq; nō ſunt/quia non ſint in numeris tales eūadere. Vnus igitur generationis colorū modus: hic eſt. Secundus: quando alter per alterū apparet. vt nōnunq̄ pictores faciunt/colorem alterū alteri clariori ſuperlinentes: ſicuti cum facere volunt vt quippiam in aere aut aqua eſſe videatur. et vt ſol per ſe/ apparet albus: per caliginē et fumū/ puniceus. Atq; ita multi colores ad eūdem/qui prius dictus eſt/modum : erunt. nam ratio quedam ſuperiorum ad inferiores erit. Alij: nulla penitus ratione conſtabunt. ¶ Porro dicere perinde vt antiqui / colores eſſe defluuia/ & tali de cauſa videri : abſurdum eſt. nam ipſis neceſſariū eſt: vt attactu ſentiri ōnia ſtatuant. Quare continuo præſtat dicamus : ſenſum fieri q̄ a ſenſibili medium moueatur/ q̄ attactu & defluxibus. ¶ In illis igitur qui iuxta ſeſe poſiti ſolēt: vt inuiſibilē accipere magnitudinē/ita inſenſibile tēpus neceſſe eſt. vt motionum acceſſiones/nos fugiāt: & q̄ ipſi ſimul apparēt/ vnus eſſe videatur. At in hiſce: nulla eſt neceſſitas. ſed color ille qui in ſuperficie extat: cū ſit immobilis / & moueatur ab eo qui ſubſternitur / motionē pariet diſſimilē. Quocirca & diuerſus apparebit: & nō albus aut niger. Atq; iſto pacto. nihil obſtat: quin color quica cōmunis appareat iis qui procul abſunt. Quare ſi fieri nequeat vt vlla magnitudo ſit inuiſibilis/ ſed omnis ex quodā ſpacio viſibilis habeatur: quēnam erit hęc colorum miſtio? q̄ enim nulla magnitudo ſit inuiſibilis : poſt hæc conſyderabimus. Q̄ ſi corporum miſtio aliqua ſit: non ſolū perinde fit vt quidam putāt/

Tral.ve.ex græ.recog.

cos autem tales: propter cauſam propter quā quidē & ſymphoniæ paucæ. qui autem nō in numeris: alios colores. Vel etiā, omnes colores in numeris eſſe: hos quidē ordinatos/hos autem inordinatos. et hos ipſos: quando nō puri ſunt/ quia nō ſunt in numeris tales fieri. Vnus igitur modus generationis colorum / hic eſt: vnus autē/ apparere per inuicem. quēadmodū pictores faciunt: alterum colorem/ ſuper alterum manifeſtiorē ſuperponētes. quēadmodum quādo in aqua vel aere volunt aliquid facere apparere. & quēadmodum ſol ſecundum ſe quidē/ albus videtur: per caliginem vero & fumū/ puniceus. Multi autem & ſic erunt colores : eodē modo prius dicto. proportio enī erit vtiq; quædam: eorū qui in ſuperficie/ ad eos qui in profundo. Q uidā autē: & ōnino nō ſunt in proportione. ¶ Dicere autē ſicut anti- qui/ defluxionem eſſe colorem / & videri propter talem cauſā: incōgruum. omniū enim per tactum neceſſe ipſis facere ſenſū. Quare mox melius eſt dicere/ eo q̄ mouetur intermediū ſenſus a ſenſibili/ fieri ſenſū: q̄ tactu & defluxionibus. ¶ In ſecus inuicē igitur poſitis: neceſſe eſt ſicut et magnitudinē accipere inuiſibilē/ ita & tēptis inſēſibile. vt lateāt motus q̄ueniētes: et vnus putetur eſſe/ propterea q̄ ſimul apparēt. Hic autē: nulla neceſſitas. ſed q̄ in ſupficie color īmobilis exiſtēs & motus a ſuppoſito: nō ſimilē faciet motū. Quapropter alius apparebit: & nec albus nec niger. Quare ſi nō contingit vllā magnitudinē eſſe inuiſibilē/ ſed quālibet ab aliqua diſtantia viſibilē: & hæc quænā vtiq; erit colorū cōmiſtio? Et illo autem modo nihil obſtat : quin appareat quidā color cōmunis eis qui a longe. Q̄ enim non eſt vlla magnitudo inuiſibilis: in iſs quæ poſterius/ conſyderandum eſt. Si autem eſt commiſtio corporum : non ſolum ſecundū hunc modum ſecundum quem putant

Tral. ve. ex græ. recog

quida ſecus inuicem poſitis minimis / im-
manifeſtis autem nobis per ſenſum / ſed
totaliter omnino / ſicut in eis quæ de cō-
miſtione / dictum eſt vniuerſaliter de om-
nibus. Illo enim modo miſcētur hæc ſo-
lū: quęcūq; cōtingit diuidere ad minima /
quemadmodū homines / equos / aut ſemi-
na. hominum enim / homo minimum eſt:
equorū vero / equus. Q uare horum ſecus
inuicem poſitione: multitudo cōmiſta eſt
ſimul vtrorumq;. hominem vero vnum:
ni equo nō dicimus commiſceri. Q uæ-
cunq; vero non diuidūtur ad minimum:
horū non cōtingit cōmiſtionem fieri ſe-
cundū hunc modū / ſed eo q̄ cōmiſceātur
omnino / quæ quidē & maxime cōmiſceri
nata ſunt. Quomodo autē hoc fieri poſſi-
bile eſt: in eis quę de miſtione / dictum eſt
prius. ¶ Simul autē quæ neceſſitas ſit / cō
miſtis illis & colores miſceri: manifeſtum
eſt. & hanc cauſam eſſe principalem / cur
multi ſunt colores: ſed non ſupernatatio-
nem / nec ſecus inuicē poſitionē. nō enim
delonge quidē / deprope autem nō / vide-
tur vnus cōmiſtorū color: ſed vndecunq;.
Multi autē erunt colores: quoniā multis
cōtingit proportionibus cōmiſceri ſibi in
uicē cōmiſta. et hi quidē in numeris: hi au
tē ſecūdū abūdantiā ſolū. & alia eodē mo
do: quo q̄dē in ſecus inuicē poſitis colori-
bus / aut ſupernatātibus contingit dicere.
Et de cōmiſtis q̄dē: & in alijs determina-
tū eſt. Q ua vero de cauſa ſpecies colorū
terminatę & nō infinitę / & ſaporū / & ſono
rū: poſterius cōſyderādū. Quid igitur ſit
color / et qua de cauſa multi colores: dictū
eſt. De ſono autem & voce: prius in ijs
quæ de anima / dictum eſt.

CAP. IIII.

DE odore vero & ſapore:
nūc dicendū. fere enī ea-
dem eſt paſſio. nō in eiſ-
dē autē eſt: vtrūq; eorū.
Manifeſtius autē eſt no-
bis ſaporū genus: q̄ odo-

Vatablus

videlicet minimis / ſed nobis p
ſenſū incognitis / iuxta ſeſe po-
ſitis / ſed prorſus omnino confu-
ſis / quemadmodū in de miſtio-
nē commentario vniuerſim de
ōnibus diximus. Illo enī modo
ea ſolū miſcētur: quæ in mini-
ma diſtribui poſſunt / vt homi-
nes / equi / ſemina. quādoquidē
hominum: homo / minimū eſt.
equorum: equus. Quare horum
iuxtapoſitione: compoſitorum
multitudo miſta eſt. vnum autē
hominē vni equo miſtum eſſe:
nequaq̄ dicimus. At quæcūq; in
minima diuidi nequeunt / quæ
ipſa profecto vt miſceātur aptiſ
ſima ſūt: fieri nō poteſt vt eorū
miſtio ad hūc fiat modū / ſed fit
quia prorſus miſceātur. qđ qua
via ac ratione fieri queat: dictū
eſt ātea / vbi de miſtione agebā-
mus. ¶ Cæterū qua neceſſitate
eueniat vt cū miſcētur illa / colo
res quoq; miſceātur / atq; hanc
eſſe principē cauſā cur colores
multi ſint / & nō ſuperpoſitionē
aut iuxtapoſitionē: pſpicuū eſt.
nō enī e lōginquo q̄dē / nō autē
e propīquo / miſtorū color vnus
apparet: ſed vndelibet. At cō-
plures ideo colores erūt: q̄ q̄ in
ter ſeſe miſcētur / ea multis mi-
ſceri rationibus contingit. Atq;
alij in numeris: alij in exupera-
tione ſolum, & cætera ad eum
ipſum modū: quē in iuxtapoſi-
tis ſuperpoſitiſve coloribus / di-
cere cōtingit. Ac de hiſce q̄dē q̄
miſceātur: alibi quoq; determi-
natū fuit. Quā autē ob cauſam
colorū ſpecies / item ſaporū ſo-
norūq; / finitæ ſint / & nō infini-
tę: poſtea docebimus. Q uid igi
tur ſit color / & quāobrē colores
ſint multi: explicatum iam eſt.
De ſono autē & voce: tractaui-
mus prius in libris de anima.

CAP. IIII.

DE odore vero & ſa
pore: nūc agendū.
nam eadem ferme
affectio eſt: ſed nō
in eiſdē vterq; exi-
ſtit. Porro ſaporū genus q̄ odo-

rũ: nobis euidẽtius est. Cuius causa est: nos habere olfactũ cęterorũ animaliũ olfactu inferiorẽ/& omniũ sensuũ qui in nobis ipsis sũt/ stupidissimũ. tactum vero: superiorem/& omniũ exactissimum. gustatum autẽ: tactum quendã esse. Igitur aqua: suapte natura insipida est. Necesse autẽ est: aut aquã in se oĩa saporũ genera ob exiguitatẽ insensibilia / vti Empedocles asserit/ cõtinere. aut in aqua talem materiã inesse/ quæ quasi semina gignẽdis saporũ generibus suppeditet: & omnia ex ea generari/ sed alia ex alia parte. aut si aqua nullã subeat differentiã: causam agentẽ soli & calori tribuere. ¶ Cæterũ ex hisce illud esse falsũ qđ Empedocles affirmat: per q̃ facile deprehẽdatur. Nã sapores calore ĩmutari videmus/ si fructus ex arbore decerpti/ soli exponãtur aut igni: vt intelligatur eosdẽ nõ ꝙ ab aqua quippiã cõtrahãt/ sed ꝙ ĩ ipsis fructibus in alios vertãtur/ tales effici. itẽ quoties causa tẽporis diluta pars exhalatur: ex dulcibus austeros/& amaros/ & õnimodos fieri. necnõ vbi decoquũtur: in oĩa prope dixerim saporũ genera trãsmutari. ¶ Consimiliter & illud/ aquã esse materiã q̃ gignẽdis saporibus semina pręstet: de numero eorum est quę fieri nequeũt. videmus enĩ ex eadẽ re/ ceu ex eodẽ cibo: sapores diuersos fieri. Reliquũ itaq; est/ sapores ideo permutari / ꝙ aqua quippiã patiatur. ¶ Sed ꝙ aqua nõ vi sola caloris facultatẽ eã imbibat/ quã saporẽ vocamus: hinc patere potest. Nam cũ aqua liquidorũ omniũ tenuissima sit/ atq; ipsum etiã oleũ tenuitate superet/ q̃q̃ oleũ plus quã aqua distẽdi potest/ ꝙ oleũ lentũ viscosumq; sit/ aqua vero remittẽs & fragilis (Qua ratione etiã fit: vt ægrius aqua manu q̃ oleũ cõtineri soleat) & ea ipsa sola/ dũ calefit/ minime crassescere videatur: certũ est sapores alterã quãdã causã habituros esse ꝙ oẽs crassiusculi existãt/ cũ qua calori causę nũcupatio coĩs habeatur.

ris. Huius autem causa: quoniam pessimum habemus aliorum animalium odoratum/& ipsorum sensuum qui in nobis. tactum vero: certissimum aliorum animaliũ. gustus vero: tactus quidam est. Aquæ igitur natura: vult sine sapore esse. Necesse autem est: vel in se ipsa aquam habere genera saporũ insensibilia propter paruitatẽ secundum quod Empedocles dicit. vel materiam talem inesse veluti omniseminariũ saporum: & omnia quidẽ ex aqua fieri/ alia autem ex alia parte. vel nullã habente differẽtiam aqua: facientem causam esse ac si calidũ et solem dicat quis. ¶ Horum autem: sicut Empedocles dicit/ multũ apertum mendacium. Videmus enim permutari per calorem sapores/ ablatis fructibus ad solẽ/& ignitis: tanq̃ nõ eo ꝙ ab aqua trahãt/ sapores tales factos/ sed in ipso fructu transmutatos. & resudãtes propter tempus: austeros e dulcibus/& amaros/& omnimodos fieri. & decoctos: in omnia saporum genera / vt ita dicam/ transmutari. ¶ Similiter autem & omniseminarij materiam esse aquam: impossibile. ex eodem enim videmus sicut ex esca: factos alios sapores. Restat igitur: eo ꝙ patitur aliquid aqua/ transmutari. ¶ Quod igitur non a calidi solum virtute accipit hanc virtutem/ quam dicimus saporem: manifestum est. subtilissimum enim omnium humorum / aqua est: & ipso oleo. sed protenditur oleum plus quam aqua: propter viscositatem. aqua autem: fragilis est. Quare & grauius est / seruare aquam in manu: quam oleum. Quoniã autem calefacta aqua nõ apparet ingrossata ipsa sola: manifestum est quod alia quædam vtiq; erit causa (sapores enim omnes: grossitudinẽ habent magis) calidũ autẽ/ cõcausale.

Empedocles.

20

21

22

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

¶ Apparent autem ſapores quicunq; quidem in fructibus: hi exiſtentes & in terra. Quare multi antiquorũ Phyſiologorum: dicunt talem eſſe aquam/ per qualemcunq; terram tranſeat. Et hoc: manifeſtum eſt in ſalſis aquis maxime. ſal enim: quædam terræ ſpecies eſt. Q uare quæ per cinerem colantur/ amarum exiſtentem: amarum faciunt ſaporem. Sunt quoq; fontes multi: hi quidem amari/ illi vero acuti/ alij autem omnimodos habentes ſapores alios. Rationabiliter itaque in naſcentibus: fit ſaporum genus maxime. pati enim natum eſt humidum/ quemadmodum & alia: a contrario. contrarium autem ſiccum. Q uare & ab igne patitur quid. ſicca enim: ignis natura. Sed proprium ignis/ calidum eſt: terræ vero/ ſiccum. ſicut dictum eſt: in ijs quæ de elemẽtis. Qua igitur ignis/ & qua terra: nihil natum eſt agere vel pati/ nec aliud quicquam. qua autem ineſt contrarietas in eis: hac omnia agunt & patiuntur. Q uemadmodum ergo qui lauant in humido colores & ſapores/ talem faciunt habere aquam: ſic & natura ſiccum & terreum/ & per ſiccum & terreum colans/ & mouens per calidum/ quale quid humidum facit. ¶ Et hoc/ eſt ſapor: tacta a dicto ſicco paſſio in humido/ guſtus ſecundum potentiam/ alteratiua in actum. ducit enim ſenſitiuum ad hoc/ potentia præexiſtens. nõ enim ſecundum diſcere/ ſed ſecundum ſpeculari: eſt ſentire. ¶ Q; autẽ non omnis ſicci ſed nutritiui/ ſapores aut paſſio ſũt aut priuatio: oportet ſumere hinc. q; nec ſiccũ abſq; humido: nec humidũ abſq; ſicco. eſca enim ipſis animalibus nullum eorum eſt: ſed commiſtum. neque ipſis plantis: ſed miſtum. Et ſunt oblati cibi animalibus tangi-

¶ Porro quotquot ſapores in fructibus ſũt: ijdẽ in ipſa quoq; terra ineſſe videtur. Q uapropter & plurimi veterũ naturæ interpretũ/ dixere: talẽ eſſe aquã/ qualis eſt terra per quã meat. Idq; in aquis ſalſis maxime ſpectari poteſt. nã ſal: ſpecies quędã terræ exiſtit. Q uocirca quæ per cinerem qui amarus eſt/ tranſmittuntur/ ſaporem ingerũt amarum: & quæ per alia/ alium. Necnon e fontibus: quidam ſunt amari/ nonnulli acidi/ alij variſs alijs ſaporibus prædĩti. Quapropter rationi conſonum eſt: vt ſaporum genus in plãtis pręcipue gignatur. nam humidum/ perinde vt cætera: pati a ſuo contrario natũ eſt. ſiccum autẽ: ei contrariũ eſt. Vnde fit: vt etiã ab igni quippiam patiatur. ſiquidem ignis: natura ſiccus eſt. Q uãquã calidũ igni peculiare eſt: ſiccum terræ/ vti in cõmentatione de elemẽtis diximus. Nihil itaque quatenus ignis ſit/ aut aqua/ aut quippiam aliud: agere aut pati natũ eſt. ſed õnia/ quatenus contrarietatẽ ſubeunt: eatenus agũt patiũturq;. Vt igitur q colores ſuccoſve in aquæ eluũt/ talẽ reddere aquã aſſolẽt: ſic ipſa quoq; natura cũ in humore partẽ ſiccã terrenãq; diluit/ aut per eandẽ humorẽ percolat/ & calore incoqt/ humori qualitatẽ quãpiã inſerit. ¶ Quę nõ niſi ſapor eſt: id eſt/ affectio q̃ a prædicto ſicco in humore genita/ guſtatũ qui in poteſtate ſit/ ad actũ demutat. nam ſentiendi vim/ quæ prius poteſtate erat: eodem perducit. cum ſenſio: non diſciplinæ/ ſed contẽplationi/ reſpondeat. ¶ Cæterum ſapores non cuiuſuis ſicci/ ſed eius quod alere poſſit/ aut affectiones eſſe aut priuationes: hinc ſumendum. quod nec ſiccum ſine humido ſit: nec contra/ humidum ſine ſicco. neutrum enim horum: animantibus aut plantis ipſis cibus eſſe poteſt/ ſed quod ex vtriuſque miſtura conſurgit. Q uinetiam in genere cibi quem animalia ingerunt: quę e ſenſilibus tactilia ſunt/

ea incrementū faciunt atq; decrementum. Etenim id quod ingeritur: horum causa est/ quatenus calidum est aut frigidum. nam calor & frigus: auctionem efficiunt atq; decretionem. Alit autē: quatenus gustabile est. omnia nāq; : dulci aluntur/ vel simplici/ vel commisto. Sed de hisce in libris de generatione definiendū est: nūc tamē quantum necesse sit/ ea tangamus oportet. Nam calor: vt auget/ ita etiam alimentū præparat. atq; qđ leue est / attrahit: qđ vero salsum amarumq;/ ratione pōderis relinquit. Quod itaq; exterior calor in extraneis corporibus efficit: hoc idem interior in animantiū plantarumq; natura efficere solet. Vnde fit: vt ea dulci sapore alantur. Cęteri tamē sapores: pinde vt salsus & acutus/ pro cōdimēto cibis admisceri solent. at isti: vt retrahāt. qa qđ dulce est & innatat: nimiū alit. ¶ Porro quēadmodū colores ex albo & nigro commistis proueniunt: sic & sapores permistione dulcis & amari exultant. Quin & secūdum proportionem/ ꝙ plus minusve adsit/ singuli producūtur: siue secundum numeros quosdam mistionis & motus/ siue etiam indefinite. Qui vero voluptatem important demisti: hi soli in numeris sunt. Pinguis igitur sapor: species dulcis est. salsus vero & amarus: idem fere sūt. acris/ austerus/ acerbus/ & acidus: interme dij. Quādoquidē saporum & colorum species: fere numero pares sunt. nam vtrorumq; species / septem habētur: si quis/ vti consentaneū est/ fuscum colorem non alium q̄ nigrum posuerit. Reliquū enim est: vt flauus color ad albū/ sicuti sapor dulcis ad pinguem/ pertineat. Puniceus vero/ purpureus/ viridis/ & cæruleus: album & nigrum interiacent. cæteri: ex horum mistura gignuntur. Item quemadmodum nigrum/ albi in diaphane id est translucido corpore priuatio est: ita salsum & amarum/ dulcis in humore qui alere

bilia quidem sensibilium: augmentum faciētia & decremētum. Horum enim causa: secundum ꝙ calidum aut frigidum/ oblatum. hæc enim: faciūt & augmentū & decremētum. Nutrit autē: secūdum ꝙ gustabile/ oblatum. omnia enim: nutriuntur dulci/ vel simpliciter/ vel cōmisto. Oportet igitur de his determinare in ijs quæ de generatione: nunc autem quantum necesse/ tangere ipsa. Calidū enim: augmētat/ & struit nutrimentum. & leue quidē/ attrahit: amarum autem & salsum / relinquit propter grauedinem. Quod itaq; facit in exterioribus corporibus exterior calor: hoc qui in natura animaliū & plātarum. Quapropter: nutriuntur dulci. Cōmiscentur autem alij sapores ad cibum/ eodem modo salso & acuto: pro condimento. hæc autem: propterea ꝙ contratrahunt. eo ꝙ nimis nutritiuū sit: dulce & supernatatiuum. ¶ Quemadmodum autem colores ex albi & nigri commistione sunt: ita & sapores ex dulci & amaro. Et secundum proportionem etiam/ eo ꝙ magis vel minus/ vnusquisq; est: siue secūdum numeros quosdam commistionis & motus/ siue & indeterminate. Qui autē delectationem faciunt commisti: hi in numeris solum. Pinguis ergo sapor: ipsius dulcis est. amarū vero & salsum: fere idem sunt. acris vero & austerus & acerbus & acutus: in medio. Fere enī æquales: saporum species & colorum sunt. septē enim/ amborum species: si quis ponat/ sicut rationabile est/ liuidum nigrum quid esse. Relinquitur enim/ flauū quidē/ albi esse: quēadmodū & pingue/ est dulcis. Puniceū vero et alurgū et viride & cyaneum: in medio albi & nigri. alij vero: misti ex his. Et quēadmodū nigrum priuatio est albi in perspicuo: ita amarū et salsum/ dulcis in nutrimētali

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

humido. Quare & cinis combuſtorũ: amarus/ omnium. exhalatum enim eſt ex ipſis: potabile. ¶ Democritus autem & plurimi Phyſiologorũ quicunque dicunt de ſenſibus: incongruiſſimum quid faciunt. omnia enim ſenſibilia: tangibilia faciunt. Et tamen ſi hoc taliter ſe habet: manifeſtum eſt q̃ & aliorum ſenſuum vnuſquiſq; tactus quidam eſt. hoc autem q̃ ſit impoſſibile: nõ difficile eſt diſcernere. ¶ Amplius autem: communibus ſenſuum omnium/ vtuntur quaſi proprijs. magnitudo enim & figura/ & aſperum & læue/ amplius autem acutum & obtuſum quod in tumoribus: communia ſunt ſenſuum. & ſi non omnium: ſed viſus & tactus. Quare & de his decipiuntur: de proprijs autẽ non decipiũtur/ velut viſus de colore/ et auditus de ſonis. ¶ Quidam autẽ/ propria ad iſta reducũt: quẽadmodum Democritus. Nam albũ quidẽ & nigrũ: hoc quidẽ aſperũ dicit eſſe/ hoc vero lęue. ad figuras autẽ: reducit ſapores. Quãuis: aut nullius/ aut magis viſus eſt cõmunia cognoſcere. Si ergo guſtus magis: minima igitur certiſſimi ſenſus eſt diſcernere circa vnũquodq; genus. quare oportebat guſtũ: & alia cõmunia ſentire maxime/ & figurarũ eſſe diſcernẽtiſſimũ. Amplius ſenſibilia quidem omnia: habẽt cõtrarietatem. velut in colore/ nígro album: in ſaporibus/ dulci amarũ. Figura autem: figuræ nõ putatur eſſe contraria. cui enim polygoniarũ: circũferibilis cõtraria eſt? Amplius & figuris exiſtentibus infinitis: neceſſe & ſapores eſſe infinitos. quare enim hic quidem faciet ſenſum: hic vero nõ faciet? De ſapore igitur & guſtabili: dictũ eſt. alię nãq; paſſiones ſaporũ: propriam habent conſyderationẽ in Phyſiologia de plantis. CAP. V.

poſſit. Vnde fit: vt etiam cinis deuſtorũ omniũ/ amarus ſentiatur. vtpote a quibus id quod potui idoneum erat: exactum ſit. ¶ At Democritus/ & e naturę interpretibus q̃ de ſenſu diſſeruere plurimi: abſurdiſſimũ quippiã cõmittunt. nam ſenſilia omnia: tactilia faciunt. Quãq̃ ſi hoc ita ſit: certũ eſt omneis alios ſenſus tactum quẽdam eſſe. quod fieri non poſſe: nequaq̃ difficile eſt internoſcere. ¶ Præterea ſenſilibus hiſce quæ ſenſibus omnibus cõmunia ſunt: tãq̃ proprijs vtũtur. eteni magnitudo & figura/ & aſperitas & lævor/ & acuties & obtuſitas q̃ moli competit: ſenſibus cõmunia ſunt. q̃ ſi nõ omnibus: ſaltẽ tamen viſui & tactui. Quapropter & circa hæc: falluntur. circa propria vero/ ceu viſus circa colores/ & auditus circa ſonos: nequaq̃ errare ſolent. ¶ Sunt etiã qui propria redigunt ad iſta: ſicuti Democritus. Is enĩ/ cãdorẽ quidẽ lęuitatẽ/ & nigrorẽ ſcabritiẽ eſſe affirmat: ſapores autẽ figuris tribuit. Atqui cognoſcere cõmunia: aut ad nullũ ſenſum/ aut ad viſum potius ſpectat. Si ergo ad guſtum potius ſpectaret: cũ exactiſſimi ſenſus ſit in ſingulis generibus tenuiſſima quæq; diſcernere/ oporteret ſane guſtum cum cætera cõmunia maxime ſentire/ tum figurarum arbitrum eſſe perſpicaciſſimũ. Adhæc ſenſilia omnia: contrarietatem ſortita ſunt. nã in coloribus/ albus nigro cõtrarius eſt: in ſaporibus/ dulcis amaro. Figura vero: figurę nõ videtur eſſe contraria. cui enim e multangulis: rotunda contraria eſt? Præterea cum figuræ ſint innumeræ: ſapores quoq; innumeros eſſe neceſſe eſt. quod eſt impoſſibile. cur enim e ſaporibus: quidam ſentiretur/ quidam minime? Ac de ſapore quidem & guſtabili: diximus. cæteræ namq; ſaporum affectiones: in commentatione de plantis/ propriam nacta ſunt conſyderationem.

CAP. V.

Vatablus

EOdem modo & circa odores intelligamus oportet. Quod enim siccitas in humido facit: hoc in alio genere itidē facit/ in aere inq̄ & aqua. de quibus: nunc pellucidum communi ratione dicitur. olfactile tamen est: non quatenus pellucet/ sed quatenus sapidæ siccitatis diluendæ ac diffundendę vim sortitur. Nā nō in aere modo: sed etiā in aqua olfactio fit. Id autem: tam in piscibus/ q̄ in testaceo animaliū genere/ palam est. nam pisces olfacere videntur: quāuis nec aer in aqua sit (nā simul ac aer in aqua gignitur: emergere assolet) nec ipsi respirent. Si quis igitur vtraq; aerem scilicet & aquam/ humida posuerit: saporosæ profecto siccitatis natura in humido existens/ odor erit. & quod tale fuerit: olfactile. ¶ Qz autem affectio ipsa a re sapida pendeat: per ea quæ odorem habent/ & quæ odoris expertia sunt/ patere potest. Ipsa etenī elementa/ ceu ignis/ aer/ aqua/ terra: inodora sunt/ propterea q̄ sua tam sicca q̄ humida sapore carēt/ nisi misturam recipiant. Qua etiā de causa: mare odorō habet. iam enim: saporis & liccedinis quippiam imbibit. Et sal: nitro odoratior est. id quod oleo quod e sale exprimi cōsueuit: declaratur. nitrū vero: terfolius. Lapides quoq;: inodori sunt/ qa insipidi. Ligna cōtra: odora/ quia saporē continent. at inter hæc: quæ aquosa sunt/ ea minus odorata sunt. Item e genere metallico: aurum inolidum est. nullum enim saporē obtinet. Aes autem & ferrum: solida. at vbi humor per vstionem absumptus est: recrementa omniū (Græci scorias vocant) inodoratiora redduntur. Argentum vero & stannum: his quidem magis odora sunt/ illis vero minus. aquosa enim sunt. ¶ Cæterū nōnulli: fumidā exhalationem quę terræ & aeri cōmunis est/ odorē esse putant. atq; hi oēs: de odore in hanc eunt sententiā.

Tral.ve.ex græ.recog.

EOdē vero modo oportet intelligere: & circa odores. Quod enim facit in humido siccū: hoc facit in genere alio/ in aere & in aqua/ similiter. commune autem de his: nunc quidem dicimus perspicuū. est autem odorabile/ non secundum q̄ perspicuum/ sed secūdum q̄ lauatiuum vel mundatiuum enchymæ siccitatis. Non enim solum in aere/ sed & in aqua: odoratio est. Manifestum autem: in piscibus/ & ostracodermis. videtur enim odorari: nec aere existente in aqua (supernatat enim aer: cum infuerit) nec ipsi respirāt. Si quis ergo ponat aquam & aerē vtraq; humida: erit vtiq; quæ in humido enchymi sicci natura/ odor. & odorabile: tale. ¶ Qz vero ab enchymo est passio: manifestum est per habentia & non habētia odorem. Elemēta enim: inodorabilia/ velut ignis/ aer/ terra/ aqua/ quia sicca & humida eorum achyma sunt/ nisi quid commistum faciant. Propter quod: & mare habet odorem. habet enim saporem & siccitatem. Et sal: magis nitro odorabile est. manifestat autem: quod ab eo effluit oleum. nitrum autem: terræ est magis. Amplius lapis: inodorabilis. achymus enim. Ligna autem: odorabilia. enchyma enim. & horum: aquosa/ minus. Amplius in eis quæ metallantur: aurum/ inodorabile. achymū enim. Aes autem et ferrum: odorabilia. quando vero exustum est humidum: inodorabiles scoriæ fiunt omnium. Argentum vero & stannū: his quidem magis odorabilia/ his vero minus. aquosa enim. ¶ Videtur autē quibusdā: fumalis euaporatio esse odor/ communis existens terræ & aeri. & omnes: feruntur ad hoc/ de odore

Heraclitus

Tral. ve. ex græ. recog.

Quare & Heraclítus ſic dixit: q; ſi omnia entia fumus fiãt/ nares vtiq; diſcernent. Ad odorẽ autẽ omnes inferũtur: hí quidẽ tanq̃ euaporationem/ hi vero tanq̃ exhalationẽ/ hí autẽ vtraq; hæc. Eſt autẽ vapor q̃dẽ: humiditas quędã. Fumalis vero exhalatio: ſicut dictum eſt/ cõmunis eſt aerí & terræ. Et cõſtituitur ex illa quidẽ/ aqua: ex hac vero/ terræ quædã ſpecies. Sed neutrũ horũ videtur. Vapor enĩ/ aquæ eſt: fumalis vero euaporatio/ nõ poteſt in aqua fierí. odorãtur autẽ & quę in aqua: ſicut dictum eſt prius, Amplius: exhalatio ſimiliter dicitur defluxionibus. ſi igitur nec illa bene: nec iſta bene. ¶ Qz ergo cõtingit recipere humidũ & illud q̃d in ſpiritu & illud q̃d in aqua/ & pati aliquid ab enchyma ſiccitate: nõ imanifeſtũ. etenim aer: humidus natura eſt. ¶ Adhuc autẽ ſi ſimiliter in humidis faciat et in aere/ velut lauatũ ſicũ: manifeſtũ eſt q; oportet proportionales eſſe odores ſaporibus. At vero: hoc ĩq̃buſdã accidit. Eteni acres et dulces ſũt odores: et auſteri et acerbi et pingues. Et amaris: proportionales dicat vtiq; q̃s putrídos. Quare quẽadmodũ illi difficilis potationis: putrída dyſapneuſta ſunt. Manifeſtũ eſt ergo: q; q̃d in aqua ſapor/ hocĩ aere et in aqua odor. Et propter hoc frigus et coagulatío: & ſapores hebetãt/ & odores exterminãt. calidũ enim q̃d mouet & generat: exterminãt infrigidatio et coagulatio. ¶ Species autẽ odorabilís: duę ſũt. nõ eĩ ſicut q̃dã dicũt/ nõ ſũt ſpecies odorabilis: ſed ſũt. determinãdũ autẽ: quõ ſũt/ et quõ nõ ſunt. Hoc enĩ eſt ſecũdũ ſapores ordinatũ/ ipſorum: ſicut dictũ eſt. & delectabile & triſte habẽt ſecũdũ accidẽs. quoniã enĩ nutritiuí paſſio ſũt: appetẽtibus q̃dẽ delectabiles odores eorũ ſunt/ plenis autẽ & nihíl egẽ-

Vatablus

Et ob íd Heraclítus hoc dixiſſe videtur: q; ſi omnía quæ ſunt/ euaderent in fumum/ nares ea dínoſcerent. Ad odorem autem vníuerſí accedunt: dícentes eum eſſe/ alíj vaporem/ alíj exhalationem/ alíj vtrũq;. Eſt autẽ vapor: humíditas quędam. Fumida vero exhalatio: vtí iam díximus: communis aeri & terræ eſt. Et ex illo quídem / fit aqua: ex hac vero / ſpecies quædam terræ. At neutrum horum: odor eſſe vídetur. Nam vapor/ ad aquam pertínet: fumida exhalatío/ ín aqua fieri nequít. odorãtur autẽ & quę ſunt ín aqua: vti dictũ iã eſt. Prꝛterea: exhalatio perinde dicitur / atq; defluxio. ſi ergo iſta non probe dícitur odor: nec illa. ¶ Qz igitur humor tum aerís (nã & aer: ſuapte natura humectus eſt) tum aquæ recipere ac pati quíppiã a ſapida ſiccítate poſſit: haud obſcurum eſt. ¶ Prꝛterea ſi díluta quaſi ſiccitas perinde ín humídis agat atq; ín aere: palam eſt oportere odores ſaporibus eſſe proportionales. Immo vero: iam hoc ín quíbuſdã accidit. Nã odores: & acres ſunt/ & dulces/ & auſterí/ & acerbi/ & pingues. Quín & putídos: amarís ſaporibus analogos dicas. Quocirca quẽadmodum ſapores amari ęgre deglutíuntur: ita odores putídí non ſine faſtídío hauri naríbus aſſolẽt. Clarum itaq; eſt: quod ſapor in aqua eſt/ id odorem in aere & aqua eſſe. Ob idque frígus & cõcretio: vt ſapores hebetant / ita odores aboleãt/ quí mouendi vím obtinet/ atq; creãdí. ¶ Porro olfactílis duæ ſunt ſpecies. non enim non ſunt/ vt quidam aíunt: ſed ſunt. determínandum autem eſt: quomodo ſunt/ & quomodo non ſunt. Nam odorum: alíj ſaporíbus reſpondent/ vt díximus/ & per accidens cum oblectatíone aut faſtidío ſentíuntur. nã quía ſapores ſunt affectiones partis altrícis: eorũ odores eſurientibus ſuaues occurrũt/ repletis vero & níhil deſyderan-

tibus non ſuaues. quo tempore: ne cibus quidem ille qui odoribus differtus eſt/ſuauis habetur. Quare iſti quidem/vt diximus: ex accidenti cõmotionem voluptatis aut doloris afferũt. vnde fit: vt omnibus cõmunes animalibus ſint. Aliſ per ſe voluptifici ſunt: nẽpe qui e floribus ſpirãtur. nihilo enim magis minuſve ad edendum prouocant: nec quicq̃ ad cibi cupiditatẽ excitandã conferunt. Quin potius obſunt. nam illud verum eſt: quod ait Stratis/Euripidem taxans.

» Ne admiſceas vnguẽtum/vbi lentem coquis. At qui nunc tales facultates potionibus demiſcent: iſ cõſuetudine voluptatem ipſam tantiſper vrgent/quoad e duobus ſenſibus oblectatio quaſi vna & ab vno proueniens exultet. ¶ Hoc igitur odorabile: hominis peculiare eſt. illud vero quod ſaporum generi reſpondet: cæteris quoque animantibus promiſcuum/vt ante retulimus. Atque illud/in ſpecies ſecundum ſapores diuidítur: q̃ per accidens delectationem afferat. hoc/minime: q̃ eius natura per ſe iucunda ſit aut moleſta. Cauſa quamobrem talis odor familiaris ac proprius homini ſit: a cerebri refrigeratione petenda eſt. Nã cum cerebrum ſuapte natura frigidum ſit/ & ſanguis qui circa ipſum in venulis habetur/ tenuis quidem & purus ſed facile refrigerabilis ſit (qua de cauſa & cibi diuaporatio: ratione loci refrigerata/ fluxiones morbidas cõmittit) hominibus auxilio vt ſanitatem tueãtur talis ſpecies odoris exiſtit. eius enim: nulla alia q̃ hęc/ functio habetur. hanc autẽ aperte exercet. Nã cibus tam ſiccus q̃ humidus delectabilis exiſtens: plærũq̃ morbos excitat. at q̃ prę odore qui per ſe beneoleat delectabilis eſt: is vtcũq̃ homines habeãt/ſẽper prope dixerim vtilis aduenit. Ob idq̃ ſenſus eius: per reſpiratiõnẽ nõ õnibus/ſed hominibus/& e ſãguineo genere quadrupedibus/ ac ijs quæ vberius ęris naturam

Vatablus ſpecies odoris

I nihil conferunt ad obſtinentiam cibi

Tral. ve. ex græ. recog.

tibus non delectabiles neq̃ odores. & eſca habens odores: non delectabilis neq̃ his. Quare iſti quidẽ/ ſicut diximus: ſecũdum accidens habẽt delectabile et triſte. propter quod: et omnibus ſunt communes animalibus. Quidam autem odorum ſecundum ſeipſos delectabiles ſunt: quemadmodum illi qui florũ. nihil enim magis vel minus ad eſcã inuitãt: nec cõferunt ad deſyderiũ quicq̃. Sed contrariũ magis. verũ enim eſt: qđ Euripidẽ vituperans Stratis dixit. Quãdo lentẽ decoquis: nõ infũdas myron. Qui autẽ nũc cõmiſcẽt ad potationes/tales virtutes: vim faciũt per vſũ delectationi/donec vtiq̃ ex duobus ſẽſibus fiat delectabile tãq̃ vnũ et ab vno. ¶ Hoc igitur odorabile: propriũ hominis eſt. qui autẽ ſecundũ ſapores ordinatus eſt: & aliorũ animaliũ/ſicut dictũ eſt prius. Et illorũ quidẽ/quia ſecũdum accidẽs habẽt delectabile: diuidũtur ſpecies ſecundũ ſapores. iſtius autẽ/ nõ iã: propterea q̃ natura ipſius eſt ſecundũ ſeipſam delectabilis aut triſtis. Cauſa autem cur proprius ſit hominis talis odor/eſt: propter frigus qđ circa cerebrũ. Frigido enĩ natura exiſtẽte cerebro/& ſãguine qui circa illud in angustis venis exiſtit ſubtili & puro/de facili autem infrigidabili (propter qđ & cibi fumoſitas: infrigidata propter locũ/rheumaticas ęgritudines facit hominibus) ad auxiliũ ſanitatis facta eſt iſta ſpecies odoris. nullũ enĩ aliud eſt opus ipſius: q̃ hoc. hoc autẽ facit manifeſte. Cibus enim delectabilis exiſtẽs & ſiccus et humidus: ſępe morboſus eſt. qui autẽ ab odore ſecundũ ſeipſũ odorifero: quomodocũq̃ ſe habeãt/vtilis vt ita dicã ſemper eſt. Et propter hoc: fit per reſpirationem non omnibus/ſed hominibus / & ſanguinem habentium velut quadrupedibus / & participãtibus

maxima certe eſt odorum neceſſitudo

P. j.

Tral.ve.ex græ.recog.

magis naturã aeris. Aſcẽdẽtibus nãq; odoribus ad cerebrũ propter leuitatẽ caloris q; in ipſis:ſanius habẽt quæ circa locũ hũc.odoris nãq; virtus : calida natura eſt. Vtitur autẽ natura: reſpiratione ad duo.vt opere quidẽ:ad thoracis adiutoriũ.vt p̃ter opus autẽ:ad odorẽ.reſpirãte enĩ:tãq; in trãſitu/facit per nares motũ. Propriũ autẽ hominis natura eſt/talis genus odoris:qa maximũ et humidiſſimũ cerebrũ habet ĩter animalia vt ſecũdũ magnitudinẽ. propter hoc enĩ:et ſolus(vt ita dicã)ſẽtit animaliũ homo & gaudet florũ & taliũ odoribus. cõmenſuratus enĩ eorũ calor & motus: ad exceſſũ eius q̃ in loco frigiditatis et humiditatis/eſt. Alijs vero quę cũq; pulmonẽ habẽt/p reſpirationẽ alterius generis odoris ſenſũ dedit natura:vt nõ duo ſẽſoria faciat. ſufficit enĩ. quoniã et vt reſpirãtibus quẽadmodũ hominibus vtrorũq; odorabilium:his alterorũ ſolũ exiſtit ſẽſus. ¶Quæ vero nõ reſpirãt/p quidẽ habẽt ſenſũ odorabilis:manifeſtũ eſt. Etenĩ piſces & entomorũ genus omne/ diligẽter ſentiunt & delonge: propter nutritiuã ſpeciem odoris/ remota multũ a propria eſca/ quemadmodum apes faciunt ad mel/ & paruarum formicarum genus/quas vocant quidam ſenipas. & marinorũ purpuræ/ & aliorũ multa talium animalium: acute ſentiunt eſcam propter odorẽ.quo ſentiunt autem:non ſimiliter manifeſtũ. ¶Quapropter vtiq; dubitabit aliquis quo ſentiunt odorem/ ſi ſpirantibus quidem omnibus fit ipſum odorari vnico modo (hoc enĩ:videtur in reſpirantibus accidere omnibus)illorũ autem nullum reſpirat/ſentiunt tamen:niſi aliquis præter quinq; ſenſus/ alius. Hoc autem:impoſſibile. odorabilis enĩ: olfactus. Illa vero hoc ſentiunt: ſed non eodem forte modo.

Vatablus

participãt/fieri videtur. Cũ enim odores propter leuitatem caloris qui in eis eſt/ ad cerebrum aſcendũt:locus iſte incolumius habere ſolet. quãdo vis odoris: per naturam calida eſt. Natura autem :ſpiratione abutitur ad duo. ex inſtituto:ad opitulandum intraneis partibus pectoris. præter inſtitutũ :ad odores excipiendos. nam ſpirante homine: natura quaſi obiter / per nares motum facit. Eiuſmodi vero odoris genus/ naturæ hominis proprium eſt: q̃ homo inter animãtia maximũ proportione corporis humidiſſimumq; cerebrum habeat. ob id enim & e cũctis animantibus vnus : florum taliumq; rerum odores ſentit & eiſdẽ gaudet. nam calor eorũ ac motio: exuperationi humiditatis & frigiditatis loci illius cõmenſu quodam reſpõdet. Cęteris autẽ pulmone prędĩtis/ per reſpirationẽ ſenſum alterius generis odoris/ natura cõceſſit: vt ne duo ſenſoria faceret. vnũ enim ſufficit. quãdoquidẽ vt homines vtrũq; olfactile reſpirãdo olfaciũt: ita hæc alterũ ſolũ. ¶Quę vero non ſpirãt/ olfactilis ſenſum habere; in aperto eſt. Etenĩ piſces totumq; inſectorum genus: exacte vel eminus / etiam ſi multum diſtent/cibum ſibi peculiarem ſentiſcunt propter alimentariam ſpeciem odoris/vt mel apes & parua rum formicarum genus quas quidam culices dictos muliones appellant. & e marinis purpuræ/ & pleraq; alia id genus animalia: ſuum cibũ propter odorẽ acriter ſentiũt. quo vero ſentiãt: nõ perinde manifeſtũ eſt. ¶Quocirca dubitauerit quiſpiã quo percipiãt odorẽ/ ſi reſpirantia quidem/ vnico ſimpliciq; modo odorentur (id enim in omnibus quæ ſpirant : contingere videtur) ex illis autem nullum reſpiret/ tametſi odorari ſoleant: niſi quidam alius præter illos quinq; ſenſus habeatur. At hoc: fieri nequit. nam ipſius olfactilis: olfactus eſt. Illa vero hoc ſentiũt: ſed forſitan non eodem modo.

Vatablus

ſed reſpirãtibus quidẽ / ſpiritus id, qđ inſtar operculi cuiuſdã ſuperpoſitũ eſt: aufert. vnde fit vt quãdo nõ reſpirãt / nullũ odorẽ ſẽtiãt. non reſpirãtibus autẽ: hoc natura denegauit. Et quidẽ hac in re perinde atq; in oculis euenit. nam ex animãtibus: quędã palpebras habẽt / quibus nõ apertis cernere nequeũt. quædã / nempe quibus duri ſunt oculi: eiſdẽ carẽt. Quocirca nullo indigent quod eas aperiat: ſed protinus ex quo ſpacio fieri poteſt vt videant / vidẽt. Cõſimiliter & e cęteris animãtibus quodlibet: neq; odorẽ rerũ per ſe grauiter olẽtiũ auerſatur / niſi quid forte occurrat quod illi pernicię afferre poſſit. ab his autẽ: perinde vt homines / exanimatur. & quemadmodum homines halitu prunarũ grauedinem capitis contrahunt / & plærumque ſuffocantur: ita & illa / vi ſulfuris bituminoſarumq; rerum fugitant q; male afficiantur / & interdum extingui ſolent. Neque ipſam per ſe graueolentiam perſequitur / quamuis ſtirpes plurimæ grauiter oleant: niſi quid illi ad irritandam gulam cibumve ſumẽdum conferat. ¶ Videtur autem & ipſe ſenſus olfactus / cum ſenſus numero concludantur impari & numerus impar medium obtineat: eſſe medius inter eos qui tãgendo ſuo munere fungũtur quales ſunt tactus & guſtus / & eos qui intercedente aliquo ſentiũt cuiuſmodi ſunt viſus & auditus. Quapropter & ipſum olfactile: affectio quędã nutritiuorũ eſt, hæc autẽ: in eodem genere ſunt. Quin & audibilis & viſilis. Vnde fit: vt animãtia / tũ in aere / tũ in aqua odorentur. Quare ipſũ olfactile / his vtriſque cõmune quippiã exiſtit: qđ & tãgibili & audibili atq; perſpicuo ineſt. Quo etiã fit vt nõ abs re per ſimilitudinẽ quandã dicta ſit eſſe: quaſi tinctura quędã et collutio ſiccitatis in humido & fluido. Quomodo igitur olfactilis ſpecies dicere conueniat / & quomodo non conueniat: hactenus dictum ſit.

Tral. ve. ex græ. recog.

ſed reſpirantibus quidem / ſpiritus aufert ſuperiacens velut cooperculum quoddam. quare: non ſentiunt / non reſpirantia. non reſpirantibus autem ablatum eſt hoc. Quemadmodum in oculis. quædã enim animalium habẽt palpebras: quibus non reuelatis / non poſſunt videre. quædã autẽ / quæ habẽt duros oculos: non habent. Quare non indigent vllo quod reuelet: ſed ſtatim vident ex eo vnde poſſibile eſt ipſis videre. Similiter autem & aliorum animalium quodlibet: non ægre fert eorum quæ ſecundum ſeipſa fœtida ſunt odorem / niſi quid accidat corruptiuũ exiſtens. ab his autem corrumpitur ſimiliter. & quemadmodum homines a carbonum fumo patiuntur grauedinem capitis / & corrumpuntur ſæpe: ſic & a virtute ſulfuris corrumpuntur alia animalia / & fugiunt propter paſſionem. Ipſam autem ſecundum ſeipſam fœtiditatem nõ curãt / quamuis multa creſcentium fœtidos habeant odores: niſi quid conferat ad guſtum vel ad edulium / illis. ¶ Videtur autem ſenſus qui eſt odorandi / imparibus exiſtentibus ſenſibus / & numero habente medium impari: & ipſe medius eſſe tactiuorum vt tactus & guſtus / & per alia ſenſitiuorum vt viſus & auditus. Quare & odorabile: nutritiuorum eſt paſſio quædam. hęc autem: in eodem genere. Et audibilis autem & viſibilis. Quocirca: & in aere & in aqua odorantur. Quare odorabile eſt commune aliquid horum amborum: quod & tangibili ineſt / & audibili & perſpicuo. Quare rationabiliter aſſimilata eſt: ſiccitatis in humido & fuſili velut tinctura quædam eſſe & lotura. Quomodo igitur ſpecies oportet dicere / & quomodo nõ oportet / odorabilis: intãtum ſit dictũ.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Quod autem quidam Pythagorí-
corum dicunt: non eſt rationabile. nu-
triri namque dicunt quædam anima-
lia: odoribus. Primum enim videmus:
q̄ oportet cibum eſſe compoſitum. ete-
nim quæ nutriuntur: non ſunt ſimpli-
cia. Quare & ſuperfluitas fit cibi: aut
in ipſis/ aut extra ſicut in plãtis. Am-
plius vero: neque aqua vult ipſa ſola
nutrire incommiſta exiſtens. corpora-
le enim aliquid oportet eſſe: conſtituẽ-
dum. Adhuc multo minus rationabí-
le: aerem corpulentum fieri. Adhæc
autem q̄ omnibus eſt animalibus lo-
cus receptiuus cibi: a quo trahens acci-
pit corpus. odorabilis autem ſenſorí-
um: in capite. & cum ſpirituoſa intrat
fumoſitate. quare: ad ſpiratiuum va-
det vtique locum. Q̄z igitur non con-
fert ad nutrimentum/ odorabile ſecun-
dum q̄ odorabile: manifeſtum. q̄ ta-
men ad ſanitatem: & ex ſenſu/ & ex dí-
ctis manifeſtum. Quare quod ſapor
in nutritiuo & ad nutrienda: hoc eſt
ad ſanitatem/ odorabile. Secundum
vnumquodq; igitur ſenſorium: deter-
minatum ſit hoc modo.

CAP. VI.

DVbitabit autẽ aliquis:
ſi omne corpus in in-
finita diuiditur/ nun-
quid & paſſiones ſenſibi
les/ puta color/ & ſa-
por/ & odor/ & ſonus/
& grauedo/ & frigidũ/ & calidum/ &
leue/ & durum/ & molle/ an impoſ-
ſibile? Actiuum enim eſt vnũquodq;
ipſorum/ ſenſus. in eo enim quod poſ-
ſunt mouere illum: dicuntur omnia.
Quare neceſſarium/ ſenſum in infi-
nita diuidi: & omne magnitudinem
eſſe ſenſibile. impoſſibile enim: album
quidem videre/ non quantum autem.

Vatablus

¶ Quod autem quidam Pytha-
goreí dicunt/ aſſerentes nonnulla
odoribus ali: haud quaquam ra-
tioni conſonum eſt. Nam primo
quidem videmus: oportere cibum
eſſe compoſitum. etenim ea quæ
aluntur: ſimplicia non ſunt. Quo
circa & e cibo ſuperuacanea quæ-
dam gignuntur: aut intra illa/
aut extra quomodo plantis acci-
dit. Deinde: nec aqua ipſa per ſe
& incommiſta/ alere ſolet. cum
oporteat id quod ex aliquo con-
ſtituatur: corpulentum eſſe. Sed
& adhuc multo minus conſenta-
neum eſt: aerem corporari. Præ-
terea omnibus animalibus locus
ineſt qui cibum recipiat: a quo ip-
ſum corpus alimoniam attrahit.
at olfactilis ſenſorium: in capite
ſitũ eſt. Item illud: vna cum ſpíri-
toſa exhalatione ingreditur. qua-
re: ad ſpirãdi officinam commea-
bit. Q̄z igitur olfactile quatenus
olfactile/ nihil ad nutricationem
conferat: certum eſt. ſed q̄ ad ſa-
nitatem: & per ſenſum/ & per ea
que diximus pateſcit. Quare quod
eſt ſapor in nutritiuo & ad ea quę
nutriuntur: id eſt olfactile ad ſani-
tatem. Per ſingula igitur ſenſoria
definitum ſit atq; pertractatum:
hoc modo.

CAP. VI.

DVbitauerit autẽ quiſ-
piã quæretq; : ſi cor-
pus omne in infinita
diuidatur/ ſenſileſne
etiã affectiones/ ceu
color/ ſapor/ odor/ ſonus/ grauí-
tas/ leuitas/ frigiditas/ caliditas/
durities/ & mollities/ in infinita di
uidẽtur/ an id fieri nequeat? Quo-
niam ſingula quæq; ſenſibilis affe
ctio: ſenſum facere poteſt. cum ex
eo q̄ pellere ſenſum iritareq; poſ-
ſit: hoc nominis ſortita ſit. Quã-
re neceſſarium eſſet/ ipſum quoq;
ſenſum in infinita diuidi: necnon
ſenſibile omne magnitudine præ-
ditũ eſſe. quãdoquidẽ fieri nõ po-
teſt: vt quis quod album quidem
ſit/ ſed nõ quantũ/ cernere queat.

Vatablus

Nam si ita non sit: continget cor-
pus aliquod esse quod neq; colorẽ
habeat/neq; grauitatem/neq; ali-
am vllam id genus affectionem.
quare: neq; sensile prorsus erit. et-
enim illæ: sensilia ipsa sunt. Sensi
le ergo: non e sensilibus cõpositũ
erit. At necessariũ est: ipsũ e sẽsili-
bus cõpositũ esse. nõ enĩ e mathe-
maticis componitur. Preterea qua
parte agnoscemus ea atq; diiudi-
cabimus: an mẽte siue intellectu?
At: intellectilia non sunt. nõ enim
intellectus: externa ea quę sub sen
sum minime cadunt/intelligit. At
si hæc ita sese habeant: astipulari
videntur hisce qui magnitudines
faciunt indiuisiles. ad hunc enim
modum: ratio ipsa dissoluatur. Ve
rum hæc: impossibilia sunt. dictũ
est autem de ipsis: in dissertatione
de motu. Eorum autem solutio
pariter emerget: & cur species &
coloris/ & saporis/ & sonorum/ &
cæterorum sensilium / finitæ sint.
Nam quæ extrema obtinent; eo-
rum intranea finita sint necesse
est. ipsa porro contraria: extrema
sunt. omne autem sensile: contra-
rietatem possidet. verbi causa co-
lor/album & nigrum: sapor/dul-
ce & amarum. & reliqua omnia:
ad hunc modum. Ipsum igitur cõ
tinuum: in infinita quidem inæ-
qualia/in finita vero equalia fecatur. quod autem non per se conti-
nuum est: in finitas species. Cum
igitur affectiones ipse/species ap
pellandæ sint/ atque in hisce et-
iam continuitas insit: sumendum
est/esse potentia/& actu/differre.
Ob idque decies millesimam mi-
lij partem visam latere: quam-
uis aspectus sese applicet ad mi-
lium. & sonum in diesi itidem la-
tere: quamuis auditus totum con-
tinentem modulum exaudiat.
Nam interuallum illud quod sese
ab intermedio ad extremos porri
git: latere solet. Consimiliter & in
cæteris sensilibus: illa quæ admo
dum exigua sunt. vbi enim separa
ta fuerint: potentia visibilia sunt/
actu minime. etenĩ linea pedalis

Tral. ve. ex græ. recog.

Si enim non sic: continget vtique esse
aliquod corpus nullum habens colo-
rem/neq; grauedinem/neq; talem ali-
quam aliam passionem. quare: nec sen-
sibile õnino. hæc enim: sensibilia sunt.
Sensibile igitur: erit compositum non
ex sensibilibus. Sed: necesse est. nõ enĩ:
ex mathematicis. Amplius quo diiudi
cabimus hæc/aut cognoscemus: an in-
tellectu? Sed: non intelligibilia. nec
enim intelligit intellectus: quæ exteri-
us non cum sensu existentia. Sed si hæc
habent sic: videntur testificari illis qui
indiuisibiles faciunt magnitudines. sic
enim soluetur vtiq; sermo. Sed: impos-
sibilia. dictum est autem de his prius:
in sermonibus qui sunt de motu. De
solutione autem eorum simul manife-
stum erit: & quare finitæ sunt species
coloris/& saporis/& sonorum/& alio-
rum sensibilium. Quorum enim sunt
vltima: necesse finita esse quæ intus. cõ
traria autem: vltima. omne autem sen-
sibile habet contrarietatem: velut in co
lore album & nigrum/in sapore dulce
et amarum / et in alijs vtiq; omnibus
sunt vltima contraria. Continuum
igitur: in infinita diuiditur inæqua-
lia/ in æqualia vero finita. quod au-
tem non secundum se continuum: in
species finitas. Quoniam ergo pas-
siones quidem vt species dicendum/
exiſlit autem continuitas & in his:
sumendum q̃ quod potentia / & quod
actu/aliud. Et propter hoc/decies mil-
lesima pars milij latet visa: quamuis
visus superueniat. & qui in diesi so-
nus / latet: quamuis continuus exi-
stens audiatur omnis cantus. Distan-
tia enim interexistentis ad vltimos:
latet. Similiter autem & in alijs sen-
sibilibus: quæ parua omnino sunt.
potentia namque visibilia / actu au-
tem non: quando separata fuerint.

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

etenim ineſt potentia/pedalis bipedali: actu iam diuiſa. Separatæ autem tantæ ſuperabundantiæ: rationabiliter vtiq; reſoluentur in continẽtia/vt minimus ſapor marí infuſus. Quin immo quoniam ſenſus ſuperabundãtia non ſecundum ſeipſam ſenſibilis/ nec ſeparata (potẽtia enim ineſt in certiore: ſuperabundantia) nec tantum ſenſibile ſeparatum erit actu ſentire/ ſedtamen erit ſenſibile. nam & potentia iam eſt: & actu erit aduenies. Qr igitur quędam magnitudines & paſſiones latent/ & propter quam cauſam/ & quomodo ſenſibiles & quomodo non: dictum eſt. Cum autem iam inexiſtentes ſic tantæ ſunt vt & actu ſenſibiles ſint/ & non ſolum in toto ſed & ſeorſum: finitos neceſſe eſſe ſecundum numerum & colores/ & ſapores/ et ſonos.

¶ Dubitabit autem vtiq; aliquis: vtrũ peruenĩũt vel ſenſibilia vel motus quí a ſenſibilibus/ qualitercũq; fiat ſenſus/ cum operantur/ in mediũ primo. quẽadmodũ odor videtur facere: & ſonus. propinquus enĩ: prius ſentit odorẽ. & ſonus: poſterius ictu peruenit. Ergone ita & viſibile & lumen: quemadmodũ & Empedocles dicit peruenire prius quod a ſole lumen ad medium/ q̃ ad viſum aut ad terram? Videbitur autem vtiq; hoc: rationabiliter accidere. motũ enim: mouetur ab aliquo in aliquid. Quare neceſſe eſt: quoddã tẽpus eſſe/ in quo mouetur ab altero in alterum. tẽpus autẽ õne: diuiſibile. Quare erat quãdo nondũ videbatur: ſed adhuc ferebatur radíus in medio. Et ſi omne ſimul audit & audiuit/ & omnino ſentit & ſenſit/ & non eſt generatio eorum/ ſed ſunt abſq; hoc q̃ fiant: tamẽ nihilominus/ quẽadmodum & ſonus iam facto ictu/ nondũ apud auditũ. Manifeſtat autẽ hoc & literarũ tranſſiguratio:

actu iã diuiſa: bipedali potẽtia ineſt. Tãtillæ autẽ exuperãtiæ: ſeparatæ/ ratione optima in continentia ipſa diſſoluentur/ non aliter q̃ ſi quís modicũ ſuccũ in mare effundat. Verumenimuero cum exuperantia ſenſus nec per ſe ſenſilis ſit/ nec ſeparata (ea enim: in ſenſu ex actiore potentia ineſt) neq; tantillum ſenſile ſeparatum ſentiri actu poterit/ attamen ſenſile erit. iam enim potentia ſenſile eſt: & actu erit vbi toti acceſſerit. Nonnullas igitur magnitudines affectioneſq; latere/ & quam ob cauſam/ item quomodo ſenſiles ſint & quomodo non ſint: dictum eſt. Vbi vero tatæ adeo iã inſunt vt actu ſenſiles ſint/ & non ſolum in ipſo toto ſed etiam ſeorſim: & colores/ & ſapores/ & ſonos numero finitos eſſe neceſſe eſt. ¶ Dubitauerit porro quiſpiam: vtrum aut ſenſilia ipſa/ aut motiones ab eis profectæ/ vtrouis modo ſenſio fiat/ vbi operantur prius ad medium deueniant. quod: tam odor q̃ ſonus agere videtur. qui enim in propinquo eſt: is prius odorem ſentire ſolet. atq; ſonus: diutile poſt ictum/ ad aureis peruenit. Num ergo ſic de eo quod videtur & lumine ſentiendum: quemadmodum & Empedocles aſſerit/ dicens lumen quod a ſole profluit/ prius ad medium q̃ ad ipſum oculũ aut ad terram deuenire? Id quod etiam ratione optima contingere videatur. nam id quod cietur: alicunde/ aliquo cieri ſolet. Quare neceſſe eſt: tempus aliquod exultet/ in quo ab altero ad alterum cieatur. at tempus omne: diuiſile eſt. Quare erat quando nondũ videbatur: ſed adhuc ferebatur in medio radius. Et quãuis omnia audiãt ſimul & audierint/ & omnino ſentiant & ſenſerint/ atq; ſenſionum nulla ſit generatio/ ſed abſque generatione exiſtãt: tamẽ nihilominus illa perinde habebunt/ atq; ſonus quí ictu iam facto nondum apud auditum eſt. Hoc autem & ipſa literarum afformatio declarat:

Vatablus

quasi latio in medio fiat. non enim audiuisse videmur id quod dictum sit: quia aer motum subiens / afformetur. Nunquid igitur & color & lumen: hoc idem facitant? non enim ex ijs quę ęquabili interuallo distant: alterum cernit/ alterum cernitur / eo quod modo quodam sese habeant/cum minime oporteat vtrumque certo loco esse. quoniam in ijs quæ intercapedine æquabili disiunguntur: nihil refert / siue prope / siue procul a sese sint. An sono & odori hoc ipsum euenire? consentaneum est? nã perinde vt aer & aqua / continua quidem sunt: sed tamen motio vtriusq; partita est. Quocirca tum idem/tum nõ idem: primus & nouissimus audiunt/olfaciũtq;. ¶ Videtur autẽ quibusdam: hoc quoq; difficultate habere. Quidã enim aiunt esse impossibile: vt alius idem quod alius audiat/aut videat / olfaciatve. quandoquidem fieri non potest: vt vnum multi & seorsum existẽtes audiant/aut olfaciant. idem enim: seiunctũ a sese separatumq; esset. An quod primo quidem mouit/ceu tintinabulum / aut tus/aut ignem/vnum & idem numero omnes sentiunt: quod autem iam proprium est/numero aliud/specie vero idem? Quocirca: plures simul vidẽt/& odorãtur/ & audiũt. Cæterum hæc: neq; sũt corpora/sed affectio & mõtio quędam (alioqui nequaq; istud eueniret) neq; sine corpore. De lumine vero: alia ratio est. nam lumen: essentia quędam/& non motio/existit. In sũma: non perinde in alteratione res habet/atq; in latione. Nam lationes: iure optimo prius in medium perueniunt. videtur autem sonus: esse motio cuiuspiam quod lationem subeat. Quę vero alterantur: neutiq̃ similiter faciunt. contingit enim quippiam vniuersim alterari / & non dimidiũ prius: ceu aquã omnẽ simul cõcrescere. Sed enim nõnunq̃ dũ calefit aut concrescit / pars alteri proxima/ab ea cui hęret/afficitur:

Tral.ve.ex græ.recog.

tanquã facta latione in medio. non enim dictum videntur audiuisse: quia transfiguratur aer delatus. Ergo ne sic & color & lumen? non enim in eo quodam modo se habent/hoc quidem videt/hoc vero videtur: eorũ quæ ęqualia sunt. nihil enim oportet: alicubi vtrũq; esse. æqualibus enim factis: non differt vel prope vel longe abinuicem esse. An circa sonum quidem & odorẽ hoc accidere: rationabile? quemadmodum enim aer & aqua: continua quidem/partibiles autem amborum motus. Quapropter & est quidem/vt idẽ audiat primus & extremus / & odoretur: est autem/vt non. ¶ Videtur autẽ quibusdã esse dubitatio: & de his. Impossibile enim dicunt quidã: alium alij idem audire/& videre/& odorari. non enĩ possibile esse: multos & seorsũ existẽtes audire & odorari. quod enĩ vnũ: seorsũ ipsum a seipso esset. An mouens primũ/puta tintinabulum/vel tus/vel ignem/idem & vnum numero sentiũt omnes: id autẽ quod iam propriũ/alterũ numero/specie autẽ idem? Quare: simul multi vidẽt/& odorãtur/& audiunt. Sunt autem neq; corpora hæc: sed passio & motus quidã (non enim vtiq; hoc accideret) nec sine corpore. De lumine autem: alia est ratio. per id enim quod est esse aliquid/lumen est: sed nõ motus aliquis. Omnino autẽ: nec similiter in alteratione se habet & latione. Lationes nãq;: rationabiliter medium prius attingunt. videtur autem sonus: lati esse cuiusdam motus. Quæcumque vero alterantur: non adhuc similiter. contingit enim simul totum alterari/ & non dimidium prius: velut aquam simul omnem coagulari. Attamen interdum quod calefit aut coagulatur/ contiguum a cõtiguo patitur: primũ autem ab ipso alterante trans-

mutatur.& non neceſſe eſt: ſimul alterari & ſubito. Eſſet autē vtiq; & ipſum guſtare/quemadmodum odor:ſi in humido eſſemus/ & remotius adhuc priuſquā tangeremus ipſum ſentiremus. Rationabiliter autem quorum eſt intermedium ſenſorij/non ſimul oportet pati: niſi in lumine/ propter id quod dictum eſt. propter idem autem: & de videndo. lumen enim: facit videre.

CAP. VII.

ESt autem & alia quædam dubitatio talis circa ſenſus:vtrum contingat duos ſimul ſentire in eodē & indiuiſibili tempore/ an non. Si itaq; ſemper maior motus minorē depellat(Propter quod : delata ſub oculos non ſentiunt/ ſi fuerint vehementer in aliquid intendentes/vel timētes/ vel audiētes multum ſonū. Hoc itaq; ſupponatur/& q̄ vnumquodq; magis eſt ſentire ſimplex exiſtēs q̃ commiſtū: velut vinum intemperatum q̃ tempera tum/& mel/& colorem/et neten ſolam q̃ in dia paſon/quia obſcurāt ſeinuicē. hoc autem faciūt: ex quibus vnum aliquid fit) ſi itaq; maior minorem motū depellat:neceſſe eſt ſi ſimul ſint/ & ipſum minus ſenſibilem eſſe/q̃ ſi ſolus eſſet. aufertur enim aliquid/ minoris commiſtione: ſi quidem omnia ſimplícia magis ſenſibília ſunt.Si ergo æquales fuerint/alteri exiſtentes: neuter erit ſenſibilis . obſcurat enim alter alterū: ſimpliciter autem nō eſt ſentire.Quare aut nullus erit ſenſus : aut alius ex vtriſq;. quod quidē & fieri videtur ex commiſtis: in quocunque commiſcean tur . Quoniam igitur ex quibuſdam quidem fit aliquid/ex quibuſdam vero non fit / talia autem quæ ſub alio ſenſu (commiſcentur enim : quorum

prima vero ab ipſo alterante immutari aſſolet. nec neceſſe eſt: eā ſimul & vniuerſim alterari. Porro ſi in humore degeremus: ſapor vt odor eſſet / & adhuc longiore interuallo/anteq̃ eū tangeremus/ ſentiretur. Ratione quoq; optima euenit/ vt ſenſoria quæ nō niſi aliquo intercedente medio functiones ſuas exercent/non ſimul patiantur : præterq̃ in lumine/ propter id quod dictū eſt. propter qđ idē etiā de viſione ſentiendū eſt. nā lumen ipſum: viſionē efficit.

CAP. VII.

ESt autē & alia quædam talis circa ſenſus dubitatio: vtrum cōtingat duos ſimul ſentire in eodem & indiuiduo tempore/ necne. Plane ſi ſemper validior motus debiliorē elidat (Ex quo fit: vt quæ ob oculos diuerſantur/ non percipiant qui forte vehemēter quippiā meditātur/aut trepidant / aut ingentem ſonitum exaudiunt.Hoc itaq; conſtitutum ſit/ & illud nempe ſingula melius ſentiri ſimplícia q̃ cōmiſta : vt colorem/ mel/ & vinum meracum q̃ temperatum / & neten ſolam q̃ in conſonantía diapaſon/ q; ſeſe viciſſim offundant.id quod factitare ſolet: ea ex quibus vnum quoddam diſſultat) ſi ſemper inquā valentior motus infirmiorem depellat: neceſſe eſt ſi ſimul ſint/ etiam illum minus ſenſilem eſſe/ quā ſi ſolus eſſet / cum ab eo minor intermiſtus quippiam detrahat/ſi ſimplicia omnia probius ſentiantur. Si ergo motus æquales ſint ac diuerſi: neutrius erit ſenſio. nam alter alterum offuſcat / nec ſimpliciter ſentiri poſſunt. Quare / aut nulla erit ſenſio: aut ex vtriſque alia emerget. quod etiam effici videtur ex hiſce quæ confunduntur: in quibuſcūmq; miſta fuerint. Cum igitur ex nōnullis quippiam fiat/ ex nonnullis non fiat/ talia autem ſint quæ diuerſis ſubijciuntur ſenſibus (nam ea miſceri ſolēt: quorū

Vatablus

extrema ſunt contraria. at ex albo & acuto/ vnum fieri nequaquam contingit: niſi per accidens/ & nō vti ex acuto & graui cōcētus exultat) nullatenus profecto cōtingit ea ſimul ſentiri. Nā ſi motus ipſorum ſint æquales: mutuo ſeſe obliterabunt/ cum ex eis vnus nō fiat. ſi vero inæquales: præſtātior ſenſum efficiet. Præterea: anima potius ſimul duo quorū vnus eſt ſenſus/ ceu acutum & graue/ vno ſenſu ſētiret. quia motio vnius ſēſus/ eadē inq̄ eiuſdē/ potius ſimul fiat: q̄ duorū/ ceu viſus & auditus. At fieri nō poteſt: vt ea vno ſenſu duo ſimul ſētiat. Niſi miſta fuerint. nā miſtura ipſa: eſſe vnū aſſolet. vnius autem: vnus eſt ſenſus. vnus vero ſenſus: ſimul ipſe fit. Q uare anima neceſſario ſimul ſentit commiſta: q̄ ea vno ſenſu actu ſentiat. nam vnus numero quidem eſt/ qui actu vnus eſt: ſpecie vero/ qui potentia. Si itaq; ſenſus actu vnus ſit: illa vnum dicet. neceſſe eſt igitur: ea eſſe miſta. Vbi ergo miſta nō fuerint: ſenſus qui actu fiant/ duo erunt. At ſecūdum vnam potentiam/ & tempus impartibile: vnum eſſe actum neceſſe eſt. vnius enim potētię: vnus eſt vſus qui ſemel fiat ac motus. potētia autē: vna eſt. Nequaq̄ ergo cōtingit: vno ſenſu duo ſimul ſentire animā. At vero ſi quæ ſub eundem ſenſum cadunt anima ſimul ſentire non poſſit ſi duo ſint: certum eſt eam minus poſſe ſimul ſentire quæ ſub duos cadunt/ ceu album & dulce. Etenim anima: id quod numero vnum eſt/ non aliter q̄ ſimul/ dicere videtur. quod autem ſpecie vnum eſt: iudicante ſenſu/ & modo quodam. Hoc autē dico/ quia fortaſſe album & nigrū quæ ſpecie differunt idem ſenſus iudicat/ & dulce & amarum idem quidē ipſe ab illo autem alius: ſed contrariorū vtrūq; diuerſo modo. Conſimiliter & quæ ſibi ipſis cōſociatilia ſunt. nā quēadmodū guſtus dulce/ ita viſus album: & contra quemadmodū viſus nigrum/

Tral.ve.ex græ.recog.

vltima contraria. non eſt autem ex albo & acuto vnum fieri: niſi ſecundum accidens/ ſed non ſicut ex acuto & graui ſymphonia) non ergo ſentire contingit ipſa ſimul. Aequales enī exiſtētes ipſorū motus: exterminabūt ſeinuicē/ quoniā vnus nō fit ex illis. ſi vero inæquales: fortior faciet ſenſum. Adhuc: magis ſimul duo ſentiret vtiq; anima vno ſenſu/ quorum vnus ſenſus/ velut acutum & graue. magis enim ſimul motus vnius/ ipſe ipſius: q̄ duorum/ puta viſus & auditus. Vno autem: ſimul duo non eſt ſentire. Sí non miſta fuerint. miſtura enim: vnum vult eſſe. vnius autem: vnus ſenſus eſt. vnus autem: ſimul ipſe. Quare neceſſe eſt: miſta ſimul ſentire/ quia vno ſenſu ſecundum actum ſentit. vnius enim numero/ qui ſecundum actum vnus: ſpecie autem/ qui ſecundum potentiam vnus. Et ſi vnus ergo ſenſus qui ſecundum actum: vnum illa dicet. miſceri ergo: neceſſe ipſa. Q uando ergo nō fuerint miſta: duo erunt ſenſus qui ſecundum actum. Sed ſecundum vnam potētiā et indiuiſibile tēpus: vnā neceſſe eſſe operationem. vnius enim: qui ad ſemel vſus et motus vnus. vna autē: potentia. Non ergo contingit: duo ſimul ſentire vno ſenſu. At vero ſi ea quę ſub eodem ſenſu ſimul impoſſibile ſi ſunt duo: palā q̄ adhuc minus q̄ ſecūdū duos ſēſus cōtingit ſimul ſētire/ velut albū & dulce. Videtur enī qđ quidē vnū numero anima in nullo alio dicere niſi ipſo ſimul. qđ autē ſpecie vnū: iudicāte ſenſu/ & modo. Dico autē hoc/ q̄ forte albū et nigrum aliud ſpecie exiſtēs idem iudicat/ & dulce & amarū idem quidē ipſe ab illo autem alius: ſed aliter vtrūq; cōtrariorū. Eodē autē modo: ſibijpſis coelementaria. puta ſicut guſtus dulce/ ita viſus album: & ſicut iſte nigrū/

Tral. ve. ex græ. recog.

ita ille amarũ. Amplius ſi contrariorũ motus contrarij/ ſimul autem cõtraria in eodem & indiuiſibili non cõtingit eſſe/ ſub ſenſu autem vno cõtraria ſunt/ velut dulce & amarũ: nõ vtiq; continget ſentire ea ſimul. Similiter autẽ palam eſt: ꝙ neq; quæ non contraria. hęc enĩ/ albi ſunt: hęc vero/ nigri. & in alijs ſimiliter. velut ſaporũ: hi quidẽ dulcis/ hi vero amari. Nec quæ commiſta ſunt ſimul (proportiones enim ſũt oppoſitorũ: velut dia paſon & dia pente) niſi ſicut vnum ſentiantur. ſic autem/ vna proportio extremitatum fit: aliter autem/ non. erunt enim ſimul: hæc quidẽ multi ad paucum vel imparis ad parẽ/ hæc autem pauci ad multum vel paris ad imparem. Si ergo plus adhuc diſtant abinuicem & differunt coelementariter quidem dicta/ in alio autem genere/ q̃ quæ in eodem genere/ dico autem puta dulce & album voco coelementaria/ genere autem alia/ dulce vero a nigro multo amplius ſpecie differt q̃ ab albo: adhuc vtiq; minus continget ipſa ſimul ſentire q̃ quæ genere eadem ſunt. quare ſi non hęc: nec illa. Quod autem dicunt quidam eorum qui circa ſymphonias/ ꝙ non ſimul quidem pertingunt ſoni/ videntur autem/ & latẽt cum tempus inſenſibile fuerit: vtrũ recte dicitur/ an non?

Forte enim vtiq; dicet aliquis & nunc ex hoc: putare ſimul videre & audire/ quia intermedia tempora latent. An hoc non verum: neque contingit tempus eſſe inſenſibile vllum/ neque latere/ ſed omne contingit ſentire? Si enim quando ipſe ſeipſum quis ſentit/ vel alium in continuo tempore/ non contingit tunc latere ꝙ eſt/ eſt autem aliquod in continuo & tantũ quãtum omnino inſenſibile eſt: manifeſtũ eſt ꝙ

Vatablus

ita guſtus amarũ diſcernit atq; diiudicat. Præterea ſi contrariorum motiones contrariæ ſint/ atq; fieri non poſſit vt contraria in eodem ac indiuiduo ſimul inſint/ ſed ſub vno ſẽſu ſint/ veluti dulce et amarum: nequaq̃ profecto continget contraria ſimul ſentiri. Pari quoq; modo cõſtat: nec ea quæ cõtraria nõ ſunt/ ſimul ſentiri poſſe. quãdo alia/ ad album: ad nigrũ/ alia pertinent. id quod etiam in cæteris ſimiliter euenit. vt in ſaporibus: quorũ ad dulcem alij/ alij ad amarum redigi ſolent. Nec ea quæ cõmiſta ſunt (quippe quæ ſint rationes oppoſitorum: ceu dia paſon & dia pente) niſi vt vnum ſentiatur. ſic autem/ extremorum ratio vna fit: alias/ nõ. erũt enim ſimul: altera multi ad paucum aut impariſ ad parem/ altera pauci ad multum aut paris ad imparem. Si ergo plus adhuc diſtant inter ſe ac differunt quæ per conſociationem quidem ſeu coordinationem dicũtur ſed in alio genere ſunt/ q̃ quæ idem genus habent/ verbigratia dulce & album conſociata quidem ſiue coordinata voco genere autẽ diuerſa/ dulce vero plus adhuc ab atro ſpecie differt q̃ ab albo: adhuc profecto minus ea ſimul ſentiri continget/ q̃ quæ genere eadẽ ſunt. quare ſi non hæc: neq; illa. Quod autem quidam ex eis qui circa conſonantias verſantur aſſerunt/ nempe ſonos non ſimul quidem peruenire ſed videri/ ac tempus nos latere vbi inſenſibile fuerit: probe ne dicitur/ an non? Forte enim quiſpiã nũc quoq; iuxta illud dicat: videri cuilibet ſe ſimul contueri aut exaudire quæpiam/ ꝙ intermedia tẽpora obliteſcant. An id verum non eſt: nec fieri poteſt vt tempus vllum ſit inſenſibile aut lateat/ ſed omne ſentiri contingit? Nãſi quando quis ſeipſum idem aut alium in continuo tẽpore ſentit nõ contingit tũc latere ſe eſſe/ eſt autem aliquod in continuo etiam tantum quantum prorſus inſenſibile eſt: certum eſt ꝙ

tunc eundem latebit se esse/ se videre/ & deniq; se sentire/ etsi sentit. Præterea nec tempus nec res vlla erit/ quam quis sentit aut in quo sentit/ quam aut in quo non sentiat/ q; in illius aliquo aut illius aliquid videat/ perinde ac si dicas illum totam terram videre q; hanc eius partem videat/ & in anno ambulare quod in hac parte eius ambulet: si magnitudo aliqua tum tēporis tum rei præexiguitate insensibilis ōnino habeatur. Nam si tota die videt ac toto eodē iugi tempore sentit non eo q; in huius aliquo sentiat: auferatur portio C B in qua nō sentiat. Nō igitur: in huius aliquo/ aut huius aliquid sentit? At vero: in parte C B nihil sentit. Eo ergo q; in huius puta A B/ aliquo sentit: totum ac tota sentire dicitur. Eadem quoq; ratio est: in A C. semper enī in aliquo et aliquid sentit: totū autē sentire nō contingit. Omnia igitur sensibilia sūt: sed nō quāta sint/ apparēt. solarē enim magnitudinē quadricubitāq; eminus videt: at non quāta sit apparet/ sed interdum indiuisibilis/ videt tamē non indiuisibilē. Huius rei causa: in prioribus dicta est. Nullum igitur esse tēpus insensibile: per hæc constat. De dubitatione vero quā prius dixi/ scrutādū est: vtrū cōtingat sentire plura simul/ necne. dico simul: in vno ac indiuiduo tempore inter se. Primum igitur vtrū sic contingat: videlicet simul quidem/ sed alio animæ & non indiuisibili/ sic tamen indiuisibili vt toto existente cōtinuo? An dicendum imprimis quę sub vnum sensum cadunt/ ceu visum/ ea simul sentiri posse: si alio alium colorem sentiat/ plureisque partes habeat specie easdem? etenim quæ sentit: in eodem genere sunt. At si quis dicat nihil prohibere quin vt oculi duo sunt ita & in anima res habeat: dicendum q; forte ex illis quidem vnum quid fit & actus eorum vnus est/ hic vero si quod ex ambobus constet vnū sit/ id quod

tunc latebit vtiq; si est ipse ipsum/ & q; videt/ & q; sentit/ etsi sentit. Amplius nec vtiq; erit nec tēpus nec res vlla quā sentit vel in quo/ non sic/ quia in huius aliquo/ vel quia istius aliquid videt: si quidē est aliqua magnitudo & temporis & rei/ insensibilis omnino propter paruitatem. Si enim tota videt & sentit toto eodē cōtinuo tēpore nō eo q; in huius aliquo: auferatur quæ C B in qua nō sētiebat. Nō ergo: in huius aliquo/ vel huius aliquid? velut terrā videt totā/ q; hoc ipsius: & in anno ambulat/ q; in hac parte ipsius? At vero: in C B nihil sentit. Eo ergo q; in huius aliquo scilicet A B sentit: dicitur totū sentire/ & tota. Eadē autē ratio: & in A C. semper enim in aliquo et aliquid: totū autē nō est sentire. Omnia igitur sensibilia sunt: sed nō videntur quantacūq; sunt. solis enim magnitudo videtur/ & quod quatuor cubitorū a longe: sed nō videtur quātumcūq;/ sed aliquādo indiuisibile/ videtur autē non indiuisibile. Dicta autem est causa: in anterioribus de hoc. Q; igitur nullū est tempus insensibile: manifestum ex his. De prius autem dicta dubitatione consyderandū: vtrum cōtingat simul plura sentire/ an nō cōtingat. simul autem dico: in vno & indiuisibili tēpore adinuicem. Primum igitur vtrum sic contingat: simul quidem/ altero autem animæ sentire & non indiuisibili/ sic autē indiuisibili vt omni existēte cōtinuo? An q; priꝰ mū quidē ea quæ secundū vnū sensum velut dico visum: si erit alio sentiēs aliū colorem/ plureſq; partes habebit specie easdem? etenim quæ sentit: in eodem genere sunt. Si autem & q; vt oculi duo dicat quis nihil prohibere/ sic & in anima: dicendum q; forte ex his quidem vnū quid fit/ et vna operatio ipsorum/ ibi autē siquidē vnū q̄d ex ambobus

Tral.ve.ex græ.recog.

illud/ſentiens erit. ſi autem ſeparatim: nō ſimiliter ſe habebit. Amplius ſenſus ipſi/plures erūt: ſicut ſi quis ſcientias differentes dicat. neq; enim opera tio erit ſine virtute quæ ſecundum ſe ipſam: nec abſq; hac erit ſenſus. Si autem hæc in vno & indiuiſibili ſentit: manifeſtum eſt q̄ & alia. magis enim contingebat hæc ſimul plura: q̄ genere altera. Si itaq; alia quidem dulce/ alia vero album ſentit anima parte: aut quod ex iſtis/vnum aliquid eſt/aut nō vnum. Sed neceſſe. vnū enim aliquid: ſēſitiua eſt pars. Cuius ergo illud vnius? nullum nanq; ex iſtis: vnum. Neceſſe ergo vnū aliquid eſſe animę quo omnia ſentit/ ſicut dictum eſt prius: aliud autem genus/ per aliud. Ergone ſecundum q̄ indiuiſibile eſt ſecundum actum/vnum eſt ſenſitiuum dulcis & albi: quādo vero diuiſibile factū fuerit ſecundū actū/alterum? An quēadmodum in rebus ipſis contingit: ita & in anima? idem enim & vnū numero: album & dulce eſt/& alia multa. Sienī nō ſeparabiles paſſiones abinuicē: ſed eſſe alterū vnicuiq;. Similiter ergo ponendum & in anima idem & vnum eſſe numero ſenſitiuum omnium: ipſum eſſe tamen alterum & alterum horum quidem genere/ horum vero ſpecie. Quare: et ſentiet vtiq; ſimul eodē et vno/ratione autē non eodē. ¶ Q̄z autē ſenſibile omne magnitudo eſt/ & non eſt indiuiſibile ſentire: manifeſtū. Eſt enī vnde quidē non videatur/ infinita diſtātia: vnde autē videtur/ finita. ſimiliter autē: & audibile/ & odorabile/ & quęcūq; nō ipſa tāgentes ſentiunt. Eſt itaq; aliquid: vltimum diſtantiæ vnde non videtur/& primum vnde videtur. hoc itaque neceſſe indiuiſibile eſſe: vltra quod quidem nō contingit ſentire exiſtens/citra autem neceſſe ſentire. Si

Vatablus

ſētit illud erit. ſin vero illa ſeorſim maneant: haud ſimiliter habebit. Preterea ſeſiones ipſe plures erūt: perinde ac ſi quis ſcientias differentes dicat. quādo nec actus/ ſine potētia ſibi reſpondēte: nec ſenſio/ ſine actu eſſe poteſt. Q̄z ſi hæc/ anima in vno & indiuiduo ſētiat: palā eſt q̄ & alia ſentit. quippe cum potius ea plura ſimul ſentire contingat: q̄ quę genere diuerſa ſunt. Itaq; ſi alia parte dulce/ alia albū ſētiat: aut quod ex iſtis partibus reſilit vnū eſt/ aut nō vnū. At neceſſe eſt eſſe vnū. quādoquidē pars ſenſitiua: vnū quippia eſt. Cuius igitur illud vnius erit? nā ex dulci & albo: nullū vnum fit. Neceſſe ergo eſt vnū quid animę eſſe quo omnia ſentiat/ quēadmodū prius dictū eſt: ſed aliud genus/ per aliud. Nō igitur id̄ qđ dulce & albū ſēti at/ quatenus indiuiſibile quippiā actu eſt/ vnū eſt: vbi vero diuiſibile actu euaſit: aliud? An quemadmodū in rebus ipſis euenit (idem enim ac vnum numero: album eſt & dulce/& plæraq; alia) ita & in anima euenire cenſendum eſt: nā etſi affectiones ſeparabiles a ſeſe non ſunt: ſingulis tamen ratio diuerſa competit. Conſimiliter ergo ſtatuendum eſt in ipſa quoq; anima id quod omnia ſentiat/ idem eſſe ac vnum numero: ratione tamen aliā & aliam eſſe horū quidē genere/ illorum vero ſpecie. Quare & anima: ſimul eodem ac vno ſentiet/ratione nō eodē. ¶ Q̄z autem omne ſenſibile magnitudine prædītum ſit/ nec id ſentire contingat quod ſit indiuiſibile: hinc manifeſtū euadet. Nam vnde viſibile non videatur/ infinita diſtantia eſt: vnde videatur/ finita. cōſimiliter de olfactili/& audibili/ & ijs ōnibus quæ ſine attactu ſentiuntur: dicēdū eſt. Eſt itaque aliquid: vltimum diſtantiæ vnde non videtur/ & primum diſtantiæ vnde videtur. hoc ergo indiuiſibile ſit neceſſe eſt: vltra quod quic quid iaceat ſentire non cōtingit/ citra vero ſentire neceſſe eſt. Si

ergo aliquod sensibile indiuisibile sit: vbi positum fuerit in extremo illo vnde est vltimum quidem nõ sensibile / primũ autem sensibile / accidet illud simul esse visibile & inuisibile. quod impossibile est. De sensorijs igitur & sensilibus quopacto sese habeant: & communiter / & per singula sensoria / dictum est. Ex reliquis: primo de memoria & reminiscentia consyderandum videtur.

¶ Aristotelis de sensu & sensili / Francisco Vatablo interprete: finis.

¶ Aristotelis de memoria & reminiscentia siue recordatione liber vnus: ad R.P.D. Guillermũ Briconnetũ Episcopum Meldensem versus / Francisco Vatablo interprete.



Vid sit memoria & meminisse / quaq; de causa fiat / & ad quam partẽ animæ isthæc affectio referẽda sit / necnon quid reminiscentia & reminisci: explicandum est. ¶ Quippe cum non ijdem memoria præcellãt & facile reminiscantur: sed magna ex parte qui tardo hebetiq; sũt ingenio / memoriosiores sint / qui celeri ac docili reminiscẽtiores. ¶ Ac primũ quidẽ quæ sint ea q̃ memorię subijciuntur / cõsyderemus addecet: cũ soleat in hoc error intercidere. ¶ Nã neq; futura meminisse possumus: sed opinari / vel sperare. quo etiã in genere sciẽtia quædã pręsagãdi habetur: quã nõnulli diuinationẽ appellãt. Neq; instantia memoria complecti solemus: sed sensu. nam sensu

itaq; aliqd erit indiuisibile sensibile cum ponetur in vltimo vnde est vltimũ quidem non sensibile / primum autem sensibile / simul accidet visibile esse & inuisibile. hoc autẽ: impossibile. De sẽsorijs igitur & sensibilibus quomodo habent: & cõmuniter / & secundũ vnũquodq; sensoriũ / dictum est. Reliquorum autem: primo consyderandum de memoria & reminiscentia.

¶ Tralationis veteris de sensu & sensato Aristotelis / ex græco recognitę: finis

¶ Tralatio vetus Aristotelis de memoria & reminiscentia / ex græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.



DE memoria autem & ipso meminisse / dicendum quid est / & propter quã causam fit / & qua animę partium hæc accidit passio: & ipsum reminisci.

CAP. I

¶ Non enim ijdem sunt memoratiui & reminiscitiui: sed frequenter magis memoratiui quidem qui tardi / magis reminiscitiui autem qui veloces & bene discentes. ¶ Primum igitur accipiendũ est: qualia sunt memorabilia. sæpe enim decipit hoc. ¶ Neq; enim futurum cõtingit meminisse: sed est opinabile & sperabile. erit autem vtiq; & sciẽtia quædam speratiua: quemadmodum quidam diuinatiuam dicunt. Neque præsentis est: sed sensus. hoc enim

DE MEMORIA

Trad. ve. ex græ. recog.

Capitulum vltimum

Vatablus

neq; futurum / neq; factum cognoſcimus: ſed tantum præſens. ¶ Memoria autē: facti eſt. Præſens autem cum adeſt / vt hoc albū cum aliquis videt: nullus vtiq; dicet meminiſſe. neq; quod cō ſyderatur: cum eſt conſyderās & intelligens, ſed hoc quidem / ſentire dicit: illud autem / ſcire ſolum. Cum vero ſine actibus ſcientiam & ſenſum habet: ſic meminit eos qui trianguli ꝙ duobus rectis æquales. hoc quidem ꝙ dicit aut ſpeculatus fuit: illud vero ꝙ audiuit aut vidit aut aliquid tale. ſemper enim cum ſecundum ipſum memini ſſe agit: ſic in anima dicit / ꝙ hoc prius audiuit aut ſenſit / aut intellexit.

¶ Eſt igitur memoria / neque ſenſus / neque exiſtimatio: ſed horum alicuius habitus aut paſſio / cum factum fuerit tempus. Ipſius autem nunc / in ipſo nunc: non eſt memoria / ſicut dictum eſt. eſt enim præſentis quidem: ſenſus. futuri vero: ſpes. facti autē: memoria. Vnde: poſt tempus / memoria omnis.

¶ Quare quæcunq; tempus ſentiunt / hæc ſola animalia meminerunt: & iſto quo ſentiunt. ¶ Quoniam autem de phantaſia prius in ijs quæ ſunt de anima dictū eſt / & ꝙ intelligere non eſt ſine phantaſmate (accidit enim eadem paſſio in intelligendo: quæ quidem & in deſcribendo. ibi enim nulla vtentes quantitate trigoni determinata: tamen finitum ſecundū quantitatē deſcribimus. et intelligēs ſimiliter etſi nō intelligit quantū: ponit tamē ante oculos quantū / intelligit autē non ſecundum ꝙ quantum eſt. ſi autem natura ſit quātorum / infinitorum autem: ponit quidem quantū determinatū / intelligit autem ſecundum ꝙ quantum ſolum. Propter quam igitur cauſam non contingit intelligere aliquid ſine continuo / neq; ſine tempore quæ nō in tempore ſunt:

neq; futura / neq; præterita cognoſcimus: ſed duntaxat præſentia. ¶ Præterita vero: mādari memorię queūt. Q d autē præſens eſt cū adeſt / vt hoc albū cū cernitur oculis: nemo ſe meminiſſe dixerit. ſed nec qđ contēplatur: cū qd animo verſat ſpeculaturq;. ſed alterū / fēti re ſolū: alterū / diſcere ac meditari. At cū ſciētiā ſenſū ve ſine actione tenet: tū demū meminiſſe qppiā creditur / ceu angulos triāguli duobus rectis pares eſſe. tū quia id aliquādo ſpeculatus eſt aut condidicit: tum quia ita accepit aut vidit aut cuiuſpiā ſenſus opera deprehēdit. ſemp enī cū quis aliquid meminit: ſecum dicat oportet / hoc ſe antehac aliquādo audiuiſſe aut ſēſiſſe / aut deniq; intelleXiſſe. ¶ Eſt igitur memoria / neq; ſenſus / neq; exiſtimatio: ſed alicuius horū habitus aut affectio / cū iam aliquantiſper inſederit. Præſentiū vero in tempore præſenti memoria non eſt / quemadmodum diximus: ſed eorundē ſenſus eſt / futurorū ſpes / præteritorum memoria. Quāobrē memoria omnis: non niſi elapſo quodā temporis curriculo exultat.

¶ Hinc fit vt quæ animalia tēporis ſenſum habeant / ea ſola meminiſſe poſſint: & eadē animæ particula / qua illud ſentiant. ¶ Sed cū de imaginatione retro dictum ſit in libris de anima / & fieri non poſſe vt ſine phantaſmate quicq; intelligatur (intelligenti enī euenit cū quid intelligit: quod nobis cū figurā quāpiam delineamus. nam quāuis nullus nobis vſus ſit præfinitæ magnitudinis: deſcribimus tamen triangulum conſtituta certaq; quantitate. pari quoq; modo & ille / quāuis quod quantū no ſit intelligat: quantum tamen proponit ſibi & quaſi ſubijcit oculis / ſed non vt quantum intelligit. ꝙ ſi ſuapte natura quantum ſit / infinitū tamen indeterminatūq; ſibi quantū finitū quidē atq; determinatum preſentat / intelligit vero vt quātum ſolum. Cæterum quā ob cauſam quæ ſub tēpore non ſunt

ſine mole & tẽpore intelligi nõ poſſint: alio quidẽ loco dicendũ eſt. neceſſe autem eſt: eadem nos amplitudinem & motum parte cognoſcere/ qua & tempus. Vnde conſtat: horũ notitiam ad primarium illum principemq; ſenſum pertinere) atq; phãtaſma communis ſenſus affectio ſit/ memoria vero ea quæ de intellectilibus rebus eſt non ſine phãtaſmate habeatur: memoria profecto ipſa per ſe quidem in ſenſu principe cõſtituenda eſt/ per accidens autem in ipſo intellectu. Quo fit: vt non modo hominibus & ijs animalibus quibus opinatio & prudetia tributa eſt/ ſed nonnullis item alijs memoria inſit. ¶Qz ſi in parte aliqua intellectus ſtatuenda eſſet memoria: neutiquã multis e brutorum genere contingeret/ imõ forte nulli mortali. Quãdo ne nunc quidem omnibus ea competit: q̃ non omnia temporis ſenſum habeant. ſemper enim/ vt etiam ante retulimus/ cum quis meminit: præterea ſentit ſe prius id vidiſſe/ aut audiuiſſe/ aut didiciſſe. at prius & poſterius: in tẽpore ſunt. Liquet igitur: in ea parte animę poſitam eſſe memoriã/ in qua collocata imaginatio ſit. & ea per ſe memoriæ ſubijci/ quæ poſſunt ſub imaginationẽ cadere: per accides/ quę nõ poſſũt ſine imaginatione intelligi. ¶Sed quærat aliquis: qui fieri poſſit vt affectione ſola preſente/ abſentis rei meminerimus? Nam/ vt conſtat/ ſcire oportet affectionẽ quandã quæ picturæ ſimilis habeatur/ per ſenſum in anima/ aut certe in parte corporis eam habente inuri: cuius habitum memoriam eſſe dicimus. ſiquidem motus ille qui fit: quandam veluti figuram ſenſionis imprimit/ haud ſecus atq; qui anulis ſigillant. ¶Quocirca & in iiſce quos præ affectione aliqua aut ætate multiplex motus exercet: memoria non fit/ quaſi motus & ſigillum in amnem profugũ incidat. in alijs vero ne impreſſio quidẽ afformatur alliniturq;: ob partis quæ affectionẽ excipere debeat/ algorẽ (inalgeſcit eni veterũ ędificiorũ ritu) duritiẽq;.

alia ratio. magnitudinem autem & motum cognoſcere neceſſe eſt: quo & tempus. et phantaſma: communis ſenſus paſſio eſt. Quare manifeſtum eſt: q̃ primo ſenſitiuo horum cognitio eſt. memoria autem ea quę eſt intelligibilium: non ſine phantaſmate eſt) quare intellectiui ſecundum accidẽs vtiq; erit/ per ſe autem primi ſenſitiui. Vnde & alijs q̃buſdã ineſt animalibus: & nõ ſolũ hominibus/ & habentibus opinionem aut prudentiã. ¶Si autem intellectiuarum partium eſſet: nõ vtiq; ineſſet multis aliorum animalium/ forte autem nulli mortaliũ. Quoniã neq; nũc omnibus: propterea q̃ non omnia temporis ſenſum habent. ſemper enim cũ agit memoria/ ſicut & prius diximus: q̃ vidit hoc/ aut audiuit/ aut didicit/ ſimul ſẽtit quia prius. prius autẽ & poſterius: in tẽpore ſũt. Cuius igitur eorũ q̃ ſũt animę memoria ſit: manifeſtũ eſt/ q̃a cuius & phãtaſia eſt. Et ſũt memorabilia per ſe quidẽ/ quorũ eſt phãtaſia: ſecũdũ accidẽs autẽ/ quęcũq; nõ ſine phãtaſia. ¶Dubitabit autẽ vtiq; aliquis: quomodo paſſione quidem præſente/ re vero abſente/ meminit quod non preſens. Manifeſtũ enim eſt q̃ oportet intelligere talem aliquam factam per ſenſum in anima & in parte corporis habẽte ipſam/ velut picturam quandam/ paſſionem: cuius dicimus habitum eſſe memoriam. factus enĩ motus: imprimit velut figurã quandã ſenſi/ ſicut ſigillãtes anulis. ¶Vnde et alijs q̃dẽ qui in motu multo propter paſſionẽ aut propter ętatẽ ſũt: nõ fit memoria/ tãq; vtiq; in aquã fluẽtẽ incidẽte motu et ſigillo. alijs autẽ propterea q̃ frigida ſũt ſicut antiqua ędificiorũ/ & propter duritiã accipiẽtis paſſionẽ: nõ inſit impreſſio.

DE MEMORIA

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

¶ Quapropter & multũ iuuenes & senes: immemores sunt. fluunt enĩ/ hi quidẽ propter augmentum: illi vero/ propter decremẽtũ. ¶ Similiter autẽ & multũ veloces/ & multũ tardi: neutri vidẽtur memores. illi enim/ humidiores sunt q̃ oportunũ sit: hi vero/ duriores. Illis igitur nõ manet phãtasma in anima: alios vero nõ tangit.

¶ Sed si quidẽ tale accidens est circa memoriã: vtrũ hanc meminit passionẽ/ an illud a quo facta est? Si enim hãc: absentiũ nihil vtiq; memineri mus. Si vero illud: quomodo sẽtiẽtes hãc/ meminerimus qđ nõ sentimus/ quod absẽs? Et si est simile sicut figura aut pictura in nobis/ huius ipsius sensus: propter qđ vtiq; erit memoria alterius/ sed non huius ipsius? agens enĩ memoria: speculatur hãc passionẽ/ & sentit hãc. Quomodo igitur: nõ præsens meminit? erit enim vtique: videre non præsens/ & audire. An est: vt contingit & accidit hoc? Vt enim in tabula pictum animal/ & animal est & imago/ & idem & vnũ ipsum est ambo/ esse tamen non idem amborum/ & est consyderare & vt animal & vt imaginem: sic & quod in nobis phantasma oportet suscipere/ & ipsum aliquid secundum se esse/ & alterius phantasma. inquantum quidẽ secũdum seipsum/ speculamen aut phantasma est: inquantum vero alterius/ vt imago & memoriale. Quare & cum agit motus ipsius/ si quidem inquantum secundum se sic sentit anima ipsum: vt intellectum aliquod aut phãtasma videtur adesse. si autem inquantum alterius/ & sicut in pictura vt imaginẽ speculatur/ & qui non vidit Coriscum vt Coriſci imaginem: hic alia passio huius speculationis & quãdo

¶ Proinde: tã pueri q̃ senes/ immemores sunt. propterea q̃ alteri/ ob accretionem in quodam quasi fluxu sint: alteri/ ob decretionem. ¶ Pari quoq; modo carere memoria videntur: tum qui præceleres & impendio volucres sunt/ tum qui admodum tardi stupidiq;. nam hi quidem/ humidiores sunt q̃ par sit: illi vero/ retorridiores. Primi ergo/ visorũ impressionem seruare ac retinere non possunt: alteri/ recipere. ¶ At si de memoria statuendum ita sit: vtrum huiusce affectionis meminimus/ an illius vnde hęc profecta est? Nam si huius: nihil quod absens sit/ meminisse possumus. Si illius: qui fieri potest vt hanc sentiendo/ eius meminerimus quod nõ sentimus/ quodq; abiunctum remotumq; a nobis est? Itẽ si ex ipsius rei sensu quędã quasi pictura ac impressio in nobis relicta sit: cuina alterius/ & non huius ipsius meminerimus? nam qui meminit: hanc affectionem spectat sentitq;. Quonam igitur pacto: meminisse potest eiusce quod præsens nõ sit? hoc enim modo? cerniere etiam & audire absentia liceret. An fieri potest: vt hoc ipsum contingat eueniatq;? Vt enim animal depictum in tabula & animal est & imago/ & cũ vnum idemq; sit vtraq; est sed tamen eorum ratio diuersa existit/ consyderariq; potest & vt animal est & vt imago: sic & de phantasmate qđ in nobis est cẽsere oportet/ & ipsum quippiam in se/ & alterius simulachrum esse. nam quatenus in se seorsumq; spectatur/ spectrum aut visum est: quatenus vero aliud refert/ imago & monimentũ. Quare etiam cum idem animum vellicat ac lacessit/ si quis ipsum in se & vt sui quippiam generis est animo percipiat: quædam veluti conceptio aut visũ succurrisse videtur. sin vero quatenus alterius est/ & vti in pictura accidit tanq̃ simulachrum & imitationem contempletur/ eandẽq; tametsi antea nunq̃ Coriscum viderit tanq̃ Coriſci imaginem consyderet: tum sane cõsyderationis huiusce conditio atq; natura longe alia est q̃ cum

Vatablus

tanquã animal depictum in animo ſpectat. hic enim / mera conceptio euadit: illic / ꝙ ſimulachrũ alterius ſit/monimentum. Et ob id cum ſenſio quæ præceſſit/tales motus in animo noſtro excitat: plærumq; neſcimus ſenſune an alia ratione idipſum proueniat/& nonnunq̃ hæſitamus ſi ſit memoria necne. Interdũ autem euenit: vt cogitãdo ſcrutandoq; recordemur prius a nobis quippiam auditum / aut viſum fuiſſe. Quod euenit: quoties qui phantaſma aliquod ita conſyderabat vt nihil præterea niſi ipſum illud in ſe cõtemplaretur/mutata ſententia vt ſimulachrum alterius eſt/ſpeculatur. Eſt quando & contra accidat: quẽadmodũ Antipheronti Oreitæ/cæteriſque qui exceſſu mentis tentabantur/cõtigit. nam quæ imaginabãtur: tanq̃ facta & geſta narrabãt/ & ita vt qui meminiſſent. Atq; hoc fit: vbi quis id quod non eſt imago/ſpeculatur vt imaginem. ¶ Porro meditationes/recolendo memoriam conſeruant incolumemq; reddunt. Recolere autem : nihil aliud eſt/quam crebro phantaſmata vt imagines/ nõ vt in ſe ſpectra ſunt/ reſpicere. Dictum eſt igitur quid ſit memoria / quid meminiſſe: habitus ſcilicet phantaſmatis vt imaginis eiuſce rei quæ imaginationi ſubditur. necnon cui earum quæ ſunt in nobis animæ partium tribui debeat: nempe illi quæ ſibi primariam ſentiendi poteſtatem vendicat / quæque nobis ſenſum notitiamque temporis inuehit.

CAP. II.

RElíquũ eſt: vt de reminiſcentia ſiue recordatione dicamus. ¶ Primum igitur quæ in aggreſſorijs ſermonibus vera ſunt / ea pro veris habeamus oportet: reminiſcẽtiã ſcilicet nõ eſſe reſũptione memoriæ/ neq; ite allũptionẽ. Nam cum quis primũ diſcit/aut notitia rei imbuitur: neq; reſumit memoriã vllã (nulla enĩ antegreſſa eſt) neq; deintegro aſſumit. quia tũ demũ memoria dicitur eſſe:

Tral. ve. ex græ. recog.

ſicut animal pictum conſyderat in anima, hoc quidem/fit ſicut intellectũ ſolum: hoc autem / vt ibi quia imago/memoriale. Et ob hoc aliquando neſcimus/factis nobis in anima huiuſmodi motibus ab eo ꝙ prius ſenſimus: ſi ſecundum ſenſationem accidit / & ſi eſt memoria an non dubitamus quandoque. Aliquando autem accidit: intelligere & reminiſci ꝙ aliquid audiuimus prius/aut vidimus. Hoc autem cõtingit: cum ſpeculans tanquam ipſum/ permutatur & conſyderat tanq̃ alterius. Fit autem aliquãdo & contrariũ: vt accidit Antipherõti Oritæ/& alijs eciaſin paſſis. phantaſmata enim dicebant: vt facta/& vt qui meminiſſent. Hoc autẽ fit: cum aliquis non imaginem tanq̃ imaginem conſyderat. ¶ Meditationes autem: memoriam ſaluant reminiſcẽdo. Hoc autem: nihil aliud eſt q̃ ſpeculari ſæpe vt imaginem/ & nõ vt ſecundum ſe. Quid igitur eſt memoria & meminiſſe dictum eſt: quoniã phantaſmatis vt imaginis cuius phãtaſma habitus. & cuius particulæ earum quæ in nobis: quia primi ſenſitiui/ & quo tempus ſentimus.

Antipherõ

CAP. II.

EIpſo reminiſci autem: relíquum eſt dícere. ¶ Primũ igitur quæcunque in argumentatiuis rationi bus vera ſũt: oportet ponere vt exiſtentia. Non enim eſt memoriæ reſumptio/reminiſcentia: neque acceptio. Cum enim primum addiſcit / aut patitur: non reſumit memoriam vllam (nulla enim: ante facta eſt) neque a príncipio accipit.

Tral.ve.ex græ.recog. Vatablus

cum enim factus fuerit habitus / aut passio : tunc memoria est. Quare : cum passione quæ fit/non insit. ¶Adhuc autem cum primum facta est : in indiuiduo & vltimo / passio quidem inest iam patienti & scientia/ si oportet vocare scientiam habitum aut passionem. Nihil autem prohibet : secundum accidens meminisse quorundam quæ scimus. Meminisse autem secundum se: non est ante factum tẽpus. meminit enim nunc quæ audiuit/aut vidit/aut passus fuit prius: non quod nũc passus est / memínit nunc. Amplius manifestum est q̃ meminisse est: non nunc reminiscentem/sed a principio sentientem aut patiẽtem. sed cum resumit quam prius habuit scientiam/aut sensum/ aut cuiuscunque habitum memoriam dixímus : hoc est & tunc reminiscí eorum quæ dícta sunt / aliquid. ipsum meminisse autem accidit & memoriam sequi. Neq; ita q̃ hæc simplicíter / si ante extiterint/ iterum fiunt: sed est vt/est autem vt non. bis enim díscere & inuenire contingit eũdem/ idem. ¶Oportet igitur differre remíniscí/ab his: & inexístente pluri principio q̃ ex quo addíscunt / reminíscí. ¶Contingunt autem reminíscentię: quoniam aptus natura est hic motus fieri post hunc. si enim ex necessitate: manifestum est quod cum motus fuerit íllo / hoc mouebitur . si autem non ex necessitate / sed consuetudíne : vt plurimum mouebitur . Accidit autem: quosdam semel consueuísse velocius/ q̃ alios sæpe motos . Vnde: quædam semel videntes magis meminimus / quam alia sæpe.

cum iam factus corroboratusq; fuerit habitus / aut certe affectus . Vnde fit: vt memoria nõ símul cũ affectu fiat. Itẽ cũ primũ affectio facta est: ín vltimo illo momẽto/affectio quidẽ & scientia/ si tamẽ affectionẽ aut habitũ sciẽtiã appellare liceat/in re affecta iã ineſt/memoria vero haud quaq̃. Nihil tamẽ vetat: quominus quædã ex ijs quæ scimus/ p accidẽs meminisse dicamur. Quãq̃ meminísse per se nõ possumus: anteq̃ spacíũ aliquod tẽporis interlapsũ sit. siqdẽ nũc eius rei memini quã prius audiuí/aut vidi/aut aliquo sensu cognoui: & nõ quã nũc sensi/ eius nũc memini. Præterea manifestũ est fieri vt quí nũc nõ reminíscitur: memínerit/ si denuo sentiat/aut doceatur qđ sit oblitus. at quoties quã príus tenebat scientiã/aut sensũ/aut deniq; quoduis aliud cuius habitũ esse memoriã diximus/iam pene interlitũ obsoletũq; recolẽdo instaurat & quasi post liminio reuersũ tractat versatq; : tũ & hoc quoq; alicuius eorũ quę dicta sũt reminísci est. accidit tamẽ vt reminíscẽtiã/ memoria : & reminísci/ memínisse comitetur. Neq; cõtinuo fit vt símpliciter ílla / scientiam dico/sensum/& si quid est eiusmodí/sí prius ín animo fuerint / rursus in mentẽ redíre & instaurari debeant : sed contra/quãdoq; restituũtur animo/quãdoq; ab eodẽ perpetuo exulant. nam & vt iterũ díscat / & iterum inueniat ídem eandẽ sciẽtiam : vulgo cõtingere solet. ¶Reminíscẽtiam igitur ab inuẽtione & dísciplina/differre oportet : & q̃ reminíscitur maíus principiũ intus habere/ q̃ quí díscit aut inuenit. ¶Fit autem reminíscentia : cũ motus animę ita se habẽt vt alter subinde post alterum fieri natus sit. nam si necessario vnus alterũ consequio trahat : palã est símulatq; ille mouerit eã/ hunc moturũ. Si vero nõ necessario/sed ex cõsuetudine alter insequatur : maiori ex parte mouebit. Cõtingitq; : vt qdã semel permoti magis assuescãt/ q̃ alíj sæpius. Et iccirco : quorũdam quę semel viderimus facilius/ q̃ aliorũ q̃ sæpicule/ meminisse solemus.

Vatablus

Cum ergo reminiſcimur: quibuſdã antegreſſis motibus mouemur/ quouſque eo moueamur poſt quem ille ſequi conſueuit. Quocirca & ex hoc nunc/ aut alio quodam initio ſeriem ſequelamq; venamur: & a ſimili/aut contrario/aut finitimo. Et ob id: recordatio fieri aſſolet. motus enim quorunda ex his/ ijdem ſunt: quorundam ſimul fiunt/ quorũdam alter alterius partem obtinent connexique ſunt adeo vt reliqua pars quæ illam ſequatur exigua ſit. Ad hunc igitur modum: inueſtigare ſolemus. Sed & interim nobis non ita inquirentibus reminiſci accidit: cum recordatio motũ alterũ cõtinuo excipit ſubſequiturq;. cæterũ illa fere fit: antegreſſis alijs motibus quos dixi. ¶ Nec id ſpectãdum eſt/ quomodo quę remota ſũt meminimus: & quo modo quę propinqua/ negligendũ. quãdoquidẽ vnũ eũdẽq; modũ eſſe: liquido conſtat. dico autem eum: quo quis ea quæ in ſeriem digeſta ſũt/ nulla antecedente inquiſitione recordationeve recenſet. conſequuntur enim ſeſe quadam conſuetudine: motus. Quoties itaq; reminiſci volet/id faciet: motus initiũ capere ſtudebit/ quẽ hic ideſt reminiſcẽtia/ ſequitur. ¶ Quamobrem: omnis reminiſcẽtia/ ex principio pulcherrime ac ſũma celeritate corriuatur. nã quo res inter ſe ordine diſpoſitæ ſunt: eũ quoq; motus earũdem obtinent. ¶ Et ea itẽ facile memoria continentur: quę quodã ordine conſtãt/ vt Mathematica. at quæ praue diſpoſita ſunt: ægre cuſtodiuntur. ¶ Atq; hoc intereſt inter reminiſci et iterũ diſcere: q̃ q reminiſcitur ab ipſo ſe moueri quodãmodo poteſt/ ad id quod poſt principium eſt. at cum per ſe non poteſt/ ſed alterius ceu præceptoris auxilium deſyderat: nõ amplius meminiſſe videtur. ¶ Sæpe vero iam quidem reminiſci non poteſt: quærẽdo tamẽ poteſt/ ac inuenit. Quod homini contingere ſolet: dũ tãtiſper varia mouet/ quoad in motionẽ eã inciderit poſtquã res ſequatur. Eſt enĩ meminiſſe: mouẽtẽ quandã facultatẽ intus poſſidere.

Tral. ve. ex græ. recog.

Cum igitur reminiſcimur: mouemur ſecundum quendam primorum motuum/ quouſque vtiq; moueamur/ poſt quẽ ille conſueuit. Vnde & quod conſequenter eſt venamur/ meditantes ab ipſo nunc aut alio aliquo: & a ſimili/aut contrario/aut propinquo. Propter hoc: fit reminiſcentia. motus enim horum: aliorum quidem ſunt ijdem/ aliorum autem ſimul/ aliorum autem partem habẽt. quare reliquũ: paruum eſt/ quod motum eſt poſt illum. Quæruntigitur ſic. Et non quęrentes autem ſic reminiſcuntur: cum poſt alterum motum ille fit. vt plurimum autem alteris factis motibus quales diximus: fiebat ille. ¶ Nihil autem oportet conſyderare quæ procul ſunt quomodo meminimus: ſed non quæ prope. manifeſtum enim: q̃ idem modus aliqualiter. dico autem: quomodo dicit quod conſequenter non præinquirens neq; reminiſcens. conſuetudine enim conſequũtur motus: hic poſt hunc. Et cum igitur reminiſci voluerit/ hoc faciet: quęret ac capere principium motus poſt quem ille erit. ¶ Vnde: citiſſime & optime fiunt a principio reminiſcentiæ. ſicut enim ſe habent res adinuicem/ in eo quod conſequenter: ſic & motus. ¶ Et ſunt facile reminiſcibília: quęcũq; ordinationẽ habẽt aliquã/ ſicut Mathemata. quæ autẽ praue: graduiter ¶ Et in hoc reminiſci differt ab iterũ addiſcere: q̃a poterit quodã modo per ſeipſum moueri in id quod eſt poſt principiũ. cum vero nõ/ ſed per alĩũ: nõ adhuc meminit. ¶ Sæpe autẽ iã quidẽ nõ poteſt reminiſci: quærẽs autẽ poteſt/ & inuenit. Hoc autẽ fit: multa mouẽti quouſq; moueat huiuſmodi motu quẽ cõſequitur res. Meminiſſe enĩ eſt: ineſſe potentiã mouentẽ.

Tral.ve.ex græ.recog.

hoc autem: ita vt ex ipso/ & quibus habet motibus moueatur/sicut dictū est. ¶ Oportet autem: acceptum esse principium. Quapropter: a locis videntur reminiscí aliquando. Causa autem est: quia velociter ab alio in aliud veniunt. vt a lacte in album/ab albo autem in aerem/& ab hoc in humidum: a quo meminit autumni/hoc quærēs tempus. Videtur autem vniuersaliter & medium: principium omnium. Si enim non prius/cum in hoc venerit reminiscetur: aut nō iā/neq; aliunde. vt si quis intellexerit: in quibus A B C D E F G H. Si enim non in E reminiscitur: in H meminit. hinc enim: ad ambo motum esse contingit/& in D & in F. Si vero non horum aliquod quęrit: in C veniens reminiscetur/si D aut C inquirit. quemadmodum in G veniens reminiscetur: si G aut F inquirit. Si autē non: in A. & sic semper. ¶ Eius autē quod est ab eodē aliquando quidē meminisse/aliquādo autē non/causa est: quia contingit ad plura motū esse ab eodem principio. vt ab ipso E: in F/aut in D. Si igitur nō per antiquū mouetur: in cōsuetius mouetur, tanq; enī natura: iā cōsuetudo est. Vnde quę sępe intelligimus: cito reminiscimur. sicut enim natura hoc post hoc est: sic & operatione. ipsum sæpe autē: naturā facit. ¶ Quoniā autē sicut fiūt in ijs q̄ sūt natura/& extra naturā & a fortuna/ adhuc magis in ijs quæ per cōsuetudinē sūt/ quibus natura nō similiter ineſt: quare mouetur aliquādo & illuc & aliter/ p̄sertim & cū retrahitur illinc istuc aliquo. Et propter hoc cū opus est nomē reminiscí: assimile quidem/non autem illud/solœcizamus. Reminiscí igitur: hoc accidit modo.

Vatablus

sed tamē eiusmodi: vt animus ex seipso/& motibus quos habet moueri queat/vti dictū est. ¶ Ac principiū quidē: sumi debet. Quocirca: nōnūq̄ videtur ex locorū dispositione reminiscí. Causa aūt est: q̄ cito ex alio in aliud veniat. vt ex lacte in candorē/ex cādore in aerē/ex aere in humorē/ex humore in autūni memoria: cū hac parte anni fatagit inuenire. ¶ Videtur autē vniuersaliter in ōni genere quod mediū est: vicē principij obtinere. nā si nō prius/saltē cū ad id qđ in meditullio est peruenerit/res vestigata succurret: aut nunq̄ p̄terea/nec aliūde. verbi gratia/ascribātur literę septē A C D E F G H: per quas mētis cogitatio itura sit. Si enim non cōtinuo vbi ventū est ad E/meminit: simulatq; ad H appulerit/meminisse dicetur. nam ab E: in vtrāq; partē/& in D & in F discurrere potest. Q̄ si ex his nullā disquirat: in C profecta meminerit/si D aut C vestiget. quēadmodū in G profecta meminerit: si G aut F perqrat. Sin minus: in A. & ita: ordine perpetuo. ¶ Cur autē ab eodē principio interim meminisse queat/interim nō queat/causa est: q̄ ex eodem principio in multas partes ire cōtingat. veluti/ex E: in F/aut in D. Si igitur nō per vetera simulachra discurrat: ad id rapi solet quod sibi familiarius propter cōsuetudinē reddidit. iā enī cōsuetudo ipsa: in quādā natura cōmigrauit. Quapropter quę frequēter cogitamus/cito reminiscímur. nā vt natura vnū alterū sequtur: ita & operatione. quinimo frequēs multusq; vsus: naturā facit. ¶ Quoniam autē sicut in naturalibus errata quædā naturę & fortuita euenire solent/adhuc magis in cōsuetis/ qbus natura nō pinde ineſt/ peccata quædā intercidunt: hinc sane fit vt nōnunq̄ animus huc illuc impellatur/ pręsertim cū a certo quodā initio auspicatus/ quouis alio deuius fertur. Propterea cōtingere solet: vt cū alicuius nominis meminisse volumus/in alterū cō simile/non in illud/ quasi solœcismū committentes incidamus. Ad hunc igitur modum: reminiscí accidit.

Vatablus.

¶Sedeni notitia tẽporis/ſiue illud certũ conſtitutũq; habeatur/ ſiue incertũ & infinitũ: q̃maxime neceſſaria exiſtit. Eſt autẽ aliq̃d: quo/de pluri minoriq; tempore iudicamus. conſentaneumq; eſt: vt quippiã in nobis ſit/ quod ſicut magnitudines/ ita & tẽpus ĩternoſcat.

¶Porro magnitudines ampliſſimas/ & quæ a nobis procul abſũt/intelligere ſolet: nõ q; intelligẽtia ipſa (Græci dianœan vocant) procedat foras atq; ad eas ſeſe applicet/quẽadmodũ quidã de viſu dixerũt (nã etiã ſi nõ ſint: ex æquo tamẽ intelliget) ſed per motũ qui proportione quadã illis reſpondeat. habet enim in ſe: motus effigieſq; rebus quas intelligit pſimiles. ¶Quo igitur differat: cũ maiores intelligit? An q; & minores intelligat? quæcũq; enĩ ambiũtur interioraq; ſunt/ minora ſũt: & eis/ quę cõtinent & extima ſũt/ proportione quadã reſpõdent. Atq; fortaſſe qualis proportio inter ſimulachra ipſa/ ſed adiuncto tẽpore/ capi poteſt: talis & in ipſis quoq; ĩteruallis diſtãtijſq; reperiatur. Nã qui lineas A B & B E cõfecit: lineas A C & C D confeciſſe videtur. quando hæ: cũ illis proportionis nexu iũctæ ſunt. Sed cur potius lineas A C & C D: q̃ lineas A F & F G? An ſicut refertur linea A C ad A B: ita linea K H ad lineã K M? Qui ergo lineã K M trãſegit: ſimul lineam K H tranſegerit oportet. Si vero intellexiſſe velit lineas A F & F G/ lineas quidem A B & B E ſimiliter intelligit: at e regione lineæ K M/ lineam K L. nam hæc ad illam ita ſeſe habet: vt lineam F A ad lineam B A ſe habere videmus.

Tral. ve. ex græ. recog.

¶Maxime autem oportet cognoſcere tempus: aut menſura/ aut infinite. Eſt autem aliquid: quo iudicat maius & minus. rationabile autem: ſicut & magnitudines. 28

¶Intelligit autẽ magnas & procul: non extendendo illuc intelligentiam/ ſicut viſum dicunt quidam (etenim cum non ſint: ſimiliter intelliget) ſed proportionali motu. ſunt enim in ipſa: ſimiles figuræ & motus. ¶Quo igitur differet: cum maiores intelligit? An quia illas intelligit quæ minores? omnia enim quæ intra/ minora: & proportionaliter & quæ extra. Eſt autem forte ſicut & ſpeciebus proportionale accipere/ ſed in ipſo: ſic & diſtantijs. Sicut igitur/ ſi ſecundum A B/ B E/ moueatur: facit A C/ C D. proportionale enim eſt: A C & C D. Quid ergo magis C D: q̃ F G facit? An ſicut A C ad A B ſe habet: ſic K H ad K M ſe habet? Secundum has igitur: ſimul mouetur. Si vero A F/ F G/ velit intelligere/ eam quidem quæ A B/ B E/ ſimiliter intelliget: ſed pro K M/ K L intelliget. hæ enim ſe habent: ſicut F A ad B A. 29 30



Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Cum igitur ſimul rei fit motus & temporis: tunc memoria agit. ſi autem putet/non faciens: putat meminiſſe. nihil enim prohibet falli aliquē: & ſibi videri meminiſſe/cum nō meminit. agentem autem memoria/ non putare ſed latere dum meminit: non eſt. hoc enim erat: ipſum meminiſſe. Sed ſi is qui rei/ fiat ſine eo qui temporis/aut hic ſine illo: non meminit. Qui vero eſt temporis: duplex eſt. aliquando enim mēſura non meminit ipſum vt ꝙ tertia die / ꝙ tamen aliquando fecit: aliquando autem/& menſura. Sed meminit: quanuis non menſura. conſueuerunt enim dicere/ ꝙ meminerunt quidem/quādo tamen neſciunt. cum ipſius quādo non cognoſcunt quantitatem metro. ¶ Qꝛ igitur non ijdem ſunt moratiui & reminiſcitiui: in prioribus dictum eſt. Differt autem ipſum meminiſſe ab ipſo reminiſci: non ſolum ſecundum tempus / ſed ꝙ ipſo quidem meminiſſe & aliorum animalium participant multa/ ipſo autem reminiſci nullum vt ita dicam quę cognoſcuntur animaliū/ niſi homo. Cauſa autē: quia ipſum reminiſci/eſt vt ſyllogiſmus quidā. ꝙ enim prius aut vidit / aut audiuit / aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit: ſyllogizat reminiſcens. Et eſt vt inquiſitio quędā. hoc autē quibus & deliberatiuum ineſt: natura ſolū accidit. etenim ipſum deliberare: ſyllogiſmus quidā eſt. ¶ Qꝛ autē corporeū qddā paſſio & reminiſcētia inquiſitio in talí phātaſmate / ſignum: turbari quoſdam cum non poſſunt reminiſci/ & valde cohibentes intelligentiā & non amplius conantes reminiſci / nihil minus / & maxime melancholicos. hos enim phantaſmata mouēt maxime.

Vatablus

¶ Quādo igitur negocium & tēpus ſimul animum inuadunt excitantq;: tum meminiſſe ſolet. ꝙ ſi ſe coniungere vtrumq; putet/ non tamen cōiungat: ſe meminiſſe autumat. nihil enim obſtat/quin fallatur aliquis: & ſe meminiſſe cum nō meminit/ putet. quanq̄ fieri non poteſt: vt qui meminit/ ſe meminiſſe nō aduertat ſed id eum lateat. nam meminiſſe: id ipſum eſt. At ſi negocium abſque tempore/aut contra tempus abſque negocio/iacentem animum extimularit: haudquaq̄ meminit. Cæterum tempus illud: duplex eſt. nam interdum quis certum tempus non adhibet/vt cum ſe feciſſe non prius die ſed aliquando/ meminit: interdum/etiam adhibet. Verum meminiſſe dicitur: etiam ſi certum tempus minime adhibeat. nam vulgo dici ſolet/ equidem memini factū/ ſed quando non memini: cum de tempore facti non conſtat. ¶ Quibus præcipua ineſt memoria: non eiſdem & reminiſcentiam ineſſe exímiā: dixímus ſupra. Diſtat vero memoria a reminiſcentia: non ſolum ratione temporis / ſed in eo quoque ꝙ & complures aliæ animantes memoria participant / reminiſcentía nulli ex omnium animalium numero quorum natura comperta exploratáque habeatur / præterquam homini / conceſſa ſit. Cauſa cur ita/eſt: ꝙ reminiſcentia velutí ſyllogiſmus quídam / id eſt ratíocinatio / exíſtit. nam qui reminiſcitur: ꝙ prius audierit / viderit/ aut quippiam id genus fecerit/ ratiocinari aſſolet. Item: quaſi diſquiſitio quædam. diſquiſitionem vero ijs ſolis natura tribuit: quibus conſultandi deliberandique ratio competit. etenim cōſultatio ſiue deliberatio: ratiocinatío quædā eſt. ¶ Porro affectionē ipſam corporalem eſſe / & reminiſcentiam diſquiſitionem in tali viſo/indicium eſt: ꝙ nōnulli obturbarí ſolēt/& cū reminiſci nō poſſunt/& cū cogitationē reprimūt conanturq; nō vltra reminiſci / & potíſſimū quos atra bílis exercet. hos enī maxime phantaſmata mouēt.

Vatablus

Cauſa vero cur reminiſcentia in poteſtate eorũ non ſit/eſt: ꝙ ſicut qui iaculatur emiſſum telũ non vltra ſiſtere poteſt / ita qui reminiſci & veſtigare aliquid conẽdit/neſcio quid corporeũ mouet cui affectio hęc conſignatur. Maxime autem adagitari ſolẽt: quibus humoris copia circa ſenſariam ſedẽ redundat. non enim facile trãquillatur motu ſemel inito: quouſq; id qđ quęritur occurrat/ & motio ipſa recto inceſſu procedẽs ad metã vſq; perueniat. Quamobrem & metus & iræ ſimulatq; commotæ ſunt: ſedari / quãlibet repugnantibus illis/ nõ poſſunt/ ſed eodẽ cõtranituntur. Atq; perinde euenit: atq; ijs qui paulo cõcitatius validiuſq; nomina aliquot orationeve recenſuere/ aut cantionẽ aliquam emodulati ſunt. nam vbi ceſſarũt: iterum/etiam inuitis/canere ac loqui ſubit. Cæterum illi quibus ſuperiora proportione reliqui corporis ſunt vaſta/ quiq; forma pomilionis degenerant: minus memoria valent/q̃ qui contrario ſunt habitu. ꝙ ipſa ſentiendi vis pondere grauiore opprimatur: ꝙq; nec initio inhærere ac deſiſtere formæ rerum poſſint/ ſed diffiliãt/ nec cum reminiſci volunt / recto itinere ſequantur reddanturq;. Sane impẽdio pueri/ & admodum ſenes: immemores ſunt/ propter motũ quẽ ſuſtinent. nam hi: valde minuuntur. illi vero: magnum ſubeũt incrementum. adde etiam: ꝙ vſque ad ætatem prouectam/ ſimiles nanis ſunt. Ergo quid ſit memoria/ quid meminiſſe/ qua facultate animalia meminerint/ item quid reminiſcẽtia/ quid reminiſci/ quemadmodũ fiat/ & quam ob cauſam: dictum eſt.

¶ Ariſtotelis de memoria & reminiſcentia/ Franciſco Vatablo interprete: finis.

Tral. ve. ex græ. recog.

Cauſa autem eius ꝙ non in ipſis eſt reminiſci: quia ſicut proijcientibus non amplius in ipſis ſiſtere/ſic & reminiſcens & inueſtigans/ corporale aliquid mouet in quo paſſio eſt. Maxime autem turbãtur: quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum. non enim facile pauſat mota: quouſque accedat quod quæritur & recte procedat motus. Vnde & ire & timores cum commoti fuerint: cõtramouentibus iterum his non ſedantur/ſed ad idem contramouent. Et ſimilis eſt hæc paſſio: nominibus & melodijs & orationibus/ cum per os fit aliquod ipſorũ vehemẽter. pauſantibus enim et non volentibus: ſuperuenit iterũ cantare/aut dicere. Sunt autem & ſuperiora maiora habentes/& nani: peius memoratiui q̃ contrarij. propterea ꝙ grauitatem multam habent in ſenſitiuo: & quia neq; a principio motus poſſunt ímanere ſed diſſoluuntur/neq; in reminiſcendo facile recte procedunt. Penitus autem iuuenes/ & multũ ſenes: immemores ſunt / propter motum. hi enim/ in decremento: illi vero/in augmento multo ſunt. amplius autem pueri: & nanoſi ſunt vſque ad longam ętatem. De memoria igítur & ipſo meminiſſe/ quæ ſit natura ipſorum/ & qua earum quæ ſunt animæ meminerint animalia/ & de ipſo reminiſci quid ſit / & quomodo fiat/ & propter quam cauſam: dictũ eſt.

¶ Tralationis veteris de memoria et reminiſcentia Ariſtotelis/ ex gręco recognitę: finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus Aríſtotelis de ſomno & vígilia/ex Grę́co recognita:ad R.P.D. Guíllermum Bricõnetum Epíſcopum Meldenſem.

CAP. I.

DE ſomno autem et vígilia conſyderandum eſt:quíd ſint. & vtrum anímę an corporis própria ſint: an cómunia. & ſi cõmunia: cuius particulæ anímæ vel corporis. & propter quam cauſam ínſint animalíbus. & vtrum communícent omnia ambobus ipſis : an alía quídem ſomno/ alía vero altero ſolũ/ an alía quídem neutro/alía vero vtríſq;. Ad hęc autem/quíd ſit ſomnium : & propter quam cáuſam dormientes ínterdum quídẽ ſomniẽt ínterdũ autẽ non/ vel accidat quidem ſemper dormiẽtíbus ſõniare/ſed nõ meminerint. et ſi hoc fiat : propter quam cauſã fiat. Et vtrũ contíngat futura præuidere:an nõ cõtingat. & qualiter:ſi cõtíngat. & vtrũ agenda ab homine ſolum: an ea quorum dęmonium habet cauſam/& natura fíunt/aut ab euentu. ¶ Prímum ígitur hoc manifeſtum: q̃ circa ídem animalís vígilia eſt & ſomnus. opponuntur enim: & vídetur ſomnus vigíliæ quædam priuatio . nam extrema ſemper & in alíjs/ & ín naturalíbus:círca ídem ſuſceptíbile vídentur fieri/ & eiuſdem paſſiones eſſe. díco autẽ/ veluti víſus cæcítas/ turpitudo pulchrítudo/ſanitas ægritudo/fortítudo debílitas/ auditus & ſurdítas. Amplíus autem:et ex his manifeſtũ. quo enĩ vígilantẽ cognoſcímus: hoc

Vatablus

¶ Aríſtotelis de ſomno & vígilia liber vnus: ad R. P. D. Guíllermum Bríconnetum Epíſcopum Meldenſem verſus/Franciſco Vatablo ínterprete.

DE ſomno & vígilia: hæc conſyderemus oportet . primũ:qd ſint . & vtrum anímę an corpori própria ſint:an vtríſq; cõmunia. & ſi communia ſint:cuí parti tam animæ q̃ corporís credita. & cur tríbuta animalíbus ſint . & vtrum vtrumq; omnibus communicatum ſit:an alteris hoc/íllud alteris ſolum / an alíjs neutrum / alíjs vtrumq;. Tum etiam quid ſit ínſomnium: & quamobrem dormíentes/modo ſomnient modo non ſomnient / aut ſomnient quidem ſemper ſed non meminerint . & hoc ſi fit:quã ob cauſãm fiat. Itẽ: poſſíntne futura præuideri / necne. & ſi poſſint:qua ratione præſentíri queant. & vtrum ea ſolum quę agantur ab homine:an etiam quorum cauſa ſit deus / & natura fiãt/temeritateve alíqua. ¶ Ac primum quídem íllud conſtare arbítror: ad eandem animalís partẽ ſomnum & vígiliam pertinere. quandoquídem oppoſita ínuicem ſunt :& ílle vt priuatio quædam huius habetur. nam ſemper extrema tam ín alíjs q̃ in híſce quę a natura dependent: in eodem recípi/ & eiuſdẽ affectiones eſſe vídentur/ vt ſanitas & morbus/ pulchritudo & fœditas / robur & ímbecíllitas / víſus & cæcitas / auditus & ſurdítas. Itẽ & ex íjs quæ ſequũtur: palã fiet. nã quo vígílare alíquẽ cognoſcímus : eodem & dormire deprę hendimus. qui enim ſentit: eundem vígílare cenſemus. Atq; vigílantem omnẽ cognoſcímus : aut

Vatablus

quia externũ motũ aliquẽ ſentiat/ aut quia inteſtino aliquo feriatur. Si ergo vigilia ipſa in alio nullo q̃ in ſentiẽdo cõſiſtat: certũ eſt quę vigilãt ac dormiunt/eodẽ vigilare ac dormire quo ſentiant. ¶ Cũ autem ſentire ipſum/neq; animę/ neq; corporis proprium ſit (nam ad idem : actus & potentia pertinent. ſenſus autem actu: eſt motio quædã animæ interuentu corporis prouenientis) manifeſtum eſt affectionem hanc/ dico ipſum vigilare/nec propriam animæ eſſe/neque item corporis/ cum corpus inanime ſentire non poſſit. ¶ Porro cum de particulis animę aliubi iam retro definitum ſit/ cumque vegetatrix ſeiuncta a reliquis habeatur/ reliquæ ſine hac ſubſiſtere non poſſint : clarum eſt quæ augentur ſolum & minuũtur vt ſtirpes ac plantæ/ſomno & vigilia deſtitui ſolere / q̃ ſenſu careant/ſiue ſeparabilis ille quidem ſit/ſiue non ſit. nam potentia & ratione: ſeparabilis eſt. ¶ Pari quoque modo conſtat: nullum eſſe animal quod aut ſemper dormiat / aut ſemper vigilet/ ſed vtrunque eidem tributum a natura eſſe. non enim ſi quod animal eſt ſenſu prędituм: neq; dormire id/neq; vigilare contingit. quando vterq; hic affectus: circa ſenſum primi ſenſitiui accidere ſolet. Fieri autem non poteſt/ vt alter horum eidem ſemper inſit: verbi gratia/vt genus aliquod animalis aut ſemper dormiat/aut ſemper vigilet. Nam fieri nequit : vt vllum ſemper vigilet. quando quæcumque munia aliqua naturæ obeunt/ ſimulac tẽporis modum exceſſerint in quãtum ſufficere operi poterant : laſceſcant/ſuccumbantque/& a muneribus quæq; ſuis deſiſtant oportet/vt oculi / manus/ & quicquid aliud functionem aliquam exercere ſolet. Itaq; ſi quid ſentiendi officio fungatur : ſpacio exacto quo continenter gerere & adminiſtrare poteſt / fatiſcet / nec præterea operari valebit. Cum ergo vigilia

Tral.ve.ex græ.recog.

& eũ qui ſomno premitur. ſentientẽ enĩ: vigilare putamus. Et vigilãtẽ omnẽ: aut eo q̃ eorũ quę extrinſecus aliquid ſẽtit/ aut eo q̃ eorũ qui in ipſo motuũ/aliquẽ. Si ergo vigilare in nullo alio eſt q̃ in eo quod eſt ſentire : manifeſtum eſt q̃ quo quidẽ ſentiunt/ hoc vigilant vigilantia/ & dormiunt dormiẽtia ¶ Quoniã autẽ nõ animæ propriũ eſt ſẽtire/neq; corporis (cuius enim eſt potentia : eius eſt & actio. qui vero dicitur ſenſus/ vt actio: motus quidã per corpus/animę eſt) manifeſtũ eſt q̃ neq; animę paſſio propria/ neq; inanimatũ corpus poſſibile eſt ſentire. ¶ Cũ autẽ determinatũ ſit prius in 4.
alijs de ijs quę dicuntur quaſi particulę animæ/ & de nutritiua quidẽ quæ ſeparatur ab alijs/aliarũ vero nulla ſine hac exiſtẽte: manifeſtũ eſt quęcũq; quidẽ vi-
uẽtiũ augmẽto diminutioneq; partici- ſeparabilia
pant ſolũ/q̃ in his nõ eſt ſõnus/neq; vigilia/velut plãtis. nõ enim habẽt particulã ſenſitiuã: neq; ſi ſeparabilis/neq; ſi non ſeparabilis. poteſtate enim et ipſo eſſe: ſeparabilis eſt. ¶ Similiter autẽ: & 5
q̃ nihil eſt quod ſẽper vigilet aut ſemper dormiat/ſed eiſdẽ inſunt animaliũ vtręq; paſſiones hæ. neq; enim ſi eſt animal habens ſenſum: hoc contingit neq; dormire/neq; vigilare. vtraq; enĩ paſſio hæc: circa ſenſum primi ſenſitiui. Non cõtingit autẽ alterũ horũ ſemper ineſſe eidẽ : veluti aliquod genus animalium ſemper dormire / vel ſemper vigilare. Amplius quorumcũq; eſt aliquod opus ſecũdum naturam/quando exceſſerint tempus in quanto poſſunt aliquid facere: neceſſe eſt deficere/vt oculos vidẽtes/ & quieſcere facientes hoc/ ſimiliter autem & manum & aliud omne cuius eſt opus aliquod. Si itaq; alicuius eſt opus ſentire/ & hoc vtique excedat tempus quanto erat potens ſentire cõtinue: deficiet/& non ãplius faciet hoc. Si igitur

Tral. ve. ex græ. recog.

vigilare diffinitur ſolutione ſenſus/ cõtrariorũ vero hoc quidẽ neceſſe eſt adeſſe/illud vero nõ/ vigilare autẽ ei qđ eſt dormire cõtrariũ eſt/et neceſſariũ omni alterũ ineſſe: neceſſariũ vtiq; erit dormire. Si igitur huiuſmodi paſſio eſt ſõnus/ hoc autẽ eſt impotẽtia propter exceſſum vigilandi/vigilãdi autẽ exceſſus quãdoq; ab ęgritudine/ quãdoq; abſq; ægritudine fit/quare impotentia atque diſſolutio ſimiliter erit: neceſſe eſt omne quod vigilat cõtingere dormire. impoſſibile enĩ: ſemper agere. Similiter autẽ: neq; dormire ſẽper quicq; cõtingit. ſomnus enĩ: paſſio ſenſitiuę particulę eſt/vt vinculũ et immobilitas quædã. Quare neceſſe eſt: omne dormiẽs habere ſẽſitiuã particulã. Sẽſitiuũ autẽ: quod poteſt ſẽtire ſecundũ actũ. agere autẽ ſẽſu proprie & ſimpliciter: impoſſibile eſt dormientẽ ſimul. Ideo neceſſariũ eſt: ſomnũ omnẽ excitabilẽ eſſe. ¶ Alia igitur pene omnia ſomno cõmunicant: & natabilia/ & volatilia/ atq; greſſibilia. Etenim omnia piſcium genera/ & quæ malaciorũ/ viſa ſũt dormire: & alia omnia quæcumq; habent oculos. etenim quæ duros habent oculos/ & entoma: manifeſtum q̃ dormiunt. breuis autem ſõni ſunt: huiuſmodi omnia. ideoq; latebũt vtiq; quędã ſępe: vtrum participãt ſomno/vel non. Eorũ autem quæ durã habent teſtam: ſecundũ ſenſum quidem nondũ factũ eſt manifeſtũ ſi dormiunt/ ſi cui vero veriſimilis dicta ratio eſt/ea ſuadebitur. Qz igitur ſomno cõmunicãt omnia animalia: manifeſtũ ex his. eo enĩ q̃ ſenſum habeat: diffinitur animal. ſenſus autẽ modo quidẽ aliquo immobilitatẽ & velut vinculũ: ſomnũ eſſe dicimus. ſolutionẽ autem remiſſionẽq;: vigiliam. ¶ Plantarũ autẽ nullam: poſſibile eſt communicare vtra harum paſſionũ. nam ſine ſenſu quidẽ nõ exiſtit:

Vatablus

exolutione ſenſus finiatur / & contrariorum ſi alterum adſit alterum abeſſe oporteat/ vigilia vero ſomno contraria ſit/ ſitq; neceſſarium cuilibet alterum ineſſe: ſequitur vt ea dormire oporteat. Igitur ſi talis affectio ſomnus eſt/ ſomnus vero impotẽtia quam vigiliæ exceſſus committit/ vigiliæ autem exceſſus interim ab ægritudine pendet interim citra ægritudinem accidit / vnde fit vt quemadmodum exolutio duplex eſt/ ita & impotẽtia duplex haberi poſſit: neceſſarium eſt vt quicquid vigilat dormire aliquando contingat/ quia vt ſemper agat fieri non poteſt. Contra ſimiliter fieri nequit: vt ſẽper dormiat. nam ſomnus: affectio quædã ſenſoriæ partis / quaſi vinculũ quoddã & immobilitas/ exiſtit. Ex quo ſequitur: quicquid dormit ſenſitiuã partẽ habere. Sẽſitiuũ autẽ eſt: quod ſentire actu poteſt. ſẽtire vero actu ſimpliciter & proprie: nemo per quietem poteſt. Nullus igitur ſomnus eſt: qui expergiſcibilis non ſit. ¶ Cętera fere omnia/ pedeſtria/ volatilia/ natatilia: ſomno participant. etenim cuncta piſcium genera/ & ea quę molli cruſta integũtur/ & pręter ea quęcũq; oculos habent: ſoporari cernũtur. nã & qbus oculi duri / & inſecta: dormire palam eſt. quãquã iſthæc omnia: ſomno exiguo contenta ſunt. vnde fit etiam: vt ſæpenumero quempiam lateat vtrũ obdormiſcant / necne. Vtrum vero teſtacea ſopore offundantur: nõdum ſenſu quidem cognitum fuit/ ſed ratione tamen ea quam prędiximus/ ſi cui probabilis videatur/ perſuaderi id poteſt. Somnũ igitur animalibus cõmunicatũ omnibus eſſe: hac ratione pateſcit. nam animal eo finiri ſolet: q̃ ſenſum habeat. ſenſus vero immobilitatẽ quandam & quaſi nodum & vinculum: ſomnum eſſe dicimus. cõtra exolutionem atque relaxationem: vigiliam. ¶ At plantis: neutra harum affectionum cõmunicari poteſt. quippe cũ citra ſenſũ:

Vatablus

neq; ſomnus eſſe/neq; vigilia poſ ſit. At quibus ſenſus ineſt: eiſdem & dolor & voluptas cõcedi debet. quibus vero dolor & voluptas: eiſ dem & cupiditas. Plantis autem: nihil horũ tribui poteſt. Argumen to: q̃ facultas quæ nutrit & vege tat/munus ſuum melius conſopi tis q̃ vigilãtibus animalibus abſol uat. tunc enim probius & aluntur & augentur: vt quæ nihil ad ea/ ope ſenſus egeant. CAP.II.

QVr autem dormiant & vigilẽt/& per quẽ ſenſum/aut per quos ſi per plures id eue niat: conſyderãdum eſt. Cum animalium quibuſdam ſenſus omnes inſint/ quibuſdam non omnes vt viſus / ſed cunctis tactus & guſtus/niſi quid imperfe ctum laceſſitumque ſit/de quibus omnibus in libris de anima dictũ eſt/fieri autem ſimpliciter non poſ ſit vt dormiens animal vllo ſenſu abuti queat: patet neceſſarium eſſe in ſomno eandem omnia ſubire conditionem. nam ſi partim eo dem modo afficiantur/partim di uerſo: hac nimirum ratione fiet vt per quietẽ animal ſentiat. id quod impoſſibile eſt. ¶ Porro cum natu ra ſingulis ſenſibus propriũ quid iniunxerit/& in omnes commune quid ſparſerit/ proprium vt viſui videre auditui audire & reliquis ad eundem modum/ commune vim quandã promiſcuã quæ om neis comitatur qua animal & vi dere & audire ſe ſentit (non enim viſu ſe videre videt/ nec viſu aut guſtu iudicat iudicareve poteſt di ſtare dulce ab albo neque ſeorſum neque ſimul vtroq; ſed particula quadam communi quæ adiuncta ſenſibus omnibus ſit. nam ſenſus vnus eſt/ & etiã principale ſenſo rium vnum: ratio tamen ſenſioni cuiuſque generis vt ſoni & colo ris non vna / ſed alia & alia. hæc autem: cum tactu maxime coniũ cta eſt. nam tactus/ a cæteris ſen ſibus diuelli poteſt: ab hoc/ cæte ri non poſſunt. quæ omnia : in

Tral.ve. ex græ.recog.

neq; ſomnus/neq; vigilia. Quibus vero ineſt ſẽſus: & triſtari et gaudere. quibus vero hęc: et cõcupiſcẽtia. Plãtis autẽ: ni hil horum ineſt. Signũ autẽ: quoniã & opus ſuum facit nutritiua particula in dormiẽdo magis q̃ in vigilãdo. nutriũ tur autẽ & augẽtur tũc magis: tãq; nihil egentia ad hæc/ſenſu. CAP.II.

QVare autem dormiũt & vigilant/et propter qualem quẽdam ſen ſum/vel quales ſi pro pter plures: conſyde randum. Quoniã ve ro quædam animalium habent ſenſus omnes/ quędam vero nõ habent vt vi ſum/ tactum autem & guſtum omnia habẽt/ niſi ſi quod animalium imper fectum/dictum eſt autem de his in ijs quę de anima/impoſſibile autẽ ſimpli citer qualicũq; ſenſu ſentire qđ dormit animal: manifeſtũ eſt q̃ omnibus neceſ ſariũ ineſſe eandẽ paſſionem in vocato ſomno. nã ſi hacquidẽ/hac vero nõ: hac dormiẽs ſentiet. hoc autem: impoſſibile eſt. ¶ Quoniã autem exiſtit ſecundum vnũquenq; ſenſum hoc quidem aliquid proprium/illud vero aliquid cõmune/ propriũ quidem velut viſui videre/ au ditui autẽ audire/& alijs ſecundũ eun dum modũ/eſt autẽ quædã et cõmunis potentia ſequens omnes qua & q̃ videt & audit ſentit (nõ enim viſu quidẽ vi det q̃ videt/& iudicat vtiq; & poteſt di ſcernere q̃ alia quidem dulcia ſunt ab albis/nec guſtu/nec viſu/nec ambobus: ſed quadam communi particula omni um ſenſoriorum. nam eſt quidem ſen ſus vnus/& principale ſenſorium vnũ: eſſe autẽ ſenſui generis cuiuſlibet aliud velut ſoni & coloris. hæc autem: ſimul tactiuo maxime ineſt. hoc enim ſepa ratur ab alijs ſenſorijs: alia vero ab hoc inſeparabilia ſunt. dictum eſt autem

Tral. ve. ex græ. recog.

de ipſis: in ijs quę de anima/ theorematibus) manifeſtũ igitur eſt ꝙ huius eſt paſſio/ vigilia et ſomnus. Quapropter: & omnibus ineſt animalibus. etenim tactus: ſolus omnibus. Nã ſi eo ꝙ omnes patiuntur aliquid ſenſus/ fieret dormitio: inconueniens eſſet quibus neq; neceſſe neq; poſſibile eſt aliquo modo agere ſimul/ hos vacare ſimul & immobiles exiſtere. contrariũ enim rationabilius accideret eis: q̃ ſimul quieſcere. Quemadmodum autem nũc dicimus: rationabiliter ſe habet & de his. nam cum principale aliorum omnium ſenſoriorũ/ & ad quod tendunt alia/ patitur aliquid: compati neceſſarium & reliqua omnia. illorum autem cum aliquod impotens eſt: nõ neceſſe eſt hoc impotens fieri. ¶ Manifeſtum autem eſt ex pluribus: ꝙ non in ſenſus ſine operatione eſſe & non vti ipſis/ ſomnus eſt/ neq; in non poſſe ſentire. Nã & manifeſte: in animæ defectionibus/ tale quid accidit. impotentia enim ſenſuum: animæ defectio. Fiunt autem: & amentiæ quædam huiuſmodi. Amplius autem: quibus in collo venæ appręhenduntur/ inſenſibiles fiunt. Sed: quando impotentia vſus/ neq; in quouis ſenſorio/ neq; per quãuis cauſam/ ſed quemadmodum dictum eſt nunc/ in primo quo ſentit omnia. cum enim hoc quidẽ impotens fuerit: neceſſe eſt & ſenſoria omnia impotentia eſſe ſentire. cum vero illorũ aliquod: non eſt hoc neceſſe. ¶ Propter quam vero cauſam accidit dormire/ & cuiuſmodi paſſio eſt: dicendum. quoniam modi plures ſunt cauſarum. Nam & cuius gratia/ & vnde principium motus/ & materiã/ & rationẽ: cauſam eſſe dicimus. ¶ Primũ igitur quoniã naturam dicimus gratia alicuius facere/ hoc autẽ bo

Vatablus

commentariſs de anima explicata ſunt) hinc profecto conſtat ſomnum & vigiliam/ affectionem huius eſſe. Ideoque: animalibus cunctis ineſt. etenim tactum vnum: omnia poſſident. Nam ſi ſopor irrepat/ quia ſenſus omnes afficiãtur: abſurdũ ſane fuerit eos ſimul feriari & immobiles pſiſtere quos neq; neceſſe eſt neq; poſſibile quodammodo/ ſimul in opera eſſe ac pelli. cũ magis cõſentaneũ videatur vt ſimul operentur: q̃ vt ſimul quieſcant. Quod autem nunc de hiſce dicimus: rationi conſonum eſt. nam cum ſenſus qui cæteris aliis præeſt/ & quo cæteri ſeſe conferunt/ afficitur: neceſſario & reliqui omnes conſentiunt. at ſi quiſpiam ex iſtis elãgueſcat & impotens ſentiendi reddatur: non continuo neceſſe eſt illũ flacceſcere & viribus deſtitui. ¶ Conſtat autem multis argumentis: ſomnum non ea re cõſiſtere ꝙ ocioſi ſenſus ſint nec eis vtatur animal/ ꝙq; ſentire nõ poſſint. Nam cum quis animo linquitur: tale quid euenire cõſtat. quando defectus animæ: non niſi nexus quidã & impotentia ſenſuũ eſt. Idem: & in deliriis quibuſdam cõtingere poteſt. Præterea: quibus venæ iugulares appræhenduntur aſtringũturq; eripi ſenſus aſſolẽt. Verũ impotentia ſentiendi/ ſi non quacunq; de cauſa obueniat/ neq; in quouis ſenſu ſit/ ſed ſicuti nuper dixi/ in primo ſenſu quo animal omnia percipit: ſomnus eſt. nam cum iſte laſſatur: neceſſario & cæteri ſenſus actus ſuos exercere non poſſunt. cõtra/ ſi quis ex illis impotens reddatur: nõ protinus neceſſe eſt idem huic euenire. ¶ Sed qualis affectio ſomnus ſit/ & quã itẽ ob cauſam dormire animalia cõtingat: dicendum eſt. quando: cõplura haberi cauſarũ genera/ certũ eſt. Nã & id cuius gratia quippiã ſit/ & id vnde motus origo pẽdeat/ & materiam/ & rationem: cauſas appellitare ſolemus. ¶ Ac primum quidem cum naturã ſemper agere gratia alicuius id eſt bo

Vatablus

ni dicamus / quietē vero vtilē eſſe atq; adeo neceſſariā ijs omnibus q̄ moueri quidē nata ſūt/ſed ſemp & cōtinue moueri cū voluptate ne queūt/cūq; ob veritatē ipſā trāſlatio hæc vulgo recepta ſit vt ſōnus quietis nomine deſignetur : ſomnus profecto ad ſalutem iunctus animalibus fuit. Vigilia vero: rationē finis obtinet. nā ſētire & ſapere: finis omnibus eſt quibus alterū eorū competit. hęc enim: optima ſunt. finis autem: optimus eſſe ſolet. ¶ Item ſomnus animali cuiq; neceſſarius eſt: non quidem ſimpliciter/ ſed ex ſuppoſito & adiūctione. nam ſi animal naturam ſuam ſeruare ac tueri debeat: neceſſario quædām adeſſe ei oportet/ quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſūt. ¶ Poſt hęc reſtat dicēdū : quo motu actioneve corporū antegreſſa/ dormire animalibus obueniat/ aut etiam vigilare. Plane cætera animalia/ quæ nimirum ſanguine carent/ eandem quam quæ prædicta ſanguine ſunt aut proportionalem cauſam ſomni habere/ ſanguinea vero eam ipſam quam homines: arbitrari addecet. Quare: per hæc de omnibus contemplemur oportet. Principium ſenſus eadem parte oriri qua & principium motus: definitum ſupra alitubi eſt. hoc autē: e tribus determinatis diſtinctiſq; locis/ in eo cōtineri ſolet qui inter caput & aluum medius ſit. Principium igitur mouendi: in ijs quæ ſanguinē habēt/ partem eam quę circū cor eſt/ obtinet. nā quæcūq; ſāguinē habēt: habēt & cor/ a quo motus ſēſuſq; principis origo atq; initiū pēdet. Motus igitur & ſpiritus & omnino refrigerationis principium: in corde/ vt patet/ collocatum eſt. Quin & ipſa natura tam parteis eas quę ſpirationi deſtinatę ſunt/ q̄ quæ refrigerio qđ ab humore peti ſolet: ad calorem partis huius ſeruandū tutādumq; cōcinnaſſe videtur. Sed de refrigeratione : infra/ ſuo dicemus volumine. In ijs vero quæ carent ſanguine/ & inſectis/ & ijs quę ſpi

Tral.ve. ex græ. recog.

num aliquod/ quietē vero omni quod natum eſt moueri/ nō poteſt autē ſemper & continue moueri cū delectatione/ neceſſariam eſſe atq; vtilem/ ſomno quoq; propter ipſam veritatē coaptāt metaphoram hanc tanquam requies ſit: quare propter ſalutem animalium exiſtit. Vigilia vero: finis. nam ſentire & ſapere: omnibus finis quibus ineſt alterum eorum. optima enim: hæc. finis vero: optimus. ¶ Amplius autem 13
neceſſarium eſt vnicuique animalium ineſſe ſomnum: dico autem ex ſuppoſitione neceſſitatem. quoniam ſi animal erit habens ſuam naturam/ ex neceſſitate ineſſe quædam ei oportet/ & his exiſtentibus alia exiſtere. ¶ Amplius 14
autē quali motu & actu in corporibus facto accidit vigilare et dormire animalibus: poſt hęc dicēdū. Alijs igitur animalibus/ quemadmodum non habentibus ſanguinem/ exiſtimandum cauſas eſſe paſſionis vel eaſdē vel proportionales: ſanguinem vero habentibus/ quæ quidem hominibus. Quare: ex his omnia ſpeculandum. Q̄z igitur ſenſus principiū ſit ab eadem parte animalibus a qua quidem & motus: determinatū eſt prius in alijs. ipſa vero: eſt triū determinatorum locorū qui medius eſt inter caput & inferiorē vētrem. Habentibus igitur ſanguinem: hoc eſt quæ circa cor pars. omnia enī habentia ſanguinem: cor habent. & principium motus & ſenſus principalis: hinc eſt. Motus igitur & ſpiritus principium & omnino refrigerationis: manifeſtum q̄ eſt hic. Et reſpirationem autem / & humido refrigerationem: ad ſalutem eius qui eſt in hac particula caloris/ natura tribuit. Dicetur autem de ipſa: poſtea ſecundum ſe. Non habentibus vero ſanguinem & entomis/ & non ſuſcipientibus ſpi-

Tral. ve. ex græ. recog. Vatablus

ritum: in proportionali plantatus ſpiritus inflans & reſidēs videtur. palam autem hoc: in ijs quę ſunt totala/puta veſpis/& apibus/& muſcis/& quęcūqꝫ huiuſmodi ſunt. Quoniā autem mouere quidem aliquid aut facere ſine robore non eſt poſſibile/vigorē autē facit ſpiritus detentio/reſpirātibus quidem quæ deforis/non reſpirātibus vero quæ cōplātata: ideo & bōbare alata videtur cū mouētur/attritione ſpiritus offēdētis ad ſuccinctoriū totalorū. Mouetur autem omne: aliquo ſenſu facto proprio vel alieno in primo ſenſorio. Si vero eſt ſōnus et vigilia paſſio ꝑtis huius: in quo quidē loco/et in qua particula prima fit ſōnus & vigilia/manifeſtū. Mouētur autē ꝙdā dū dormiūt/& faciūt multa quę vigilātiū ſūt: nō tamē abſqꝫ phātaſmate et aliquo ſēſu. ſōniū enī: eſt quodāmodo ſēſamentū. Dicēdū eſt autē poſtea: de ipſo. Cur vero ſomnia meminerūt expergefacti/vigilū vero acta nō meminerūt: in problematicis dictum eſt. CAP. III.

Onſequens autem eſt ea quæ dicta ſunt: aggredi quibus factis/& vnde principiū paſſionis fit/vigilādi et dormiendi. Palam itaque eſt: ꝙ/quoniam neceſſarium eſt animali cum ſenſum habet tunc primo nutrimentū ſuſcipere & augmentum/nutrimentum autem eſt omnibus vltimum ijs quidem quæ ſanguinem habent ſanguinis natura/ijs vero quę ſanguinem non habent proportionale/locus vero ſanguinis venæ/harum autē principium cor/palam autē quod dicitur eſt ex anatomis: deforis quidem alimēti ingredientis in ſuſceptiua loca fit euaporatio ad venas/ibi vero permutatum in ſanguinem ver-

rare non ſolent: facultatis motricis regia in eo eſt quod vice cordis ſubrogatur. nam ea in parte: ſpiritus quidam inſitus attolli vicibus & ſubſidere cernitur. quod: facile deprehendi poteſt in totipēnibus/qualia ſunt veſpæ/apes/muſcæ/& cætera generis eiuſdem. Quoniaꝫ autē animalia nec mouere quicquā nec agere ſine intenſione virium poſſunt/intenduntur autē vires retentione ſpiritus/ijs quidē quæ ſpirant extrinſecus accerſiti/ijs vero quę nō ſpirāt inſiti: hinc profecto euenit vt totipennia ipſa quoties ſe mouent/attritu ſpiritus ad ſeptum trāſuerſum offendētis/bombos illos ædant. Mouētur autem omnia: ſenſu quodam ſiue familiari ſiue peregrino in primo ſenſorio/facto. Qz ſi ſomnus & vigilia partis huius affectiones ſint: quo in loco/et qua primum particula cōtingere ſoleāt/apertū eſt. Sunt etiam qui dormientes reſurgunt/& plæraqꝫ agunt qualia cum vigilant/ſolent: quod tamen ſine viſione aliqua aut ſenſu contingere nō poteſt. nā ſomniū quodāmodo ſēſum eſt. Sed de ſōnio inferius diſſeretur. Cur autē experrecti inſōnia meminerint/quæ vero per ſomnum quaſi vigilantes geſſerint/non meminerint: explicatum in problematis eſt.

CAP. III.

Roximum ab ijs quę diximus/eſt: vt quibus factis/et vnde affectionis huius origo/ſomni inquam & vigilię proueniat/tractetur exponaturqꝫ. Sane cum animal vbi ſenſum habet tum primum ali & creſcere oporteat/ſitqꝫ alimētum nouiſſimum ſanguineis ſanguis/exanguibus quod ſānguini proportione reſpondet/atqꝫ venæ conceptacula ſanguinis ſint/venarū autem initium cor/id quod ex diſſectionibus perſpici poteſt: cibum vtiqꝫ illū qui per os ingeri ſolet/in loca ſua receptū euaporari in venas/inibiqꝫ mutatū in ſāguinē ver

Vatablus

ti/& mox principium ipſum adire conſtat. Quæ quāq; in libro de alimento dicta ſunt: nūc tamen repeti oportet/ ad hoc vt principia motionis contemplemur/ & quid ſuſtinente parte ſenſitiua ſomnus & vigilia contingat. Nec enī ſomnus: quæcunq; impotentia ſenſuū eſt/ vt diximus. nam & dementia/ & prę̄focatio/ & animi defectus: talem impotentiam adferre poteſt. Iam vero accidit: vt & quidā per forte animi deliquium/ quippiam imaginarentur. Hoc igitur: aliquā habet cōtrouerſiam. Nam ſi defectum animo dormire contingat: continget etiam vt imaginatio illa inſomnium ſit. Porro: multa dicunt qui ita vehemēter tentātur/ quiq; extinctorum ſpeciem prę̄ferunt. De quibus omnibus eādem eſſe rationem: putādum eſt. Sed enim/ vti iam diximus/ non omnis impotentia ſentiendi ſomnus eſt: ſed ea ſolum quam diuaporatio committit alimēti. quod enim ſurſum halat: quadātenus attolli/ deinde regredi ac refluere inſtar Euripi neceſſe eſt. nam animantis cuiuſque calidum: in ſublime natura fertur. at vbi eo loci ſubuectū eſt: mox vniuerſum reciprocat/ ac deſcendit. ¶ Quamobrem: ſomnus maxime poſt cibum fieri ſolet. tunc enim copioſus humor & corpulentus: ſurſum commeat. Qui cū cōſiſtit: caput aggrauat/ & addormiſcere facit. cum vero iam deſcendit/ & reciprocando calorem repulit: tum ſomno ſepultum iacet dormitque animal. Hęc autem: vel ſomnifica ipſa indicāt. omnia enim/ ſiue poculenta ſint/ ſiue eſculenta/ grauedinem capiti adferunt: vt papauer/ mandragoras/ temetum/ lolium. Ad hunc item modum affecti videntur/ qui ſoporantur dormitantque: quia nec caput erigere/ nec palpebras attollere queunt. Et maxime a cibis: ſomnus talis extat. tunc enim multa exhalatio confit. Præterea: a fatigationibus nonnullis. nam fatigatio: colliquādi vim obtinet.

Tral. ve. ex græ. recog.

titur/ & vadit ad principiū. Dictū eſt autē de his/ in ijs quæ de nutrimento: nūc autē repetendū eſt de ipſis/ huius gratia vt principia motus ſpeculemur/ et quid patiēte particula ſenſitiua accidit vigilia et ſōnus. Nō enī eſt ſomnus: quælibet impotētia ſenſitiui/ vt dictū eſt. etenī amētia/ & ſuffocatio aliqua/ & animę defectio: facit huiuſmodi impotentiā. Iā autē facta fuit phātaſia: quibuſdā defectum animæ patiētibus fortiter. Hoc igitur: aliquā habet dubitationē. Si enim contingat obdormire defectionē animæ patientē: continget vtiq; ſomniū eſſe & phātaſma. Multa autē ſunt: quę dicūt qui vehemēter animo defecerūt/ & q̄ viſi ſūt mortui eſſe. De quibus ōnibus: eandē eſſe rationē exiſtimandū eſt. Sed vt diximus/ non eſt ſomnus impotētia omnis/ ſenſitiui: ſed ex euaporatione circa nutrimentū paſſio fit hæc. neceſſe enim quod euaporatur/ aliquo vſq; impellī: deinde cōuerti & permutarī ſicut Euripū. calidum enim cuiuſq; animalium: ad ſuperiora natum eſt ferri. cum autem in ſuperioribus locis fuerit: multum ſimul iterum reuertitur/ ferturq; deorſum. ¶ Et ideo: maxime fiūt ſomnī/ a nutri 18
mento. nā repēte tūc multa humiditas & corpulēta: ſurſū fertur. Cōſtans igitur: grauat/ & facit dormitare. cū vero deorſū fluxerit/ & reuertēdo repulerit calorē: tūc fit ſōnus/ et animal dormit. Signū autē horū: & ſōnifera. ōnia enī grauedinē capitis faciūt & potabilia et comeſtibilia: vt opiū/ mādragoras/ vinū/ & loliū. Et qui deorſum ferūtur & dormitant/ hoc videntur pati: & non poſſunt leuare caput & palpebras. Et poſt cibaria maxime: talis ſomnus. multa enim: quæ a cibis euaporatio. Amplius autem: ex laboribus quibuſdam. nam labor quidem: colliquatiuū

Tral. ve. ex græ. recog.

collíquamen vero: fit quemadmodum nutrimentum indigeſtum/ ſi non frigi dum ſit. Et ęgritudines quędam/ illud idem faciunt: quæcũq; a ſuperfluitate calida & humida, vt accidit febricitan tibus & lethargicis. Amplius autem: prima ætas, pueri enim dormiunt ve hementer: eo q; nutrimentum ſurſum fertur omne. Signũ autẽ: q; magnitu do ſuperiorum excedit ad inferiora in prima ętate/ eo q; ad hæc fiat augmen tum. Propter hanc vero cauſam: & epi leptici fiunt. ſimile enim eſt ſomnus: epilepſi. Et ideo: accidit multis princi pium huius paſſionis / dormientibus. & dormiẽtes quidem/ capiuntur: vigi lantes vero/ nõ. Cum enim multus fer tur ſpiritus ſurſum: deſcendendo rur ſum venas tumefacit/ quibus coarctat
17 porum quo reſpiratio fit. ¶ Ideo: pue ris non conferunt vina / neq; nutrici bus. differt enim nihil forſitan: ipſos bibere/ vel nutrices. ſed oportet bi bere aquaticum & modicum. ſpiri tuoſum enim: vinum, huius autem ma gis: nigrum. Ita vero ſuperiora plena ſunt nutrimento pueris: q; quinq; men ſibus neq; vertũt collum. quemadmo dum enim ebrijs: ſurſum fertur humi ditas multa. Rationabile autem eſt: hanc paſſionẽ eſſe cauſam quare quie ſcunt in matricibus embrya primum.
18 ¶ Et omnino amatores ſomni ſunt: qui occultas habent venas/ & nani & magna capita habentes. Nam horum venæ: anguſtæ / ita vt non facile diſ fluat quæ deſcendit humiditas. Na noſis vero magnaq; capita habẽtibus: ſurſũ ipetus multus & euaporatio fit.
19 ¶ Manifeſtas vero habẽtes venas: nõ ſõnolenti/ propter amplitudinẽ vena rum/ niſi aliquam aliam paſſionẽ ha buerint contrariam. Neq; melãcholi ci, infrigidatus enĩ eſt: locus interior,

Vatablus

colliquamẽtum autem: vicem in cocti alimenti/ niſi frigidũ ſit/ prę ſtare ſolet. Quidam etiam morbi/ hoc idem faciunt: qui ab humido & calido excremento proueniunt. quemadmodum in febre & lethar go euenit. Item: prima ætas. nam pueri alto ſopore premũtur: quia alimentũ omne ſurſũ reſpirat. Cu ius rei ſignũ eſt: q; per id ętatis/ ſu periora proportione inferiorũ ma xima ſunt / quia incrementũ illo contẽdat. Nec alia de cauſa: mor bo comitiali obnoxij ſunt. is enim morbus: perſimilis ſomno eſt. Et iccirco: huiuſce peſtis exordium/ plæriſq; per quietem accidit. qui poſtea dum dormiunt/ ea corripi ſolent: dum vigilant/ non ſolent. Cum enim larga ſpiritus copia in ſublimẽ effertur: vbi rurſum deſcẽ dit/ venas extumefacit & inflat / quibus meatum ſpirabilem com primit atq; intercludit. ¶ Hinc: vinum pueris vtile non eſt / nec etiam nutricibus (nihil enim forte intereſt: nutrices an pueri ebibãt) niſi dilutum & modicum hauria tur. nam vinum: ſpiritoſum eſt/ præſertim atrum. Et vſq; adeo ſu periora pueri plena cibo continẽt: vt quinq; mẽſium ſpacio collum obuertere nequeant. quippe cum illis/ haud ſecus q̃ ebrijs: multus vapor ſurſum ad caput feratur. Quam affectionem / cauſam eſſe cur initijs fœtus intra matris vte rum quieſcant: rationi conſonum eſt. ¶ Atq; in totum ſomniculoſi ſunt: qui condítas venas habent/ & qui forma pomilionis & capite pręgrãdi ſunt. Nã ij quorũ cõditę ſũt venæ: eas graciles & anguſtas habent/ adeo vt humor ęgre deci dat & refluat. Pomiliones vero & quorũ vaſta ſũt capita: multã di uaporationẽ atq; effluẽtiã quæ ad parteis ſuperas viã capeſſit. ¶ At qui venas gerunt æditas: propter ãplitudinẽ & latitudinẽ meatuũ/ ſomnolẽti nõ ſu nt/ niſiquã aliam cõtrariam ebiberint affectionem. Neque item melancholici. nam locus interior: refrigeratus eſt.

Vatablus

Quare: in eis euaporatio multa nõ fit. ob idq; edaci auiditate labo rãt/ cũ sint aridi. nã eorũ corpora ita affecta sũt: quasi re nulla fruã= tur. Porro bilis atra q̃ naturaliter frigida est: altricẽ officinã refrige= rat/ & alias parteis in qbus recre= mentũ hoc potẽtia ineſt. ¶ Quare ex ijs quę dicta sunt apertũ est: sõ= nũ esse coitũ quẽdã caloris ad in= tima refugiẽtis/ & naturalẽ antipe ristasin circũobsistentiãq; propter eã/ quã diximus/ causã. Quocirca q sõno p̃mitur: in motu & agitatu vario est. Vnde: & deficit/ et refrige ratur. atq; ob frigus: palpebrę de= cidũt. Quinetiã partes superiores & extimæ/ frigent: contra inferio= res & intimæ/ vt pedes & quæ in= trinsecus cõtinentur/ incalescunt. ¶ Quãq; cur ita/ dubitabit aliquis: q; a cibo profundissimus sõnus ob repat/ & vina soporifera sint & cæ tera quibus cõsimilis caliditas ad= est/ nec rationi cõsonũ esse videa= tur/ vt sõnus refrigeratio sit/ & cau= sę sõni calidæ. Vtrũ igitur hoc/ eo accidit: q; quẽadmodũ vẽter ina= nis calidus est / sed cum oppletur motionis ratione refrigescit / ita meatus & loci in capitẽ positi eua poramento cõmeãte refrigerãtur? An quẽadmodũ aqua calida perfu= si/ repẽte inhorrescimus: ita illic fri gus ascẽdẽte calore collectũ / par= teis eas refrigerat/ & calorẽ natura lẽ debilitat ac subterfugere cogit? Pręterea an quẽadmodũ cõgestu li gnorũ ignis restiguitur: ita multa alimonia quã calor subuehit/ supi= oribus se imiscẽte calor naturalis elãguescit/ donec vtiq; illa cõcocta perfectaq; sit? Fit enĩ sõnus/ sicuti dictũ iã est: corpulẽto quopiãvi ca loris in sublimẽ per venas euecto. qđ cũ diutius eo loci persistere nõ potest/ sed copia exuperãte aggra uatur: rursũ depelli & ad ima fluere solet. quapropter & ipsi hoies corruũt (animaliũ eĩ: homo vnus erectus est) calore qui eleuãdi mu= nere fungebatur/ subtracto. atq; simulac cor incidit: mentẽ aufert/ deinde imaginationes & visa fug

Tral.ve. ex græ. recog.

Quare: non fit ipsis multitudo euapo= rationis. propterea: & edaces duri ex= istentes. quẽadmodũ enĩ nullo fruẽtia: afficiũtur corpora eorum. Nigra vero cholera/ cum naturaliter sit frigida: & nutritiuum locũ frigidũ facit/ & alias particulas vbicunque existit potestate huiusmodi superfluitas. ¶ Quare ma= nifestũ est ex ijs quæ dicta sunt: q; som nus est quidã conuentus caloris intro/ & naturalis reciprocatio propter di= ctã causã. Ideo multus: motus dormi= entis. Vnde: & deficit/ & infrigidatur. & propter frigiditatẽ: cõcidunt palpe= brę. Et superiora quidẽ infrigidata/ & exteriora: interiora vero & inferiora/ calida/ velut quæ circa pedes & quę in= trinsecus. ¶ Quãq; vtiq; dubitabit ali quis: quia post cibũ fortissimus fit som nus/ & est somniferum vinum & alia huiusmodi caliditates habentia/ est au tem non rationabile/ somnum quidem esse infrigidationẽ/ causas autẽ dormiẽ di calidas. Vtrũ ergo hoc accidit: quia quẽadmodũ vẽter vacuus cum sit cali= dus est/ repletio vero ipsum infrigidat propter motũ/ sic & qui in capite pori & loca infrigidãtur sursum lata eua= porationẽ? An quẽadmodum perfusis calido/ subito horror fit: ita & ibi/ ascẽ= dẽte caliditate/ cõgesta frigiditas infri= gidat/ & qđ secũdũ naturã calidũ facit languescere & secedere? Amplius autẽ multo incidẽte nutrimẽto quod calor subleuat: quẽadmodũ ignis ĩpositis lĩ= gnis/ infrigidatur/ quousq; digeratur? Fit enĩ sõnus/ quẽadmodũ dictũ est: dũ corpulentũ sursũ fertur a caliditate per venas ad caput. cũ vero amplius nõ po test/ sed multitudíne excedit qđ eleua= tũ est: iterũ repellitur & deorsũ fluit. i= deo cadũt hoies: subtracto calore q; sur sũ ferebat. solũ enĩ animaliũ: rectũ. et ici dẽs q; dẽ/ desipiẽtiã facit: postmodũ vero

Tral. ve. ex græ. recog.

phãtaſiã. An dictę qdẽ nũc ſolutiões/ cõtingẽtes qdẽ ſũt vt fiat infrigidatio: verũenímuero dominus eſt locus q̃ circa cerebrũ/ quemadmodũ dictũ eſt ín alijs? Omniũ enim q̃ in corpore/frigidíſſimũ: cerebrũ. nõ habentíbus vero: quæ ęquiualet huic pars. Quẽadmodũ igitur humidũ qđ euaporat a ſolis caliditate/ cũ venerit ad ſupremũ locum/ propter frigiditatẽ ipſius infrigídatur/ & conſiſtẽs deorſum fertur factũ rurſus aqua: ſic in eleuatione calidi ad cerebrum/ſuperflua quidem euaporatio ín flegma conſiſtit (ideo: & catarrí vídentur ex capite fieri) nutritiua vero & non ægrotatiua deorſum fertur cõſiſtens/ & refrigerat calidum. Ad infrigidandum vero & non facile ſuſcipiendum euaporationem: confert & tenuitas & anguſtia venarum quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hæc eſt cauſa: quanq̃ euaporatio excedat calídítate. ¶ Expergiſcũtur autẽ: cũ digeſtío facta fuerit/ & obtínuerit q̃ impacta fuerit caliditas in ãguſto multa ab eo qđ circũſtabat/et díſcretus fuerit cor pulẽtior ſanguis atq; purior. Eſt autẽ tenuiſſimus quidẽ ſanguis & puriſſímus/qui ín capite: dẽſiſſimus & turbidíſſimus/qui in inferioribus partibus. Omnis vero ſãguinis príncipiũ/ ſicut dictũ eſt hic et in alíjs: eſt cor. Horũ autẽ q̃ ín corde: vtríſq; thalamis cõmunis qui medius. quorum vterq; ſuſcipit ex vtraq; vena: & ea quę vocatur magna/ & ea quæ aorte. in medío vero: fit díſcretio. Sed díffinire quidẽ de his: alijs ſermonibus eſt cõueniẽtius. Quía vero fit maxime ſãguis poſt nutrimẽtí oblationem/ indíſcretus: ſomnus fit/quoad ſecernatur ſãguinis quod quidẽ puriſſímũ ſurſum/quod vero turbidíſſimum deorſũ. cũ autẽ hoc accíderit: expergiſcũtur/abſoluta a nutrimẽti grauitate.

Vatablus

gerat. An ſolutiones quas modo díxi/ cauſas cõtinẽt propter quas refrigeratio fieri queat: ſed tamẽ locus ille qui circíter cerebrum habetur/ín ea re cõmittenda príncipatũ obtinet/ vti alio loco díximus? Nã cerebrũ: partiũ omniũ corporis frigidiſſimũ eſt. in ijs vero q̃ carẽt cerebro: id qđ vicẽ eius tenet. Quẽadmodũ ígitur cũ humor exhalat & calore ſolis in ſublíme fertur/ vbi ſupernũ aeris locũ ſubíerit/ prę rigore loci refrigeratus cõſiſtit/ac denuo in aquam cõuerſus in terrã defluit: ita cũ calor ad cerebrũ eleuatur/ excrementítia díuaporatio in pituitã & ſaniẽ cõcreſcit (quãobrem: & fluxiones ex capite oriri vídemus) alimẽtaría & non morbida conſiſtit deſcẽditq;/ & feruorem cordís delapſa refrigerat atq; moderatur. Ad refrigerationẽ vero & difficilẽ ſuſceptionẽ euaporationís: gracilítas & anguſtia venarũ cõducit q̃ circa cerebrũ ſũt. Hęc ígitur cauſa eſt: cur euaporatio/ etiã ſi immodice caleat/ refrigeretur. ¶ Expgiſcitur animal: quãdo abſoluta cõcoctio eſt/ & calor qui ambiẽtis frigoris opera ex amplo in arctũ coierit eutcit/atq; ſanguinẽ feculẽtũ a ſyncero díſcreuit. Eſt autẽ tenuiſſimus & puriſſímus ſãguis/q̃ in capite cõtinetur: cõtra craſſiſſimus & turbidiſſimus/ qui partibus cõmíttitur inferioribus. Omnís autẽ ſãguinis origo/ cor eſt: quẽadmodũ tũ hic/tũ aliubi díximus. Ex tribus porro vẽtriculís q̃ habẽtur in corde: is q̃ ín medio eſt/ vtríq; extremo cõmunis exiſtit. atq; extremi ſpecus: ſãguinẽ ab vtraq; vena/ maiore & aorta/ recipíunt. in medio autem ſinu: díſcriminatio illius fit. Sed de his: aptius alio loco definitur atque determinatur. Quoniam autem ſanguis maxime poſt íngeſtos cíbos indíſcretus fit: tum ſomnus obrepít/ & tãdiu edurat quoad ſãguis purus ad parteis ſuperas/ turbulẽtus ad inferas ſequeſtratus delegatuſque ſit. quo facto: animal ab onere cíbi abſolutũ/ excítatur.

Vatablus

Dictū eſt quæ cauſa dormiẽdi ſit: inſiti ſcilicet caloris vniuerſim ad primū ſenſorium cõfugientis antiperiſtaſis/quæ corpulenti vaporis a natiuo calore ſubuecti opera prouenit. tum etiam quid ſit ſomnus: nempe nexus & vinculū primi ſẽſorij/vt ſuo fungi munere nõ poſſit. Id quod: neceſſario quidem fit (nam animal eſſe nõ poteſt: niſi ea contingant quibus ipſum perficiatur) at ſalutis gratia. quoniam quies: animal tuetur atque conſeruat.

¶ Ariſtotelis de ſomno & vigilia/Franciſco Vatablo interprete: finis.

Tral.ve. ex græ.recog.

Quæ igitur cauſa dormiendi dictum eſt: q̃ a corpulento quod ſurſum fertur per ingenitum calorem reciprocatio ſubito ad primum ſenſorium. & quid eſt ſomnus: q̃ primi ſenſorij compræhenſio/vt nõ poſſit agere. ex neceſſitate quidem factum (non enim cõtingit animal eſſe: non accidentibus quæ ipſum perficiunt) propter ſalutem autẽ. ſaluat enim: quies.

¶ Tralationis veteris de ſomno & vigilia Ariſtotelis/ex Græco recognitę: finis.

¶ Ariſtotelis de inſomnijs liber vnus: ad R. P. D. Guillermum Briconnetũ Epiſcopum Meldenſem verſus/Franciſco Vatablo interprete.

DOſt hæc de inſõnijs quærendum eſt: ac primo quidem qua vi animę percipiantur/& vtrũ hæc affectio mẽtis ac intellectus/an ſenſus ſit. his enĩ viribus vnis earũ q̃ in nobis ſunt: cognitiõnẽ rerũ notitiãquæ aſſequimur. ¶ Ergo ſi functio aſpectus viſio eſt/ & auditus auditio/ & omnino ſenſus ſenſio/ communia autem ſenſilia ſunt figura/ motus/ magnitudo/ & cætera id genus/ propria vero color/ſonus/& ſapor/nec fieri poteſt vt vllum animal clauſis oculis dormienſque cernat/ aut alio ſenſu percipiat:

¶ Tralatio vetus Ariſtotelis de ſomnijs ex Græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

DOſt hæc autem quęrendum eſt de ſomnijs: & primo cui earũ quæ animę appareãt/ & vtrũ intellectiuę particulę paſſio eſt hæc/an ſenſitiuæ. his enim ſolis earũ quæ in nobis ſũt: cognoſcimus aliquid. ¶ Si itaq; vſus viſus viſio/ & auditus auditio/& õnino ſenſus ſenſatio/cõmunia autẽ ſunt ſenſuũ veluti figura & motus & magnitudo & alia huiuſmodi/ propria vero veluti color ſonus ſapor/ impotẽtia autẽ ſunt omnia claudentia oculos & dormientia videre/ſimiliter autem & in reliquis:

1 CAP.I.

Tral.ve.ex græ.recog.

manifeſtum eſt ꝙ non ſentimus aliquid in ſomnis. Non ergo ſenſu ſomnium ſentimus. ¶ 3 At vero: neq; opinione. Nō enim ſolum quod aduenit dicimus hominem eſſe vel equum: ſed & album vel pulchrum. quorum: opinio ſine ſenſu nihil vtique dicet/neq; vere/neque falſe. In ſomnis autem: accidit animā hoc facere. ſimiliter enim ꝙ homo eſt/ & ꝙ albus eſt/ qui aduenit: videmur videre. Amplius: præter ſomnium/ aliquid aliud intelligimus. Quēadmodum enim in vigilando ſentientes aliquid/de eo quod ſentimus ſæpe etiā intellígimus aliquid: ſic & in ſomnis/præter phantaſmata/ alía aliquando intellígimus. Manifeſtum autem erit alicui hoc: ſi quis adhibeat mentem/ & tentet meminiſſe cum ſurrexerit. Iam vero quidam viderunt ſomnia huiuſmodí: velut qui videntur ſecundum memoratiuū præceptum ponere quæ proponuntur. accidit enim eis: aliud quid præter ſomnium ponere ante oculos in loco/ phantaſma. Quare manifeſtum eſt/ ꝙ neque ſomnium/omne quod in ſomnis phantaſma: & ꝙ intellígimus quæ opinione opinamur. Palam autem de his vniuerſis intantum: ꝙ quo vígilantes in ægritudinibus decipimur/hoc idem in ſomno facit paſſionem. Et ſanis vero & ſcientibus: tamen pedalis ſol videtur eſſe. Sed ſiue idem/ſiue díuerſum phantaſticum animæ & ſenſitiuum: nihilominus non fit abſque vidēdo & ſentiendo aliquid. præteruidere enī & præteraudire: vidētis verū aliquid & audientis/ nequaq̄ tamen id quod arbitratur. In ſomno autē poſitū eſt: nihil videre/neq; audíre/neq; omnino ſentire. Ergone nihil

Vatablus

nos in ſomno nihil ſentíre certum eſt. Vnde fit: vt inſōnia nullo ſenſu noſcantur. ¶ Sed neq; opinione compręhēdi illa poſſunt. Nam in ſomno non equum modo & hominem eſſe id quod ad nos accedit/pronunciamus: ſed etiam album & pulchrum. quorum: nullū opinio abſq; ſenſu/nec vere/nec falſo dixerit. At: animā hoc idem facere cōtingit. ex ęquo enim/hominem & album eum eſſe qui occurrit: diſcernere videmur. Adhęc: præter inſomnia/ aliud quiddam intelligere ſolemus. Quemadmodum enim vigilando ſentientes aliquid/plærunque etiam aliud de re quæ ſenſum ferit/ conſydera mus: ita dormiendo/pręter viſa/ interdum alia quædam mens noſtra cogitat. Quod facile patebit: ſi quis mentem ad ſomnia cōuertat/& recurrere ea quoties exurgit enitatur. Immo iam quidā inſomnia experti ſunt eiuſmodí: nimirum qui præceptionem colendæ memoriæ ſequentes/pronunciata quibuſdā locís conſtituere ſibí videbantur, eis enim ſæpenumero accidit: vt aliud quíddam præter ſomnium/nempe viſum phantaſmaque aliquod/in comparato díſpoſitoq; loco ante conſpectū collocarent. Vnde liquere arbitror/ non quicquid in ſomno videmus/ inſomniū eſſe: & nos intelligere/ quæ opinione opinamur. Porro de his omnibus illud conſtat: hoc idem quo ægri in vígilia fallimur/facere vti in ſomno decipiamur. Sed & nobis quamq̄ ſani ſumus atq; adeo videntes: tamen ſol/pedaneus eſſe videtur. Cæterū ſiue imaginādí vis animę eadē ad numerū cū ſenſaria ſit/ſiue diuerſa habeatur: nihilo mínus hoc ſine viſione aut ſēſione aliqua nō fit. nam hallucinarı & obaudire dicitur: qui verum quidē aliquid vídet & audit/nō tamē id qđ ſe vídere & audire putat. At in ſomno poſitū eſt: neq; videri quicq̄/ neq; audíri/neq; omnino ſentiri. Non ígitur/ quamuís nihil tunc cerni

Vatablus

atq; ſẽtiri verũ ſit: tamẽ nullomodo ſenſũ affici verũ nõ eſt/ ſed & viſũ & cęteros ſẽſus pati aliqd cõtingit? Nã ſinguli horũ : in ſõno principem ſenſum haud magnopere ſecius atq; in vigilia/non ſic autẽ vt in illa/formis ſẽſilibus appetunt/ feriunt/ laceſſunt. Quinetiã interdũ opinio ipſa/quę viſa ſunt/ea falſa eſſe/ vt in vigilia/dicit: interdum obligatur/ & ſpectra quaſi vera ſint/proſequi aſſolet. Conſtat igitur hanc affectionem quam ſomniare dicimus: neq; ad opinantem/ neq; ad intelligẽtem pertinere. ¶ Sed ne ad ſentiẽtem quidem ſimpliciter. nam alioquí: videre ſimpliciter & audire eſſet. Cæterum quomodo & qualiter ad iſtum referri queat: conſyderandũ eſt. Ponamus igitur/ id quod etiã clariſſimum eſt: inſomnium ſenſatiæ partis affectionem eſſe. nam & ſomnus: ad eandem pertinet. nec enim animantium alteri ſomnus/ inſomniũ alteri: ſed eidem vtrũq; competit. Cum vero de imaginatione & phãtaſia tractatum in libris de anima ſit / & imaginandi vis eadem numero ſit cum potentia ſentiendi/ quamuis eſſentia rationeque differant/ imaginatio autem ſit motio a ſenſu actu proueniens/ inſomnium vero ſpectrum quoddam & phãtaſma eſſe videatur/ nã viſũ ipſũ qđ in ſõno appa ret inſomniũ dicimus / ſiue illud ſimpliciter/ ſiue quodãmodo contingat : palam vtiq; eſt inſomnia ſenſatiuæ partis eſſe/ ſed quatenus imaginaria eſt. CAP. II.

Vid autem ſit inſomnium/ & qua ratione fiat: ex ijs maxime cognoſci poteſt quæ in ſomno accidunt. Etenim ſenſilia ipſa: in nobis/ per ſingula ſenſoria/ ſenſionem efficiũt. & affectio quã ea inuehũt: non modo in ſenſorijs ineſt/ cum ſenſus agunt/ ſed etiam cum ab opera diſceſſere. nam perinde hic atq; in ijs quæ lationem ſubeunt: euenire videtur. etenim

Tral. ve. ex græ. recog.

quidẽ videre/ verum: nihil autem pati ſenſum / non eſt verum / ſed contingit & viſum pati aliquid & alios ſenſus? Singulum enim horum : vt vigilante impetit quidem quodammodo ſenſum / non ſic autem vt vigilante . Et quandoque quidem opinio dicit ꝙ falſum/ quẽadmodum vigilante: quãdoq; vero detinetur / & ſequitur phãtaſma. Qꝛ igitur non eſt opinantis/ neque intelligentis paſſio hæc quam vocamus ſomniare: manifeſtũ. ¶ Sed neq; ſentiẽtis ſimpliciter. videre enim vtique eſſet & audire ſimpliciter. Sed qualiter oportet / & ſecundum quem modum: conſyderandum. Ponatur ergo quod & manifeſtum eſt: ꝙ ſenſitiui paſſio. ſiquidem & ſomnus. non enim alij quidem alicui animalium ineſt ſomnus/ alij vero alicui ſomniare : ſed eidem. Quoniam vero de phantaſia in ijs quę de anima dictum eſt/ & eſt quidem idem ſenſitiuo phantaſticum/ eſſe autem ſenſitiuo & phantaſtico aliud/ eſt autem phantaſia qui a ſenſu ſecundum actum fit motus / ſomnium vero phantaſma quoddam videtur eſſe/ nam quod in ſomno phantaſma ſomniũ dicimus ſiue ſimpliciter ſiue quodammodo factum : manifeſtum eſt ꝙ ſenſitiui quidẽ eſt ſomniare/ huius autem ſecundum ꝙ phantaſticum. 4

CAP. II.

Vid autem eſt ſomnium / & quomodo fit: ex ijs quæ circa ſomnum accidunt / maxime vtique cognoſcemus. Senſibilia enim: ſecundum ſingulum ſenſorium nobis efficiũt ſenſum. & quę fit ab eis paſſio: nõ ſolũ ineſt in ſenſorijs/ dũ ſẽſus agũt ſed et dum abierũt. ſimilis enim paſſio: in his et in ijs quę ferũtur/ videtur eſſe. 5

Tral.ve.ex græ.recog.

etenim in latis: eo quod mouit nō vlte rius cōtingente/mouētur. nā quod mo uit: mouit aerē quendam. & rurſus hic motus: aliū. et hoc vtiq; modo quouſq; quidē ſtent/faciunt motum: & in aere & in humidis. Similiter autem opor tet putare hoc: & in alteratione. nam quod calefactū eſt a calido: proximum calefacit. & hoc diſtribuitur: vſque ad
6 principiū. ¶ Quare & in quo eſt ipſū ſentire/quoniam eſt alteratio quędam qui ſecundum actum ſenſus: neceſſe eſt hoc accidere. Ideo paſſio ipſa/eſt non ſolū ſentiētibus in ſenſoriis/ſed & qui eſcentibus: & in profundo & ſuperfi cietenus. Palam autem: cum continue ſentimus aliquid. Trāſferētibus enim ſenſum/ſequitur paſſio: velut de ſole ad tenebras. accidit enim nihil videre: propter adhuc ſubſiſtētem motum in oculis a lumine. Et ſi ad vnū colorem multo tempore aſpiciamus vt album vel viridē: eiuſmodi videtur ad quod cūq; viſum permutemus. Et ſi ad ſolē proſpicientes vel aliquod aliud ſplen didum oculos concluſerimus: obſer uantibus videtur ſecundum directio nem qua accidit viſum videre/ primū quidē huiuſmodi colore/ deinde per mutatur in puniceum/deinde in pur pureum/ quouſque in nigrum veniat colorem/ & euaneſcat. Et ab iis quæ mouentur autem/permutantibus/ ve lut a fluminibus/ maxime autem ab iis quæ citiſſime fluunt: videntur qui eſcentia/moueri. Fiunt autem & a ma gnis ſonis: obſurdeſcentes. ſiunt au tem & a validis odoribus: difficile o dorantes. & ſimilia. Hæc itaque: ma
7 nifeſte accidunt hoc modo. ¶ Qz autem ſenſoria cito & modicas dif ferentias ſentiant: ſignum eſt/quod in ſpeculis accidit. de quo vtiq;: per ſe inſiſtēs/cōſyderabit quis & dubitabit.

Vatablus

quę lationē ſubeunt: eo qđ propu lit nō amplius tangēte/ cietur. qđ enī mouēdi officio functū eſt: quā dā aeris particulā propulit. quę cū mouetur: ſubide aliā ciet. atq; hoc vtiq; pacto/donec quieſcāt: moue ri aer & aqua ſolēt. Cōſimiliter & hoc in alteratione quoq; fieri putā dū eſt. illud enī qđ calētis rei ope ra incaluit: quod ſibi vicinū eſt/ ca lefacit. penetratq; ſucceſſio hæc: ad id vſq; qđ primū calefieri po teſt. ¶ Quare & ei cui ſētiēdi facul tas cōmiſſa eſt/hoc idē accidere ne ceſſe eſt: cū ſenſū qui in actu cōſti tutus ſit/alterationē eſſe quādam conſtet. Quocirca affectio ipſa: in opificijs ſenſuū/nō modo ſentiēti bus illis/ſed etiā quieſcentibus/tā per ſūma q̄ in imo ſeruari ſolet. Id qđ: quoties cōtinēter quippiā ſēti mus/ liquido percipi poteſt. Nā ſi ſenſū ipſū ab eo ad aliud/vt de ſole in opacum/conuertamus: co mitatur eū affectio. euenit enī vt nihil cernat: propterea q; cōmo tio quæ a lumine profecta eſt/ocu los adhuc poſſideat. Itē ſi qđ albū aut viride diutius aſpexerimus: ad quodcunq; aſpectum noſtrum deflectamus/ concolor illi vide tur. Sed & ſi oculos cōtra ſolē/aut aliquid aliud qđ fulgeat/intēderi mus/deinde cōniueamus: per re ctam lineā qua aſpectū cernere cō tingit/primū tale obſeruātibus ap paret quale reuera eſt/tū ſe in pu niceū cōuertit/proxime in purpu reū/donec ad atrū perueniat/exo leſcatq;. Q uinetiā ſi qui obtutus ſuos ab hiſce quæ mouētur/ vt ab amnibus præſertim ocyſſime labē tibus/alio trāſferāt: quæ ſtāt/ mo ueri videtur. Ijdē porro: ab ingēti bus ſonis ſurdaſtri reddūtur. & ab odoribus vehemētibus: ægerrime olfaciūt. atq; ita in ſimilibus ſtatuē dū eſt. Quæ ōnia: aperte hoc eue niunt modo. ¶ Qz autem celeri ter ſenſoria ipſa vel tenues diffe rentias ſentiant: indicio eſt/ id qđ in ſpeculis fieri ſolet. de cuius ra tione: ſeorſim dicato opere con ſyderare quis & addubitare poſſit.

Vatablus

Et insuper ex eodem facile cõstat: visum vt pati/ita etiam agere aliquid solere. Nã cum mulieres tẽpore mensium e speculis admodũ nitidis aliquod inspectant: tunc superficies speculi/quadã veluti nebula sanguinis obducitur. atq; si nouitium speculum sit: haud facile est eiusmodi maculã abstergere, sin peruetus: facile. Causa autẽ est/sicuti iam diximus: q̃ non solum ab aere visus quippiã patitur/sed etiam in aerem quippiam agit/atq; eundem mouet perinde atq; splẽdida. nam visus: de genere splendidorum & habentiũ colorem est. Hoc igitur tempore quo menses profluunt: eodem modo oculos/quo quamlibet aliam corporis particulã affici/ratione optima euenit. quãdoquidem: suapte natura venulẽti sunt. Quocirca tẽpore mẽstrualis profluuij/quod cõmotione & inflãmatione sãguinis prouenit: discrimen in oculis habetur/quod quãuis nobis ineuidens sit (est enĩ natura seminis & mensiũ: eadem) reuera tamen ineisdẽ est. Ab ipsis autẽ mensibus qui ad oculos penetrarũt: aer mouetur & inficitur. aer infectus: aliũ aerẽ qui speculo proximus est sibi hærẽtem inficit/& talẽ qualis ipse est reddit. a quo postremũ: speculo eluuiecula quædã allinitur. Nã specula: haud secus q̃ mũdissimæ vestes/celerrime notã aliquã contrahunt. quod enim mundum est atq; purũ: exacte cõmonstrat quicquid exceperit/& potissimum minimos motus. æs vero/q̃ læue tersumq; sit: qualẽcunq; tactũ maxime sentit. Scire aũt oportet: tactũ aeris/esse quandã veluti attritionẽ detersionẽq; & ablutionẽ. atq; eũdẽ/quantulumcũq; sit: conspicuũ/propter speculi puritatem/reddi. Cur vero maculæ nouis speculis inductæ difficile eluantur/causa est: q̃ ea pura sunt & tersa. nam maculæ: sese per talia/& in profundum/& in omnes partes diffundunt. in profundum/q̃ pura sint: in omnes partes/q̃ tersa.

Tral. ve. ex græ. recog.

Simul autem ex ipso manifestum: q̃ quemadmodum visus patitur/sic & facit aliquid. In speculis enĩ valde puris/cum menstruis superuenientibus mulieribus inspiciunt in speculum: fit superficies speculi vt nubes sanguinea. & si quidem nouum sit speculum: non facile est abstergere huiusmodi maculam. si vero vetus: facile. Causa vero vt diximus: quoniam non solum visus patitur aliquid ab aere/sed & facit aliquid/& mouet quemadmodum splendida. nam visus: splendidorum/& habentium colorem. Oculi igitur rationabiliter cum fiũt menstrua/afficiuntur: sicut & alia pars quælibet corporis. etenim: natura existunt pleni venarum. Ideo cum fiũt menstrua propter turbationem & flegmasian sanguineam: nobis quidem quæ in oculis differentia/incerta est/inest autem. nam eadem natura: seminis & menstruorum. Aer autem: mouetur ab ipsis. & eum qui supra specula est aerem continuum existentem/qualem quendam facit: & talem quale ipse patitur. hic vero: speculi superficiem. Quemadmodum enim vestium quæ maxime mundæ sunt: citissime inquinantur. nam purum: exacte mõstrat quicquid exceperit/& præsertim minimos motus. æs vero/eo q̃ planum sit: qualemcunque tactum maxime sentit. Oportet vero intelligere: tanquam attritionem esse aeris tactum/& tanquam extersionem & ablutionem. propter mũditiam vero/manifestus fit: qualiscũq; sit. Non exeundi vero celeriter ex nouis speculis/causa est: q̃ purũ sit & planũ. serpit enim per huiusmodi: & in profundũ/& in omnes partes. nam eo quidem q̃ purum est/in profundũ: eo autem q̃ planum/in omnes partes.

Cap. 2 3

Tral. ve. ex græ. recog.

In veteribus vero non immanet: quoniam non ſimiliter ſubit macula / ſed ſuperficietenus magis. Qz igitur & a paruis differentijs fit motus/ & ꝙ celeres ſunt ſenſus/ & ꝙ nō ſolum patitur ſed et cōtrafacit colorum ſenſoriū: manifeſtum ex his. Atteſtantur autem ijs quæ dicta ſunt: & quæ circa vina/ & quæ circa pigmenta eueniunt. Nam quod præparatum eſt oleum: cito accipit proximorum odores. Et vina: hoc ipſum patiuntur. non ſolum enim eorum quæ immittuntur vel commiſcentur: ſed & eorum quæ prope vaſa ponuntur vel naſcūtur/ recipiunt odo-

8 res. ℂ Ad eam vero quæ a principio conſyderationem/ ponatur vnum quidem/ quod ex ijs quæ dicta ſunt patet: ꝙ recedente ſenſibili extrinſecus/ immanent ſimulachra quæ ſenſibilia ſunt. Ad hæc autem: ꝙ facile decipimur circa ſenſus / cum in paſſionibus exiſtimus. alij autem: in alijs. veluti trepidus/ in timore: & qui amat/ in amore. ita vt videatur a modica ſimilitudine ille quidem/ hoſtes videre: hic vero/ dilectum. Et hæc vtiq; / quanto paſſibilior quis fuerit: tāto a minori ſimilitudine videtur. Eodem vero modo & in ira/ & in omnibus concupiſcentijs: facile decipiuntur omnes. & magis: quanto vtiq; in paſſionibus magis fuerint. Ideo: & febricitātibus interdum animalia videntur in parietibus/ a modica ſimilitudine linearū cōpoſitarū.

9 ℂ Et hæc quidē aliquando intenduntur cum paſſionibus: ſic vt ſi vehemēter non laborēt/ nō lateat ꝙ falſum. ſi vero maior ſit paſſio: & moueātur ad ipſa. Cauſa vero vt hæc accidāt/ hæc eſt: quia nō ſecundū eandē potētiā iudicāt qđ principale eſt/ & in quo phātaſmata fiūt. Huius vero ſignū eſt: ꝙ videtur quidē ſol pedalis/ contradicit autē ſępe

Vatablus

In vetuſtis autē maculæ non permanēt: quia non tam alte figuntur/ ſed eminētiuſcule. Tenues igitur differētias excitare vellicareq; ſenſum / & celeriter ab eodem internoſci/ item non modo pati ſenſorium quo natura colorum percipitur/ ſed etiam viciſſim agere: ex hiſce conſtat. Iis quę diximus aſtipulatur: quod circa vina & vnguēta accidere videmus. Nā oleū quod vnguento addītur: celeriter odores earum rerum quæ in propinquo ſunt/ ebibit. Vina quoq; hoc idem faciunt. quippe quæ nō modo earū rerū quę induntur admiſcenturq; odores in ſe trahant: ſed etiā earum rerū quæ prope dolia aut locātur aut naſcūtur. ℂ Ad eam vero conſyderationem quæ nobis initio inſtituta eſt/ vnū ſupponatur/ quod & patere poteſt ex ijs quæ dicta ſunt: abeuntibus externis ſenſilibus/ ſenſa quæ & ipſa quoq; ſenſilia ſunt/ remanere. Itē: facile decipi circa ſēſus/ homines in aliquo affectu poſitos. atq; alios: in alio. vt meticuloſum/ in metu: amatorē/ in amore. adeo vt ex tenui ſimilitudine alter/ hoſtes ſe videre putet: alter / quē amat. Et quo quis vtiq; arctius ipſo affectu poſſidetur: eo leuiori ſimilitudine/ talia ſeſe illi offerūt. Eodem modo & qui ira/ & qui demū quacunq; alia cupiditate rapiuntur: facile circunſcribi ſolent. ac tāto quidem procliuius: quanto magis libidine ipſa ducuntur. Vnde etiam fit: vt febriētes interdum animalia quædam in parietinis videre videātur / exigua ſimilitudine permoti quam lineamenta quædam congeſta prætendunt. ℂ Atq; hic error quādoq; vna cū morbo inualeſcit: ita vt cū leuiter ęgrotant/ ſe falſos haberi agnoſcāt. cum vero grauius: miniме/ ſed ipſis quoq; viſis ducātur. Cauſa vero quāobrē hęc fiāt/ ea eſt: ꝙ id quod primatū obtinet/ & id in quo phātaſmata fiunt / non eadē vi iudicāt. Cuius rei ſigno eſt: ꝙ cū ſol appareat pedalis/ ſæpe aliud quippiā phā-

Vatablus

taſiæ contradicit. Item perplexis digitis / quamuis quod vnum eſt duo appareat: tamē eſſe duo neutiq̃ dicimus, quia viſus : ſuperior optimatiorq; tactu eſt. Qz ſi ſolus tactus eſſet: duo eſſe quod vnum eſt/iudicaremus. Cauſa autē circūuentionis, ea eſt: quoniā non tantum quoties ſenſile mouetur quælibet apparere ſolēt/ſed etiā quoties ſenſus ipſe mouetur ſi eodem modo moueatur quo ſolet a ſenſili moueri. ſic littus videtur nauigātibus moueri : dum viſus ab alio mouetur. CAP.III.

EX his itaq; patere arbitror: non modo vigilantibus nobis motiones illas quæ per eos ſenſus accipiuntur qui foras proſpectāt & in parte corporis exteriore iacent/ſentiri ſolere / ſed etiam cum affectio ea ſuborta eſt quam ſomnum vocamus/atq; tunc impēſius. Nā interdiu: operātibus quidē ſenſibus ac mente/ elidūtur atq; vaneſcūt. quomodo exiguus ignis / apud ingentem offuſcari ſolet: & dolores voluptateſq; modicæ/ acceſſu immodicarum offundi. quieſcentibus vero: minima quæque emergunt. Noctu autem quia particulares ſenſus feriantur & agere nequeunt/propterea ꝙ calor exteris partibus relictis in viſcera ſe condit: ad initium ſenſus originemq; delabuntur/& obturbatione ſedata manifeſtę fiunt. ¶ Porro exiſtimare oportet haud aliter motionem quamque fieri/q̃ paruas illas vertigines per ſumma amniū decurrētes: quæ interim ſimiles euadunt / interim ꝙ aquæ alio retorqueantur in alias ſubinde formas ſoluuntur diuellunturq;. Quamobrem/ ſtatim a cibo non ſomniant animalia: neq; cum ædita nuperrime in lucem ſunt/ vt infantes. nā multa tum agitatio motioq; eſt: propter alimentarium calorem. Quare quemadmodum humore vehementer commoto quandoq; nulla redditur effigies/ quandoq;

Tral.ve. ex græ.recog.

aliquid aliud/phantaſiæ. Et permutatione digitorum / vnum duo videtur: attamen non dicimus ꝙ duo. dignior enī tactu: viſus. Si vero eſſet tactus ſolus: iudicaremus vnum/duo. Cur autē fallimur/ cauſa: quoniā nō ſolum cum ſenſibile mouetur apparent quælibet/ ſed etiā cum ſenſus ipſe mouetur ſi eodem modo moueatur quēadmodū & a ſenſibili. dico autem / velut terra videtur nauigantibus moueri: dum mouetur viſus ab alio. CAP.III.

EX his itaq; manifeſtū: 10
ꝙ nō ſolum in vigilando motus qui a ſimulachris fiūt & quæ extrin ſecus et quæ ex corpore ſūt/ ſed etiā quando fit paſſio hęc quę vocatur ſōnus/& magis tunc apparent. Per diē enim repelluntur: dum operantur ſenſus & intelligētia/& exterminantur. quemadmodum iuxta magnum ignē /minor: & triſtitiæ & oblectationes paruæ/ ſecus magnas. dum vero quieſcunt : ſupernatāt & parua. Nocte vero propter vacationem particularium ſenſuum & impotentiam agendi/ eo ꝙ ab exterioribus ad id quod intrinſecus eſt fiat caloris refluxio: ad principium ſenſus deferūtur/& fiunt manifeſti ſedata turbatione. ¶ Oportet autem accipere vt mo- 11
dicas vertigines quæ in fluminibus feruntur/ſic motum vnumquemque fieri continue: ſæpe quidem ſimiles/ ſæpe vero diſſolutas in alias figuras propter repulſionem. Ideo & poſt nutrimentum/& omnino teneris exiſtentibus veluti pueris : non fiunt ſomnia. multus enim motus eſt: propter eam quæ ex nutrimento eſt / caliditatem. Quare quemadmodum in humido ſi vehementer moueat quis/ quandoque nullum apparet idolum / quandoque

Tral.ve.ex græ.recog.

vero apparet quidem/ diſtortum autem omnino/ ita vt appareat alterius modi q̃ ſit/ ꝙ ſi quieſcat pura & manifeſta idola: ſic & in dormiendo phantaſmata & reliqui motus qui prouenium a ſimulachris interdum quidem cum vehementior ſit qui dictus eſt motus exterminantur omnino/ interdum vero conturbatæ apparent viſiones & monſtroſæ/ & deteriora ſomnia/ velut melancholicis & febricitantibus & vinolentis. omnes enim huiuſmodi paſſiones: cum ſpirituoſæ ſint/ multum faciunt motum & perturbationem.

12 ¶ Sedato autem & diſcreto ſanguine in habentibus ſanguinẽ: conſeruatus ſimulachrorum motus ab vnoquoque ſenſuum/ amata facit ſomnia/ & apparere aliquid/ & videri propter ea quidem quæ a viſu deferũtur videre/ propter ea vero quæ ab auditu audire/ ſimiliter autem & ab alijs ſenſorijs. ex eo enim ꝙ inde progreditur motus ad principiũ: putatur videre/ & audire/ & ſentire. Quia autem viſus interdum non moueri videtur/ qui mouetur vt dicimus/ & quia tactus duos motus annunciat: id quod vnum eſt duo videtur. omnino enim quod ab vnoquoque ſenſu/ dicit principium: niſi alius dignior contradicat. Apparet igitur ſemper: putatur autem non ſemper quod apparet/ niſi quod diju/ dicat detineatur/ vel non moueatur

13 proprio motu. ¶ Quemadmodũ vero diximus ꝙ alij propter aliam paſſionem facile decipiuntur: ita dormiens propter ſomnum/ & quia mouentur ſenſoria & alia accidentia circa ſenſum. Quare modicam habens ſimilitudinem: videtur illud. cum enim dormit: deſcendente plurimo ſanguine ad principium/ condeſcẽdunt & mouent

Vatablus

redditur quidẽ aliqua/ ſed diſtorta penitus/ adeo vt alia videatur eſſe q̃ ſit/ quieſcẽte vero ſemper alia redditur/ q̃ etiã nulla ex parte affecta eſt/ ſed pura & expreſſa: ita & inter dormiendũ interim viſa & motiones quę per ſenſus hauſtæ ſuperſunt/ prę maiore illo motu qui dictus eſt prorſus obliterãtur exoleſcuntq; / interim præpoſterę & monſtroſæ viſiones apparẽt/ & ingrata ſomnia/ qualia melancholicis & vinolentis & febriẽtibus accidunt. omnes enim iſtiuſmodi affectus: cum ſpiritoſi ſint/ cõmotionem & perturbationẽ plurimã afferunt. ¶ Simulac autẽ reſedit & diſcretus ſanguis eſt in ijs quæ ſanguinem obtinent: incolumes ſenſorũ motiones quæ a ſingulis ſenſibus tranſmittũtur/ grata ſõnia faciunt/ & apparere quippiam/ ac videri per ea quæ a viſu deferuntur videre/ per ea quæ ab auditu audire/ & pari modo per ea quæ a cæteris ſenſuũ officinis mandãtur ſentire. eo enim ꝙ motiones a ſenſibus ad principiũ ſentiendi perueniunt: videri videre/ audire/ & ſentire/ neceſſe eſt. Quin etiam quia conſpectus non moueri videtur/ cum tamẽ in motu ſit vt dicimus/ & quia tactus duos motus adnunciat: quod vnum eſt duo eſſe videtur. nã ſentiẽdi principiũ quicquid a ſingulis ſenſibus afferatur/ aſtruit: niſi aliqua alia virtus potior cõtraueniat. Sẽper igitur apparet: ſed nõ oẽ qđ appa ret etiã videtur/ niſi vis illa arbitra manus dederit/ aut nõ moueatur motu vernaculo & ſuo. ¶ Quemadmodum vero diximus alios ob aliũ affectum facile decipi: ita & de dormientibus ſtatuendum eſt/ qui propter ſomnum/ & eo ꝙ ſenſoria ipſa moueãtur & cætera quę per ſenſum cõtingunt/ procliues ad labẽdum ſunt. Quare quod tenuẽ alicuius rei ſimilitudinẽ referat: eis ipſa plane res eſſe appareret. nam cum/ dormiẽtibus illis/ plurima ſanguinis copia ad ſenſũ principẽ delabitur: vna & motio-

Vatablus

nes illæ deſcẽdunt quę in ea materia continentur/ alię potẽtia/aliæ actu. Sic autẽ ſeſe habẽt: vt ex eis vna aliqua prior ſe aſſerat moueatq; qua abſumpta: alia ſubinde cõparet. Et perinde ſuo quæq; ordine ſequuntur: atq; ranæ e ſubere aut quauis alia materia factę/ quę colliquato ſale quo erãt oblitæ in aqua emergũt. Ad hũc modũ: potẽtia inſunt. Reiecto autẽ eo quod impedimẽto erat: actu ſunt. Atq; ſolutæ in exiguo illo reliquo ſanguine qui in ſenſorijs habetur: ſimilitudinẽ rerũ quę ſẽſus extimulare ſolent/ præferunt. nõ aliter q̃ portiones illæ nubiũ: quæ cũ modo effigiẽ hominis aut cẽtauri referãt/ mox ſe tranſitu ocyſſimo in alias ſubinde formas conuertunt. Vnũquodq; autẽ horũ/vt dictum eſt: reliquiæ & veſtigiũ ſenſi actu eſt. Et digreſſo ſenſili/vere dicere poſſumus: hoc eſſe tale qualis Coriſcus eſt. at cum vis illa ſuperior & arbitra ſentit hoc/ nequaquam dicit eſſe Coriſcum: ſed per hoc/ verũ illũ Coriſcum intelligit. Ea itaq; virtus quæ ſentiẽdo/ hoc eſſe Coriſcum aſſeuerat/ ſi non penitus ſanguine obruta ſit: ſentientis more exercetur a motionibus quę in ſenſorijs ſunt atq; cõmouetur/ & tum ſimilitudo rei videtur ipſa res eſſe. tanta vis ſomni eſt: vt id latere nos efficiat. Quemadmodũ igitur ſi quis oculũ digito ſupprimat/neq; animaduertat digitũ ita admotũ/nõ modo apparebit/ ſed etiã videbitur/eſſe duo quod vnũ eſt/ſi vero animaduertat/apparebit qdẽ/ſed nõ videbitur: ita & in ſõno ſi quis ſe dormire intelligat/& affectionẽ eã ſentiat cui ſenſus ſenſarię partis addictus eſt/ apparebit qdẽ ei qđ ſõniat/ ſed ſecũ dicet/quãq̃ apparet hoc Coriſcus eſſe/non tamen eſt Coriſcus. nam ſæpe euenit: vt quis dormiẽdo in animo ſuo dicat/ſomniũ eſſe quod videt. Qz ſi dormire ſe neſciat: nihil imaginationi contradicet. Qz autẽ vera ſint quæ dicimus/ qꝙ motiones imaginariæ in ſenſuũ

Tral. ve. ex græ. recog.

qui inſunt motus/ hi quidem poteſtate/ illi vero actu. Sic autem ſe habent: vt in motu/ hic quidem ſupernatet ex ipſis motus. ſi vero hic corrũpatur: hic. Adinuicem itaque ſe habent: quemadmodum ficti ranunculi/ aſcendentes in aqua liquefacto ſale. Ita inſunt poteſtate. Cedente vero quod prohibebat: agunt. Et ſolutæ in exiguo reliquo ſanguine qui in ſenſorijs: mouentium habent ſimilitudinem. quẽadmodum quæ in nubibus: quæ ſimilia dicunt hominibus & centauris/ cito permutata. Horum autem vnumquodque: eſt (ſicut dictum eſt) reliquię eius quod in actu ſimulachri. Et abeunte vero ſenſibili: eſt & verum dicere/ ꝙ hoc quale Coriſcus/ ſed non eſt Coriſcus. cum autem ſentiebat/ non dicebat Coriſcum quod principale eſt & quod dijudicat: ſed per hoc/illum Coriſcũ verum. Quod itaq; ſentiendo dicit hoc/ſi non omnino detineatur a ſanguine: quemadmodum ſentiens/ hoc mouetur a motibus qui ſunt in ſenſorijs/ & videtur quidem ſimile ipſum eſſe quod verum eſt. & tanta ſomni potentia: ꝙ facit hoc latere. Quemadmodum igitur ſi quem lateat ſuppoſitus digitus oculo/non ſolum apparebit/ ſed & putabitur eſſe duo quod eſt vnum/ſi vero non lateat/ apparebit quidem/ non putabitur autẽ: ſic & in ſomnis/ſi ſentiat quidem ꝙ dormit & paſſionem in qua eſt ſenſus ſenſitiui/ apparet quidem/ dicit autem in ſeipſo/ ꝙ apparet quidem Coriſcus/non eſt autem Coriſcus. ſæpe enim dormiendo dicit aliquid in anima: ꝙ ſomnium eſt quod apparet. Si vero lateat ꝙ dormit: nihil contradicit phantaſiæ. Qz autem vera dicimus/ & ꝙ ſunt motus phantaſtici in ſenſorijs: manife-

Tral.ve.ex græ.recog.

ſtum/ſi quis attendens tentet meminiſ
ſe quæ patimur & dormientes & ex=
pergefacti. Interdum enim quæ appa=
rent idola dormienti: depræhendet ex
pergefactus/eſſe motus in ſẽſorijs. qui
buſdam enim iuniorũ & omnino per=
ſpicientibus: etſi ſint tenebræ/ idola
apparent multa quæ mouentur/ita vt
14 velentur frequenter timẽtes. ¶ Ex his
itaq; vniuerſis oportet ſyllogizare: q̃
eſt ſomniũ/ phãtaſma quidẽ aliquod/
& in ſomno. nã quæ modo dicta ſunt
idola/non ſunt ſomnia: neque ſi quid
aliud ſenſibus ſolutis videtur. Neque
quod in ſomno phantaſma omne. Nã
primũ quidem aliquibus accidit ſen=
tire aliquo modo & ſonos & lumen &
ſaporẽ et tactum: lãguide tamen/& ve=
luti delonge. iam enim in dormiendo
reſpicientes/& mox excitati: quod de=
biliter videbant lumen lucernæ dor=
mientes vt arbitrabantur/ expergefa=
cti ſtatim cognouerunt quod lucernæ
erat. Et gallorum & canum debiliter
audientes vocem: expergefacti cogno=
uerunt manifeſte. Quidã vero: & re=
ſpondent interrogati. cõtingit enim:
vigilare & dormire non ſimpliciter al
tero exiſtente/ & alterum aliquo mo=
do ineſſe. quorum nullum: ſomnium
dicendum. Neque quæcunque in ſom=
no quidem fiunt veræ intelligentiæ
præter phantaſmata. Sed phantaſ=
ma quod eſt a motu ſimulachrorum/
cum in dormiendo fuerit in eo q̃ dor=
15 mit: hoc eſt ſomnium. ¶ Iam vero qui=
buſdam accidit: vt nullum ſomnium
viderint in vita. rarum quidem huiuſ=
modi eſt: accidit tamen. Et his quidem
omnino perſeuerauit: quibuſdam ve=
ro & multum prouectis ætate accidit/
cum prius nullum ſomnium vide=
rint. Cauſam autem quare non fiat:
ſimile aliquid oportet arbitrari/ q̃

Vatablus

officinis diuerſẽtur: certũ aptũq;
eſt/ſi quis adhibito animo conetur
meminiſſe eorũ quæ nobis obdor=
miſcentibus & excitatis expgefa=
ctiſq; accidũt. Interdũ enĩ qui a ſõ
no recẽs excuſſus ſit/ depræhẽdet:
ſimulachra q̃ ſe illi per quietẽ obtu
lerãt/eſſe motiones quę in ſẽſorijs
ſũt. nã pueris nõnullis vel plane vi
gilãtibus aſpectãtibuſq;: quãuis te
nebricoſus ſit locus/tamen multæ
imagines apparẽt q̃ moueri vidẽ=
tur/ita vt illi ſe prę metu ſæpe in=
tra ſtragulum occulant. ¶ Ex his
itaq; omnibus colligi debet: ſom=
niũ eſſe viſũ quidẽ aliquod/ſed qđ
in ſomno ſeſe offerat. nam neq; ſi=
mulachra ea de quibus pauloante
diximus/ inſõnia ſunt: neq; aliud
quicq̃ quod ſolutis ſenſibus appa
reat. Sed neq; quicquid in ſõno ſe
præſentat: inſomniũ eſt. Nam pri
mo quidẽ nõnullis euenit vt ſonũ
& lucẽ & ſaporẽ & contrectationẽ
quodãmodo ſentiãt: ſed lãguide
tamẽ/& quaſi de lõginquo. iã enĩ
qui inter quieſcendũ cernebãt/ &
mox excitati fuere: lumen lucernę
quod dormiẽtes vt rebantur/exili=
ter videbãt/protinus vbi experge
facti fuerũt/verũ lucernę lumẽ fuiſ
ſe deprehẽdere. Sed & qui canũ &
gallinaceorũ voces debiliter exau
dire ſibi videbãtur: mox experre=
cti veras voces fuiſſe aperte cogno
uerũt. Nõnulli etiam: ad interro=
gata reſpondẽt. fieri enim poteſt:
vt ſi alterũ horũ/ vigilare dico &
dormire/nõ ſimpliciter adeſt/alte
rũ quodãmodo adſit. quorũ nihil:
ſomnium vocari debet. Neq; ſi q̃
pręter viſa in ſomno verę intelli=
gẽtię fiãt. Sed viſũ quod a ſenſorũ
motu ortũ/per quietẽ animalibus
occurrit in eo q̃ dormiũt: hoc ſõ=
niũ eſt. ¶ Iã vero quibuſdã acci=
dit: vt nunq̃ quicq̃ ſomniarint in
vita. quod/ quamq̃ rarum eſt: in=
terdum tamen contingit. Atq; alij
per totam vitã in eo affectu per=
ſtitere: alij accedente ętate ſom=
niarunt/ qui prius nullũ ſomniũ
viderãt. Cauſa vero quãobrẽ non
ſõnient: perſimilis ei videtur/ quę

Vatablus

facit vt ſtatim a cibo / & in ætate infantili/nullum penitus cõtrahatur ſomniũ. Nam quorum ita natura conſtat/ vt in ſuperiorem locũ diuaporatio multa concedat/quæ ſuo regreſſu ad ima commotiones afferat plurimas: haud ab re nullum his phantaſma viſumq; apparet. Procedẽte vero ætate ſomnia illis reſtitui: nihil abſurdi eſt. nam immutatione aliqua vel per ætatem vel per affectum accepta: neceſſariũ eſt hãc quoq; rerũ contrariarum viciſſitudinẽ accidere.

¶Ariſtotelis de inſomnijs Franciſco Vatablo interprete: finis.

¶ Ariſtotelis de diuinatione per ſomnum liber vnus: ad R. P. D. Guillermum Briconnetũ Epiſcopum Meldenſem verſus/Franciſco Vatablo interprete.

Tral.ve.ex græ.recog.

neq; ijs qui poſt cibũ dormitaueríntneq; pueris/fit ſomniũ. Quibuſcũq; enĩ hoc modo cõſtat natura/vt multa aſcẽdat euaporatio in ſuperiorem locum/quæ iterum deorſum lata facit multitudinem motus:conuenienter iſtis nullum apparet phantaſma. Procedente vero ętate: nihil inconueniens eſt apparere ſomnia. permutatione enim aliqua facta vel ſecundum ætatem vel ſecũdum paſſionem:neceſſarium accidere contrarietatem hanc.

¶Tralationis veteris de inſomnijs Ariſtotelis/ex Grẽco recognitæ: finis.

¶Tralatio vetus Ariſtotelis de diuinatione per ſomnum/ex Græco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

DIuinationem aliquam eſſe quę in ſõno fiat/& proueníre dicatur ab inſomnijs :neq; cõtẽnere facile eſt/neq; credere. Nã q̃ õnes aut plurimi arbitrãtur inſõnia ſignificare aliquid:argumẽto eſt/id præ experiẽtia aſſeri ſolere. Itẽ de nonnullis rebus addiuinationem quandam haberi in ſomnijs: indignum creditu nõ eſt. cum ratione aliqua nitatur. Vnde fit: vt de cęteris quoq; ſõnijs haud ſecus cẽſere quis poſſit. Cõtra cũ nulla rationabilis cauſa videatur per quã iſthęc diuinatio proueniat: efficitur/ vt fides abrogetur. Nã ſi dicatur/deũ eſſe qui ſomnia mittat: præter alia

DE diuinatione vero quę in ſõnis fit/ & dicítur accidere a ſomnijs:neque contemnere facile/neq; ſuadeří. Nã q̃ õnes quidẽ vel plures exiſtimant habere aliquã ſignificationẽ ſomnia: præſtat fidem tanq̃ ab experientia dictum. Et q̃ de quibuſdam ſit diuinatío in ſomnijs: non eſt incredibile. habet enim aliquam rationem. Ideo: & de alijs ſomnijs ſimiliter vtique quis arbitrabitur. Nullam vero rationabilem cauſam videre ſecundum quam vtiq; fiat: hoc diſcredere facit. Nam deũ quidem eſſe mittentem: cum alia

1 CAP.I.

Tral. ve. ex græ. recog.

irrationabilitate / & non optimis & prudentiſſimis ſed quibuſlibet mittere/inconueniẽs. Ablata vero quę a deo cauſa: nulla aliarum conueniens eſſe videtur cauſa, quod enī de ijs qui ſecus Herculeas columnas & qui in Boryſthene pręuidere aliquos: ſupra noſtrā videatur eſſe prudentiā inuenire origi

Columnæ Herculis Boryſthenes

2 nē horū. ¶ Neceſſe igitur ſomnia vel cauſas eſſe / vel ſigna eorū quæ fiunt/ aut accidentia: vel omnia/vel aliqua eorū/vel vnū ſolū. Dico autē cauſam quidem vt lunam/defectus ſolis: & laborem/febris. Signum vero defectus: ſtellam ſubintrare. aſperitatem vero linguæ: febriendi. Accidens vero: aliquo ambulante deficere ſolem, neque enim ſignum deficiendi hoc eſt/ neque cauſa: neq; defectus/ambulandi. Ideo accidētium nullum: neque ſemper fit/

3 neq; vt plurimū. ¶ Suntne ergo ſomniorum: hæc quidem cauſæ/hæc autē ſigna/velut eorum quæ circa corpus accidunt? Dicunt enim & Medicorum gratioſi: ꝙ oportet valde intendere ſomnijs. Conueniens autem: ſic exiſtimare & artificibus quidem / conſyderantibus autem aliquid & philoſophantibus. Nam qui in die motus: niſi magni valde fuerint & fortes / latent ſecus maiores qui in vigilando ſunt motus. In dormiendo autem: cōtrariū. etenim paruí: magni videntur eſſe. Manifeſtum autem: ex ijs quæ in ſomnijs accidunt frequenter, arbitrātur enim fulgura cadere ac tonitrua fieri: paruis ſonis in auribus factis. & melle et dulcibus ſaporibus perfrui: tenui flegmate defluēte. & ambulare per ignem/& calefieri vehementer: paruo calore circa quaſdā partes facto. Expergefactis autem: hæc manifeſta hoc modo ſe habere. Quare quoniā parua omniū principia: manifeſtū ꝙ & ęgri-

Vatablus

multa & hoc quoq; ſubabſurdum eſt/non optimis ſapientiſſimiſq;/ ſed quibuſuis ſine diſcrimine mitti. Sublata autē cauſa quæ ad deū referatur: nulla præterea alia videtur conſentanea eſſe. quandoquidē originē eius inuenire quod dicitur / quoſdā eſſe in Boryſthene & iuxta Columnas Herculis qui futura præſentiant: captum ingenij noſtri excedere videatur. ¶ Neceſſe igitur eſt ſomnia eſſe aut cauſas eorum quæ fiunt / aut ſigna/ aut fortuita: aut omnia/aut duo ex his/aut vnū ſolum. Cauſam voco verbigratia deliquij ſolaris/lunā: febris / defatigationem. Signum deliquij: cum luna ſubire incipit. febris: ſcabritiē linguæ. Rem fortuitam: inambulante aliquo ſolem delinquere. nam neq; cauſa/ neq; ſignum deliquij / inambulatio eſt: aut deliquium / inambulationis. Quapropter res fortuitæ: neque ſemper/ neq; maiori ex parte fiūt. ¶ Sūtne igitur ſomniorum: alia cauſæ/alia ſigna / videlicet eorum quæ in corpore accidunt? Nam & qui e Medicorum ſchola paulo peritiores habentur: inſomnia diligenter attendenda dicunt. Nec ab re ita exiſtimāt: artifices alioquí/ſed qui tamen meditari aliquid philoſophariq; ſolent. Nā motiones quæ interdiu contingunt: niſi magnæ admodū forteſq; ſint / maioribus illis quæ ſecundum vigiliam fiunt / offunduntur. At in ſomno: contra fit. tunc enim quæ paruæ ſunt: eſſe magnæ creduntur. Id quod facile conſtat: ex ijs quæ in ſomno contingere ſolent. ſæpe enim accidit: vt dormientes modico ſtrepitu ex audito/ fulminare & tonare putemus. & tenui pituita diſtillante: melle aut dulci alio ſapore fruí. & exiguo calore in quibuſdam corporis partibus exorto: ſuper prunas ambulare/ & vehementer calefieri. Excitati vero: iſthæc / hoc habere modo deprehendimus. Quare cum exordia omniū parua ſint: certum eſt & principia mor-

Vatablus

borũ & cęterarũ affectionũ quę in corpore perficiẽdæ ſũt/ imbecilla eſſe oportere. Patet igitur: neceſſario hæc in ſõnis euidẽtiora eſſe q̃ in vigilia. Sed & quędã ex viſis illis quę per ſomnũ apparẽt/ cauſas eſſe ſuorũ cuiuſq; actuũ: a ratione minime abhorret. vt enĩ qui acturi aliqd ſunt/ aut quí nũc íd agũt/ aut quí iã egerũt/ plærũq; hoc idẽ per ſomnia cõtuentur & adminiſtrãt/ quia diurna initia ad talem motum quaſi viam quandã præparauere: ita ecõuerſo neceſſariũ eſt vt plęrũq; motiones quę ſe per ſomnũ offerũt/ principia ſint eorũ quę interdíu gerimus/ quía ecõtrario & hęc antea inter nocturna viſa mẽs noſtra cõcepit. Ad hũc igítur modũ: e ſomnijs nõnulla tum ſigna tum cauſas eſſe cõtingit. At complura perſimilia habentur íjs quæ temere ac vice fortuita proueniunt: præſertim extrema illa ſupraq; omnem fidem hominis poſita / & ea quorum orígo in nobis non eſt/ ſed de nauali pugna ſunt & íjs quæ procul a nobis gerũtur. Nã de hís eo modo ſtatuendũ eſt: quo ſtatuitur/ cum íd forte fortuna euenit/ quo de quís mentionem faciebat. Quid enim prohibet: quominus idem in ſomno cõtíngat? ímmo vero: multa eíuſmodi cõtingere par eſt. Quemadmodum igitur mentio de quopiã/ neq; ſignũ/ neq; cauſa fuiſſe poteſt cur idem ad nos acceſſerit: íta neq; ſomníum/ ſignum aut cauſa dicendum/ quamobrem ſic prorſus euenerít vt ſomníanti apparuerat/ ſed fortuitum quid temerariumq;. ¶ Vnde etiam fit: vt plurima ſomniorũ minime euadant. nam quæ fortuíta ſunt: neq; ſemper / neq; maiori ex parte accidunt. ¶ Ad ſummã/ cum e cæteris quoq; animantibus aliqua ſomnient: haudquaquã inſomnia a deo miſſa veniunt / aut ad eum finem nobis adiuncta fuere. dæmonia tamen haberi debẽt. nã & natura / dæmonia eſt: nõ díuina. Cuius rei indicio eſt: q; degeneres admodum & gregarij ho-

Tral. ve. ex græ. recog.

tudinum & aliarum paſſionum quæ ín corporíbus debent fieri. Manifeſtum ergo: q; neceſſarium hæc ín ſomnis eſſe patentia magis quã ín vigílando. At vero quædam quidem quæ in ſomnis phantaſmata/ cauſas eſſe propriorum cuiuſque actuum: non eſt irrationabile. quemadmodum enim debentes agere/ & in actíbus exíſtentes/ aut operatí/ recta ſomnia ſæpe his cointuemur & agimus / cauſa autem q; præparatus exiſtit motus a díurnis inchoationíbus: ſic rurſus neceſſarium eſt eos qui ín ſomno ſunt motus / frequenter príncipium eſſe díurnorum actuum/ eo q; præparata ſít rurſus & horum intellígentia ín phantaſmatibus nocturnís. Sic ergo cõtíngit: ſomniorum quædam ſigna & cauſas eſſe. Plurima vero accidentíbus aſſimilantur: maxime autem & tranſcendentía omnia/ & quorum non eſt orígo in nobís/ ſed de naualí bello & de íjs quæ procul accídunt/ ſunt. De his enim eodem modo ſe habere veríſímile eſt: vt quando memoranti de aliquo/ contigerít hoc factum eſſe. Quid enim prohibet & in ſomnís íta ? magis autem veríſímile: multa huíuſmodi accidere. Quemadmodum igitur meminíſſe de aliquo/ neque ſignum/ neque cauſa accedendí ipſum: ſic nec ibi eueníendí/ ſomnium videntí ſignum aut cauſa/ ſed ſymptoma. ¶ Ideo: & multa ſom- 4
niorum non eueniunt. ſymptomata enim: neque ſemper/ neque frequenter fiunt. ¶ Omnino autem quoni- 5
am & aliorum animalium ſomniant quædam: a deo vtiq; miſſa non erunt ſõnia/ neq; facta ſunt huius gratia. dęmonia tamẽ. natura enim/ dæmonia: non diuina. Signum autem. valde enim ſtulti homines / præuidentes

Tral. ve. ex græ. recog.

ſunt & recte ſomniãtes: tanquam deo non mittente. Sed quorumcunq; quaſi loquax natura eſt & melãcholica: multimodas viſiones vident. Eo vero ꝙ ſecũdũ plura & multifaria moueantur: aſſequuntur. ſicut quidam tota contendentes: rapiunt. Nam quemadmodũ & dicitur/ Si multa iacias/ alias aliud
Adagium
6 iacies: & in his hoc accidit. ¶ Qz autem non eueniunt multa ſomniorum: nihil inconueniẽs. Neq; enim: eorum quæ in corporibus ſunt ſignorum/ & cœleſtiũ velut quę aquarũ & quę vẽtorũ. ſi enim alius vehementior iſto accíderit motus a quo futuro: nõ fit ſignũ. Et multa conſulta bene quę fieri expediebat: diſſoluta ſunt/ propter alias digniores inchoationes. omnino enim non omne fit: quod futurum erat. neq; idem: quod erit/ & quod futurum eſt. Verũtamen principia dicendum eſſe/ a quibus non perfecta ſunt: & ſigna natura ſunt hæc/ aliquorum quæ non
7 facta ſunt. ¶ De his vero ſomnijs quę non huiuſmodi habẽt origines/ ſed dilationes vel temporibus/ vel locis/ vel magnitudinibus/ vel horum quidem nihil/ non tamen habentibus in ſeipſis principia qui vident ſomnia: niſi præuiſio fiat ab accidente/ tale vtiq; erit magis/ q̃ vt dicit Democritus ído-
Democritus
la & defluxiones cauſans. Quemadmodum enim cum quis mouit aquã vel aerem/ hoc aliud mouit/ & quieſcente illo accidit huiuſmodi motum prodire vſq; ad aliquid/ illo qui mouit nõ præſente: ſic nihil prohibet motum aliquem & ſenſum pertingere ad animas ſomniantes/ a quibus ille ídola facit & defluxiones. & quocũque fuerint pertingẽtes: magis ſenſibiles eſſe nocte/ eo ꝙ qui in die deferuntur/ diſſoluuntur. magis enim

Vatablus

mines futura præuident & ita vt res habet ſomniãt/ tanq̃ nõ delegãte ſõnia deo. Verũ prout quiſq; natura locutuleius eſt/ aut vitio bilis atrę laborat: ita multifarias viſiones experitur. Quia vero plurimis & varijs ſpectris feriũtur: aliquando in ſomnia illa quibus euẽtus quidam reſpondet/ incidunt. ſicuti nonnulli/ cum totum diem certant: interim præmium capiunt. Nam quod in prouerbio eſt/
» Si ſępe iacias/ aliud alias ieceris: ídem & in ſomnijs cõtingere ſolet. ¶ Nec vero abſurdũ eſt: plurima non euadere. Nã neq; ea ſigna quæ in corpore viſũtur/ aut in cœlo vt quæ imbreis aut flatus prętẽdunt: ſemper eueniũt. ſi enim alius vehementior motus ingruat q̃ ſit iſte futurus a quo illa fiant: tũ ex ſigno nihil ſequi ſolet. Sed & plurima agendorũ de quibus conſilium optima ratione inieris: ſuperueniẽtibus initijs alijs grauioribus/ in irritũ decidunt. nec enim prorſus õne fit: quod futurũ erat. neq; idem eſt: fore/ & eſſe futurũ. Sed dicendũ eſt: & principia eſſe a quibus nihil emergat/ & ſigna quæ nullus approbet effectus. ¶ De ſomnijs vero quæ eiuſmodi principia non habẽt qualia diximus/ ſed ab hiſce qui ſomniãt aut temporibus aut locis aut magnitudine abiũcta ſunt/ aut eiſdẽ vicinitate aliqua adiuncta ſunt/ non tamen principia eorũ continent: niſi temere futura pręſentiãtur/ ſic ſtatuẽdũ vt ſequitur potius eſt/ q̃ vt Democritus aſſerit/ ſomnia ſimulachris & defluxíbus accepta referens. Nam quẽadmodũ ſiquis aquã aut aerem propellat/ pars cõmota ſubinde aliã cõmouet/ ceſſãteq; illo accidit talẽ motũ quadãtenus progredi auctore etiãnũ abſente: ita nihil obſtat motus quoſdã & ſenſus ad animas ſomniantes peruenire ab ijs rebus a gbus ille exuuias & imagines mitti affirmat. & quocunq; peruenerint: impenſius noctu ſentiri/ quia interdiu delati diſſoluantur. eſt enim

Vatablus

aer noctis/ab omni turba liberior: q̄ noctes vento minus infeſtentur. & in corpore facere ſenſum/ ratione ſomni: q̄ motiũculas interiores dormiẽtes melius q̄ vigilãtes ſentiſcãt. Porro hi motus/ viſa dormiẽtibus afferũt: per quę vaticinari futura de rebus ipſis aſſolẽt. ¶Et ob id: quibuſuis ſine lege vlla/ nõ prudẽtiſſimis/ pręſagare cõtigit. nã ſi deus ſõnia mitteret: pręſagia interdiu fierẽt/ & ſapiẽtibus darentur. Sic autem ſtolidiſſimos quoſq; pręuidere par eſt. mens enĩ õniũ id genus hominũ curis refer ta nõ eſt: ſed quaſi deſerta & cogitationibus vacua. ſed & cũ mouetur: id quod eã mouet/ ſequi ſolet. ¶Quoſdã vero eſſe qui in exceſſu mẽtis futura p̄ſentiãt/ id cauſę eſt: q̄ vernaculi motus illos non infeſtẽt/ ſed procul ab eis ſũmoueãtur. ex quo fit: vt peregrinos maxime ſentiãt. ¶Eſſe itẽ aliquos qui certiſſima ſõnient/ & de neceſſarijs & amicis ſuis potiſſimũ quẽq; futura pręuidere/ hinc euenit: q̄ neceſſarij de ſe mutuo impẽſe ſoliciti ſũt. vt enĩ de lõginquo ſe maxime agnoſcũt et ſẽtiũt: ita & ſuos quoq; motus. quandoquidẽ: rerũ notiorũ motiones/ notiores habentur. ¶Melãcholici vero: propter naturæ ſuę vehemẽtiã/ eminus iaculatorũ modo/ collimãt. necnon propter mobilitatẽ: ocyſſime quod cõ ſequẽs annexũq; ſit/ imaginãtur. Nã quẽadmodũ qui furore perciti ſunt poemata Philægidæ ſerie quadã cohibili cõſtãtia/ dicere ac meditari/ vt Venerẽ/ & ita ad finẽ vſq; premere ſolent: ita melãcholici viſa quæ perinde colligata ſint/ celeriter recurrunt. Præterea tanta cõcitatione rapi ſolẽt: vt motus eorũ ab alio motu elidi aut retorqueri nõ poſſit. ¶Artificioſiſſimus ſõniorũ interpres haberi debet: q̄ ſimilitudines perſpicere poſſit. nã recta claraq; ſõnia interpretari: cuiuſuis eſt. Dico ſimilitudines: quoniã/ vt etiã p̄monui/ ſpectra ſimilia euadũt ſimulachris q̄ in torrẽte apparẽt. vbi ſi multa cõmotio fiat:

Tral.ve. ex græ. recog.

ſine turbatione aer noctis: eo q̄ ſilentiores ſint noctes. et in corpore facere ſenſum/ propter ſomnum: eo q̄ et paruos motus qui intrinſecus/ ſentiunt dormientes magis quã vigilantes. Hi vero motus/ phantaſmata faciunt: ex quibus pręuident futura de huiuſmodi. ¶Et ideo: accidit paſſio hæc quibuſlibet/ & non prudentiſſimis. in die enim vtiq; fieret/ & ſapientibus: ſi deus eſſet mittens. Sic autẽ veriſimile: quoſlibet prævidere. nam intelligentia horum non eſt curis affecta: ſed tanquã deſerta & vacua omnibus. & mota: ſecundum mouens ducitur. ¶Et q̄ quidam ecſtatici prævident/ cauſa eſt: quoniam proprij motus non infeſtãt/ ſed longe proijciuntur. extraneos ergo maxime ſentiunt. ¶Quoſdam autem recte ſomniantes eſſe/ & notos de notis maxime prævidere/ accidit: eo q̄ noti maxime pro ſeinuicem ſolliciti ſunt. quemadmodum enim procul exiſtentes maxime cognoſcunt & ſentiunt: ſic & motus. notiorum enim: notiores ſunt motus. ¶Melancholici autem: propter vehementiam/ quemadmodum iacientes/ delonge bene cõiectant. & propter permutationem: cito adhærens imaginantur ipſi. Quẽ admodum enim Philægidæ poemata & qui furioſi ſunt adhærentia ſimili dicunt & intelligunt/ veluti Spumigenam/ & ſic copulant ad id quod longe. Amplius autem propter vehementiã: non depellitur eorum motus ab alio motu. ¶Artificioſiſſimus autem eſt iudex ſomniorum: qui poteſt ſimilitudines inſpicere. recta enim ſomnia iudicare: cuiuſque eſt. Dico autem ſimilitudines: quoniam ſimilia accidunt phantaſmata eis quæ in aquis ſunt idolis/ ſicut & prius diximus. ibi vero ſi multus fiat motus:

8 9 ἐκστατικοί 10 11 Philægides ἀφροδίτην 12

Tral.ve.ex græ.recog.

non ſimílis ſit apparitio & idola veris. Promptus vero erit emphaſes iudicare: qui poteſt cito inſpicere & ſentire diſſipata & diſtorta idolorū ꝙ ſunt hominis vel equi aut cuiuſcunque. Et ibi itaque aliquid ſimile: poteſt ſomnium. motus enim: impedit rectum ſomnium. Quid igitur eſt ſomnus & ſomnium / & propter quam cauſam vtrunque horum fit/amplius autem & de ea quæ ex ſomnijs eſt diuinatione: dictum eſt.

¶Tralationis veteris de diuinatione per ſomnum / Ariſtotelis/ex Græco recognitę: finis.

¶Tralatio vetus Ariſtotelis de longitudine & breuitate vitæ ex Græco recognita: ad R.P. D. Guillermum Briconnetum Epiſcopū Meldenſem.

CAP.I. 1

DE eo autē qđ eſt/ hæc quidē eſſe longę vitæ animaliū/ hæc autē breuis vitę/et de vitę taliter longitudine & breuitate: cōſyderādū cauſas. Principiū autē cōſyderationis neceſſariū primo: ex eo qđ eſt dubitare de ipſis (non enī eſt palā) vtrū alia/an eadē cauſa oībus aīalibus & plātis/ eius qđ eſt hæc quidē eſſe lōgę vitę/ hęc autē breuis/ & plantarum has quidem pauci temporis/has autē multū durabilē habere vitā. Adhuc autē: vtrū eadē quę lōgę vitę/ & quę ſecundū naturā ſana natura

Vatablus

nullæ apparitiones aut ſimulachra veris rebus ſimilia reddūtur. Acerrimus vero apparitionum coniector eſt: qui celeriter perſpicere & diſcernere poteſt ſimulachra diſtorta alioqui & incondita hominem aut equum aut aliud quodcunque id ſit/referre. Et ſomniorum itaq; coniector optimus eſt: qui ſimile quippiam internoſcere poteſt. cum motio: ſyncerita tem ſomniorum interturbare ſoleat. Sed quid ſit ſomnus/& quid inſomniū/ & qua de cauſa vtrūq; fiat/ item de diuinatione quæ ab inſomnijs oriatur: dictū iam eſt.

¶ Ariſtotelis de diuinatione per ſomnum/Franciſco Vatablo interprete: finis.

¶ Ariſtotelis de longitudine & breuitate vitæ liber vnus : ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem verſus/ Franciſco Vatablo interprete.

VT autem animantium alię plus tēporis / aliæ minus viuāt/ atq; omnino cur vita longa ſit aut breuis : cauſas conſyderemus addecet. Sedenī ita ordiendum eſt: vt contemplationis initium ſumatur dubitādo de his (non enim certum eſt) vtrum diuerſa ſit an eadē cunctis animantibus ac plantis cauſa/cur illarum quædam diu/quædam parum viuant / & harum aliæ annua / aliæ diuturniore vita fruantur. Præterea : vtrum natura conſtantium eadem ſint lōgeua & natura inco-

Vatablus

lumia / an diſtincta ſint. Et vtrum eadem ſint vitæ breuis & valetudinaria: an per aliquos quidem morbos corpora quę natura valetudinaria ſunt ad eorum naturam accedant quæ breuiore vita frui ſolent / per aliquos vero valetudinaria eſſe quæ longęua ſunt nihil obſtet. De ſõno igitur & vigilia: dictum eſt prius. de vita vero & morte / ſimiliter & de morbo & ſanitate quod quidẽ ad naturalem attineat Philoſophian: dicẽdum poſterius. Nunc autẽ de cauſa cur altera longam / altera breuem vitam agant / quemadmodum iam diximus: tractandum eſt. ¶ Sane hac differentia genera tota a totis generibus / & eorum quæ ſub vna ſpecie collocantur alia ab alijs: differunt. Generatim differre dico: vt hominẽ ab equo. nam genus hominum / viuacius eſt: q̃ equorum. Speciatim: vt hominem ab homine. eorum enim hominum qui locorũ intercapedine ſeiuncti ſunt: alij vita ſunt longiore / alij breuiore. qui enĩ in calidis degunt regionibus / diutius: qui in algidis / minus viuere aſſolent. Quinimmo ex hiſce qui eundem tenent locũ: nonnulli pari modo ea ipſa inter ſe diſcrepant differentia. ¶ Porro ſumere conuenit: quid ſit inter ea quæ natura conſtant quod facile corrumpatur / & quid quod ægre. Nam ignis & aqua & quę his cognata ſunt: cum eãdem facultatẽ minime habeant / ſibi mutuo cauſæ ſunt generationis atq; corruptionis. Proinde ſingula quoque alia quæ ex hiſce ſunt atque conſtant / & non ex multis per congeriem vti domus: eorum naturam participent ratio congrua exiſtit. ¶ Sed de cęteris: alia ratio eſt. Plurimis enim ex hiſce quę ſunt / peculiares competũt corruptiones: ceu ſcientiæ / ſanitati / morbo / & eiuſmodi. quippe quæ corrumpi ſoleant: etiam non corruptis ſuſceptiuis / ſed ſeruatis. quãdoquidem ignorantiam / reminiſcentia atque diſciplina corrumpere ſo-

Tral. ve. ex græ. recog.

conſtantiũ / an ſeparata ſunt. Et quod breuis vitæ / & languoroſum: an ſecũdum quoſdam quidem languores appropinquãt languoroſa ſecundum naturam corpora ijs quæ breuis vitæ / ſecundum quoſdam autem nihil prohibet languoroſos eſſe / longę vitæ exiſtẽtes. De ſomno igitur & vigilia: dictũ eſt prius. de vita autem & morte: dicendum eſt poſterius / ſimiliter autẽ & de languore & ſanitate / quantum attinet ad naturalem Philoſophian. Nũc autem de cauſa eius quod eſt hęc quidem eſſe longæ vitæ / hæc autem breuis vitæ / ſicut dictũ eſt prius: conſyderandũ. ¶ Sũt autẽ habẽtia differẽtiam 2
hanc / tota ad tota genera: & eorũ quæ ſub vna ſpecie / alia ad alia. Dico autẽ ſecundũ genus quidẽ differre: vt hominẽ ab equo, lõgioris enĩ vitę genus hominum: q̃ quod equorum. Secundum ſpeciem autem: hominem ab homine. ſunt enim homines: hi quidem longę vitæ / hi autem breuis vitæ / alteri ſecundum altera loca diſtantes. quæ enim in calidis gentiũ / longioris vitæ: quæ autẽ in frigidis / breuioris vitę. Et eundem autẽ locũ habitantiũ: differũt ſimiliter aliqui hac differentia abinuicẽ. ¶ Oportet autem accipere: quid fa- 3
cile corruptibile in natura cõſtãtibus / & quid non facile corruptibile. Ignis enĩ & aqua & his cognata: nõ habẽtia eandẽ virtutẽ / exiſtũt generationis & corruptionis cauſa alijs. Quare & quęlibet aliorũ ex his exiſtẽtia et cõſtituta / participare horũ naturã rationabile: quęcunq; nõ cõpoſitione ex multis ſũt vt domus. ¶ De alijs igitur: alia ratio. 4
ſũt enĩ & proprię corruptiones multis entiũ: vt ſciẽtię / ſanitati / & ęgritudini. hęc enĩ corrũpũtur: etiã non corruptis ſuſceptiuis / ſed ſaluatis. vt ignorãtię q̃dẽ corruptio / reminiſcẽtia & eruditio:

Cap.

Tral. ve. ex græ. recog.

1 ſcientiæ autem / obliuio & deceptio.
2 Secundum accidens autem conſequũtur naturalia: aliorum corruptiones. corruptis enim animalibus: corrumpuntur & ſcientia & ſanitas quæ in a-
5 nimalibus. ¶ Quapropter: & de anima ratiocinabitur quis vtiq; / ex his. Si enim eſt non natura / ſed quemadmodum ſcientia in anima ſic & anima in corpore: erit vtiq; ipſius & alia corruptio præter corruptionem qua corrumpitur corrupto corpore. Quare / quoniam non videtur eſſe talis: aliter vtiq; habebit ad corporis communionem.
6 ¶ Forte autem vtiq; quis dubitabit rationabiliter: vtrum eſt vbi incorruptibile erit quod corruptibile / vt ignis ſurſum vbi non eſt contrarium. Corrumpuntur enim quæ quidem inſunt contrarijs: ſecundum accidens / eo ꝙ illa corrumpũtur. interimuntur enim contraria: abinuicem. Secundum accidens autem nullum contrariorum in ſubſtantijs / corrumpitur: propterea ꝙ de nullo ſubiecto prædicatur ſubſtantia. Quare cui non eſt contrarium / & vbi nõ eſt: impoſſibile vtiq; erit corrũpi. Quid enim erit corrũpens: ſi a contrarijs quidem corrumpi accidit ſolis / hoc autem nõ exiſtit / aut totaliter / aut hic? An hoc: ſic quidem verum eſt / ſic autem non? Impoſſibile enim: materiam habenti non exiſtere aliqualiter contrarium. nam omnino quidem ineſſe calidum aut rectum / contingit: alicubi autẽ eſſe impoſſibile aut calidũ aut rectũ aut albũ. erunt enim paſſiones: ſeparatæ. Si igitur quando ſimul fuerint actiuum & paſſiuũ / hoc quidẽ ſemper agit / hoc autẽ patitur: impoſſibile nõ permutari. Adhuc: neceſſe eſt ſuperfluũ facere. ſuperfluũ autẽ: cõtrariũ. ex contrario enim: ſemper permutatio. ſuperfluũ autem: reliquię prioris.

Vatablus

lent: ſciẽtiam / obliuio & deceptio. Per accidens tamen: cæterorum corruptiones / rerum naturalium interitus ſequũtur. nam cum animalia ipſa intereunt: eorundem & ſanitas & ſcientia corrumpitur. ¶ Quocirca: & de anima per hęc ratiocinari quiſpiam profecto poteſt. Nam ſi anima haudquaquã natura ſubſiſtat / ſed vt ſcientia in anima ſic & anima in corpore ſit: erit nimirum ipſius quædam etiã alia corruptio præter eam qua / cum corpus interit / corrumpi ſolet. Quare / cum nulla talis eſſe videatur: alio ſane pacto cum corpore inijt ſocietatẽ. ¶ Sed fortaſſe quæret quiſpiam / idq; optima ratione: vtrum quod corruptibile eſt id alicubi a corruptione vindicari queat / ceu ignis ſupero in loco vbi cõtrarium nullum eſt. Quę enim contrarijs inſunt: per accidens corrumpi ſolent / eo ꝙ illa intereant. tolluntur enim contraria: a ſeſe. At contrariorũ quæ in ſubſtantijs ſunt / nullum per accidens corrumpi poteſt: propterea ꝙ ſubſtantia de nullo ſubiecto prędicatur. Quare fieri non poterit: vt id corrumpatur quod contrario caret / aut in eo loco eſt vbi nullum eſt contrarium. Quid enim erit quod vim habeat corrumpendi: ſi quidem a contrarijs vnis corrumpi quicquam contingat / contrarium autem non inſit / aut omnino / aut hic? An hoc: partim verum eſt / partim non verum? Fieri enim nequit: vt ei quod materiam habeat / non inſit modo quodam contrarium. nam vt omnino inſit caliditas aut rectitudo aut albor / fieri poteſt: vt alicubi ſit / non poteſt. alioqui: affectus eſſent ſeparati. Si igitur quando actiuũ & patibile ſimul ſunt / ſemper alterum agit / alterum patitur: fieri non poteſt quin fiat mutatio. Præterea: & excrementa fieri neceſſe eſt. at excrementum: contrarij rationem ſubit. ſemper enim mutatio: e contrario fit. excremẽtũ autẽ: reliquię prioris eſt.

Vatablus

Qz ſi quicquid actu contrarium eſt abigeretur: eſſetne vel hic incorruptibile/an nō ſed ab eo quod continet corrumperetur? ¶Si ergo id quod continet ſit ſatis committendæ corruptioni: numero eorum quæ dicta ſunt/ adſcribatur. ſin minus: ineſſe quippiam quod ſit actu contrarium/& excrementitiam materiam aggigni/ſuppoſuiſſe operæprecium eſt. Quamobrem: minor flamma a maiore per accidens deuritur. q̄ pabulū/ fumum ſcilicet/ quod illa non niſi longo tempore abſumere poteſt: hæc ocyus inſumat. ¶ Quapropter: omnia ſemper in motu ſunt/ & ortum aut obitum ſubeunt. cui rei: id quod continendi munere fungitur/ vel conferre vel obeſſe ſolet. ¶ Et ob id/quæ locum demutant/ ea tempore quidem longiore breuioreve q̄ ſua ferat natura edurant: ſed ſempiterna nuſq̄ ſunt/quibuſcūq̄ contraria adſint. nam materies: protinus contrarium habet. Quare ſi ſit de prædicamento loci: lationem ſubeūt. ſi vero quantitatis: accreſcunt aut decreſcunt. ſi denique qualitatis: alterantur.

CAP. II.

AT neq̄ maxima: corruptioni minus obnoxia ſūt. equus enī: minus tēporis q̄ homo/ viuit. neq̄ puſilla. nam inſectorum plurima: non vltra annum ætatem extendunt. Neque plantæ omnino minus q̄ animalia corruptioni patent. cum nonnullæ: vita ſint annua. Neque ſanguinaria. ſiquidem apis: lōgiore tempore q̄ ſanguinea quędam/ viuit. neque exanguia. q̄ mollia: annua ſint/ quāuis ſanguine careant. Neq̄ terreſtria. ſūt enim tum e plantis/ tum e pedeſtri animantium genere: quę in anni ſpacium dūtaxat ætatem protrahunt. neq̄ marina. etenim in mari tam teſtacea q̄ mollia: parū viuunt. ¶Sed in totum quæ diutiſſime viuant: ea in ſtirpium genere cōtinētur/ vt

Tral. ve. ex græ. recog.

Si autem omne expelletur quod actu contrariū: & hic incorruptibile vtiq̄ erit/ an non ſed a continente corrumpitur? ¶Si igitur ſufficiens: ex dictis. 7
ſi autem non: ſupponere oportet q̄ ineſt aliquid actu contrarium/ & ſuperfluum fit. Quapropter: & minor flamma comburitur a multa ſecundum accidens. quia alimentum quod illa in multo tempore conſumit/ fumum: hoc flamma multa cito. ¶ Quapropter: 8
omnia ſemper in motu ſunt/ & fiunt aut corrumpuntur. continens autem: aut cooperatur/ aut contraoperatur. ¶Et propter hoc/ tranſpoſita durabiliora quidem fiunt/ & paucioris durationis natura: æterna autem nuſquam quibuſcunq̄ contraria ſint. confeſtim enim materia: cōtrarium habet. Quare ſi quidem ipſius vbi: ſecundum locum permutātur. ſi autem quanti: ſecundum augmētum & decrementum. ſi autem paſſionis: alterantur. 9

CAP. II.

ERunt autem neq̄ maxima: incorruptibiliora. equus enim: homine/ breuioris vitæ. neq̄ parua. epeteia enim: ἐπέτεια
multa entomorū. Neq̄ plantæ totaliter animalibus. epeteiæ enim: quædam plantarum. Neq̄ ſanguinem habentia. apis enim: durabilior quibuſdam ſanguinem habentibus. neq̄ exanguia. malacia enī: epe- μαλάκια
teia quidē/ exanguia autem. Neq̄ quę in terra. etenim plantæ: epeteiæ ſunt/ & animalia greſſibilia. neque quæ in mari. etenī ibi breuis vitę: & oſtracera ὀστρακηρά
& malacia. ¶Omnino autē quæ lon- 11
giſſimæ vitæ: in plantis ſunt/ vt pal-

Tral. ve. ex græ. recog.

palma & cypreſſus. et in ſanguinem habentibus animalibus magis / q̄ in exanguibus: & in greſſibilibus/ q̄ in aquatilibus. Quare & combinatis: in ſanguinem habentibus & greſſibilibus/quæ longiſſimæ vitæ animalium ſunt/vt homo & elephas. Et vtiq; quę maiora/ vt ad plus dixerim: minoribus longioris vitæ. etenim & alijs accidit quæ longioris vitæ ſunt/magnitudo:ſicut & dictis. ¶ Cauſam autem de his omnibus: hinc vtiq; quis contemplabitur. Oportet enī accipere: q̄ animal eſt natura humidū & calidum/& ipſum viuere tale. ſenectus autem: frigida & ſicca/ & quod mortuum. videtur enim ſic. Materia autem corporum exiſtentibus: hæc/ calidum & frigidum & ſiccum & humidum. neceſſe igitur ſeneſcentia: deſiccari. ¶ Quapropter: oportet non facile deſiccabile eſſe humidū. Et propter hoc: pinguia/ imputribilia. Cauſa autem: q̄ aeris. aer autem: ad alia/ ignis. ignis autem: non fit putridus. Neq; rurſum paucum oportet eſſe humidum. facile ſiccabile enim: quod paucum. Quapropter & magna & animalia & plantę vt vniuerſaliter dicam/ longioris vitæ: quemadmodum dictum eſt prius. rationabile enim: maiora plus habere humidi. Non ſolum autem propter hoc: longioris vitæ. duæ enim cauſæ: quantum & quale. Quare oportet non ſolum multitudinem eſſe humidi: ſed hoc & calidum/ vt neque facile congelabile/ neque facile deſiccabile ſit. Et propter hoc: homines longæ vitæ magis quibuſdam maioribus. longioris enim vitæ ſunt quæ deficiunt multitudine humidi: ſi pluri ratione excedant ſecundum quale q̄ deficiant ſecundum quātum. Eſt autē aliquibus quidem calidum:

Vatablus

palma & cupreſſus. mox in ſanguineo genere animalium potius/ q̄ in exangui: & in pedeſtri / q̄ in aquatili. Quare & illis duobus iunctis: in ijs quæ ſanguinea pariter & pedeſtria ſunt / ea haberi ſolent quæ inter animalia longiſſime viuunt / vt homo atq; elephas. Quin & vaſtiora/ quod maiori ex parte dixerim: diutius q̄ minora viuunt. nam & cæteris quæ viuaciora ſunt/ perinde atq; ijs quę modo retuli: magnitudo adiuncta eſt. ¶ Horum omniū cauſam: hinc intueri licet. Intelligendum enim eſt: animal natura humidum calidūq; eſſe/ cuiuſmodi vita quoq; ipſa habetur. at ſenectus/ & quod emortuū eſt: obareſcit algetq;. ſic enim habere cernitur. Hęc etiam/ calidum inquā/ frigidum/ humidū/ & ſiccū: materiā corporibus quæ in rerū natura ſunt/ ſuppeditant. neceſſe eſt itaq; ea/ dum ſeneſcunt: inareſcere. ¶ Quocirca: & humidū eſſe tale cōuenit vt non facile ſicceſcat. Et ob id: pinguia putreſcere non ſolēt. Cuius rei cauſa eſt: q̄ ea ſūt aeris. aer autem: ad reliqua ignis eſt/ qui haudquaq̄ putris reddi poteſt. Rurſum: non paucum eſſe humidum oportet. quod enim paucum eſt: facile exareſcit. Ideoque magnæ & animantes & plantæ / vt in vniuerſum dixerim: plus tē poris viuere conſueuerunt/ quemadmodum dictum eſt antea. nam ratione optima euenit: vt quæ maiora ſunt/ plus habeant humidi. At nō ſolum propter hoc: vita ſunt longiore. duæ enim ſunt cauſæ: quantitas & qualitas / id eſt modus & genus. Proinde non ſolum oportet humidum eſſe multum: ſed etiam calidū/ vt ne facile aut congelaſcat / aut reſiccetur. Hac de cauſa: diutius homo q̄ maiuſcula quædā animalia viuit. nam quæ humidi copia vincūtur: ſi maiore proportione per qualitatē ſuperent q̄ per quantitatē vincātur/ ea ſane viuaciora ſūt. Calidum autē ipſum: in nōnullis

Vatablus

pingue habetur. quæ res ſimul efficit: vt neque facile inareſcat/ neq; facile refrigeretur. in nõnullis: alio ſucco prædítum eſt. Præterea oportet vt quod haud facile corruptibile ſit: nequaquam excrementis abundet. quod enim tale eſt: aut vi morbi/ aut ſuapte natura interimitur. nã excrementorũ vírtus atque facultas/ vicem ſubit contrarij: atq; interdũ naturã ipſam/ interdũ partẽ corrũpit. ¶Quapropter quæ ſalacia ſunt/ & ſemine redundant: ocyſſime ſeneſcunt. nam ſemen/ excrementum eſt: & inſuper/ cum prodit aſſiccat. Ob ídq; mulus equo & aſino ex quibus procreatus eſt/ plus tẽporis viuit. & fœminę/ maribus: ſi mares ſalaces ſint. Quocírca & ín paſſerũ genere: mares breuiorẽ q̃ fœminæ vitam obtinẽt. Adde etiã q; qcũq; mares laborioſi ſũt: amplíus/ laboris nomine/ ſeneſcere ſolent. labor enim: exiccat. ſenectus autem: ſicca eſt. ¶Natura tamen mares/ vt in vniuerſum díxerim: víuaciores fœminis ſunt. Cuius rei cauſa eſt: q; mas fœmina calidior ſit. ¶Eadem etiam animalia: tepidis locís plus temporis q̃ frígidis/ ílla ipſa cauſa qua quæ maíore ſunt corpore víuunt/ & eorũ maxíme q̃ natura frigida ſunt magnitudo conſpectior redditur atq; inſignior. ¶Quapropter: & calidis locis ſerpẽtes/ lacerti/ & corticata/ necnon in mari rubro teſtata omnia/ mira quadam magnitudine augentur. calida nãq; humiditas: vitę ac íncrementi cauſa exiſtit. Locis autem prægelidís: humiditas animantibus índita/ aquoſior eſt. Quamobrem: facile congelaſcere poteſt. Quare in ſeptentrionalí plaga/ ex animalibus quæ parum ſanguinis obtinent aut eodem vacant/ quædam nullo pacto/ ſiue pedeſtria in terra/ ſiue aquatilía in marí gígnuntur: quędam gignuntur quídem/ ſed minora ſunt vitæque breuioris. nam gelida cœli conſtitutío: ea increſcere non ſinit.

Tral.ve. ex græ. recog.

pīgue. qđ ſimul facit: nõ facile ſiccabíle/ & non facile ínfrigídabile. quædã autem: alíum habent humorem. Item oportet futurũ eſſe non leuíter corruptíbile: non ſuperfluificũ eſſe. interímitur enim quod tale: aut languore/ aut natura. contraría enim eſt ſuperfluitatis virtus: & corruptíua/ hæc quidem naturæ/ hæc autem particulæ.

¶Quapropter coitiua/ & multí ſper- 14
matis: ſeneſcunt cito. ſperma enim/ ſuperfluum: & amplius/ deſiccat emiſſum. Et propter hoc: mulus eſt longíoris vítæ equo & aſino/ ex quíbus genitus eſt. & femellæ/ maſculis: ſi coítiuí ſint maſculi. Quapropter & paſſeres maſculi: breuioris vítæ femellis. Adhuc autem & quicunq; laborioſi maſculorum: propter laborem ſeneſcunt magís. deſiccat enim: labor. ſenectus autẽ: ſicca eſt. ¶Natura autẽ & vt ad 15
omne dicã/ maſculi: femellís lõgioris vitæ. Cauſa autem: quia calídius animal maſculus eſt q̃ femella. ¶Eadem 16
autem/ ín calídis/ longioris vítæ ſunt q̃ in frígídis locis/ propter eandem cauſam propter quam quídem & maiora: & maxíme notabilis magnitudo animalium frígidorum ſecundum naturam. ¶Quapropter & ſerpentes & 17 Φολιδωτά
lacertæ & pholídota: magna ſunt in calídis locis/ & ín rubro mari oſtracoderma. augmẽtí enim: calída humídítas cauſa/ & vitę. In frígídis autem locis: magis aqueum eſt humídum quod ín animalíbus eſt. Quapropter: facíle congelabile. Quare hæc quídem non fiunt omnino anímalium quæ pauci ſanguinis aut ſanguínem non habentium in íjs quę ad arcton locis/ neq; greſſíbília ín terra/ neq; aquatílía ín mari: hæc autem fíunt quídem/ minora autẽ & breuíoris vitæ. aufert enim congelatío: augmentum.

Mare rubrum

Ὀστρακόδερμα

Cap. 2 3

Tral. ve. ex græ. recog.

Alimentũ autem non ſumentia et animalia & plantæ: corrũpuntur. conſumit enim ipſum: ſeipſum. quemadmodum enim multa flamma comburit & corrumpit paucam / eo ꝙ alimentum conſumat: ſic naturale calidum primum digeſtiuum / conſumit materiam
8 in qua eſt. ¶ Aquatilia autem / greſſibilibus minus lõgæ vitæ: nõ quia humida ſimpliciter / ſed quia aquoſa. Tale autẽ humidũ / facile corruptibile: quia
19 frigidũ & cõgelabile de facili. ¶ Et exangue / propter idẽ: ſi nõ magnitudine recõpẽſetur. neq; enĩ pinguedinẽ habet: neq; dulce. in animali enim: quod pingue / dulce. Quapropter apes: longioris vitę ſunt alijs maioribus animalibus.

CAP. III.

20 IN plantis autem ſunt: quæ lõgiſſimæ vitæ. & magis / q̃ in animalibus. Primũ qdẽ: quia aquoſæ minus. quare: non facile cõgelabiles. Deinde: habẽt pinguedinem & viſcoſitatem / & ſiccę & terreſtres exiſtẽtes / tamen non habent facile ſiccabile humidum. De hoc autem quod eſt naturam arborum eſſe durabilem: oportet accipere cauſam. habet enim propriã ad animalia: præterq̃ ad entoma. Iuuenes enim ſemper plantæ fiunt. quapropter: multi temporis. ſemper enim alteræ germinationes / hę autem ſeneſcũt / & radices ſimiliter: ſed nõ ſimul / ſed aliquando quidẽ ſolus ſtipes & rami perierũt / alteri autẽ iuxta nati ſunt. Cum autem ſic fuerint radices: aliæ ex exiſtẽte generãtur. Et ſic ſemper permanet: hoc quidem corruptum / hoc autem factum. quapropter: longę vitæ.
21 ¶ Aſſimilãtur autẽ plãtæ / entomis: ſicut dictũ eſt prius. diuiſæ enĩ viuũt: & duę & multæ fiũt ex vna. Entoma au-

Vatablus

Cum autem alimentum non recipiũt tam animalia q̃ plantæ: interire ſolent. idem enĩ: ſeipſum emacerat. nam quemadmodum flamma magna paruam exurit corrũpitq; / propterea ꝙ alimẽtum eius abſumat: ſic calor naturalis cui primaria concoquẽdi vis ineſt / materiam in qua ſit conſumit. ¶ Porro aquatilia pedeſtribus minus viuunt: non ꝙ humida ſimpliciter / ſed ꝙ aquoſa ſint. Tale autem humidum / corruptioni oportunum eſt: quia frigidum ſit & prompte cõgelabile. ¶ Item exanguia ſanguineis / eandem ob cauſam: niſi magnitudine vindicentur. nam neq; pinguitudinem præ ſe ferũt: neq; dulcorẽ / cum in animali pingue ipſum dulce ſit. Quamobrẽ apes: diutius q̃ quædam alia maiuſcula animalia viuunt.

CAP. III.

QVæ autẽ diutiſſime viuũt: in plãtis reperiri aſſolent. idq; potius / q̃ in animantibus. Primo: ꝙ plantę minus in ſe diluti humoris cõtineãt. vnde fit: vt non facile congelẽtur. Deinde: ꝙ pinguitudinẽ lentoremq; habeãt / & quãq̃ aridæ ſunt atq; terrenę / tamen nõ facile ſiccabilẽ poſſideãt humiditatem. Sed cur natura arborũ longo temporis ſpacio eduret: cauſam ſumpſiſſe cõuenit. eam enim peculiarẽ ſibi præ omnibus animantibus præterq̃ inſectis: obtinet. Semper enĩ ſtirpes iuueneſcunt. ideoq; lõgæuæ ſunt. nam aſſidue germina alia enaſcũtur / alia ſeneſcũt / & radices pari modo: & non ſimul / ſed interdũ ſolũ caudex & rami pereunt / alij vero rami adnaſcũtur. Cum autẽ hæc affectio radicibus euenit: aliæ ex eo quod ſupereſt / oriri ſolẽt. Atq; ita perpetuo: aliud corrumpitur / aliud gignitur. quocirca: & illæ lõgo tempore viuũt. ¶ Aſſimilãtur autẽ plãtæ / inſectis: vti iam diximus. nã plãtæ / diuiſæ ſeiunctæq; viuunt: ac duæ ex vna atq; etiã plures procreantur. Inſe-

Vatablus

cta vero/viuunt quidē: ſed longo tēpore viuere nequeūt. nā nec inſtrumenta poſſidēt: nec principiū illud quod ſingulis ineſt/ea efficere poteſt. At illud quod plātis innatū eſt: poteſt. quippe cū plantæ: vbiq; tā radicē q̄ caulē potentia habeant. Quapropter: ab eo ſemper aliud recens/aliud ſenectū prouenit. quæ pauxillū inter ſe vitę lōgitudine differunt: perinde vt ea q̄ auulſu ſerūtur. etenī in ea ſatione q̄ auulſo ſurculo effici ſolet: idem quodāmodo euenire dicas. id enī quod auulſione ſeritur: particula quędā eſt. Verū hoc in ſatione quæ auulſu fit/ſeiunctis cōtingit: ibi/continuis. Cauſa: q; principiū ipſum potentia vbiq; ineſt. ¶Porro: idē in plātis & animalibus euenit. Nam in animaliū genere: mares diutius magna ex parte viuūt. quorum partes ſuperne: maiores ſunt/q̄ infernæ. nā mas: fœmina magis formam gerit pomilionis. ſuperna vero/calor: & infernā/ frigus occupat. Et in plātarum genere: quæ caput prægraue ac ponderoſum geſtant / longius vitæ curſum protrahunt. cuiuſmodi ſunt: non annuę/ ſed quę figura ſunt arboris. ſiquidē radix: plātarum pars ſupera atq; caput eſt. quæ autē ſunt annuæ: parte infera & augētur & ſuos fructus effundunt. Sed de hoc ſeorſum per ſe in libris de plātis tractabitur: nūc autē de cæteris/ nēpe de animalibus/ cauſa quāobrē alia longū vitæ ſpacium obtineant/alia breue/ explicata eſt. Reſtat: vt de iuuētute & ſenectute & vita & morte contemplemur. his enim prędefinitis determinatiſq; animalium doctrina finem erit aſſecuta.

¶ Ariſtotelis de lōgitudine & breuitate vitę/Franciſco Vatablo interprete: finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

tē/vſq; ad viuendū peruenerūt: multo autē non poſſunt tēpore. non enim habēt organa: neq; facere poteſt ipſa principiū quod in vnoquoq;. Quod autē in plāta: poteſt. vbiq; enim: habet radicē & germē potētia. Quapropter ab hoc ſemper prouenit: hoc quidē nouū/ hoc autē ſeneſcēs/modico aliquo differētia in eo quod eſt eſſe lōgę vitę/ſicquēadmodū q̄ abſplantātur. etenī in abſplātatione: modo aliquo dicet vtiq; aliqs eadē accidere. particula enī quędā: qđ abſplātatur. In abſplātatione igitur ſeparatis/accidit hoc: ibi autē/per cōtinuum. Cauſa autem: quia ineſt vbiq; principium potentia exiſtens. ¶ Accidit autem idem: in animalibus & plātis. In animalibus enim: longioris vitę maſculi vt in pluribus. horum autē ſuperiora: maiora q̄ inferiora. magis enim nanus maſculus: q̄ femella. in ſuperiori autem/calidū: & frigidū/in inferiori. Et plātarū: quæ capite graues/ longioris vitæ. tales autē: non quæ epeteiæ/ſed arboroſę. ſuperius enim plātę & caput: radix eſt. epeteiæ autē: ad inferius & fructum accipiunt & augmētum. Sed de hoc quidem ſecundum ſe in ijs quę de plantis determinabitur: nunc autem de alijs/animalibus/dicta eſt cauſa de magnitudine vitæ & de vitæ breuitate. Reliquum autem nobis conſyderare: de iuuētute & ſenectute/ & vita & morte. his enī determinatis: finē vtiq; habebit quæ de animalibus methodus. 22

¶ Tralationis veteris de longitudine & breuitate vitæ/Ariſtotelis / ex Græco recognitę: finis.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus Ariſtotelis de iuuẽtute & ſenectute/ ex Greco recognita: ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I.

1 DE iuuẽtute autẽ & ſenectute/ & vita & morte: nũc dicendum. ſimul autẽ & de reſpiratione: neceſſarium forte cauſas dicere. q̃ buſdã eni animaliũ: propter

2 hoc accidit viuere & nõ viuere. ¶ Quoniã autẽ de anima in alijs determinatũ eſt: etſi palã eſt q̃ nõ eſt poſſibile ſubſtãtiã ipſius eſſe corpus/ ſed tamẽ q̃ in aliqua exiſtit corporis particula manifeſtũ/ & in hac aliqua habẽtiũ virtutẽ in

3 particulis. ¶ Alię igitur animę aut partes aut virtutes/ qualitercunque oporteat vocare: dimittãtur nũc. Quęcunq; autẽ aĩalia dicũtur & viuere/ in his q̃dẽ quę adepta ſũt vtraq; hęc/ dico autẽ vtraq;/ & q̃d eſt eſſe animal & q̃d viuere: neceſſe eſt eãdẽ eſſe et vnã particulã/ ſecũdũ quã viuit & ſecũdũ quã appellamus ipſũ animal. Animal eni ſecũdũ q̃ aĩal: impoſſibile eſt nõ viuere. ſecũdũ q̃ autẽ viuit/ ſic aĩal exiſtere: nõ neceſſariũ. plãtę enĩ: viuũt quidẽ/ nõ habẽt autẽ ſenſũ. per ſẽtire autẽ: animal a

4 non aĩali diſterminamus. ¶ Numero igitur neceſſariũ eſt vnã eſſe et eãdẽ hãc particulã: ipſo eſſe autẽ plures & diuerſas. nõ eni idem: animal eſſe/ & viuere.

5 ¶ Quoniã igitur propriorũ ſẽſoriorũ vnũ aliquod cõmune eſt ſenſoriũ in q̃d eos qui ſecundũ actũ ſenſus neceſſariũ obuiare/ hoc autẽ vtiq; erit mediũ ãterioris vocati & poſterioris (anterius enĩ dicitur: in quo eſt nobis ſenſus. poſterius autẽ: oppoſitũ) adhuc autẽ diui-

Vatablus

¶ Ariſtotelis de iuuentute & ſenectute & vita & morte & ſpiratione liber vnus: ad R. P. D. Guillermũ Briconnetum Epiſcopum Meldenſem verſus/ Franciſco Vatablo interprete.

DE iuuẽtute & ſenectute & vita & morte: nũc agendum. forte autẽ ſimul & de ſpiratione cauſas dicere neceſſarium eſt: q̃ ob eam animantibus nõnullis viuere & nõ viuere contingat. ¶ Cum iam alibi de anima tractatum ſit: quanq̃ conſtat fieri non poſſe vt animæ ſubſtantia corpus ſit/ eam tamen eſſe in aliqua corporis particula/ & ea quidem quę inter reliquas vi quadã polleat/ apertũ eſt. ¶ Cæteris igitur animę aut partibus aut potentijs (vtrouis modo appellandæ ſint) in pręſentia dimiſſis/ eorũ omniũ quę animalia dicũtur & viuere/ in hiſce quidem quibus vtraq; iſta/ eſſe animal inq̃ ac viuere cõpetunt: vnam & eandem eſſe partẽ neceſſe eſt/ qua viuunt ſimul & animalis nuncupationẽ ſortiuntur. Fieri enĩ nequit: vt animal qua animal eſt/ nõ viuat. at qua viuit/ hac eſſe animal: haudquaq̃ neceſſe eſt. nã plantæ: viuũt quidẽ/ ſed ſenſu carent. ipſa autẽ ſentiendi facultate: animal a nõ animali interſtinguitur. ¶ Hãc ergo partẽ/ numero vnã eandẽq;/ ratione plureis ac diuerſas eſſe: neceſſe eſt. neq; enĩ idem eſt: eſſe animal/ quod viuere. ¶ Cum igitur propria ſenſoria vnũ aliquod cõmune ſenſoriũ nacta ſint quo neceſſe ſit ſenſus actu concurrere/ hoc autem inter partẽ priorem & poſteriorem mediũ ſit (nam pars prior dicitur: in qua ſẽſum gerimus. poſterior: quæ e regione illius ſita eſt) & inſuper præciſis viuẽtibus

Vatablus

omnium pars altera ſupera ſit/ altera infera (omnia enim: partem ſuperam inferamque poſſident (quare & ipſæ plantæ: vegetandi principiũ inter eas habebũt) nam partem qua cibus ingreditur: ſuperam nuncupamus/ ipſam ſpectantes / & non totum illud quod nos ambit. qua vacans materia primum egeritur: inferam. Cæterum illa: in plantis econtrario q̃ in animalibus ſita eſt. Nam ex animantibus: homini maxime pars ſuperior ad vniuerſi ſupremum erecta eſt. cæteris: media inter ſupremum acimũ haberi ſolet. At plantis cũ ſtabiles ſint/ cibũq; ex imo capiant: ea pars neceſſario infra poſita ſemper eſt. quam enim habet rationẽ in animalibus vocatũ os: eã ſubeũt in plãtis radices. nã illa/ore cibũ e terra capiũt: hæ/radicibus) cũq; tribus exiſtentibus partibus in quas perfecta animalia diuiduntur/ vna qua cibũ capiũt/altera qua excrementũ emittũt/ tertia quę inter illas media eſt/ hęc in maximis animalibus pectus nũcupetur/ ĩ cæteris proportionale/ in quibuſdã autem magis q̃ in alijs articulata diſcretaq; ſit/ & ex eorũ numero quęcũq; inceſſilia ſũt ea parteis ad id muneris accõmodatas crura ſcilicet pedeſq; & ea quibus cõſimilis facultas adeſt adiũctas poſſideant qbus totus alueus feratur: vegetalis profecto animę principiũ ĩ medio illarũ triũ partiũ haberi tum viſu / tũ etiã ratione depræhenditur. ¶ Plæraq; enĩ animalia : adẽpta vtrauis parte/ id eſt aut ea quæ vocatur caput/ aut ea quæ ingeſtos continet cibos / cum quacunq; ea ſit quæ media eſt/ viuere ſolent. Id qđ aperte: in inſectis/ vt veſpis & apibus/ vſu venit. Sed & plurima quæ inſecta non ſunt: præciſa/ ob vegetãdi principiũ viuere queunt. quip-

Tral. ve. ex græ. recog.

ſo corpore viuentium/ omnium ſuperius & inferius (omnia enim: habent ſuperius & inferius (quare & plantæ: palam eſt q̃ nutritiuum principium habebunt vtiq; in medio horum) particulam enim ſecundum quam ingreditur alimentum: ſuperius vocamus / ad ipſam reſpicientes/ ſed non ad ambiens totum. deorſum autem: ſecundum quam ſuperfluum dimittunt primo. Habet autẽ contrarie in plãtis hoc: & animalibus. Homini enim propter rectitudinem/ maxime ineſt hoc animalium: habere quæ ſurſum particulam ad eam quæ totius ſurſum. alijs autem: intermedie. Plantis autem immobilibus exiſtentibus/ & accipientibus ex terra alimentum: neceſſarium ſemper deorſum hanc habere particulam. proportionales enim ſunt radices / plantis: & quod vocatur os/ animalibus. per quod/ alimentum hæc quidem/ ex terra accipiunt: hæc autem/ per ipſas) tribus autem exiſtentibus partibus in quas diuiduntur omnia perfecta animalium/ vna quidem qua ſuſcipiũt alimentum/ vna autem qua ſuperfluum emittũt/ tertia autem horum media/ hæc in maximis animalibus vocatur pectus/ in alijs autem proportionale/ dearticulata autem eſt magis alijs alijs / quæcunque autem ipſorum ſunt proceſſiua apponuntur & particulæ quæ ad hanc adminiſtrationem / quibus totum ferãt cytos/ crura & pedes & habentia eandem his virtutem: ſed principiũ quidẽ nutritiuę animæ in medio trium particularum ſecundum ſenſum eſſe videtur & ſecundũ rationẽ. ¶ Multa enĩ animalia: ablata vtraq; particula/ & ea quæ vocatur caput/ et ſuſceptiua alimẽti viuũt/ cũ quacũq; vtiq; fuerit media. Palã autẽ: in entomis/ vt veſpis & apibus/ hoc accidere. Et multa autem non entomorum: diuiſa poſſunt viuere/ propter nutritiuũ. ta-

κῦτος

6

Tral.ve.ex græ.recog.

lem autem particulam: actu quidem habent vnam / virtute autem plures. Eodem enim modo plantis: cõſtituta ſunt. etenim plantæ diuiſæ viuũt ſeparatim: & fiũt multæ arbores ab vno principio. Propter quam autem cauſam plantarum hæ quidem non poſſunt diuiſæ viuere / hæ autem abſplantantur: alter erit ſermo, ſed ſimiliter habent ſecundũ hoc: & plantæ & genus entomorum.

7 ¶Neceſſe autem: & nutritiuam animã actu quidem in habentibus eſſe vnam / virtute autẽ plures. Similiter autem: & ſenſitiuum principium. videntur enim habere ſenſum: diuiſa ipſorum (Sed vt ſaluetur natura plantæ quidem poſſunt: hæc autem nõ poſſunt / quia non habẽt organa ad ſalutem / & quia indigentia ſunt hæc quidem capientis / hæc autem ſuſcipientis alimentum / hęc autẽ & aliorum & horũ amborũ) Aſſimilantur enĩ talia animaliũ: multis animalibus ſimul iunctis (Optime autẽ cõſtituta animalia hoc non patiuntur: propterea ꝙ natura ipſorũ / vt cõtingit maxime vna eſt. Quapropter & paruũ ſenſum quædam faciũt diuiſę particularũ: quia habent aliquam animalem paſſionẽ) Separatis enĩ viſceribus: faciunt motum. vt & tortucæ: corde

8 ablato. ¶ Adhuc autem in plantis palam & animalibus. In plantis quidem: eam quæ ex ſpermatibus generationem conſyderantibus / & inſitiones & abſplãtationes. Quæ enim ex ſpermatibus generatio: accidit omnibus ex medio. dithyris enim exiſtentibus omnibus: ſecũdum ꝙ adnata ſunt & medium eſt vtriuſq; particularum / hinc ramuſculus oritur & radix naſcentium. principium au-

9 tem: medium horum eſt. ¶In inſitionibus autem & abſplantationibus: hoc maxime accidit circa nodos. eſt enim principium quoddam nodus / rami: ſimul autem & mediũ. Quare aut hoc au-

Vatablus

pe q̃ partẽ hãc: actu ſimplicẽ / potẽtia multiplicẽ habeãt. Eodẽ enĩ quo plãtæ modo cõſtãt. etenĩ plãtę prę ſectę ſeorſim viuunt: multæq; arbores ab vno fiunt principio. Cęterũ quã ob cauſã plãtarũ aliæ diuiſæ ſeiũcteq; viuere nequeãt / alię auulſione ſerãtur: alio explicabitur loco. quãq̃ in hoc: plãtę & inſectorum genus ſimiliter ſeſe habent. ¶Neceſſe autẽ eſt: vt aĩa vegetatrix in habentibus actu ſimplex vnaq; ſit / potẽtia multiplex ac plures. Nec ſecus de ſentiẽdi quoq; principio dicendũ. nã quæ ex eis diuiſa ſũt: ea ſenſũ habere cernuntur (Verũ plantę vt natura ſeruetur efficere poſſunt: hæc nõ poſſunt / ꝙ inſtrumẽta ad naturæ tutelam ſalutẽq; cõmoda nõ habeãt / careãtq; alia eo quod cibũ trahit / alia eo qđ recipit / alia tũ aliis tũ etiã horũ vtroq;) Huiuſmodi enim animalia: animalibus multis natura cohęrẽtibus aſſimilãtur (At quæ optime cõſtãt haudquaq̃: ꝙ eorum natura q̃ maxime fieri poteſt vna ſimplexq; habeatur. Quo fit vt partes nõnullæ / diuiſæ parũ ſentiant: ꝙ affectio quędam animę illata ſit) Detractis enĩ viſceribus: ciẽtur. id qđ: etiã teſtudinibus exẽpto corde euenit. ¶Prę terea illud: tã in plãtis q̃ in animalibus patere poteſt. In plãtis quidẽ: ſi generationẽ quę fieri ſemine ſolet / & inſitiones auulſioneſq; cõſyderemus. Nã generatio ea q̃ ſemine fit: omnibus e medio prouenit. cum enim biualuia ſint ſemina omnia: qua cohærẽt mediũq; partis vtriuſq; habetur / hinc vna cũ caule radix etiã eorũ quę naſcũtur erũpit / principiũq; medium ipſorũ eſt. ¶Hoc etiã in inſitionibus auulſionibuſq;: circa nodos maxime euenit. nodus enĩ: principiũ quoddã ſurculi eſt / & inſup mediį ratione obtinet. Quare aut nodũ auſe-

Vatablus

rũt/ aut in eũ quippiã indunt: vt vel radix/ vel ſurculus ex eo naſcatur/ quaſi principiũ caulis & radicis/ e medio ſit. ¶ Quinetiã cor animantium ſanguine pręditorum : primũ gignitur. quod etiam per ea conſtat: quę fuimus ſpeculati in hiſce quæ dum adhuc fierẽt/ nobis vidiſſe cõtigit. Quare & in ijs quæ ſanguine carent: id primũ fieri neceſſe eſt quod vice cordis ſubrogatur. CAP. II.

QVod autẽ cor venarũ principium ſit/ q̃q; in ſanguineis ſanguis ſit vltimũ alimẽtũ ex quo partes efficiũtur: in libris de partibus animaliũ dictũ iã eſt. Conſtat itaq; oris facultatẽ alterã operã cibo cõficiẽdo pręſtare/ vẽtris alterã: cor vero potiſſimũ eſſe atq; finẽ imponere. Quare vt ſentiẽtis/ ita etiã vegetãtis animę originẽ: ſãguinariis in corde haberi neceſſe eſt. nã cęterarũ partiũ officia circa cibũ: officij cordis gratia ſunt. Oportet enim vt principale ad id cuius cauſa properet/ & nõ ĩ ijs quæ huius cauſa ſubſiſtat : pinde atq; medicus ad ipſã ſanitatẽ. ¶ At vero ſenſuũ principatus: in corde/ ſanguinarijs õnibus eſt. nã in corde: omniũ ſẽſoriorũ cõmune ſenſoriũ haberi neceſſe eſt. Duos autẽ/ id eſt tangẽdi & guſtãdi/ ſẽſus: eo apte tẽdere cernimus. quare: & reliquos eodẽ proficiſci neceſſe eſt. in hoc enim cętera ſenſoria motũ facere cõtingit. hæc autẽ: haud quaq̃ ad locũ ſuperiorẽ tẽdũt. ¶ Pręter ea ſi vita hac in parte oibus collocata ſit: eſſe neceſſe vt ſentiẽdi quoq; principiũ in ea ipſa ſedẽ habeat/ perſpicuum eſt. quo enim corpus animal eſt/ eo etiã viuere: quo vero ſenſitiuũ / eo eſſe animal dicimus. Cęterũ cur ſẽſuũ alij aperte in cor penetrent/ alij in capite poſiti ſint (quãobrẽ: nõ-

Tral. ve. ex græ. recog.

ferunt/ aut in hoc inſerunt: vt aut ramus aut radices ex hoc generentur/ tanq̃ exiſtẽte principio ex medio/ germinis & radicis. ¶ Et animalium ſanguinem habẽtium cor: fit primo. hoc autem palam: ex ijs quæ in contingentibus cum adhuc fierent videre/ contemplati ſumus. Quare & in exanguibus : neceſſarium analogũ cordi fieri primo. 10

CAP. II.

COr autem q̃ eſt venarũ principium : in ijs quæ circa partes animalium/ dictũ eſt prius/ & q̃ ſanguis in ſanguinem habẽtibus eſt vltimum alimentum ex quo fiunt particulæ. Manifeſtum igitur q̃ vnam/ quandam operationem/ oris virtus exercet/ alteram autem quæ ventris/ circa alimentum: cor autem principaliſſimum/ & finem appo nit. Quare neceſſe eſt: & ſenſitiuæ & nutritiuæ animæ in corde principium eſſe ſanguinẽ habentibus. nam aliarũ particularum opera circa alimentum : gratia operis huius ſũt. Oportet enĩ principale : ad id cuius gratia perſeuerare / ſed non in ijs quæ huius gratia. vt medicus ad ſanitatem. ¶ At vero ipſum principale ſenſuum: in hoc/ ſanguinem habentibus omnibus. in hoc enim neceſſarium eſſe: omniũ ſenſoriorũ cõmune ſenſoriũ. Duos autẽ manifeſte huc tendẽtes videmus: guſtũ & tactũ. quare: & alios neceſſariũ. in hoc enim & alijs ſenſorijs contingit fieri motũ. hæc autẽ: nihil tendũt ad eũ qui ſurſum locũ. ¶ Sine his autẽ/ ſi viuere in hac particula õnibus eſt : palã q̃ ſenſitiuũ principiũ neceſſariũ. qua enim animal/ hac & viuere dicimus: qua autem ſenſitiuũ/ hac corpus animal eſſe dicimus. Propter quid autem hi quidẽ ſenſuum manifeſte tẽdunt ad cor/ hi autem ſunt in capite (quapropter & vi- 11 12 13

Tral.ve.ex græ.recog.

2 3 detur quibuſdam ſentire animalia propter cerebrum) cauſa in alijs dicta eſt ſeorſum. ¶ Secundum apparentia igi-
14 tur palam ex dictis: q̄ in hac / & in medio corporis trium partium / ſenſitiuæ animæ principium eſt & augmentatiuę & nutritiuæ. Secundum rationem autem: quia naturam videmus in omnibus ex poſſibilibus facientem optimum. in medio autem ſubſtantiæ/ principio exiſtente vtroque: maxime perficit vtraque particularum proprium opus/ operans ſcilicet vltimum alimentum/ & ſuſcipiens. penes vtrumque enim ipſorum: ſic erit. Et eſt talis medij regio: regio principantis. Adhuc vtens & quo vtitur oportet differre: quemadmodum fiſtulæ & mouens fiſtulas/manus. Si igitur animal determinatum eſt eo q̄ habet ſenſitiuam animam: ſanguinem quidem habētibus neceſſarium in corde hoc habere principiū/exanguibus autem in pro-
15 portionali particula. ¶ Omnes autem particulæ & totum corpus animalium: habent quandam caliditatem naturalē. Quapropter viuentia quidem/ videntur calida: morientia autem & priuata vita / contrarium. Neceſſarium autem/ eſſe caliditatis huius principium/in corde/ſanguinem habentibus: exanguibus autem/ in proportionali. operātur enim & digerunt naturali calido alimentum omnia: maxime autem/ quod principa-
16 liſſimum. ¶ Quapropter alijs quidem partibus infrigidatis/ remanet vita: eo autem qui in hoc/corrumpitur omnino. quia hinc principium omnibus dependet caliditatis: & anima tanquam ignita in his particulis / exanguium quidem in proportionali/in corde autem ſangui-
17 nem habentium. ¶ Neceſſe eſt igitur: ſimul vitam exiſtere & calidi huius ſaluationem / & vocatam mortem & huius corruptionem. CAP. III.

Vatablus

nulli etiā vim ſentiendi ſitā in cerebro arbitrantur) cauſa ſeorſum alio loco explicata iā eſt. ¶ Sentiēdi igitur principiū/& alendi & augēdi: in hac trium partiū/& in corporis meditullio ſitum eſſe/ viſu quidem ex hiſce quæ dicta ſunt conſtat. Ratione vero: q̄ natura in omnibus ex ijs quæ fieri poſſunt facere videtur quod optimum ſit. cum autē ſubſtātiæ mediū/ principiū vtrūq; occupat: tum pars vtraq;/tam ea quę vltimū perficit alimentū/q̄ ea quę ipſum recipit/ſuo fungi munere maxime poteſt. ita enī fit: vt iuxta vtrūq; eorū/pars vtraq; ſita ſit. Itē eiuſmodi medij locus: eius quod principatū obtinet/ locus eſt. Prętera id quod vtítur/& id quo quid vtitur/differāt inter ſe oportet: perinde vt tibiæ atq; id quod eas mouet/ videlicet manus. Si ergo animal definitū eſt eo quod ſentiē di principiū habeat: hoc principiū ſanguineis in corde/ exanguibus in parte vicaria haberi neceſſe eſt. ¶ Porro animaliū partes ōnes totūq; corpus: calorē quēdam naturalē inſitū habēt. Quocirca dū viuūt/cali da apparēt: dum mortua ſunt atq; vita deſtituta/cōtra. Neceſſarium autē eſt: vt eius caloris principiū ſanguineis in corde/ exanguibus in proportionali habeatur. cibū enī naturali calore cōficiūt atq; cōcoquūt oīa: ſed imprimis id qđ potiſſimū eſt/ nēpe cor aut quod ei proportione reſpōdet. ¶ Quāobrē cęterarū partium calore frigefacto/ vita remanet: cordis/ prorſus interit. q̄ omnibus inde caloris principiū pēdeat: & anima quaſi ignita ſit in hiſce partibus/ſanguineorū in corde/ex anguiū in parte proportionali. ¶ Neceſſū itaq; eſt: vitā & in colimitatē huiuſce caloris/ itē mortem & eiuſdem corruptionem/ſimul eſſe. CAP. III.

Vatablus

AT vero ignis duas eſſe corruptiones vi demus: marcorem & extinctionē. Eam quæ a ſeipſo proue nit/marcorem appellitamus: quæ vero a cōtrarijs/extinctionem. & illam quidē/ſenectutem: hanc autem/ violentiā. ¶ Vtrāque tamen corruptionem: eadem de cauſa fieri accidit. ſubſidente etenim cibo ꝙ calor eū accipere nequeat: corrumpitur ignis. nam contrariū ipſum cōcoctionē intercipiens: quominus ille nutriatur / impedit. ¶ Eſt etiam quando ignem marceſcere contingit: ampliori calore ob id collecto/quia neq; ſpiraminis quicq̄ habeat neq; refrigerij. ita enī calor plurimus ſeſe intercolligēs: alimentū celerrime abſumit. idq; prius facit: q̄ vt vlla reſpiratio adhiberi queat. ¶ Quocirca non modo minor ignis/maioris acceſſu marceſcit: verū etiā ipſa per ſe lucernæ flāma maiori flāmę indita aduritur/haud aliter q̄ quoduis aliud cremabile. Cuius rei cauſa eſt: ꝙ flamma maior/ minoris alimentum prius occupat q̄ aliud ſuperueniat. ignis autem: fluminis inſtar perpetuo gignitur atq; fluit. verum id: præ celeritate nos latet. ¶ Clarum itaq; eſt: ſi ſeruari calorem oporteat / quod ſane neceſſarium eſt ſi animal victurum ſit / quandam fieri caloris in ſua origine refrigerationem oportere. Cuius rei exemplum ſumere licet: id quod in hiſce carbonibus quí præfocantur/ euenit. nam ſi continue obturatí ſint eo quod ſuffocatorium vocant: celeriter extinguuntur. ſi vero mutatis vicibus quiſpiam crebro operculum auferat apponatq; : longo tēpore ignem retinere ſuum aſſolent. At occultatio : ignem conſeruat. nec enim quominus difflet impeditur/propter cineris raritatem : & circunfuſo aeri/ne extinguatur ab eo/ copia ſui caloris reſiſtit. Verum cauſa quamobrem igni intecto aliter accidat/aliter præfocato

Tral.ve.ex græ.recog.

AT vero ignis quidē duas videmus corruptiones: marcedinē et extinctionem. Vocamus autem eam quidem quæ a ſeipſo/ marcedinem: eam autem quæ a cōtrarijs/ extinctionem. illam quidem/ſenectutem: hanc autē/violentiā. 18 ¶ Accidit autē: ambas propter idē fieri corruptiones. deficiēte enī alimēto/nō potēte calido accipere alimētū: corruptio fit ignis. cōtrariū enī ceſſare faciens digeſtionē: prohibet nutriri. 19 ¶ Quādoq; autē marceſcere accidit: āpliori cōgregato calore/propter ea ꝙ nō reſpirat neq; infrigidatur. cito enī et ſic cōſumit alimētū/multū cōgregatū calidū: et prę̄uenit cōſumere ātę̄q; adſit euētatio. 20 ¶ Quapropter nō ſolū marceſcit minor ſecus maiorē ignē: ſed & ipſa ſecūdū ſeipſā lucernę flāma/imposita in maiori flāma cōburitur/ſicut quodcūq; aliud vſtubiliū. Cauſa autē: quia alimētū q̄dē exiſtēs in flāma/prę̄occupat accipere maior flāma prius q̄ adueniat alterū. ignis autē: perſeuerat ſēper fiēs & fluēs ſicut fluuius. ſed latet propter velocitatē. 21 ¶ Palā igitur: ꝙ ſi quidē oportet ſaluari calidū/ hoc autē neceſſariū ſi futurū ſit viuere / oportet fieri eius q̄d in principio calidi quādā refrigerationē. Exēplū autē huius accidere eſt: q̄d accidit in ſuffocatis carbonibus. ſi enī fuerint circūquaq; obſtructi vocato ſuffocatorio cōtinue: extinguūtur cito. ſi autē viciſſim quis faciat frequēter ablationē et appoſitionē: manēt ignitī multo tēpore. Occultatio autē: ſaluat ignē. neq; enī reſpirare prohibetur/propter raritatē cineris: & reluctatur ei qui in circuitu aerí vt nō extinguatur/multitudine exiſtētis in ſeipſo caliditatis. Sed de cauſa quidē hac ꝙ cōtrariū accidit occultato et ſuffocato igni

Tral. ve. ex græ. recog.

(hic enim marceſcit: ille autē permanet pluri tempore) dictū eſt & in pro-
23 blematibus. ¶ Quoniam autem omne viuens habet animam / ipſum autem non exiſtit ſine naturali calidi-
tate ſicut diximus: plantis quidem per alimentum & continens/ ſufficiens fit auxilium ad naturalis calidi ſaluatio-
nē. Etenim alimētū facit refrigerationem/ ingrediēs: ſicut & hominibus primū paſtis. Ieiunia autē: calefaciūt/ & ſitim faciunt. immotus enim exiſtens aer: ſemper calefit. alimento autem ingrediente refrigeratur motus: donec
24 vtiq; accipiat digeſtionē. ¶ Si autē aut continens excedat frigiditate propter tempus/ forti facto gelu: exiccātur. aut ſi æſtate fortia accidūt caumata/ & nō poſſit tractum ex terra humidū refrige-
σφακελίζειρ, ἀσρόβλητα rare: corrumpitur marcefactū calidū. & dicuntur ſphacelizari & aſtrobletæ fieri arbores: circa tēpora hęc. ¶ Quapropter & genera quædam lapidū radicibus ſummittūt/ & aquā in vaſis: vt
26 radices infrigidētur plantarū. ¶ Animaliū autē quoniam hæc quidem ſunt aquatilia/ hæc autē in aere faciunt diætam: ex his & per hæc acquirunt refrigerium/ hæc quidem aqua/ hæc autem aere. Quo autē modo & qualiter: dicendum/ rationem inſtituentibus.

¶ Tralationis veteris de iuuentute & ſenectute/ Ariſtotelis/ ex Græco recognitæ: finis.

Vatablus

(hic enim emarceſcit: ille longo tēporis ſpacio edurat) dicta eſt in problematibus. ¶ Cū autem omnia viuentia animam ſortita ſint/ quæ nequaq; abſq; naturali calore eſſe poteſt vt diximus: plātis quidem ſubſidium illud quod per alimentum & ambientem aerem paratur/ ſat eſt ad caloris naturalis tutelam atq; ſalutem. Etenim alimentum: refrigerationem ingrediēdo facit. qualis: hominibus cū primū quippiā ſumpſerunt cibi/ euenire ſolet. Ieiunia vero: calefaciunt/ ſitimque mouent. nam aer cum motu vacat/ ſemper calefit: cum vero mouetur ingrediente cibo refrigerari ſolet/ quoad concoctionem admiſerit. ¶ At ſi aut cōtinens frigore exuperet ob temporis conſtitutionem/ vigente nimirum valido gelu / obareſcunt: aut per æſtatem vehementes æſtus accidant/ neque humor qui e terra trahitur refrigerare poſſit/ calor earum marcore corrumpitur. atq; per id tempus arbores ſphaceliſmum (id eſt morbum radicis/ ſiue radicationem) ſentire/ atq; ſyderari dicuntur. ¶ Q uāobrem & lapidum genera quædam/ & aquā in vaſculis ſubdere radicibus conſueuere: vt ſtirpium radices refrigerentur. ¶ Animantium autem cum quædam in aqua / quædam in aere degant: ex his & per hæc refrigerationem ſibi conciliant / aliæ aqua/ aliæ aere. Quonam vero pacto & qualiter: inſtituto ſermone explicandum eſt.

Vatablus

CAPVT IIII.

NAm de ſpiratione q̄q̄ e priorib⁹ naturæ interpretibus nonnulli / ijq; admodum pauci determínauere: tamen cuius gratia animantibus adiuncta ſit / alij nihil dixerunt / alij dixerunt quidem aliquid / ſed haudquaquã recte / immo præter eorum quæ contingere ſolent experientiam. Adhæc: omnia animalia ſpirare prodiderunt. quod: remotum a veritate eſt. Quare / de hiſce prius agẽdum eſt: vt ne abſentes immerito accuſare videamur. ¶ Igitur animalia quæ pulmonem habeant / ſpirare omnia: dilucidũ eſt. ¶ Sed & ex his ipſis / quotquot exanguem fungoſumq; gerunt: ſpiratione minus indigent. Vnde fit: vt ſine ea / diutile pro corporis viribus pſiſtere queant. Fungoſum autem pulmonẽ omnipera omnia poſſidẽt / vt ranarũ genus / præterea mures amnici / atq; teſtudines: diuq; aquam demerſa tolerant / q; pulmo eorum parum caloris retineat / cum ſanguinis inops habeatur. Qui vbi inflatur: motu ſuo refrigerat / efficitque vt longo temporis ſpacio edurent. Cætetum ſiquis ea vi diutius in humore detineat: præfocantur / intereũtq; omnia. nullũ enim e talibus: aquam / piſcium more / admittit. Quotquot autem ſanguineum obtinent: ſpiratione magis indigent / propter caloris abundantiã. ¶ Cætera vero quæcunque pulmone vacant: ſpirare non ſolent. ¶ Democritus igitur ille Abderitanus / nonnulliq; alij qui de ſpiratione tractarunt: nihil de cæteris animantibus præfiniere / dixiſſe tamen videntur quaſi omnia ſpirandi vſum haberent.

Tral.ve.ex græ.recog.

¶ Tralatio vetus libri de reſpiratione / Ariſtotelis / ex Greco recognita: ad R.P.D. Guillermum Briconnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I.

DE reſpiratione 1 enĩ pauci quidẽ aliqui priorũ Phyſicorũ dixerũt: cuius tamẽ gratia exiſtit animalibus / hi quidẽ nihil eunũciauerũt / hi autẽ dixerũt q̄dẽ / nõ bene autẽ dixerũt / ſed inexperte accidẽtiũ. Adhuc autẽ: omnia animalia aiũt reſpirare. hoc autẽ: nõ eſt verũ. Quare neceſſariũ de his primo aggredi: vt nõ videamur / abſentes inaniter accuſare. ¶ Q; 2 igitur quęcũq; animaliũ habẽt pulmonẽ reſpirant õnia: manifeſtũ. ¶ Sed & 3 horũ ipſorũ quęcũq; quidẽ exanguem habẽt pulmonẽ & cõcauũ: minus indigẽt reſpiratione. Quapropter multo tẽpore poſſũt permanere: iuxta corporis valitudinẽ. Pulmonẽ autẽ cõcauũ habẽt omnia ouificãtia / vt ranarũ genus / adhuc autẽ mydes & tortucæ: multoq; μῦδες tẽpore manẽt in humidis. pulmo enĩ: modicã habet caliditatẽ. paucí enĩ ſanguinis habẽt ipſũ. Inflatus igitur ipſe: motu refrigerat / et facit p̄manere multo tẽpore. Si tamẽ cogat quis valde detinens lõgo tẽpore: ſuffocãtur omnia. nihil enim taliũ: ſuſcipit aquã / ſicut piſces. Habẽtia autẽ pulmonem habentẽ ſanguinẽ: õnia magis indigẽt reſpiratione / propter multitudinẽ caliditatis. ¶ Aliorũ autẽ quæcũq; non habẽt 4 pulmonẽ: nullũ reſpirat. ¶ Democritus igitur Abderites / & quidã alij qui de reſpiratione dixerũt: nihil de alijs determinauerũt animalibus / viſi ſũt tamẽ dicere quaſi omnibus reſpirãtibus. 5 Democritus

Tral. ve. ex græ. recog.

6 ¶ Anaxagoras autem & Diogenes: omnia dicẽtes reſpirare/de piſcibus & oſtreis dicunt quomodo reſpirant. Et

Anaxagoras

aít Anaxagoras quidẽ: cum dimittũt aquam per branchias/eum qui in ore factus eſt aerem trahentes reſpirare píſces. non enim eſſe vacuum vllum.

Díogenes

Díogenes autem: cum dimittunt aquam per branchias ex circunſtante circa os aqua / trahere vacuo quod in ore aerem/tanquã inexíſtente in aqua

7 aere. ¶ Hæc autem: ſunt impoſſibília. Primo enim: dimídiũ rei auferũt/ propterea ꝙ dícunt cõmune ín altero ſolo. reſpiratio enim vocatur. huius autem hoc quidẽ/ ínſpiratio eſt: hoc autẽ/ expíratio. de qua níhil dícunt: quomodo expirant talia animalíũ. Neqꝫ contingit ipſis dícere. cum enim reſpíraue rínt: hac qua reſpírauerunt / iterum oportet expirare/et hoc ſemper permutatím facere. Quare accídit: ſimul ſuſcípere aquam ſecundum os & expirare. neceſſe autem obuiantía: impedíre alterum alterũ. Deinde: cum dímittunt aquam/tunc expirãt ſecundũ ora aut ſecundũ branchías. Quare accídit: ſímul expirare & reſpirare. tunc enim aiũt ípſum reſpírare. Simul autem reſpírare et expírare: impoſſibile. Quare ſi neceſſe reſpirantia expírare & ínſpírare / expírare autem non contíngit vllum ipſorum: palam eſt ꝙ neqꝫ reſpírat ipſorum vllum. Adhuc autem/dícere aerem trahere ex ore/ aut ex aqua per os: impoſſibile. non enim habent arteríam / propterea ꝙ pulmonem non habent: ſed ſtatím venter penes os eſt. Quare neceſſarium: ventre trahere. hoc autem: & alia vtiqꝫ facerent animalía. nunc autem: non faciunt. Et ſi illa extra humidum eſſent: manifeſte vtíque hoc facerent. vidéntur autem non facere hoc. Adhuc

Vatablus

¶ At Anaxagoras & Diogenes: ſi mulac cũcta ſpírare dixerunt / de piſcibus & oſtreis quonam modo ſpirẽt/ ſubdidere. Ac Anaxagoras quídẽ: piſces/ cum per branchias humorem reddunt/ aerem illum trahẽdo qui ſuo ín ore fit/ ꝙ nihíl inane habeatur / ſpirare tradídit. Díogenes vero: eoſdẽ/ cum aquã per branchias euomunt/ ex eo humore qui ori circunquaqꝫ adiacet/ aerem opera vacui in ore exiſtẽtis trahere aſſeruit/ quaſi quidam aer eſſet in aqua. ¶ Hæc autem: ímpoſſibilia ſunt. Nam primo quídem: ílli negocij partẽ alterã adímunt / quia id quod cõmune eſt/ de altero ſolo enunciãt. id enim: vocatur ſpiratío. ſpiratíonis autẽ pars altera/ inſpíratio: altera/ expíratio. de qua/ quo pacto tales anímantes expirẽt: nihil dicunt. Nec vero: dícere quicq̃ poſſũt. nã quoties illæ reſpirãt: qua reſpirarint/ hac rurſum expírent/ & hoc ſẽper alternatim factitẽt/ oportet. Vnde accídit: vt ſimul ore aquam excípiant & ſpíritũ reddãt. at neceſſe eſt: occurſantia/ alterum alterum ímpedíre. Deínde: cum aquam reíciũt/ tunc per os aut per branchías expírant. Quare accídit: vt ſímul expírent & reſpírent. dícunt enim: tunc reſpírare ípſas. Cæterum fierí non poteſt: vt quicquam ſímul expíret & reſpíret. Quare ſi neceſſe ſit quæ reſpírant expirare & ínſpirare / fieri vero non poſſit vt vlla earum expíret: patet neque fierí poſſe vt ex eis aliqua reſpírandi munere fungatur. Præterea ꝙ dícunt píſces trahere aerem ex ore ſuo/ aut ex aqua per os: fieri nequít. non enim habent arteríã/ ꝙ pulmone vacent: ſed a ſítu oris contínuo venter eſt. Quare neceſſarium eſſet: vt ventre píſces eundem traherent. hoc autem: cętera quoqꝫ animalia factitarent. nunc vero: miníme factitant. Sed & ílli cũ extra aquam ſunt: aperte hoc ídem facerent. at hoc: nullatenus facere vídentur. Item cum ſpira-

Vatablus

bília oía reſpirãt ſpíritũq; trahũt: motionẽ quandã particulæ trahẽtis ſuboríri cernimus. Id quod in piſcíbus nequaq̃ euenit. nullã enĩ vẽtris partẽ motitare vidẽtur: ſed brãchias ſolũmodo/ſiue in humore degant/ſiue in arídam incíderint/quo tempore palpítant. Adde ꝙ cũ ea quæ ſpirant/ in aquis ſuffocata moriuntur: bullæ fiunt/ ſpíritu violẽter exeũte. ceu ſi quis teſtudines/aut ranas/ aut alíquod aliud ſimile genus vi ſub aquís detíneat. At in piſcibus tale quid/ etiã ſi nihil inexpertũ relinquas/ minime contíngit: vt intelligatur nullũ ſpíritũ illos deforis habere. Porro illo eodẽ pacto quo piſces reſpirare dicunt: ípſi quoq; homines demerſi reſpirare poſſent. Nã ſi piſces aerẽ e circunfuſo humore in os attrahãt: cur nõ ídem facerẽt & homines & cætera anima lía/ & aerem qui ab ore proueníat haud ſecus q̃ piſces traherent? Quare ſí illa fieri poſſent: & hæc quoq;. at quoniã hęc fieri nõ poſſũt: certum eſt neq; illa fieri poſſe. Ad hęc ſi reſpirãt: cur in aere inte reunt/& inſtar eorum quæ præfocãtur palpítare vidẽtur? nõ enim alimenti inopia: hoc illis euenit. ¶Quã vero cauſã Diogenes aſtruit (dicít enĩ eos ín aere/aerẽ nimíũ trahere: ín aqua/modicũ. ob idq; emorí) ſtulta eſt. Etenĩ: in pedeſtri genere hoc ídem cõtíngere poſſe oportebat. nũc autẽ: nullũ pedeſtre aĩal ſuffocarí vídetur/eo ꝙ vehemẽter reſpiret. Præterea/ſí omnía reſpirãt: clarum eſt & inſecta quoq; animalía reſpirare. at pluri ma ex eis: diuiſa nõ modo ín duas parteis/ſed etiã in plureis/ víuere cernũtur/ceu ſcolopẽdrę quas cẽtí pedas nuncupant. quæ: qualiter/ aut quo fieri poteſt vt reſpirent? ¶At vero nec partiũ ínteriorũ experientíam habuiſſe/nec accepiſſe cũcta naturã molirí alícuius gratia: cauſa potiſſimũ fuit quamobrem haud recte de ipſis dixerint. inueſtígando enim cuius gratía reſpiratio animalibus adiũcta ſit/

Tral.ve. ex græ. recog.

omnibus reſpirantibus & trahentibus ſpíritum: vídemus quendã motũ fieri particulæ trahẽtis. In piſcibus autem: nõ accidit. nihil enim vidẽtur mouere eorũ q̃ circa ventrẽ: niſi brãchias ſolũ/ & in humído/& in ſiccũ incídentes cũ palpitãt. Adhuc/cũ moriũtur ſuffocata ín humidís õnía reſpirãtia: fiũt ampullę/ſpíritu exeũte violẽter. vt ſi quis cogat tortucas/aut ranas/aut alíqđ alíud taliũ generũ. In piſcibus autẽ nõ accídit/experiẽtibus omnẽ modũ: tãq; nõ habẽtibus ſpíritũ deforis vllũ. Quo autẽ modo dicũt fieri reſpiratiõnẽ ipſis: cõtingit & hominibus exiſtentíbus ín humído accidere. Si enĩ píſces trahũt ex ea quę ín circuítu oris aqua: propter quíd hoc nõ vtiq; facerent & homines & alia animalía/& eũ qui ex ore vtiq; traherent ſimíliter piſcibus? Quare ſi quidem & illa eſſent poſſibília: & hæc eſſent. quoniã autẽ non ſunt: palam ꝙ neq; in íllis eſt. Ad hæc autẽ propter quã cauſam ín aere moríũtur/& vidẽtur palpitare ſícut ſuffocata: ſi quídẽ reſpirãt? nõ enĩ vtiq; alimentí indigẽtia: hoc patiũtur. ¶Quã autẽ dicit Dioge 8 Diogenes
nes cauſam: ſtulta. ait enĩ ꝙ aerẽ multũ valde trahũt ín aere/ín aqua autẽ moderatũ: & propter hoc morí. Etenim: in greſſibilíbus oportebat poſſibíle eſſe hoc accídere. nũc aũt: nullũ/eo ꝙ valde reſpiret/ ſuffocatur greſſibile animal. Adhuc autẽ ſi õnía reſpirãt: palã ꝙ et entoma aĩaliũ reſpirãt. vidẽtur autem ipſorũ multa deciſa víuere: non ſolũ ín duas partes/ſed & ín plures/vt quę vocantur ſcolopendræ. quę: qualiter/aut quíbus contíngit reſpirare? ¶Cauſa 9
autẽ maxime nõ dicẽdi bene de ípſis: ꝙ ínexpertí erant earũ quę intus partíum/& non accipiebãt gratía alícuius naturã omnia facere. quęrentes enĩ cuius gratia reſpiratío aĩalíbus exíſtit/

Tral.ve.ex græ.recog.

2 & in particulis hoc inspicientes/vt in brāchijs & pulmone:inuenissent vtiq; velocius causam. ¶ Democritus autē ꝙ quidem ex respiratione accidit aliquid respirātibus dicit/inquiens prohibere extrudi animam: nō tamen vt huius quidem gratia fecisse hoc naturam quicquam dicit. omnino enim sicut & alij Physici: & iste nihil tetigit talem causam. Dicit autem ꝙ anima & calidum:hæ primæ figuræ sphæricarum. Segregatis igitur ipsis a continente exprimente:auxilium fieri respirationē inquit. in aere enim multum numerum esse talium: quæ vocat ille intellectum & animam. Respirante igitur/& ingrediente aere/coingrediētia hęc & prohibētia expressionē:prohibere in animalibus existentē animā pertransire. Et propter hoc: in respirādo & expirādo esse viuere & mori. cū enim præualuerit continens comprimens/ & non amplius deforis ingrediens potest prohibere/ non potente respirare: tunc accidere mortem animalibus.esse enim mortem: talium figurarum ex corpore exitum ex continentis expressione. ¶ Causam autem quare omnibus quidem necessarium mori/ non tamen quando contingit/ sed secundum naturā quidē senectute/ violētia autem præter naturam: nihil demonstrauit.quāuis oportebat/ quoniā aliquādo quidem videtur hoc fieri/aliquādo autē nō videtur:vtrū causa extrinsecus est/an intus.Nō dicit autē neq; de principio respirādi quid causa:vtrū intrinsecus/an extrinsecus.neq; enī qui deforis intellectus/seruat auxiliū:sed intrinsecus principiū respirationis fit & motus/nō vt inferēte vim cōtinēte.Incōueniēs autē:et simul cōtinēs cōprimere & ingrediēs dilatare. Quæ igitur dixit & quomodo:fere hęc sunt.

Democritus

10

11

Vatablus

& in partibus hoc idem vt in brāchijs & pulmone inspiciēdo: ocyus vtiq; causam ipsam inuenissēt. ¶ Cæterū Democritus quę spirāt ex respiratione quippiā consequi asseruit/inquiens eā prohibere ne anima extrudatur: nō tamē quasi natura id huiusce gratia fecerit qc q̄ dixit.in plenum enim: vt cęteri Naturales/ita & hic quoq; huiusmodi causā minime attigit. Sed primas illas rotūdas figuras: calorē & animā esse dicit. Quę vbi periclitari occipiūt/ ne continēte exprimente/foras protrudātur: succursum auxiliūq; respiratione fieri.in aere enim grandē numerum taliū esse: quæ ille mentē animāq; appellat. Ac respirante quidē animali/& aere ingrediente/ea pariter ingredi: & compressioni resistēdo animam quæ in eo est/ egredi prohibere. Atq; ob id: in respirando & expirādo / vitam & mortem consistere.nam cum id quod nos ambit comprimēdo euincit ac superat/nec ei præterea id qd deforis ingreditur resistere potest/cum animal spirare nequeat:tū accidere morte animal occupari. mortem enim esse : eiusmodi figurarū e corpore digressum qui exprimēte eo quod cōtinet/proueniat. ¶ Causam vero quāobrē necessariū sit cuncta emori/nō tamē quouis tēpore sine lege vlla/sed secūdum naturā senectute/ præter naturam violentia: nequaquam declarauit. Atqui explicuisse oportuit/cū alias id fieri videatur/alias non videatur: vtrū causa extrinsecus petenda sit/ an intrinsecus. Sed nec de spirationis primordio quænam causa sit/ interiorne an exterior: quicq̄ dixit. nō enī mens ea quæ forinsecus sit / præsidium illud seruare potest : sed spirationis motusq; initiū intrinsecus ortum habet/quasi id quod continet vim nullā adferat. Absurdū quoq; & illud est: simul quod ambit cōprimere & quod ingreditur dilatare. Quæ igitur ille dixit & quomodo: fere hæc sunt.

Vatablus CAP. V.

AT ſi vera eſſe quę prius dicta ſunt / & nō omnia animalia ſpirare arbitrari oportet: non de qualibet morte cauſam hanc dictā eſſe/ ſed ijs ſolū quę ſpirandi vſum habeāt accōmodari debere / exiſtimandū eſt. Sed ne his quidē recte. Id autē liquido conſtat: per ea quæ cōtingūt/ & eiuſmodi quorū experiētiā omnes habere vidētur. Nam per æſtum calidiores effecti: vt reſpiratione magis indigēt/ ita crębrius ſpirant. Cōtra cum circunfuſus aer algidus eſt/ & corpus cōtrahit atq; condenſat: tunc accidit ſpiritum retineri. Atqui: oportebat tūc aerē deforis ingreſſum / compreſſionem prohibere. Nūc vero: contra res agitur. Quoties enim non expirantibus hominibus caloris magna vis collecta fuerit: tunc reſpiratione indigēt. neceſſarium autem eſt: vt inſpirando reſpirent. Porro/ æſtuantes ſæpius reſpirare ſolent: quaſi id agant refrigerij gratia. quo tempore fit: vt/ quod dici ſolet / ignis ad ignem addatur. ¶ Illa vero circularis pulſio quæ in Timæo ſcripta eſt: de cæteris animantibus nihil definiuit quo pacto/ eodemne an alia quadam ratione/ ipſa ſuum calorem tueantur atq; conſeruent. Nam ſi ſolis pedeſtribus ſpiratio adiuncta ſit: cauſa dici debuit cur ſolis competat. ſi vero etiā alijs inſit/ ſed modus differat: & de hoc quoque determinandum fuit / ſi cuncta ſpirare poſſint. Præterea: modus cauſæ fictitius eſt. nam cum calor foras per os egreditur: circūfuſum nobis aerem pelli aſſerit / & latione concepta eodem per carnes quæ raræ ſolutęq; ſunt interlabi vnde calor interior exiuit / propterea q̄ nihil vacuum ſit / cum ſibi mutuo circumobſiſtant. vbi vero calefactus ſit: rurſum egredi per eundem locum / & intro per os repellere calidum illū aerem qui prius foras

Tral. ve. ex græ. recog. CAP. II.

VI autem oportet putare vera eſſe prius dicta/ & non omnia animalia reſpirare: nō de omni morte cauſam putādum dictā eſſe hāc/ ſed ſolū in reſpirātibus. Quinimmo: neq; in his bene. Palam autem: ex accidentibus / & talibus quorum habemus omnes experientiam. In æſtibus enim calefacti magis: & reſpiratione magis indigemus/ & ſpiſſius reſpiramus omnes. cum autem quod in circuitu / eſt frigidum / & conſtringit & compingit corpus: detinere accidit ſpiritum. quāuis tunc oportebat: deforis ingredientem prohibere compreſſionem. Nunc autem: fit contrarium. Quando enim multum valde congregatum fuerit calidum/ non expirantibus: tunc indigent reſpiratione. neceſſarium autem: inſpirantes reſpirare. Aeſtuantes autem/ frequenter reſpirant: tanquam re frigerationis gratia reſpirantes/ quando/ quod dicitur / facit ignem ſuper ignem. ¶ In Timæo autē ſcripta circūpulſio: de alijs animalibus nihil determinauit quo modo ipſis calidi fit ſalus/ vtrum eodem an propter aliam aliquam cauſam. Si enim ſolis campeſtribus quod reſpirationis exiſtit: dicendum cauſam quare ſolis. ſi autem & alijs/ modus autem alius: & de hoc determinandum/ ſi quidem poſſibile reſpirare omnibus. Adhuc autem: & ficticius modus cauſæ. exeunte enī extra calido per os: ambientē pulſū aerē latū incidere in eūdem locū ait per raras exiſtētes carnes vnde qđ intra exierat calidū/ propterea q̄ nihil eſt vacuū/ antiperiſtaſin patiētibus inuicē. calefactū aūt: iterū exire ſecūdū eūdē locū/ & circūpellere intro per os aerē excidētē

12

Adagium

13 Timæus

Tral.ve.ex græ.recog.

calidũ/& hoc vtiq; perſeuerare ſemper faciẽtes reſpirãtes & expirãtes. Accidit autẽ ſic putãtibus:prius expirationem fieri q̃ inſpirationẽ.ſignũ autem. fiũt enĩ adinuicẽ hæc viciſſim.Moriẽtes autem: expirant.Quare neceſſarium : eſſe principium/ inſpirationem. Adhuc autem cuius gratia hæc exiſtũt animalibus / dico autem reſpirare & expirare: nihil dixerunt hoc modo dicentes / ſed velut de incidente aliquo enunciant ſolum.quãuis : principalia hæc videamus viuendi & moriendi. cum enim reſpirare non poſſunt:tunc accidit corruptionem fieri reſpirantibus.Adhuc autem inconueniens: calidi quidem per os exitum & iterũ introitum nõ latere nos/in pectus autem ſpiritus introitum & iterum calefacti exitum/latere.Inconueniens autem:& calidi/reſpirationem/introitũ eſſe. videtur enim cõtrarium. quod enim expiratur/eſſe calidum: quod autẽ inſpiratur/ frigidum. Quando autẽ calidũ fuerit: anhelãtes reſpirãt.quia enĩ non refrigerat ſufficienter ingrediẽs : ſæpe
14 accidit ſpiritum trahere. ¶ Sed tamen neq; alimenti gratia exiſtimandum fieri reſpirationem tanq̃ alito/ſpiritu/eo qui intus igne: & reſpirante quidem/ quẽadmodum ſuper ignem hypeccauma adijci/ alito autem igne fieri expirationem.Hæc enim dicemus iterum & ad hunc ſermonem:quæ quidem & ad priores.etenim in alijs animalibus oportebat hoc accidere:aut proportionale huic.omnia enim:habent caliditatem vitalem. Deinde & fieri calidũ ex ſpiritu quo oportet modo dicere:fictitium.magis enim ex alimento/hoc fieri videmus: accidereq; ſecũdum hoc ſuſcipere alimentum / & ſuperfluum emittere.Hoc autem: in alijs nõ videmus fieri. CAP.III.

Vatablus

excidit/atq; id reſpirãdo & expirãdo cõtinue ſemper fieri.Euenit autem hiſce qui ſic arbitrantur:expirationem prius fieri q̃ inſpirationem.argumento : q; hæ alternatim fiant. At morientes:expirant. Quare neceſſarium eſt:inſpirationem vicem ſubire principij. Item cuius gratia iſthæc/reſpiratio inq̃ & expiratio animalibus tributa a natura ſint:nõ dixere qui in hunc modum loquũtur/ſed ſolum quaſi de re aliqua temeraria & quę caſu conſiſtat / enunciauere. Atqui: iſta principatum vitę & necis obtinere videmus.tunc enim accidit vt quę reſpirãdi vſum habent intereãt:cũ reſpirare nõ poſſunt. Ad hęc abſurdum eſt:caloris quidem per os egreſſum & rurſum ingreſſum nos minime latere / ſpiritus vero in pectus ingreſſum & rurſus eiuſdem calefacti egreſſum latere. Abſurdum etiam & illud eſt: reſpirationem eſſe caloris ingreſſum . econuerſo enim rem habere videmus: nempe quod expiratur eſſe calidum/quod inſpiratur frigidum.Cum vero hoc calidum eſt: anhelantes reſpiramus.nam quia id quod ingreditur/ nos ſatis refrigerare non poteſt:euenit vt ſæpius trahamus ſpiritum. ¶ At vero neq; nutricationis gratia reſpirationem fieri exiſtimandum eſt/ quaſi ignis interior alatur ſpiritu: & reſpirante quidem homine ceu igni materiam incendio aptiſſimã adijci/ alito vero igni expirationẽ fieri. Eadẽ enim & ad hunc quoq; ſermonem rurſum dicemus: quæ ad priores adducta ſunt.etenim in cęteris animãtibus hoc idem euenire oportebat / aut quod ei proportione reſpõdeat : cum omnia calore vitali prædita ſint. Deinde & quo dicere modo oporteat calorem e ſpiritu gigni : figmento perſimile eſt.potius enim hunc e cibo fieri videmus.iuxta quod euenit: vt animal cibum capiat / & excrementũ emittat.Hoc autem: in alijs fieri haudquaquam cernimus. CAP.VI.

Vatablus

Disseruit autem de respiratione & Empedocles: sed tamen cuius gratia animalibus data sit / silentio præterijt. neq; de ōnibus animantibus si respirent necne: quicq̄ certum reddidit. atq; vbi de ea spiratione quæ per nares fit / locutus est: de principe quoq; dixisse putauit. Fit autem spiratio: & per arteriam e pectore / & per nares. cæterum animalia: spirare per nares absque illa non possunt. & cum ea destituuntur quæ per nares fit / nullum damnum sentiunt: cum autem ea quæ per arteriam / commoriūtur. natura enim: obiter abutitur ad olfactum in quibusdam animalibus spiratione illa quæ per nares fit. ¶ Quocirca: olfactū quidem omnia fere animalia participant / sed sensorium non idem omnia obtinēt. Verū de his dictū planius alibi est. Porro respirationem & expirationem fieri asserit: propterea q; venæ quædā habeātur in quibus ineſt quidē sanguis / nō tamen plenæ sunt eodem / sed meatus extra prominētes obtinēt / corporis quidē partibus angustiores / aeris vero ampliores. Ideoq; cū sāguis aptus sua natura sit sursum & deorsū moueri: quādo deorsum fertur aerē influere & respirationem fieri / quādo vero sursum cōmeat aerē effluere & expirationem committi prædicat / quod ibi euenit ei quod in vasis accidit q̄ clepsydras vocamus assimilās. inquit enim. Hoc trahitur pacto cū ctis / & redditur aer. Nam partim exāgues ad corporis vltima venę Tendunt: quarum extrema / caua sub nare fatiscūt Oscillis. adeo vt cruor occultetur: & auræ Incessū facilem valeant præstare meatus. Hinc vbi commotus repetit tener intima sanguis: Tunc aer feruēdo subit permultus eodem. Ast vbi se ille effert: tum rursum redditur iste. Vt cum clepsydra virguncula ludit ahena: Quando tubum properat formosa claudere

Tral. ve. ex græ. recog.

15 Empedocles

Dicit autē de respiratione et Empedocles: nō tamē cuius gratia. neq; de omnibus aialibus quicq̄ facit manifestū: siue respirāt / siue nō. & de ea quę per nares fit respiratione dicēs: putat et de principali dicere respiratione. Est autē et per arteriā ex pectore respiratio: & q̄ per nares. ipsis autē naribus sine illa: nō est respirare. & ea q̄dē q̄ per nares fit respiratione priuata animalia / nihil patiūtur: ea autē quæ secundū arteriā / moriūtur. vtitur enī natura ex abundāti / ea q̄ per nares respiratione: ad odoratū quibusdā animaliū. ¶ Quapropter: odoratu fere participāt omnia animalia / est autē nō ōnibus idē organū. Dictū est autē de ipsis: in alijs planius. Fieri autē ait respirationē & expirationē: propterea q; venę quędā sūt in quibus ineſt quidē sanguis / nō tamen plenę sūt sāguine / habēt autē poros in eū qui extra aerē / partibus quidē corporis minores / ijs autē quę aeris maiores. Quapropter sanguine moueri sursū & deorsum nato: deorsum quidē lato influere aerē & fieri respirationē / sursum autē procedente excidere extra & fieri expirationē / assimilans quod accidit / clepsydris. Sic autem respirant omnia: & expirāt. omnibus: deficiētes sanguine Carniū canales / vltimū secundum corpus tēdūtur. Et in ipsis / oribus spissis perforatę sunt / canalibus Nariū: vltimæ summitates per totū. ita vt limpidum quidem Occultent: ętheri autem facile iter transitibus pateat. Hinc cū quidem redierit tener sanguis: Aether æstuās descendet tumore magno. Cū autem resilit: iterum expirat. quemadmodum cum puella Clepsydra ludēs benemalleati æris: Cum quidem fistulæ aperturam obstruens formosa

16

Tral.ve.ex græ.recog.

manu/ In aquæ claræ tinxerit delicatum corpus/ Neq; in vas adhuc aqua ingreditur/ sed prohibet ipsam Aeris moles intro cadens ad foramina spissa/ Donec reuelauerit crebrum fluxũ. deinde vero: Spiritu deficiente/ingreditur aqua munda. Eodem autem modo cum aqua quidem occupat profunda eris/ Canali obstructo humana manu & poro: Aether deforis intro irruens aquam prohibet Circa portas isthmi malesonãtis/ extrema obtinẽs/ Donec manum deposuerit. tunc autẽ iterum contra q̃ prius: Spiritu incidẽte/ subeffluit aqua mũda. Similiter delicatus sanguis exundãs per membra: Cum quidẽ retroactus redierit ad intimum/ Alterum mox rheuma descẽdit tumore impetuoso. Cum autem resilit: iterum expirat æque postea. Di-
17 cit igitur hæc: de respiratione. ℂ Respirant autem quemadmodum diximus / manifeste respirantia per arteriam: per os simul & per nares. Quare si quidem de hac respiratione dicit: necessariũ est quærere quomodo cõgruit dicta ratio causæ. videtur enim cõtrariũ accidere. Eleuãtes enim locũ quẽadmodũ folles in ærarijs: respirãt. attollere autẽ calidũ/ rationabile: habere autẽ sanguinẽ/ calidi locũ. Cõprimẽtes autẽ & deponentes/ quẽadmodum ibi folles: expirãt. Verũtamẽ ibi quidẽ nõ secundũ idẽ suscipiũt aerẽ & iterũ emittũt: respirãtes autẽ secundũ idem. Si autẽ de ea quæ secundũ nares dicit sola: multũ peccauit. nõ eni est respiratio narium propria: sed secundũ canalẽ qui circa guttur qua extremũ palati in ore simul perforatis naribus cædit hoc quidem spiritus hac/ hoc autẽ per os/ exiens similiter & intrans. Ab alijs igitur dicta de respiratione: tales & tot habent difficultates. CAP. IIII.

Vatablus

dextra/ Et mox indit aquæ molli quæ corpore constat/ Nondum in vas penetrat demersum limpha/ sed ipsam Aeris ingressi per dẽsa foramina moles Arcet/ dum strictam illa viam patefecerit. at mox: Aere decedente / subintrat limpidus humor. Contra cum fundum vasis tenet humor aheni/ Et iam virgo manu tubuli præclusit hiatum: Tunc imbrẽ retinet vergens intro exterus aer Ad streperi portas isthmi / suprema tenendo/ Dum manus abscedat. tum cõtra q̃ prius: intro Aere prorumpẽte/ subeffluit imber amenus. Sic tener ille liquor moti per membra cruoris: Quando pedem referens subit intima/ protinus alter Aeris influxus demittitur agmine magno. At cum sese effert: tũ rursum expirat abũde. Hæc ille: de respiratione prodidit. ℂ At quæ per arteriã aperte respirant: per os simul & per nares respirare solẽt/ vt diximus. Quare si de hac respiratione loquatur: scrutari necesse est quo pacto illi dicta causa accommodari possit. nam ecõtrario agi videtur. Siquidem homines: locum cui respirandi munus delegatũ est perinde vt folles in officinis ferrarijs attollendo/ respirant. quanq̃ consentaneum erat: vt calor attolleret/ & sanguis caloris locum occuparet. Eundem vero vt ibi folles deprimendo atq; præfocando: expirant. Verum folles nõ per eundem locum aerem excipiũt & regerunt: respirantes vero per eundem. Si vero de illa respiratione solum quæ per nares fit: plurimũ aberrauit. nõ enim respiratio naribus peculiaris est: sed per tractũ illum cõuallis quæ columellæ adiacet qua parte palatum definit perforatis naribus spiritus pars altera excurrit/ altera per os/ egrediens pariter & ingrediens. Quæ igitur ab alijs de spiratione dicta sunt: tot taleisq; videntur habere difficultates.

CAP. VII.

Vatablus

QVm vero antea dictũ ſit/vitam & animam calore quodam contineri (non enim concoctio per quam animantes capiunt alimentum : ſine anima & calore abſolui poteſt. quandoquidem omnia: igni cibũ conficiunt) iccirco in quo primo corporis loco & in qua prima huius loci particula eiuſmodi principium eſſe neceſſarium ſit/ ibidem & animam vegetalem quæ prima omniũ eſt/haberi neceſſe eſt. Hic autem locus: is eſt qui medius eſt inter eum qui cibum recipit/& eũ quo excremẽtum emittitur. ¶ Ea igitur particula/in exanguibus nomine vacat: in ſanguineis/cor dici ſolet. alimentum enim ex quo iam partes animalium fiunt: natura ſanguinis eſt. ſanguinis autem & venarum generis idem eſſe principium: neceſſe eſt. nam alterum/alterius gratia eſt: nẽpe quaſi vas & conceptaculum. ¶ Porro venarum principium: in ſanguineis/cor eſt. non enim per hoc tẽdũt: ſed ex hoc omnes dependẽt. quod nobis facile conſtat: ex diſſectionibus. ¶ Cæteræ igitur vires animæ : ſine vegetali eſſe nequeunt. quã ob rem : dictũ iam eſt in libris de anima. ¶ Vegetalis vero: ſine igni naturali. in hac enim parte: natura eam igniuit. ¶ Corrumpitur autẽ ignis/ vt antea dictum eſt: aut marcore / aut extinctu. Extinctu quidem: a cõtrarijs. Quãobrem: & vniuerſus/& ocyus adhuc diſtractus/ ambiente frigore extingui conſueuit. Hæc igitur corruptio : violẽta ex æquo in inanimis & animatis eſt. etenim animal cum gladijs ſecatur/& nimio frigore concreſcit: emoritur. ¶ Marcore autem : copia caloris. Si enim circunfuſus aer immodice caleat / & ignis non capiat alimentum : tum igni obuenit vt non a frigore ſuperatus / ſed marcore debilitatus abolea tur. ¶ Quare neceſſarium eſt vt refrigeratio adhibeatur : ſi ſerua-

Tral.ve. ex græ.recog.

QVoniã autẽ dictum eſt 18
prius/ꝙ ipſum viuere & animæ habitio cum caliditate quadam eſt (nam digeſtio per quã alimẽtum fit animalibus: neqꝫ ſine anima/neqꝫ ſine calidita te eſt. igne enĩ operãtur õnia) propter qđ quidẽ in quo primo loco corporis & in qua prima loci huius parte principiũ neceſſariũ eſt eſſe tale/ hic & primam nutritiuam animã neceſſariũ eſt exiſtere. Iſte autẽ eſt: medius locus ſuſcipiẽtis alimentum & ſecundum quẽ emittũt ſuperfluũ. ¶ Exanguibus igi- 19
tur/innominatũ: ſanguinẽ autẽ habẽtibus cor/hęc particula eſt. alimentũ enĩ ex quo iam fiũt partes animalibus: ſanguinis natura eſt. ſanguinis autem & venarũ idem principiũ eſſe: neceſſariũ. alterius enĩ gratia/alterũ eſt: vt vas & ſuſcipiẽs. ¶ Principiũ autẽ venarũ: ſan- 20
guinẽ habẽtibus/cor. nõ enĩ ꝑ hoc: ſed ex hoc protractæ õnes exiſtũt. palã autẽ hoc nobis: ex anatomis. ¶ Alias igi 21
tur virtutes animæ: impoſſibile exiſtere ſine nutritiua. propter quã autẽ cauſã: dictũ eſt prius in ijs quæ de anima. ¶ Hãc autẽ: ſine naturali igne. in hoc 22
enĩ natura igniuit ipſam. ¶ Corruptio 23
autẽ ignis/quẽadmodũ dictũ eſt prius: extinctio et marcor. Extictio qđẽ: quæ a cõtrarijs. Quapropter: et ſubito a cõtinẽtis frigiditate/& celerius adhuc extinguitur diſtractus. Hæc igitur corruptio: violẽta/ſimiliter in inanimatis et animatis eſt. etenĩ organis diuiſo animali/& congelato propter frigoris excellẽtiã: moriũtur. ¶ Marcor autẽ: pro 24
pter multitudinẽ caliditatis. Etenim ſi excedat qđ in circuitu calidũ/& alimẽtũ non accipiat: corrũpitur qđ ignitũ/ non infrigidatũ/ſed marcorẽ paſſum. ¶ Quare neceſſe eſt fieri refrigeratio- 25

Tral.ve.ex græ.recog.

nem:ſi debeat ſalutē adipiſci.hoc enim
26 auxiliatur ad hāc corruptionē. ¶Quo
niam autem animaliū hęc quidē aqua-
tília ſunt/hæc autē in terra faciunt cō-
uerſationem:horum paruis quidē om-
nino & exanguibus facta ex cōtinen-
te aut aqua aut aere infrigidatio/ſuffi-
ciens eſt ad auxiliū corruptionis hu-
ius. modicū enī habētia calorē: modi-
27 co indigent auxilio. ¶Quapropter:&
breuis vitæ fere omnia talia ſunt, ad
ambo enī: modica exiſtētia/ ſortiūtur
28 inclinationem. ¶ Quæcunq; autem
longioris vitæ entomorum (exanguia
enim ſunt:omnia entoma) his ſub di-
azomate diuiſum eſt / vt per ſubtílio-
rem exiſtentem pelliculam infrigiden-
tur.magis enim exiſtentia calida: am-
pliori indigent refrigeratione/ velut
apes.apum enim quædam: víuunt ſe-
29 ptem annis. ¶Et alia autem quæcūq;
μηλολόν θαι ſonant: vt veſpæ/& melolonthæ/& ci-
cadæ. etenim ſonum faciunt/ ſpirítu:
velut anhelantia.in ipſo enim ſuccin-
ctorio inſito ſpirítu eleuato & depreſ-
ſo: accidit ad pelliculam fieri detritio-
nem.mouent enim locum hunc:quem-
admodum reſpirantia deforis pulmo-
ne/& piſces branchijs. ſimile enim acci
dit:atq; ſi quis aliqua reſpirantium ſuf
focet/os tenēs.etenim hæc:facient pul-
mone eleuationē hanc. Sed his quidē/
non ſufficientē facit talis motus refrige
30 rationem: illis autem ſufficientē. ¶Et
concuſſione ad pelliculam faciunt ſo-
num/quemadmodum díximus: qualē
per calamos perforatos pueri/quando
ſuperpoſuerunt pelliculam ſubtílem.
propter hoc enī: & cicadarū cātantes/
cantāt.calidiores enī ſūt: & diuiſū eſt
ipſis ſub ſuccinctorio.nō cātātibus au-
31 tē:hoc eſt nō ſciſſum. ¶Et ſanguinem
autē habentium/& pulmonē habentiū
pauci autē ſāguinis habentiū & inanē:

Vatablus

ri debeat. ea enim : contra hanc
corruptionem auxilio eſt. ¶Sed
cum animaliū alia aquatilia ſint/
alia in terra degant: inter hæc quę
parua admodum ſunt/quæq; ſan-
guine carent / ea continente vel
aere vel aqua ſatis refrigerari poſ
ſunt ad hanc corruptionem euitā-
dam.nam cum calorem habeant
exiguum: modico egent auxilio.
¶Quamobrem:& his fere omni
bus vita breui temporis ſpacio
præſcribitur.vtroq; enim : q; par-
ua ſint/vergere ſolent. ¶Quæ-
cunq; autem ex inſectorum gene-
re viuacíora ſunt (inſecta enim
omnia:ſanguine carent) his cor-
pus ſub ſepto tranſuerſo præcin-
ctum diſtinguitur/ vt per mem-
branam ſubtiliuſculam refrige-
rentur. nam quæ calídiora ſunt:
ampliori refrigeratione indígent/
vt apes. quædam enim apes : ſe-
ptenos annos víuunt. ¶Et etiam
cętera quęcunq; bombos elídunt:
vt veſpæ/ſcarabęi/& cicadæ.nam
mu⁊mur illud:ſpirítu/ dum quaſi
anhelant/ciere ſolēt.eo enim ſpi-
ritu qui in ipſo ſepto tranſuerſo
inſitus eſt/dum ſeſe attollit ac per
vices ſubſidet: attritum ad mem-
branā fieri contingit.ſiquidem ea
hūc locū mouent:ſicut quę ſpiri-
tum extrínſecus trahunt/pulmo-
ne thoracē/& píſces/ brāchijs ca-
put agitāt.haud enim magnope-
re ſecius euenit:atq; ſiquis alıqua
ex ijs quæ ſpirant ſuffocare nita-
tur/ore compreſſo obturatoq;.ete-
nim hęc: pulmonis opera pectus
attollent. Verum eiuſmodi motu
hæc ſatís refrigerari non poſſunt:
illa poſſunt. ¶Atq; attrítu ſpiritus
ad membranā ſtrepítum ædunt/
ſicut díximus:haud diſſimilem ei
quem pueri per arundines perfo-
ratas ſuperpoſita tenui membra-
na emittūt.ob id enī: & cicadę illę
quæ canūt/canere ſolent.ſunt enī
calídiores: & ſub præcinctu diui-
duæ.quæ autem non canunt:indi
uíduæ. ¶Quinetiā e ſanguineis/
& pulmonē quidē habentibus ſed
parū ſanguinis nactū fungoſūq;:

Vatablus

nõnulla irreſpiranter longo tẽporis ſpacio viuere poſſunt. q̃ eorũ pulmo multũ attollatur: cum parum ſanguinis ac humoris contineat. quãdoquidem propria pulmonis agitatio: ad longum tẽpus ſatis refrigerare poteſt. ¶ Tandem vero non poſſunt: ſed ſuffocantur non reſpirando/ quemadmodum etiam ante diximus. Ea enim corruptio quæ marcore ob refrigerationis penuriam fit: ſuffocatio vocari ſolet. & quæ ita intereunt: ea ſuffocari dicimus. ¶ Porro inſecta non ſpirare dictũ quidem eſt etiam prius: ſed hoc apertũ vel in puſillis eſt / vt muſcis & apibus. quippe quæ diu in humore ſupernatant: niſi frigidus admodũ/ aut calidus ſit. atqui quę vireis habẽt exiguas: crębriorẽ ſibi requirũt ſpirationẽ. Verũ ſimul ac vẽter aqua oppletur/ & humor corrũpitur quẽ ſeptũ tranſuerſum cõtinet: ea intereunt / & ſuffocari dicũtur. Vnde etiam fit: vt ſi diutile cinere operiantur/ poſtea reſurgant reuiuiſcantq;. ¶ Quinetiam e genere aquatili: quæ ſanguine carent/ ea diutius in aere viuunt/ q̃ quæ ſanguine prædita mare recipiunt/ vt piſces. nam quia parũ caloris obtinent: aere ſatis ad longum tempus refrigerantur/ vt cruſtacea & polypi. Nõ tamẽ ad poſtremũ viuere ſufficiunt: propterea q̃ exiguum calorem habeant. quandoquidem & piſcium plurimi in terra/ ſed immobiles/ viuũt: & defoſſi reperiuntur. quæ enim nullum prorſus / aut certe exanguem habẽt pulmonem: ea refrigeratione minus indigent. De iis igitur quæ ſanguine carent/ aliis continentem aerem/ aliis humorem auxilio eſſe vt vitam tueantur & conſeruent: dictum eſt. ¶ At ex iis quæ ſanguine prædita ſunt/ & cor habẽt: quę pulmonem ſortiuntur/ omnia aerem recipiunt/ & ſpiritum trahendo reddendoq; refrigerantur. Pulmonem autem habent: & viuipera intra ſe & nõ ſolum foris (nam chartilaginea:

Tral.ve. ex græ. recog.

quędã horũ multo tẽpore poſſunt ſine reſpiratione viuere. quia pulmo eleuationẽ habet multam: paucũ habẽs ſanguinem & humidũ. propriusenim motus: ad multũ tẽpus ſufficit refrigerãs. ¶ Tandẽ autẽ non poſſunt: ſed ſuffo- 32
cãtur non reſpirãtia / quẽadmodũ dictũ eſt & prius. Marcoris enĩ/ quę propter non refrigerationẽ corruptio: vocatur ſuffocatio. & ſic corrupta: ſuffocari dicimus. ¶ Q̃z autem nõ reſpirãt 33
entoma animalium / dictum quidem eſt & prius: manifeſtum autem eſt & in paruis animalibus/ puta muſcis & apibus. in humidis enim multo tẽpore innatant: ſi non valde ſit calidũ/ aut frigidũ. q̃uis modicã habẽtia virtutẽ: ſpiſſius exigũt reſpirare. Sed corrũpũtur hęc/ & dicũtur ſuffocari: repleto vẽtre/ & corrupto humido qđ in ſuccinctorio. Quapropter: & in cinere demorata/ reſurgũt. ¶ Et eorũ autẽ q̃ i humi 34
do viuũt: quęcũq; exanguia/ pluri tẽpore viuũt in aere/ ſanguinẽ habentibus & ſuſcipiẽtibus mare/ vtputa piſcibus. propterea enim q̃ habẽt modicũ calidũ: aer eſt ſufficiens ad multũ tempus refrigerare/ vtputa malacoſtracis & polypodibus. Nõ tamen in finẽ ſufficiũt ad viuendum: quia ſunt pauci caloris. quoniam & piſcium multi viuunt in terra/ immobiles tamen: & inueniuntur defoſſi. quęcunq; enim nõ totaliter habent pulmonem/ aut exanguẽ: mínus indigent refrigeratione. De exanguibus igitur/ q̃ his quidem cõtinens aer/ his autẽ humidũ auxiliatur ad vitam: dictum eſt. ¶ Sanguinẽ autẽ habẽ 35
tibus/ & habẽtibus cor: quęcũq; quidẽ ipſorũ habẽt pulmonẽ/ õnia ſuſcipiũt aerẽ/ et refrigerationẽ faciũt per reſpirationẽ & expirationẽ. Habẽt autẽ pulmonẽ: & animalificantia in ſeipſis & non deforis ſolũ (chartilaginea enim:

Tral.ve.ex græ.recog.

animalificant quidē/ſed nō in ſeipſis) & ouificātiū & pēnata vt aues/& pholidota vt tortucæ & lacertę & ſerpētes.

36 ¶Illa igitur ſanguinē habentē: horū autē pluríma pulmonē habent inanē. Quapropter & reſpiratione vtūtur rarius: quēadmodum dictū eſt & príus.

37 ¶Vtuntur autem: omnia & quæcūqꝫ morantur & faciūt vitam in aquis. puta hydrorum genus & ranarū & crocodílorum/& mydes/& tortucę marínæ & terreſtres/& boues marini. omnia enim hęc & talia: pariunt in ſicco/& dormiunt aut in ſicco/ aut in humído extollentia os propter reſpiratio-

38 nem. ¶ Quæcunqꝫ autem branchias habent: omnia refrigerantur ſuſcipientia aquam. habet autem branchias: genus vocatorum chartílagineorum/& alíorum quæ ſine pedíbus. ſine pedí bus autem: píſces omnes. etenim quæ habent: ſecundum ſimílitudínem ala-

39 rum habent. ¶ Pedes autem habentium: vnum habet branchiam ſolum ví-

40 ſorum/vocatus cordylus. ¶ Simul autem pulmonem & branchias: nullum víſum vnq̄ habens. Cauſa autem: quía pulmo quidem/gratia refrigerationis a ſpiritu eſt (vídetur enī & nomē accepíſſe pulmo: propter ſuſceptionem ſpíritus) branchię autē/ad refrigerationē ab aqua. vnū autē ad vnum/ oportunū organū: & vna refrigeratio/ſufficiēs eſt

41 ōnibus. ¶ Quare quoniā fruſtra nihil vídemus facientē naturā/duobus autē exiſtētibus alterum vtíqꝫ eſſet fruſtra: propter hoc hęc quidē habēt brāchías/ hæc autē pulmonē/ ambo autē nullū.

42 ¶Quoniā autē ad eſſe quidē alimento índiget animalíū vnūquodqꝫ/ad ſalutē autē refrigeratíone: eodem organo vtitur natura ad ambo hæc. quemadmodū enim quibuſdā língua & ad ſapores & ad interpretationē: ſíc habētí-

ϖνεῦμα ϖνεύμων

Vatablus

viuípera quidē ſunt/ſed non intra ſe) & ouiperorū tā alata vt aues/ q̄ corticata vt teſtudines/ lacerti/ſerpentes. ¶ Verū illa/pulmonem habent ſanguineum: horum vero pluríma/fungoſum. Quamobrem & ſpiratíone rarius vtuntur: quemadmodum dictum iam eſt. ¶ Vtūtur autē: & omnia quæcunqꝫ verſantur victumqꝫ ſumunt in aquis. vt hydrorū genus (quas quídam boas nuncupant) & mures aquatiles/& ranæ/& crocodíli/& teſtudines tā marinæ q̄ terreſtres/& vituli marini quos Græci vocant phocas. nam hæc & cætera id genus omnía: & pariunt in terra/& dormiunt aut in terra/aut in humore roſtro emerſo ſpirandi cauſa. ¶ Quæcūqꝫ vero branchias obtinent: omnia accípiendo aquam refrigerantur. branchias autem obtinent: quæ genere chartílagíneo continētur/& cætera quę pedibus carent. caret autem pedíbus: genus omne píſcium. nam quæ pedes habere vídentur: eos pinnís ſímiles gerunt. ¶ At e pedatis quæ nouimus: vnum tātum modo branchíatum eſt/ cordulus nomine. ¶ Cæterum ſimul & pulmonem & brāchias habere: nullū vnq̄ víſū eſt. Cauſa cur ita: qꝫ pulmo quidē / refrigeratíonis eiuſce gratia ſit quę ſpíritu fiat (vídetur enī vocatus eſſe πνεύμων: propter πρεύματοσ / id eſt ſpíritus/receptionem) branchíæ vero/ ob eam refrigeratíonem quæ ab humore proueníat. porro vnum inſtrumētum/ ad vnum vtile eſt: & omnibus vna refrigeratío ſuffícit. ¶ Quare cum natura nihil fruſtra agere cernatur/ ſi vero eſſent duo alterum fruſtra foret: ideo alia branchias habent/ alia pulmonem/nullum vtrunqꝫ. ¶ Cum autem quodqꝫ animal vt ſit cibo índigeat/ vt conſeruetur refrigeratione: ad hoc vtrūqꝫ natura eodem vtitur inſtrumento. etenim vt in quibuſdā lingua & ad perci piēdos ſapores & ad formandum ſermonē vti ſolet: ſíc in ijs quæ ha

Vatablus

bent pulmonem / ore tam ad cibū conficiendum q̄ ad trahendū reddendūq; ſpiritum. In ijs vero quę neq; pulmonem / neq; ſpirādi vſū habent: os quidem cibi conficiēdi cauſa habetur / branchiæ vero ad refrigerationē quibus ea ipſa opus eſt. Sed quopacto vis eorum quæ modo dixi inſtrumentorū refrigerationem faciat : dicemus poſt. ¶ Plane ne quod obſtaculum cibo ingerendo ingruat : ſimiliter & ſpirantibus & ſuſcipiētibus humorē accidit. non enim reſpirādo ſimul cibum admittūt. alioqui : cibo vel ſicco vel humido per arteriam in pulmonē dilabente / ſtrāgulari animal accidit. nam arteria : ante gulam poſita eſt / per quam cibus meat in vētriculum. ¶ Igitur quæ quadrupedes ſunt / & ſanguine redundant : ijs minor lingua ſiue ligula eſt / qua ceu operculo arteria clauditur. At ouiperis quadrupedibus atq; auibus : eadē illa adiūcta non eſt. verum : idem contractione efficitur. nam cum cibus ingeritur : hæc arteriam contrahūt / illa ligulam gutturi ſuperponunt. cū vero prēterijt : hæc ligulā attollūt / illa guttur diducūt / atq; refrigerationis gratia ſpiritū recipiunt. ¶ At quę branchijs prædita ſunt : cibū per os recipere ſolent humore tantū per branchias emiſſo. nullam enim habent arteriā. Quare / eatenus quidē nullū ſentiunt incōmodū ab humoris interlapſu : ſed quatenus aqua in ventrē ingreditur. ¶ Quocirca : raptim ſūmaq; celeritate cibū ingerūt atq; tranſmittunt. Quinetiam : ea pene omnia acutis ſerratiſq; dentibus ſunt. non enim in molendo cibo commorari poſſunt.

CAP. VIII.

CEterū ambigat quiſpiā de aquatilibus q̄ cetacei ſunt generis (nam & ea : ſeſe iuxta proportionē habēt) verbi cauſa de delphinis / balenis / & reliquis quæ fiſtulā gerunt. hæc

Tral. ve. ex græ. recog.

bus pulmonē / vocato ore & ad alimēti operationē & ad expirationē & reſpirationē. Nō habētibus autē pulmonē / neq; reſpirātibus : os quidē ad operationē alimēti / ad refrigerationē autē indigētibus refrigeratione / brāchiarum exiſtit natura. Qualiter igitur dictorū organorū virtus facit refrigerationem : poſterius dicemus. ¶ Ad nō impediē- 43
dū autē alimentū : ſimiliter & reſpirātibus accidit / & ſuſcipiētibus humidū. neq; enim reſpirātes ſimul ſuſcipiunt alimentū. alioqui : accidit ſuffocari ingrediēte alimento aut ſicco aut humido ad pulmonē per arteriā. prius enim ponitur arteria : œſophago / per quē alimentū progreditur in vocatū ventrem. ¶ Quadrupedibus igitur & ſanguinē 44
habentibus : habet arteria velut opercu lū epiglottida. Auibus autē & quadrupedū ouificātibus : nō ineſt. ſed cōſtrictione idem faciūt. ſuſcipiētia enī alimentū : hæc quidē cōſtringūt / hæc autē ſuperponūt epiglottida. progreſſo autē : hęc quidē attollūt / hęc autē dilatāt / & ſuſcipiunt ſpiritū ad refrigerationē. ¶ Habentia autem branchias : dimit- 45
tentia per has humidum / per os ſuſcipiunt alimentum. arteriam enim non habent. Quare hac quidem nihil vtiq; ledentur ab ea quæ humidi decidētia : ſed in ventrē ingrediēte aqua. ¶ Qua- 46
propter : velocem faciunt dimiſſionem & ſuſceptionē alimenti. Et dentes acutos habent : & omnia fere ſunt carcharodonta. nō enim contingit cōminuere alimentum. καρχαρόδοντα

CAP. V.

CIrca cetodea autē aqua 47 κητώδη
tilium dubitabit vtiq; quis (habent enī & illa ſecūdū proportionē) vt puta circa delphinos / & balenas / & aliorum quæcū q̄ habēt vocatum canalem. hæc

Tral.ve.ex græ.recog.

enī:ſine pedibus quidē ſūt/habētia autē pulmonē ſuſcipiūt mare. Cauſa autē huius:qđ nūc dictū eſt.nō enī refrigerationis gratia ſuſcipiūt humidū. hoc enī fit ipſis:reſpirātibus.habēt enī pulmonē.Quapropter:et dormiūt extollētia os.& ſtertūt delphini.adhuc autē ſi capiātur retibus:cito ſuffocantur/propterea ꝙ nō reſpirāt. et ſupnatātia videntur talia in mari: propter reſpira-
48 tionem. ¶Sed quoniam neceſſariū eſt facere alimentū in humido: neceſſariū ſuſcipiētia humidū dimittere. Et propter hoc:habent omnia canalē.ſuſcipientia enim aquam / quēadmodum piſces ſecundum branchias:hæc ſecundū canalem remittunt aquam. Signū autem: & poſitio canalis. ad nihil enim ſanguinem habētium terminatur: ſed ante cerebrum poſitionem habet/& di-
49 mittit aquam. ¶Propter idem autem hoc:ſuſcipiūt & malacia aquā & malacoſtraca.dico autem:puta vocatos carabos & cancros. refrigeratione enim: ipſorū nullum exiſtit indigens. pauci caloris enī eſt & exangue: vnūquodꝙ ipſorum.quare:ſufficienter refrigerantur a continente humido.Sed propter alimentū:quādo ſimul ſuſcipientibus/
50 influit humidū. ¶Malacoſtraca igitur velut & cancri & carabi:ſecundū aſpera emittūt aquā per epitygmata.ſepiæ autē & polypodes: per concauū quod eſt ſuper vocatum caput. Scriptum eſt autem de ipſis per diligentiā magis:in
51 ijs quę de animalibus/hiſtorijs. ¶De ſuſcipiendo igitur humidum: dictum eſt ꝙ accidit propter refrigerationem/ & propterea ꝙ oportet ſuſcipere alimētum ex humido quæ ſecundum naturam exiſtunt aquatilia animalium.

κάραβοι

ἐπιτύγματα

Vatablus

enim:tametſi pedibus careāt/ tamen pulmonē habēt & mare excipiunt. Cuius rei cauſa: in eo eſt quod modo dixi.non enim refrigerationis cauſa humorē admittūt: cum ſpirādo refrigerari ſoleāt/ vt quæ pulmone prædita ſint. Quāobrem & talia: exerto ore dormiunt. ſtertuntque ipſi quidem delphini. qui etiam retibus appræhenſi: breui tempore ſtrangulantur/ꝙ ſpirandi facultatem amiſerint.& per ſumma pelagi fluitare viſuntur: vt ſpirent. ¶Sedenim cum neceſſarium ſit vt in humore cibum capiant: humorem quem ore accipiunt/ emittāt neceſſe eſt. Ob idꝙ:fiſtula data omnibus eſt. admiſſum enim humorem vt piſces per brāchias:ſic cete per fiſtulam reſpuere ſolent.Huius rei argumento vel fiſtulæ ſitus eſt:quæ in nulla parte ſāguinaria deſinit/ ſed ante cerebrū ſita eſt / & aquā emittit. ¶ Nec alia de cauſa:tam mollia/q̄ cruſtata vt locuſtę & cancri/aquam excipiunt. nullū enim eorum refrigeratione eget:ꝙ parū caloris habeat & exangue ſit/vſꝙ adeo vt a continente humore ſatis refrigeretur. Sed ratione cibi: qui quoties ore capitur/ fieri non poteſt quin ſimul aliquid humoris admittatur. ¶Igitur quæ cruſta integūtur/ videlicet tam cācri q̄ locuſtæ: per applicamina iuxta hirtiuſcula aquam egerunt. Sepiæ vero & polypi : per cauum illud quod ſupra alueum quem caput appellāt/poſitum eſt.Sed de his: exactius in cōmentatione hoc eſt hiſtoria animalium ſcripſimus. ¶ Humorem igitur excipi ſolere refrigerationis cauſa/& quia animantia aquatilia pro ſorte naturę exiſtentia cibum ex humore capiant:dictum eſt.

CAP.VI.

CAP.IX.

Vatablus

DE refrigeratione vero / quonam pacto fiat tam ijs quæ ſpirant/q̄ ijs quæ branchías obtinent: poſt hæc dicendū. Igitur animalia quę pulmonem habeant ſpirare omnia: ſupra diximus. Quamobrem autē nonnulla particulā hanc obtineant/& quamobrem quæ obtinent ſpiratione indigeant: agendum eſt. Cauſa cur obtineant ea eſt: ꝙ quæ inter animalia honoratiora ſunt/ plus caloris ſortita ſint. nam ſimul & animam ſortita eſſe honoratiorem: neceſſe eſt. honoratiora enim ſunt hęc: plantis. ¶ Quocirca & quod pulmonem maiore copia refertum ſanguinis & caloris habet: ei magnitudo corporis maior eſt. & quod plurimi & puriſſimi ſanguinis compos eſt / vt homo: id ex omnibus animalibus erectiſſimū incedit. atque partem ſuperiorem ad vniuerſi ſupremum erectam obtinet: propterea ꝙ hanc particulam/talem habeat. ¶ Quare & ea partícula perinde vt quælibet alia: cauſa eſſentiæ / huius & reliquorum ſtatui debet. Ob id igitur: pulmo haberi ſolet. ¶ Cur autem neceſſario moueatur/hanc eſſe cauſam arbitrandum eſt: ꝙ talia animalia ſic conſtant vt multa non ita conſtent. nam alia ex terra ampliore facta ſūt/ vt genus plantarū: alia ex aqua/ vt aquatiliū. volatiliū vero & pedeſtrium: altera ex aere/altera ex igni. Porro ſingula ea: ſuis in locis diſpoſita ſunt. ¶ At vero Empedocles improbe hoc dixit: aſſerens animalium calidiſſima præcipue & copioſiſſimum nacta feruorem aquatilia eſſe/natiui caloris exceſſum fugientia. vt cum frigoris & humoris defectum ſuſtineant: contrario in loco ſeruentur/ quod aqua minus quam aer calida ſit. ¶ Nam omnino abſurdum eſt: qui fieri poſſit vt ſingula ea in arido genita / ſeſe mutatis ſedibus in humorem conferant/cum

Tral.ve. ex græ. recog.

DE refrigeratione autē quo fit modo et reſpirātibus et habētibus brāchías: poſt hæc dicēdū. Q7 igitur reſpirāt quęcūq; animaliū habent pulmonē: prius dictū eſt. Propter quid autē hāc particulā habēt quędā: & propter q̄d habētia indigēt reſpiratione? Cauſa habēdi quidē: ꝙ honorabiliora animaliū plurē ſortita ſūt caliditatē. ſimul enī neceſſe & animā ſortita eſſe honorabiliorē. honorabiliora enī hęc: q̄ natura plātarū. ¶ Quapropter et maxime habētia pulmonē ſāguinē habētē & calidū/& maiora magnitudinibus: & puriſſimo & plurimo vſū ſanguine animaliū/ rectiſſimū eſt/homo. et ſurſū ad totius ſurſū habet ſolū: propterea ꝙ talē habet hanc particulā. ¶ Quare & ſubſtātiæ huic & alijs ponendū eſt cauſam/ipſam: quemadmodum quancunq; aliā particulā. Habēt igitur: gratia huius. ¶ Eam autē quę ex neceſſitate & motus cauſam oportet putare: talia cōſiſtere animalia quemadmodum & non talia multa conſtituta ſunt. hęc enim ex terra ampliori facta ſunt/puta plantarum genus: hæc autē ex aqua/ puta aquatilium. volatilium autem & campeſtriū: hęc quidē ex aere/ hęc autem ex igne. Singula autē: in proprijs locis habēt ordinē ipſorū. ¶ Empedocles autē nō bene hoc dixit: dicēs caliditſſima maxime & ignem habētia plurimum animalium aquatilia eſſe/ fugientia exceſſum eius quæ in natura caliditatis. vt quoniam frigido & humido deficiunt: ſecundum locum ſaluentur contraria exiſtentia. quod enim humidum: calidum eſſe minus aere. ¶ Totaliter igitur incōueniēs: quomodo cōtingit factū vnūquodq; ipſorū in ſicco/ permutare locū in humidū. fere

52

53

54

55

56 Empedocles

57

Tral.ve.ex græ.recog.

enim:ſine pedibus plurima ipſorũ ſũt. Dicẽs autẽ eã quæ a principio ipſorũ conſtitutionẽ: facta quidẽ eſſe in ſicco ait/fugientia autẽ veniſſe ad humidũ. Adhuc autẽ:neq; vidẽtur calidiora eſſe q̃ cãpeſtria.hęc enĩ ipſorũ/exãguia omnino:hęc autẽ/pauci ſanguinis ſũt. Sed qualia q̃dẽ dicere oportet calida & frigida ſecundũ ſe:cõſyderationẽ ſũpſit.

58 ¶ De qua autẽ dixit cauſa Empedocles:ſic quidẽ habet quęſitã rationem/ nõ tamẽ q̃d ait ille verũ eſt. Habituũ enĩ exceſſus habẽtia loca cõtraria/& tẽpora:ſaluãt.natura autem:in propriis maxime ſaluatur locis. non enim eſt idem:materia animaliũ ex qua eſt vnũquodq;/& habitus & diſpoſitiones ipſius. Dico autẽ/vt ſi quid ex cera cõſtitueret natura:nõ vtiq; in calido ponẽs ſaluaret.neq; ſi quid ex glacie. corrumperetur enim vtiq; cito : propter cõtrariũ.liquefacit enĩ calidũ: quod a cõtrario cõſtat. Neq; ſi quid ex ſale aut nitro conſtitueret:in humidum vtiq; ferens deponeret.corrũpit enĩ humidũ: a ſicco & calido conſiſtẽtia.

59 ¶ Si igitur materia õnibus corporibus humidũ et ſiccũ:rationabiliter/quę quidẽ ex humído cõſiſtũt in humido ſũt/quę autẽ ex ſicco in ſicco. Propter hoc: arbores nõ in aqua naſcuntur/ſed in terra.quãuis eiuſdem rationis eſt in aquã/propterea quod ipſæ ſuperſiccæ ſunt: quemadmodum ſuperignea ait ille.non enim propter frigidum venirent in ipſam: ſed quia humida. Naturæ igitur materiæ:in quali quidem loco ſunt/tales exiſtentes ſunt. quæ quidem in aqua/ humidæ: quæ autem in terra / ſiccæ. Habitus tamẽ/ qui quidem excedẽtes ſunt caliditate/in frigido : qui autem frigiditate / in calido poſiti ſaluantur magis. reducit enim ad menſuratum/ locus : habitus exceſſum . Hoc igitur

Vatablus

eorum pars pene maxima expes ſit? At ille primam eorum cõſtitutionem referens : orta quidem in ſicco eſſe dicit / ſed fugiendo in humorem veniſſe. Præterea : non videntur eſſe calidiora pedeſtribus. nam ex eis : quædam nullum prorſus / quædam paucum ſanguinem habent. Attamen qualia dici debeant calida & frigida per ſe : conſydérationem ſumpſerat. ¶ Cęterũ cauſa ea quam idem reddidit:aliquo modo quæſitam continet rationem/ non tamen id quod ille dicit verum eſt. Nam contraria loca & tempora quæ habituum exuperantias exceperint : ſeruandi facultatem obtinent . natura vero: ſuis in locis potiſſimum ſeruatur. non enim idem ſunt : materia ex qua ſingula animalia conſtant/& eius habitus diſpoſitioneſve. Hoc autem ita accipio . ſi quid e cera aut glacie natura conſtituerit : haudquaquam in calido poſitum ſeruabit. corrumpetur enim celeriter ob contrarium:q; calor quic quid a ſuo contrario conſtiterit / eliquare ſoleat. Item ſi quid e ſale aut nitro conſtituerit : nequaq̃ id in humorem tranſferet deponetque/cum humor quæ a calido & ſicco conſtitere/diſperdat. ¶ Si igitur humidum & ſiccum materiam corporibus ſuggerunt omnibus: ratione optima euenit vt quæ ex humido conſtant in humido ſint/quæ ex ſicco in ſicco. Ob id : arborum genera non in aqua naſci ſolent/ſed in terra. Atqui eadem ratione in aquam veniſſent/ q; præarida ſint : qua ille præferuida veniſſe affirmat. non enim veniſſent in eam q; frigida ſit:ſed q; humida. Naturæ igitur materiæ:tales eſſe ſolent qualis eſt locus in quo ſunt.quæ in aqua ſũt humidæ:quæ in terra/ſiccæ. Habituum tamen ij qui calore excellũt/ in frigido poſiti melius ſeruantur: contra qui frigore/in calido.natura enim loci:habitus exceſſum ad mediocritatem reducit. Hocigitur

Vatablus

quęri debet: in propríjs locis cu iuſq; materíæ/iuxta cõmunis tẽ poris varietates. nã vt habitus locís cõtrarij ſint/fieri poteſt: vt materia / non poteſt. Qz igitur non propter calorẽ naturæ/ animaliũ alia aquatília ſint/alía pe deſtría/quẽadmodum Empedo cles aſſerit / necnon cur quædã pulmonẽ habeant/quædam nõ habeant: hactenus dictum ſit. Cur autẽ quæ pulmone prædíta ſunt/aerẽ excipiant ſpirẽtq;/ & præſertim quæ íllum ſangui nolentum obtinent: dicendum eſt. Cauſa ſpirandi: pulmo eſt fungoſus exiſtẽs & fiſtulis plenus. qui etiam: omniũ maxime partium quę víſcera appellantur/ſanguíne refertus eſt. Q uæ itaq; ſanguineũ habẽt: ea celerí refrígeratione indigent q᷑ calor animalis paululũ deuergat / & penetratione quæ per totũ eat ob ſanguínis caloríſq; copiam. qđ vtrũq;: aer cõmíttere facile poteſt. nã quía natura tenui eſt: & celeríter & per totũ ſubit atq; refrigerat. at aqua: non poteſt. ¶Item/cur ea potiſſimũ ſpirẽt quæ pulmonẽ habent ſanguínarium: ex hoc líquere poteſt. nã qđ calidíus eſt: id refrigeratione indiget vberiori. Adde etiã: q᷑ ſpirítus ad originẽ caloris cordi inditi/facile cõmeat. Verũ quẽadmodũ cor ad pulmonẽ foraminíbus peruíũ ſit: tum ex díſſectionibus/tũ ex hiſtorijs quæ de animalibus ſcriptę ſũt/contẽplari oportet. Omnino igitur animantiũ natura refrigerationẽ deſyderat: ob animæ in corde incendiũ. eã autẽ per reſpiratiõnẽ moliri ſolent: animalía quæ non tantũ cor habẽt/ ſed etiam pulmonem. ¶At quæ cor habẽt/ſed pulmone vacãt/vtí píſces: aqua per brãchias refrigerantur/q᷑ eorũ natura aquatilis ſit. Qualiter autem ſitus cordís ad brãchias ſeſe habeat: ad oculũ per díſſectiones ſpectari debet/exacte per hiſtorias. Vt au-

Tral. ve. ex græ. recog.

oportet quęrere: ín locis propríjs vniuſcuiuſq;/ſecũdũ permutationes cõmunis tẽporis. habitus enĩ cõtingit locis cõtrarios eſſe: materiã autẽ/impoſſibile. Qz ígitur nõ propter calidítatẽ naturę hęc quidẽ aquatília/hęc autẽ cãpeſtría animaliũ ſũt/quẽadmodũ Empedocles aít: tot dícta ſint/& cur hęc quidẽ nõ habent pulmonẽ/hæc autẽ habẽt. Propter quid autẽ habẽtia ſuſcipiũt aerem & reſpirãt: & maxíme ípſorũ quæcũq; habẽt ſanguinẽ habẽtẽ? Cauſa reſpirãdi q᷑dẽ: pulmo ínanis exiſtẽs & plenus fiſtulis. & maxíme vtíq; ſanguínẽ habẽs hęc particula/vocatorũ víſcerũ. Quęcũq; ítaq; habẽt ſanguínẽ habentẽ ípſã: celerí quidẽ indigẽt refrigeratione propterea q᷑ parua eſt inclínatio animalis ígnis/intro autẽ ingredí per õne propter multitudínẽ ſãguinis & calidítatis. hęc autẽ ambo: aer quidẽ poteſt facile facere. propterea enĩ q᷑ habet ſubtilẽ naturã: & per õne & celeríter penetrans refrígerat. aqua autẽ: contrariũ. ¶Et cur maxíme reſpirãt habẽtia pulmonẽ habentẽ ſanguinẽ: ex his palã. qđ enim calidius: ampliorí indíget refrígeratione. Símul autẽ: et ad príncipiũ calídítatis quæ in corde/ progreditur ſpíritus de facili. Quo autẽ modo cor colligatiõnẽ habet ad pulmonẽ: oportet contẽplarí ex anatomis/& ex híſtorijs circa animalía ſcríptis. Refrigeratione ígitur totaliter índiget animaliũ natura: propter ígnitíonem anímæ ín corde. hanc autẽ faciunt per reſpiratiõnẽ: quæcũq; non ſolum habent cor/ ſed etíam pulmonem/ animalíum. ¶ Habentía autem cor/pulmonem autem non/quẽadmodum píſces: propterea q᷑ aquatílis eſt ípſorũ natura/ aqua faciũt refrígeratiõnẽ per brãchias. Q uomodo autẽ poſítio habet cordis ad branchias: ad víſum quidẽ ex anatomís oportet cõtemplarí/ ad certítudínẽ autem ex hiſtorijs. Vt au-

60

61

Tral.ve.ex græ.recog.

tē in ſūma dicatur & nūc: habet hoc mo-
62 do. ¶Videbitur enī nō eodē modo habe re poſitionē cor cāpeſtribus aialiū & piſcibus: habet autē eodē modo. Q ua enī inclinant capita: hic cor/acutū habet. quoniā autē nō eodē modo capita nuūt: cāpeſtribus animaliū & piſcibus ad os cor/acutū habet. Tēdit autē ex extremitate cordis: canalis quaſi vena & neruus ad mediū/qua cōtingūt inuicē oēs brāchię. maximus igitur: iſte eſt. Hīc autē et inde cordis protēduntur & alterī in extremitatē vniuſcuiuſq; brāchiarū: per quos refrigeratio fit ad cor/decurrēte ſēper aqua per brāchias. Eodē autē modo & reſpirantibus thorax ſurſū & deorſū mouetur frequēter/ ſuſcipiētibus ſpiritū & emittentibus: vt brāchiæ piſcibus. Et reſpirātia q; dē / in pauco aere & eodē: aquatilia autē/in pauca aqua & eadē ſuffocātur. velociter enī vtrūq; ipſorū: fit calidū. calefacit enī ſāguinis attactus: vtrūq;. calidus autē exiſtēs ſāguis: prohibet refrigerationē. Et non potentibus mouere/reſpirātibus quidem pulmonē/aquatilibus autē brāchias/propter paſſionem aut propter ſenectutem: tunc accidit mors.

¶Tralationis veteris de reſpiratione/ Ariſtotelis/ex Græco recognitæ: finis.

¶Tralatio vetus Ariſtotelis de vita & morte/ex Greco recognita: ad R.P.D. Guillermum Bricōnetum Epiſcopum Meldenſem.

CAP.I. 1

Est igitur oībus animalibus cōmune: generatio & mors. modi autē: differūt ſpecie. nō enī indifferēs corruptio: ſed habet aliquid commune. mors enim eſt: hæc quidem violēta/ hęc autem ſecundū naturā. Violenta quidē:

Vatablus

tem vel nunc ſummatim dicatur: ſeſe ad hunc habet modū.

¶Cor enī pedeſtribus animantibus & piſcibus non ſimilem ſitū tenere videatur: ſimilē tamen obtinet. Nam quo piſciū capita eminent: eodem cordis mucro ſpectat. at cū capita nequaq; eodem proſpectent: tam pedeſtribus q; piſcibus cor ſuum mucronem ad os iactitat. Ac fiſtula venæ & nerui faciē repræſentans: de cordis extremo ad mediū illud tēdit/ vbi brāchiæ oēs inter ſe coeūt copulāturq; . hęc igitur: āpliſſima eſt. Sed & aliæ de vtraque parte cordis ad brāchiarum extrema ſingularū tēdunt: per quas in cor refrigeratio penetrat/ diſcurſāte ſēper aqua per brāchias. Porro quēadmodū brāchię piſcibus/ſic reſpirātibus thorax / crebro ſurſū deorſumq; mouetur/ cū ea ſpiritū accipiūt redduntq;. Itē quæ ſpirant/ in pauco & eodē aere: quę vero aquatilia ſūt/in pauca eadēq; aqua ſtrāgulari ſolēt. nā eorū vtrūq;: celeriter calidū reddit. calefacit enim vtrūq;: cōtactus ſanguinis. qui cum calidus eſt: refrigerationem præpedit. Quinetiam cum ſpirantia pulmonē/ aquatilia branchias/ mouere nō poſſunt ob affectionem ſeniū ve: tum ea mori contingit.

C A P V T X.

Vtigitur ortus animalibus cōmunis ōnibus eſt: ita mors. ſed modi eius: ſpecie diſcrepāt. nō enī corruptio ipſa/ differentiarū expers eſt: quāq; quippiā cōmune habet. nā mors altera/ violenta eſt: altera/ naturalis. Violenta:

Vatablus

cũ prĩcipiũ extrinſecus aduenit. Naturalis: cũ idẽ in ipſo animali eſt/ & particulę cõſtitutio talis eſt qualis ab initio erat/nec affectio vlla ſuperuenit. Hęc igitur in plãtis/ariditas appellatur: in animãtibus/ſenecta. ¶ Fit autẽ mors & corruptio/perfectis omnibus eodẽ modo: imperfectis vero/ conſimiliter quidem/ſed alio modo. Imperfecta voco: vt oua/& ea plantarũ ſemina quæ radice carent. Omnibus igitur corruptio obuenit: ob caloris defectum. ſed perfectis: in eo in quo eſſentię principium habetur. hoc autẽ id eſt/vt ãte diximus: in quo ſuperũ & inferũ co eũt. plãtis: quod inter germẽ & radicẽ mediũ eſt. animaliũ ſanguinarijs/cor: exanguibus/proportionale. ¶ Cæterũ ex hiſce nonnulla: potẽtia multa principia/non tamen actu/ cõtinent. Quãobrẽ: & inſecta quędã pręciſa viuunt. Quin & ſanguineorũ quęcũq; viuacia admodũ nõ ſunt: exẽpto corde lõgo tẽporis ſpacio viuũt vt teſtudines/& in ambulãt ſi adhuc puſillę ſint/q; eorũ natura nõ bene compoſita ſit/perinde atq; inſecta. ¶ Porro vitæ principiũ in quibus habetur/deficere ſolet: cũ calor vitalis non refrigeratur. tũc enim idem/ qđ ſæpe diximus: ſeipſũ cõſumit. ¶ Quoties igitur alijs pulmo/ alijs brãchiæ obdureſcunt/præ tẽporis longitudine reſiccatis/his quidem brãchijs/ illis vero pulmone/& terroſioribus redditis: has particulas mouere/hoc eſt attollere & comprimere/nõ poſſunt. ac tandẽ: accedẽte intẽſione/calor ille obſoleſcit. ¶ Quocirca & paruis affectibus in ſenectute ſubortis: animalia cito cõmoriũtur. nã quia calor exiguus eſt/ vt qui plurimus per vitã quæ lõga fuit diffflarit: ſi qua intẽſio parti illi ſuperueniat/celeriter extinguitur/ quẽadmodũ cũ tenuis & exigua flãma in eo ineſt/ parui motus

Tral.ve. ex græ. recog.

quãdo principiũ extra fuerit. Secũdũ naturã autẽ: quãdo in ipſo/& partis cõſiſtẽtia ex principio talis/ſed nõ aduẽtitia alíqua paſſio. Plãtis igitur/auanſis: in animalibus autem vocatur hæc/ ſenectus.

¶ Eſt autem mors & corruptio/ omnibus ſimiliter non imperfectis: his autem aſſimilatim quidem/ alio autem modo. Imperfecta autẽ dico: vt oua/& ſemina plãtarum quęcũq; ſine radice. Omnibus igitur corruptio fit: propter calidi defectum. perfectis autem: in quo ſubſtantię principiũ. hoc autẽ eſt/quemadmodũ dictũ eſt prius: in quo ſurſum & deorſum copulantur. plantis quidẽ: mediũ germinis et radicis. animaliũ autem habẽtibus quidẽ ſãguinẽ/cor: exãguibus autẽ/ proportionale. ¶ Horũ autẽ quędã: virtute/ multa principia habent/nõ tamen actu. Quapropter: & entomorũ quędã diuiſa viuũt. Et ſanguinẽ habẽtiũ quæcũq; nõ vitalia valde ſũt: multo tẽpore viuũt ablato corde vt tortucę/& mouẽtur pedibus adhuc exiſtẽtibus tortuculis/ propterea q; nõ cõponitur natura ipſorũ bene/ſimiliter entomis. ¶ Principiũ autẽ vitę/deficit habẽtibus: cũ nõ refrigeratur calidũ cõmunicãs ipſo. quẽadmodũ enim dictũ eſt frequenter: cõtabeſcit ipſum a ſeipſo. ¶ Quãdo igitur his quidẽ pulmo/his autẽ brãchiæ induratę fuerint/propter tẽporis longitudinem deſiccatis/his quidẽ branchijs/his autem pulmone/& factis terreſtribus: nõ poſſunt has partes mouere/neq; eleuare & ſimul ducere. tandem autem: facta intenſione/ marceſcit ignis. ¶ Quapropter & paruis paſſionibus aduenientibus in ſenectute: velociter moriuntur. propterea enim q; paucũ eſt calidũ/velut plurimo euaporato in multitudine vitæ: ſi qua vtiq; intenſio fiat particulæ/cito extinguitur/quemadmodum momentanea & parua in ipſo flamma exiſtente/ propter paruum motum

Tral.ve.ex græ.recog.

7 extínguitur. ¶ Quapropter: & ſine triſti
tía eſt quę in ſenectute mors. nulla enim
violẽta ipſis paſſione contingẽte: moriũ=
tur. ſed inſenſibilis/ animæ abſolutio fit
8 ōnino. ¶ Et ínfirmitatũ quęcũq; faciũt
pulmonem durum/aut naſcẽtijs/ aut ſu=
perfluitatibus/aut caliditatis ęgritudina
lis exceſſu quemadmodum in febríbus:
ſpiſſum ſpíritum faciunt/ propterea ꝙ
non poſſunt pulmonẽ longe tollere ſur=
ſum & demittere. tandem autem quan=
do non amplius poſſunt mouere: mo=
9 riuntur expirantia. ¶ Generatío igí=
tur eſt: prima partícipatio in calido/nu
trítiuæ animæ. Vita autem: manſio hu=
ius. Iuuentus autem eſt: primæ refrige=
ratiuæ particulę augmentatío. Senectus
autem: huius decrementum. Status au=
tem: horũ medium. Mors autem & cor=
ruptío: violenta quidem/ calidi extin=
ctio et marcor (corrumpetur enim vtiq;:
propter ambas has cauſas) quę autem ſe=
cundum naturam/eiuſdem huius mar=
cefactío propter temporis lõgitudinem
facta & perfectionem. plantís igitur/
auanſis: ín animalíbus autem/vocatur
mors. Huius autem/quæ quidem in ſe=
nectute mors: marcedo particulæ pro=
pter ímpotentiam refrigerãdi/a ſenectu=
te. Quid igitur eſt generatío/ & vita/ &
mors/ & propter quas cauſas exiſtũt ani
10 malíbus: dictum eſt. ¶ Palam autem ex
his: & propter quã cauſam reſpirãtibus
quidẽ animalíum ſuffocari accidít in hu=
mído/piſcíbus autẽ in aere. his enim/per
aquã refrigeratio fit: his autẽ/ per aerẽ.
quibus vtraq; príuãtur: permutantia lo=
ca. Cauſa itaq; motus his quidem bran=
chiarum/his autẽ pulmonís/ quíbus ele=
uatís & depoſitis/ hæc quidem expírant
& ínſpirant/ hæc autem ſuſcípiunt humi=
dum & emittunt/ adhuc autem conſiſtẽ=
tía organi: hoc habet modo.

CAP. II.

Vatablus

opera extĩgui ſolet. ¶ Quapro=
pter & mors ea quæ in ſenecta
accidit: dolori obnoxia non eſt.
tunc enim animalia mortẽ ob=
eunt: etiã ſi nullo violento affe=
ctu tentẽtur. immo vero: citra vl
lum penitus ſenſum anima ipſa
recedit. ¶ Quinetiã ín morbis il
lis qui durum reddũt pulmonẽ/
aut tuberculís/aut vacante ma=
teria/aut caloris morbídi exceſ=
ſu vt in febribus accidit: ſpíritus
frequens efficitur/ propterea ꝙ
pulmo multum attolli ac ſubſí=
dere nequeat. tandẽq; vbi prę=
terea moueri non poteſt: expirã
do vita cum morte commuta=
tur. ¶ Eſt igitur ortus quidem:
prima vegetatrícis animæ cum
calore participatio. Vita vero:
mora eius. Iuuenta: primæ refri=
gerabilis particulę auctio. Sene=
cta: eiuſdem decretio. Status/ſi=
ue ætas adulta: quod horum
medium eſt. Obitus atq; corru=
ptio: violẽta quidẽ/caloris extin
ctio aut marcor (his enĩ vtriſq;
de cauſis: calor extingui poteſt)
naturalis vero/ eiuſdem marcor
ob tẽporis tranſacti longitudinẽ
proueniens. verum in plantis/
aridítas: ín animalibus / mors
nuncupari ſolet. Cęterũ ea quæ
in ſenili ætate obuenit: marcor
partis illius eſt / qui ꝙ eam re=
frígerare animal præ ſenio non
poſſit/committitur. Quid ſit or=
tus/& quid vita/& quid mors/&
quas ob res animãtibus iuncta
ſint: dictũ eſt. ¶ Patet etiã ex hiſ
ce: & qua de cauſa animalibus
quæ ſpirãt/ ín humore præfoca=
ri contíngat/píſcibus in aere. hi
enim/aqua: illa/aere refrigerari
ſolẽt. quibus vtraq; deſtituũtur:
mutatis ſedibus. Cauſa itaq; cur
hi branchias/illa pulmonẽ mo=
ueant/quibus aſſurgẽtibus & re=
ſidentibus illa inſpirant & expi=
rant/hi humorem accipiunt red
duntq; / & ínſuper inſtrumenti
conſtitutio: ad hunc ſeſe habet
modum.

CAP. XI.

Vatablus

QVorro quæ cordi accidere ſolent/ ea tria ſunt : quæ eandem habere naturam videntur/quamuis eãdem non habeant/ videlicet palpitatio/pulſus/ reſpiratio. Palpitatio igitur: eſt caloris in corde exiſtentis compulſio/ob refrigerationẽ quæ a materia excreſcente atq; inutili/aut alio quopiam tabifico proueniat/vt in eo morbo accidit quem tremorem vocant/& alijs/ & metu . etenim metuentibus : partes ſuperiores refrigerantur. Calor autem defugiens ſeq; contrahens: motum facit/ vbi in anguſtum adeo compellitur vt animãtes interdũ præ metu/aut morbo extinguantur. ¶ At pulſatio quam cor perpetuo facere videtur: ei motioni perſimilis eſt/quã tubercula cum dolore efficiunt/ ꝙ ſanguini mutatio ipſa præter naturã ſit. ea vero fit: vſq; dum ſanguis concoctus ſit/ & in pus conuerſus. Hæc etiam affectio: feruori ſimilis eſt. fit enim feruor: cum humor caloris opera inflatur. nã humor propterea ſeſe attollit: ꝙ in molem aſſurgat ampliorem. Cæterum quies in tuberculis agitur: ſi putrefactio nõ perſpiret/ humore craſſiuſculo reddito. feruor vero reſidet : ſi per labra vaſculi humor excidat. ¶ In ipſo autẽ corde tumefactio humoris qui ſẽper e cibo accedit/ vltimã cordis tunicã eleuãtis: pulſum facit. atq; hoc ſemper ſine vlla intermiſſione fit. nam ſemper humor ex quo natura ſanguinis oritur : continue influit. primum enim: in corde gignitur. id quod: in prima generatione liquido conſtat. nam venis nondum diſtinctis : ſanguinem habere cernitur. ¶ Et ob id: iunioribus magis q̃ ſenioribus pulſat. vtpote quibus: diuaporatio maior fiat. Quinetiã venæ/ omnes & ſimul inter ſe pulſare aſſolẽt: quia omnes ex corde ſua initia trahunt. cor autem : ſemper mouet. Quare & illæ ſemper mouent :

Tral. ve. ex græ. recog.

RIa autem ſunt accidentia circa cor: quę videntur eandem naturã habere/ habent autem non eandem / ſaltus / & pulſus/ et quod reſpirationis. Saltus igitur: eſt conſtrictio calidi quod in ipſo/ propter refrigerationem ſuperfluificam/ aut contabeſcitiuam / vt in infirmitate quæ vocatur palmus/ & in alijs infirmitatibus/ et timoribus. etenim timentes: infrigidantur ſecũdum ſuperiora. Calidũ autem fugiẽs & cõtractũ: facit ſaltũ/ in paruũ conſtrictũ ita vt aliquãdo extinguantur animalia & moriãtur propter timorem/ & propter paſſionẽ ęgritudinalẽ. 11

¶ Accidẽs autẽ pulſatio cordis/ quam ſemper videtur faciens cõtinue: ſimilis naſcentijs eſt/ quę faciunt motũ cũ dolore/ propterea ꝙ pręter naturã eſt ſanguini permutatio. fit autem: vſquequo vtiq; ſanies fiat digeſtus. Eſt autẽ ſimilis bullitioni: hęc paſſio. bullitio enim fit: ſpirituoſo facto humido a calido. eleuatur enim : propterea ꝙ amplior fit moles . Pauſatio autem in naſcentijs quidem: ſi nõ perſpirauerit/ ſpiſſiore facto humido/ putrefactio. bullitioni autẽ: excidẽtia per horizontes. 12

¶ In corde autẽ ſemper accedẽtis humidi ex alimẽto per caliditatẽ tumefactio/ facit pulſũ/ eleuãtis vltimã tunicã cordis. & hoc: ſemper fit cõtinue. affluit enĩ ſemper humidũ: ex quo fit ſanguinis natura. primo enĩ in corde fit. palã autẽ: in generatione a principio. nondũ enim diſtinctis venis: videtur habere ſãguinẽ. 13

¶ Et propter hoc: pulſat magis iunioribus/ q̃ ſenioribus. fit enim exhalatio amplior iunioribus. Et pulſant venæ omnes/ & ſimul inuicem: propterea ꝙ ortæ ſunt omnes a corde. mouet autem: ſemper. Quare & illæ ſemper: 14

Tral.ve.ex græ.recog.

15 & ſimul inuicem quãdo mouet. ¶ Reſilitio igitur eſt: facta obuiatio ad frigidi cõſtrictionẽ. Pulſatio autẽ: humidi calefacti ſpiritificatio. ¶ Reſpiratio autem fit: augmentato calido/ in quo principium nutritiuum. quemadmodum enim & alia indigent alimento: & illud. & alijs magis. etenim alijs: illud/ alimenti cauſa eſt. Neceſſe itaq; amplius factum: eleuare organũ.

17 ¶ Oportet autẽ exiſtimare: conſiſtentiam organi ſimilem quidem eſſe follibus qui in ærarijs (non longe enim neq; pulmo neq; cor: vt ſuſcipiat figuram talem) duplum autem eſſe quod tale. oportet enim: in medio eſſe nu-

18 tritiuum naturalis virtutis. ¶ Eleuatur igitur: maius factum. eleuato autem: neceſſarium eleuari & continentem ipſam particulam. Quod quidẽ: videntur facere reſpirantes. eleuant enim pectus: propterea q̃ principium exiſtens in ipſo/ huius particulę/ idem hoc facit. eleuato enim: quemadmodũ in folles / neceſſarium inferri aerem qui deforis & frigidum exiſtentem/ & refrigerãtẽ extinguere exceſſum ignis.

19 ¶ Quemadmodum autem creſcente/ eleuatur hæc particula: & decremẽtum patiente/ neceſſariũ demitti. & demiſſo/ exire aerem qui ingreſſus fuit iterum: ingredientem quidem frigidũ/ exeuntem autem calidum/ propter tactum calidi exiſtentis in particula hac/ & maxime habẽtibus pulmonem ſanguinem habentem. in multas enim / velut canales / concauitates incidere quæ in pulmone: quarum ſecus quancunq; protenſę ſunt venæ. ita: vt videatur totus pulmo eſſe plenus ſangui-

20 ne. ¶ Vocatur autem ingreſſus quidem aeris/ reſpiratio: exitus autem/ ex-

21 piratio. ¶ Et ſemper vtiq; hoc cõtinue fit: quandiu vtiq; viuunt/ & mouent

Vatablus

& ſimul inter ſe cũ illud mouet. ¶ Palpitatio igitur eſt: compellẽtis frigoris repulſio. Pulſatio vero: humoris concaleſcentis inflatio. ¶ Reſpiratio autem fit: calore augeſcente in ea parte vbi vegetale principium habetur. nam quẽadmodum cæteræ partes alimento indigent: ita & illa quoq; imo magis q̃ cæteræ. quippe quę: cæteris nutricationis cauſa ſit. Neceſſe itaq; eſt: vt cum amplior effi citur/ inſtrumentũ attollat. ¶ Exiſtimare autem oportet: inſtrumẽti conſtitutionem ſimilem eſſe follibus qui in officinis ferrarijs habentur (parum enim abeſt: quin pulmo & cor ſibi formam talem vendicent) geminum autem eſſe quod tale eſt/ cum eam naturalem potentiam cui nutriendi officium delegatum eſt/ in medio conſiſtere oporteat. ¶ Mediũ igitur: cum amplius redditur/ eleuari ſolet. cũ vero eleuatur: & eam quoq; partem quę illud ambit eleuari neceſſe eſt. Id quod: in reſpirantibus fieri cernitur. quandoquidem pectus attollitur: propterea q̃ eiuſmodi partis principium in eo cõtentũ/ hoc idem efficit. cum enim attollitur: eodem perinde vt in folles aerem exterum algidumq; influere/ & refrigerando ignis exuperantiam reſtinguere neceſſum eſt. ¶ Quẽadmodum autem cum augetur/ hæc pars attolli ſolet: ita & cum decreſcit/ eandem reſidere neceſſe eſt. atq; ea reſidẽte / aerem ingreſſum rurſum egredi: aerem inquam qui dum ingreditur frigidus eſt/ dum egreditur calidus / propter contactum caloris hac in parte contenti / & potiſſimum in ijs quæ ſanguinolentũ habẽt pulmonem. eum ſiquidem introrumpere oportet in multos quaſi tubos & fiſtulas pulmonis: quarum ſingulis/ venæ adiũctę ſunt. adeo: vt totus pulmo ſanguine plenus videatur. ¶ Aeris autem ingreſſus/ reſpiratio vocatur: egreſſus/ expiratio. ¶ Idq; ſemper cõtinue fit: quandiu animalia viuunt / &

PALENCIA - BIBLIOTECA PROVINCIAL Y MUSEO DE LA PROVINCIA

Vatablus

hanc particulam cõtinue mouẽt. Et ob id: in reſpirando & expirando vita conſiſtit. ¶ Ad hunc modum: & piſcibus branchiæ mouẽtur. nam cum calor ſanguini inditus/ per particulas in ſublime ſcãdit: attolluntur & brãchiæ/ & aquã admittunt. cum deſcendit ad cor per meatus/ & refrigeratus eſt: reſident/ & aquã emittunt. Cum autem ſemper ſanguis in corde contentus efferatur: ſemper cor/ eundem refrigeratum rurſus excipit. ¶ Ex quo etiam fit: vt illis in reſpirando/ & his in admittendo humore/ finis viuendi & nõ viuẽdi conſiſtat. ¶ De vita igitur ac morte/ & ijs pene omnibus quæ huic conſyderationi affinia ſunt: dictũ eſt.

¶ Ariſtotelis de iuuentute & ſenectute & vita & morte & reſpiratione/ Franciſco Vatablo interprete: finis.

Tral.ve. ex græ. recog.

hanc particulam continue. Et propter hoc: in reſpirando & expirando eſt ipſum viuere. ¶ Eodem autem modo: & 22
piſcibus motus fit branchiarum. eleuato enim calido quod in ſanguine per partes: eleuantur & brãchię/ & pertrãſit aqua. deſcendente autem ad cor per poros / & refrigerato: demittunt / & emittũt aquam. Sẽper autẽ eleuato eo quod in corde: ſemper ſuſcipit iterum refrigeratum. ¶ Quapropter & illis/ 23
viuendi & non viuendi finis/ eſt in reſpirando: & his/ in ſuſcipiendo humidum. ¶ De vita igitur & morte/ & de 24
cognatis huius ſpeculationis: fere dictum eſt de omnibus.

¶ Tralationis veteris/ libri de vita & morte/ Ariſtotelis (quem a libro de reſpiratione/ vt librum de reſpiratione a libro de iuuentute & ſenectute ſeiunxi: antiquum interpretẽ/ aut certe vulgariã partitionẽ ſecutus. q̃q̃ vnicus eſt: qui de iuuentute & ſenectute & vita & morte & reſpiratione inſcribitur) ex Græco recognitæ: finis.

PARISIIS. IN AEDIBVS HENRICI STEPHANI. MENSE AVGVSTO. M. D. XVIII.

Señor

Señor

Señor

martin de santa cruz






2.450